RITUS
REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ
REGNI NEAPOLIS,
Nunc primùm in lucem editi,
CUM LECTURA, SEU DECLARATIONIBUS
GOFFREDI DE GAETA
Magistri Rationalis Magnæ Regiæ Curiæ, Judicis Regii Hospitii, Regii Consiliarii, & ejusdem Regiæ Cameræ Præsidentis, Joannæ II. Alphonsi I. & Ferdinandi I. temporibus,
CUM
ADDITIONIBUS
CÆSARIS-NICOLAI PISANI,
J. C. NEAPOLITANI,
Olim in supremis Neapolis Tribunalibus Advocati disertissimi, dein Auditoris in Regia Aquilana Audientia, nunc in Sacra Regia Audientia Barensi Fisci-patroni,
Additis ad Ritus ipsos Notis
INCERTI AUTHORIS,
Quæ suis locis reperiuntur dispositæ.
Cum duplici Indice, Rubricarum altero, altero sententiarum.



NEAPOLI, Ex Typographia Jacobi Raillard, & Sumptibus ejusdem M. DC. LXIIII.
Superiorum facultate, & Privilegio.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. ANTONIO DE GAETA

EQVITI NEAPOLITANO

Ordinis Calatravæ Regio à Latere Consiliario

Regiam Cancellariam Regenti,

AC

Magni nuper Camerarii Locumtenenti.

JACOBUS RAILLARD

Felicitatem.

CVm moris sit,ac solemne apud peritos scriptorēs de Præstite,ac lare suis prospicere monumentis; ut si quæ fortasse improbe inureret invidentia,probe deleret adjecti nominis veneratio:& ingratiis scęvo cuique,proboque grata acciderent ex patrocinio. Et quem alium exposcebat opus hoc rituum Regiæ Cameræ luculentissimum ex cordatissimis sibi Patronum,nisi te, qui longo annorum intervallo in Regiæ Cameræ Curia juris dicundi Agonothetam sapienter egisti, ut citra regii census jacturā, læderes neminem, nec passus es regalia in pessum abire compendia, aut opprimi vectigales? eximia certe summi Cōsilii est laus inter salebrosa sine lapsu negotia versari,& recta tendere in regiis proventibus vindicandis. tu tamen effecisti, ut nihil tibi inuri vel negligentiæ posset, vel injustitiæ;illius egregii Regis Theodorici memor placiti, & consilii,qui Fisci Patrono rescripsit. *Sume igitur Fisci nostri tuenda negotia, ut nec calumnia innocentes graves,nec justis petitionibus retentatores exoneres. illa enim vera lucra judicamus, quæ integritate suffragante percipimus:nō quæras de potestate nostra;sed potius de jure victorias.fit interdū causa mala fisci,ut bonus Princeps esse videatur* Et quid mirū deinde,quod iterum,ac tertio Sacra Hispaniarū Regis Majestas,supplicationibus tuis, quibus tam ingenti deonerari munere efflagitabas, sapienter obsistere,quam humaniter annuere maluit;Simul ut diuturnitate laboris regiam demererēris benevolentiā;simul,ut ostenderet ex electionis constantia optimum suis negotiis præfeciſſe,ac fideliori commisisse muneris dignitatem. Impetrata tandem ex Regia benignitate tuis laboribus venia, ac voti compos factus, plurimas post fusas, & ad regias aures preces, supplicationesque perlatas planum omnibus effecisti, malle te defungi,quam honoribus fungi; & quod est glorioſum optare,glorioſius

Digitized by Google

m ũlto reſpuere. hic ſupremam præconiis tuis mãnum imponerem, niſi m eam veniret in mentem Hiſpania, quæ veluti ſtipendiariam tuis laudibus effeciſti admiratione virtutum;tum cum Regii Senatus à Latere Regens Madriti ſapientiæ tuæ tam eximium dediſti ſpecimen,ut tanti ponderis,ac momenti tuum haberetur cõſilium,ut nihil eſſet ſolertius ex cogitandũ,nec penſandum maturius.Mitto hic retexere,quæ tu in tuæ ætatis primordiis ſumma cũ laude egiſti, cum advocationis munere Fungereris,unde gradatim per omnes dignitates trãſgreſſus ad faſtigium gloriæ evaſiſti,quanta eloquentia,quanta dicendi copia, quanto ingenio excelluiſti, ut ambigere haud liceat,an Demoſthenis facundia, Tullii copia, Peryclis elegantia in unum remigrarit Patronum? Illud quidem unum tuis inſerendum faſtis,exiſtimo, quod multis ad te datis ab Hiſpaniarum Rege reſcriptis,tuã fidẽ, integritatẽ,ſapientiam,ac ſingulare erga regale ſervitiũ ſtudiũ, ſolertiamq;glorioſis laudibus ipſamet Regia eſt proſecuta Majeſtas.præſtantior eſt ſane illa,quæ ex meritis venit laudatio,& impoſita honoribus eſt Coronis,cum ab Imperãte laudamur.nã neſcit prçonia, niſi dignis impẽdere regale Iudicium. Quid dicam nunc de illa tua laudabili expeditione,cũ temperandi Gregoriani diplomatis gratia Romam es miſſus quanto conſilio,quantaque doctrina, ac facundia provinciam tibi demandatam conficiendam curaſti?ut illi ipſi in quos jura,regiaq;collimabas pondera rationum, & probarent doctrinam, ac efferrent ingenium. Enim vero difficillimum eſt apud eos cum laude agere, contra quos loquimur, qui ſe putant omnia prævidere. Tu tamen ita aleam illã diſcriminibus plenam feliciter exãtlaſti, ut cum regiæ juſſionis obſequio merereris laudẽ pontificiæ poteſtatis.Vltra certe progrederer,niſi pudoris tui virtus egregia,& Epiſtolaris ſcribẽdi conſuetudo me retineret,Sacraria gentilitatis tuæ libenter ſubirem, & inde Faſces,Trabeas,atq;Infulas,& innumera gloriæ producerem monumenta,quibus gentis tuæ gloriosã vetuſtatẽ cohoneſtatam accepimus;ut inde conjectari facile poſſit, qualis, quantuſq; ſis, qui omnes majores tuos es virtute tranſgreſſus; ſed nolo tuas effuſus in laudes illis à te verbis perſtringi *qui genus jactat ſuum,aliena laudat*.quare ut tuarum virtutum præconia refugis,& mavis laudanda gerere,quam laudari; ita majorum tuorum egregia geſta citius imitari,quam poſteris prodere. Quamobrem,ut morem tuis nutibus geram; tacitus iſthæc omnia præteribo,& efflictim te rogo,ut hoc quantulumcunque illud eſt, perhumaniter munus excipias, & in Tholo gloriæ tuæ tanquam anathema perpetuæ erga te obſervantiæ affigi minime dedigneris. Vale.

Digitized by Google

JOSEPH-ANTONIUS GUERRERUS
I.C. INTEROCRINVS
LECTORI

Χαίρειν.



Miseram hujusce tempestatis conditionem! ò epidemicum literatorum morbum! ò immedicabilem scribellandi pruriginem! Adeò librorum juris excrevit moles, ut [a] *ingenia, studiaque oppresseris facilius, quàm revocaveris.* Quis enim legalis disciplinæ reperiri helluo potest, qui tot Jurisperitorum [b] *Adagia, Adverbia, Adversaria, Ænigmata, Æquipollentia, Æquivoca, Allegationes, Alphabeta, Alvearia, Ambigua, Amœnitates, Analecta, Analoga, Analogias, Anatomes, Animadversiones, Annotationes, Antinomias, Antiparadoxa, Aphorismos, Apices, Apophthegmata, Apostillas, Argumenta, Arresta, Aurifodinas, Axiomata*, ac centum alia, titulorum, verborumque portenta (reliqua nomenclatura omissa) non modò digerat, sed deglutiat? Et quanquam [c] Justiniani præscriptum καταπόδας tantummodo, & παρέτιτλα concesserit, ἀινιγμαλα verò, αντινομίας, Commentarios, cæterasque juris interpretationes, imò magis perversiones, prohibuerit; illa tamen obtinere voluit, *quæ, vel judiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo comprobavit.* Vnde non sine prudenti animi deliberatione factitatum, puto à J. C. Domino Cæsare-nicolao Pisano, Regiæ Cameræ Ritus, sive hujus potiùs Tribunalis oracula, diu sepulta, celeberrimi Goffredi de Gaeta sedulitate, veluti ab interitu vindicata, nuperis evulgare Commentariis, ut veteris observantiæ, prudentiæque ruderibus, novum justitiæ, immortalitatique suæ templum construeret, sapienter ratus, [d] *Sapientiam omnium antiquorum* exquirere; ac profectò non minori fœlicitate, qua Obsopœus Sybillina, Plethо Magica, & Psellus Chaldaica Oracula explanavere Notis, hic Patria exposuit Commentariis, ut ambigua fusiùs definiret, illustraret obscura, ageretque, *ut de Ritibus Patriis colantur optimi*, Apollinis Pythii sequutus oraculum, quod est apud Tullium [e]. Si igitur Oraculorum instar antiqui Ritus servandi, abite hic *Ophiogenes, abite Psylli, nati venena tantùm exsugere librorum*; [f] nec vos prætereat Illustris. & Clar. Virum D. Antonium de Gaeta maximorum munerum, literarum, ac nobilitatis metuendum fulgore, Goffredo sanguinis necessitudine conjunctum, Pisano Tutelæ beneficio promptum adesse, ne quid Consanguineo, ne quid Adsectæ vis fiat.

Quod autem ad me attinet, multa ex hoc Libro paucis hausi horis, quæ pluribus annis, exiguo tamen rerum usu, non potui: [g]

. . . . . Η δ' ὁμιλία
Πάντων βροτοῖσι γίγνεται διδάσκαλος.

At fateor illum præ styli facilitatis, eruditionis, ac rerum judicatarum, atque varietatis dulcedine exhausisse potiùs, quàm perlegisse: de eo *plura scribam* (utar Academici [h] verbis) *cum illum retractavero, nunc verò parùm mihi sedet judicium, tanquam audierim illa, non legerim.*

Interim, Lector, ex hujusmodi Commentariorum lectione, uberrimam voluptatis, atque utilitatis percipe segetem; & quoniam [i]:

Induxi te ad legendum: sincerum mihi,
Candore noto, reddas judicium peto.

a *Tacit. in Agric. n. 3.* b *Vid. Konig. Lip. & Font. ac Eph. lit.* c *l. 1. §. sed, & si qua, §. Nostram autem, & l. 2. §. hoc autem, C. de vet. jur. enucl.* d *Eccli. cap. 39. vers. 1.* e *lib. 2. de Leg. & Cl. Sylu. Comm. in leg. tam Reg. quam XII. Tab. cap. 16.* f *Lips. in Mon. sive Caution. ad lib. Polit. in fin.* g *Eurip. Androm. Δραμ. τριτ.* h *Senec. epist. 46.* i *Phaed. in Prolog. lib. 3. fab.*

CÆ-

Digitized by Google

CÆSAR-NICOLAUS PISANUS

AD LECTOREM.

PRodeunt tandem, amice Lector, Ritus Regię Cameræ Summariæ Regni Neapolis, *nunc primùm in lucem*, *cum* Lectura, seu Declarationibus GOFFREDI DE GAETA, *Magiſtri Rationalis Magnæ Regiæ Curiæ, Judicis Regii Hoſpitii, Regii Conſiliarii, ac ejuſdem Regiæ Cameræ Præſidentis, Joannæ II. Alphonſi I. & Ferdinandi I. temporibus, ac* Notis incerti Authoris, *&* (*procul dubio*) *magno Judicum, ac in foro verſantium commodo. Et ne in præfata* Lectura, *omnibus olim numeris abſoluta, aliquid impræſentiarum deſideretur; modernis illam Tribunalium, ac JJ. CC. ſententiis illuſtrandam exiſtimavi; quod ſi meis* Additionibus *aſſequi non potuerim, ſanioris ingenii viris viam oſtendiſſe ſufficiet. Hoc autem tibi perſuadeas, velim, quòd hiſce meis lucubrationibus neminem docere prætendo; cùm ſciam, neminem ignorare, quæ nec ipſe quidem ignoro: ſed collectis in unum, quæ ſparſa pluribus in locis reperiuntur, aliorum commoditati conſulere. Vale.*

CLA-

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO

CÆSARI-NICOLAO PISANO

DISERTISSIMO IVRIS CONSVLTO,

NICOLAI VITTORELLI

Epigramma.

HÆc dum clarificas legalia dogmata, Cæſar,
Goffredi, jungens non ſine laude notas;
Cecropidæ ſileant, Spartæque Solona, Lycurgos,
Ornet te lauro Turba canora ſua.
Nobilis effrangas trutinas Aſtrea jubebit
Hic, quem nunc tradit gentibus iſte liber.
Hunc tu Fama, canas, clara olim Cæſaris enſe,
Clarior alterius nunc eris ingenio.

Aliud

Cæſareas leges, & regia dogmata juris
En ſcribis, quiquis nobile laudat opus.
Hinc ſiluiſſe poteſt clariſſima fama Solonas,
Major es, & Cæſar nomine, & ingenio.

DEL SIGNOR DOMENICO-ANDREA DE MILO.

QVante ha Suſa ſaette, ed Ibla ha fiori:
Chiocciole il Lido, e molli erbette il Prato:
Quante ha lampadi eterne il Ciel ſtellato;
Favi Imetto, uve Naſſo, e Media odori:
Quante i Cerauni han foglie, i Mauri ardori:
E bionde ariſte il Gargara dorato:
Quant'onde ha l'Ocean, quando è turbato:
Raggi han gli Aſtri, Aure Eolia, e'l Verno algori:
Quante ſolcan Nerèo tumide Antenne:
E quanti Iperione ha lampi, e lumi:
Perle Ormus, Oſtri il Gange, e Giuno ha penne:
Quante ha l'Affrica arene, e i Boſchi han dumi:
Ben tant'anni, o Piſan, vita perenne
Godran, perchè ſon d'Oro, i tuoi Volumi.

AD

Digitized by Google

A D E V N D E M

E I V S D E M.

CÆSARI-NICOLAO PISANO,

Legum Nutricio, Aſtræa Alumno;
Iuridica Togæ Ornamento, Roſtrorum Ariſtïdi.
Cui
Lances incorruptas, Gladium intemeratum
Ipſa Juris Moderatrix conceſſit;
Vt
Æquè rationes metiretur, & ipſius anigmata ſolveret:
Cujus Calamus,
Nectareo oblitus atramento,
Legum amariciem erudito embammate condit.
Qui
Doctrinarum farragines, Doctorumq; antinomias,
Ad acuenda jurgia non aggerat:
Sed,
Ad averruncandas Legulejorum verſutias,
Ceù Pellæi Regis Acinacis,
Vtitur Calamo.
Si conſpexeris eloquentiam,
Neſtorem:
Si Juris didaſcaliam,
Vlpianum putaveris.
In utroque
Suprà opinionem ità conſpicuo;
Vt
Judicare non audeas;
An
Plus Eloquentia Juri,
Quam Jus Eloquentiæ debeat.

Dominicus-Andreas de Milo D.

I N-

Digitized by Google

INDEX
RUBRICARUM

RUBRICA PRIMA De Incantibus promiſſis infra triduum, & poſt triduum, ante manum, vel ex dono. fol.9.
Rub. II. De jure Fundici. fol. 79.
Rub. III. De Fundico Flagelli. fol. 235.
Rub. IV. De jure Anchoragii. fol.283.
Rub. V. De jure Dohanæ. fol.288.
Rub. VI. De jure Exiturę. fol. 359.
Rub. VII. De jure Ponderaturę, ſeu Staterę, quod novũ jus eſt. f.386.
Rub. VIII. De jure Menſuraturę. fol. eod.
Rub. IX. De jure Imbarcaturę. fol.392.
Rub. X. De jure Reſicę majoris, & minoris, quod novum eſt. fol.eod.
Rub. XI. De Tracta, quam habent Mercatores ſolventes jus Dohanę. fol. 403.
Rub. XII. De jure Setę, quod eſt novum jus. fol.410.
Rub. XXIII. De jure Decini, quod novum eſt. fol.416.
Rub. XIV. De jure Paſſagii. fol. 423.
Rub. XV. De jure Cambii, quod novum jus eſt. fol.426.
Rub. XVI. De jure Affidaturę, Herbagii, Paſcuorum, glandium, & ſimilium. fol.432.
Rub. XVII. De jure Scalatici, aliàs de jure Colli. fol.447.
Rub. XVIII. De jure Bucceriæ. fol.448.
Rub. XIX. De jure Tinctoriæ, & Celandrę. fol.452.
Rub. XX. De jure Salis. fol.468.
Rub. XXI. De jure Tumuli. fol.490.
Rub. XXII. De jure Piſcariæ, & Portus. fol. 491.
Rub. XXIII. De jure Baliſtarum. fol. 498.
Rub. XXIV. De jure Lignaminum, Marinariæ, & Regaliũ. f.505.
Rub. XXV. Qualiter Præceſſor debeat ſucceſſori reſpondere licitata gabella, utrum ad Credentiam, vel ad Extaleum? fol.506.
Rub. XXVI. Qualiter Fidejuſſores teneantur licitata gabella? f. 516.
Rub. XXVII. De Mercatoribus, qui faciunt ſe cives, ut non ſolvant Dohanam. fol.552.
Rub. XXVIII. Qualiter, & quando cives, vel exteri debent ſolvere jus dohanæ, vel non? fol.555.

Rub.

Digitized by Google

Rub. XXIX. De Sycla. fol.555.
Rub. XXX. Non licet Gabellotis paciſci de exigendo minus de directu Curiæ. fol.565.
Rub. XXXI. De decimis ſolvendis Prælatis de juribus ſupradictis. fol.568.
Rub. XXXII. De jure Gabellæ Auripellis, & ubi inde ſolvatur decima? fol.582.
Rub. XXXIII. De Excomputis, quæ proponuntur Curiæ à Gabellotis. fol.589.
Rub. XXXIV. Juratur in litem, & condemnatur ad arbitrium Officialis, negans ponere rationem, ſecus de hærede ejus. fol.627.
Rub. XXXV. De Gabellotis, qui plus exigunt, qualiter puniantur? fol.646.
Rub. XXXVI. Pronunciatio facta per Magiſtros Rationales ſuper infraſcriptis membris. fol.648.
Rub. XXXVII. De non poſitis, ac ſubtractis in quaternis rationum Officialium qualiter teneantur? fol.649.
Rub. XXXVIII. De Termino præfigendo Officiali ingredienti ad ponendum rationem, & de ſacramento, quod præſtat. fol.670.
Rub. XXXIX. De jure Falangæ, ſeu Falangagii. fol.677.

GOF-

Digitized by Google

ILLUSTRISS. E REVERENDISS. SIGNORE.

GIacomo Raillard desidera far Stampare un libro, il cui Titolo è *Ritus Regiæ Cameræ Summariæ Regni Neapolis, cum Lectura, seu Declarationibus Goffredi de Gaeta, cum additionibus Cæsaris-Nicolai Pisani I.C. Neapolitani*, perciò supplica Ll. S. Illustrissima commetterne la revisione à chi più li piacerà, e l'haverà à gratia, ut Deus.

Admodum Reverendus P.D.Carolus de Falconibus revideat supradictum opus legale, & referat in scriptis, hac die 9. Maj 1687.

SEBASTIANVS PERISIVS VIC. GEN.

ILLUTRISS. ET REVERENISS. DOM.

INscriptus liber Ritus Regiæ Cameræ Summariæ, Authore Cæsare-Nicolao Pisano Jurisconsulto Neapolitano, Viro notæ Doctrinæ, & eruditionis accuratæ, perlegi, nihilque in eo reperi, quod Catholicæ Fidei, & Ecclesiæ libertati, aut bonis moribus adversetur, quapropter imprimi posse censeo. Neap. ex nostris Ædibus 18. Aprilis 1688.

Dominationi Tuæ.

Obsequentissimus Servus
Carolus de Falconibus Congr.Orat.

IN Congregatione habita, sub die 18. Aprilis 1689. coram Eminentissimo Domino Card. Pignatello Archiepiscopo Neapolitano, attenta relatione Domini Revisoris, fuit dictum, quod Imprimatur.

Imprimatur. Hac die 28. Aprilis 1689.

SEBASTIANVS PERISIVS VIC. GEN.

D. Eligius Caracciolus C. R. Congr.Ind.Secr.

ECCEL-

Digitized by Google

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

GIacomo Raillard desidera far stampare un libro, il cui titolo è, *Ritus Regiæ Cameræ Summariæ Regni Neapolis, cum lectura, seu Declarationibus Goffredi de Gaeta, cum additionibus Cæsaris-Nicolai Pisani J. C. Neapolitani*, perciò supplica V. E. commetterne la revisione à chi più li piacerà, e l'haverà à gratia, ut Deus.

Dom. D. Octavius de Gaeta videat, & in scriptis referat.

CARRILLO REG. SORIA REG. MIROBALLVS REG.
IACCA REG. PROVENZALIS REG.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

LUstravi accuratè, ac perattentè jussu Excellentiæ Vestræ librum, cui nomen inditum (Ritus Regiæ Cameræ Summariæ) eruditissimi Iuris Consulti Cæsaris-Nicolai Pisani, cum parergis ad opus Goffredi de Gaeta, in quo, ut nihil incidi, nisi in illustre, ac plurima elaboratum industria, ita quod non egregie publicæ utilitati, moribus, & juribus famuletur regalibus; neque me avita sanguinis claritas Goffredi de Gaeta, perstringere potuit, quin ejus pensum acri discussione distingerem. Nam summa est discussi laudatio, districta Judicis inquisitio. Quamobrem posterorum luce frui, atque è prælo egredi posse arbitror, si meo judicio tua suffragetur authoritas, datum Neapoli 7. Mensis Januarii 1688.

Excellentiæ Vestræ.

Addictissimus famulus.
D. Octavius de Gaeta.

Imprimatur, verùm in publicatione servetur Regia Pragmatica.

CARRILLO REG. SORIA REG. MOLES REG.
MIROBALLVS REG. IACCA REG.

GOF-

Digitized by Google

GOFFREDI DE GAETA,

REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ PRÆSIDENTIS.

LECTVRA,

SEV

DECLARATIONES

Ad Ritus ejuſdem Supremi Tribunalis.

CVM

ADDITIONIBVS

CÆSARIS-NICOLAI PISANI

I. C. NEAPOLITANI.

PROOEMIVM.

SVMMARIVM.

Libros plures faciendi, licet nullus ſit finis, tamen declarando, nihil novi fit. num. 1.

Auctor, quare opus compoſuit? num. 2.

Interpretatio in cauſis fiſcalibus, in dubio fit contra Fiſcum. num. 3.

Principes interdum exigunt pro communi utilitate pecuniam. num. 4.

Principibus expedit, Rempublicam in tranquillitate tueri. num. 5.

Exigentes conſtitutum, nil amplius exigant, quàm quod publica dictavit authoritas. num. 6. & quare? num. 7.

Subditi de neceſſitate juſtitiæ, tenẽtur ſua jura Principibus exhibere. num. 8.

Subditi conſtituti ſunt quaſi pro ſtipendio Principibus. num. 9. & 13.

Præmium propriè, quodnam ſit? nu. 10.

Princeps eſt cuſtos juſti. num. 11.

Reges debent diligere ſapientiam. num. 12.

Reges recipiunt tributa ad ſui ſubſtentationẽ. n. 13.

Principes laborare debent ad omnium pacem. n. 14.

Pro Regibus primò eſt orandum. n. 15.

Clerici ſunt liberi à tributo. nu. 16.

Clerici, etiam apud Gentiles, liberi erant à tributo. num. 17. & ratio nu. 18.

Tributa, licèt debita Principibus, quaſi laboris ſtipendium, tamen attendant ipſi, nè dupliciter peccent accipiendo. num. 19.

Principes debent procurare utilitatem populi, & non eripere illius bona. n. 20.

Principes, non procurantes utilitatem populi, expectent iram Dei. n. 21. & ratio n. 22.

Fiſcalia jura cupiens habere, curam populi, & utilitatem non amittat. num. 23.

Poteſtas condendi leges à Deo tribuitur; ſed hæc quomodo intelligatur? nu. 24.

Damnoſius nil eſt, quàm iniquitatem firmari per legem. num. 25.

Ex lege iniqua, quot mala oriantur? num. 26.

Dominus non condemnat Reges, niſi utentes malo regimine. num. 27.

Digitized by Google

LICET faciendi studio plures libros, nullus sit finis, frequēsque meditatio, carnis afflictio, juxta verba *Concionantis* in fine, aliud tamen est declarare, quàm facere certum est, dum declarando nihil novi
1 fieri videtur, maximè cùm Ego Goffredus, peccatis meis exigentibus, circa Regiam Cameram Sum mariæ Regni Siciliæ, Apuliæque, multos annos consumpserim. Unde verè assumere possum illud Satyrici in principio.

Semper ego auditor tantùm? nunquam ne reponam
Vexatus toties rauci Theseidea codri?

2 Mihique visum erat contra doctrinam nostri Salvatoris Iesu Christi facere, ut lucernam in domo pro utilitate constitutam communi, sine mercede sub modio ponerem, non super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt: Inexplicabile enim est malum, lucernam ardentem, doctrinamque Jesu Christi, Oleo Spiritus Sancti abscondere, aut extinguere: ad hujus enim lumen indeficiens infinitæ possunt accendi candelæ, quibus adscribitur ad peccatum, si se abscondunt illo in tempore, quo fugientes mundum, atque peccatorum calamitatem ipsorum refugium, quærunt negotiari, etenim ipsa veritas mandat, non abscondi in terra talētum sibi commissum, quibus hactenus, cùm, & Ritus, & observantiæ Regiæ Cameræ sint inter se perplexi, & viderim malè intelligi, & practicari, & mè abscondam Theoricam, & Practicam, quas circa hoc observari vidi, & obscuriores tramites relinquam, ut saltim posteris ex meo labore fructum relinquere valeam. Ideo *Rem* ipsoi declarare disposui, ut generaliter aliquando practicavi, atque practicari sensi, in quibus aliquando erravi, & aliquos errare comperii; & ut finem loquendi faciamus, Deum timeamus, & mandata illius observemus. Hoc est enim omnis homo, idest, ad hoc factus est omnis homo. Cuncta enim, quæ fiunt, educet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum, juxta verba ejusdem *Concionantis in fine*. Undè, & clementiam, & misericordiam Altissimi invocamus, nè in errorē incidamus, & si ex nostra fragilitate cadimus, ipso porrigente manū, resurgamus. Ideo ad Institutū ejusdem gratiæ cōfisi descendamus.

3 Et primò circa materiam fiscalium exactionum, unam conclusionem ponamus, ut ea, quæ in causis Fiscalibus fiunt, in dubio circa legem fiat interpretatio contra Fiscum: quoniam in omni certamine juxta Salust. *in bello Jugurtino*, qui potentior est, quanvis injuriam patiatur, quia plus potest facere, videtur vincere, & si sint aliquando jura fiscalia pro Reipublicæ Statu defendendo, non enim ille Major inter natos
4 mulierum damnat exactionem Principum Fiscalem; interdum exigunt pro communi utili-
5 tate pecuniam, & Principibus mundi expedit Rempublicam in tranquillitate tueri, & pro eventuum varietate in provisionibus agendis, Fiscum Regium semper decet esse locupletem, velut fontem, in se continentem originalis aquæ abundantiam, quæ diversis rivulis ad diversa loca derivatur.

6 Sed hi, quibus est exigere constitutum nil amplius exigant, quàm quod publica dictavit authoritas, nec suo Consilio suasit *Ioannes* publicanis à Reipublicæ exactione recedere, sed ipsam exercere secundùm *justitiam* constitutam; indiget gubernatione Principum, & legum Constitutione mundus, ne malorum insur-
7 gat improbitas, insurgensq; prævaleat, ne succumbat innocentia non defensa, ne impedbē perturbetur Civitas benè constituta, ne hominum mores impunita iniquitate procedant, ex quo sit opportunitas, & exactio fiscaliumrerum, dum tamen sit vera, & *justa* intencio, & exactio exigentium, ne publica exercentes offi-
8 cia profundantur ratione privati commodi: de necessitate enim *justitiæ*, tenentur subditi sua *jura* Principibus exhibere, juxta veritatis sentētiā Matth. 18. *vers.* 24. ibi: *Oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta*, et ejusdē 22. *vers.* 21. ibi: *Reddite ergo, quæ sunt Cesaris, Cesari,*
9 *& quæ sunt Dei, Deo*: constituti enim sunt, quasi stipendio pro Principibus, juxta illud Paul. *ad Cor. c. 9. vers. 7. Quis pascit Gregē, & de lacte gregis non manducat?* & ideò cùm Principes nostri suo Regimine Deo ministrēt, & à Populo debēt tributa suscipere, ut stipendiū sui Ministerii, nō
10 autē quod hoc debeat sibi applicari pro præmio: propriū enim præmium est Principum laus, & honor, ut dicit *Philosophus 5. Eth.* quibus autem
11 non sufficientia hæc sunt, Tyranni sunt. Est autem Princeps custos justi, non autem injusti, & inæqualis; ipse verò siquidem justus, non enim tribuit plus simpliciter boni ipsi, si non ad ipsum proportionale est, ideo alter laborat, & propter hoc alienum ajunt esse bonam justitiam, merces autem quædam damna, hoc autem honor, & gloria, quibus autem non sufficientia hæc, isti sunt Tyranni. Unde dominantium justi, & paterni, juxta *Philos.* ut supra. Sed hoc non est intelligendum de laude humana solùm, sed de laude, & honore Diuino, qui Principibus gubernātibus exhibetur, *Sap. 6. vers.* 22.
12 *O Reges Populi, diligite Sapientiam*: recipiunt
13 enim tributa ad sui substentationem: laborant
14 enim Principes, & laborare debent ad omnium
15 pacem. Undè Paul. 1. *ad Timoth. cap.* 2. ibi: *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus*; & Baruch *cap.* 1. *vers.* 11. vbi: *Et orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babilonis, & pro vita Baltassar filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies Celi super terram: & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, &*
16 *sub umbra Baldassar filii ejus.* Ab hoc tamen debito sunt liberi Clerici, qui quidem æqui-

Digitized by Google

quitatem naturalem habent. Unde etiam apud
17 Gentiles liberi erant à tributis illi, qui vacabant rebus divinis: legitur enim *Gen.* 47. *vers.* 22. quod Ioseph subjecerat Pharaoni totam Terram Ægypti, præter Terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur; & dicitur ibi, quod universa Terra Ægypti Regibus quinta pars solvit absque Terra Sacerdotali,
18 quæ libera ab hac contributione fuit; hoc autem omninò æquum est: quia sicut Reges sublimitatem habent de bono publico in temporalibus, ita Ministri Dei, in spiritualibus ministrantes, recompensantur, Regesque pro parte eorum laborant.

19 Verumtamen, licèt debita sint tributa Principibus, quasi laboris stipendium, tamen attendant ipsi, ne dupliciter peccent accipiendo.
20 Primò quidem, si utilitatem Populi non procurent, sed solùm ad eripiendum eorum bona intendant, unde dicitur Ezechiel. 34. *vers.* 3.

Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis: peccare enim, & alio modo possunt ex hoc, quod violenter eripiunt bona subditorum contra statutam Dei legem, quæ est quasi quoddam pactum inter Regem, & Populum, ut supra populi facultatem non uteretur. Unde Matth. 3. legitur: *Audite, Principes Iacob, & Duces domus Israel,* & postea subditur: *qui violenter tollitis pelles eorum de super eos, & carnes eorum de super ossibus eorum*, habentur enim hæc ad *Romanos* 13. & maximè secundùm *Beatum Thomam de Aquino*: nam secundùm eum Principes, qui hæc non attendunt, iram
21 Dei expectant, cùm nō principaliter ad sui uti-
22 litatem constituti sint, sed ad populorum utilitatem, juxta prælegatam *Philosophi* authoritatem, propter quæ attendant Principes ad ea, quæ habentur *Sapient.* 6. à *vers.* 2. ibi: *Audite ergo, Reges, & intelligite, discite, Iudices finium Terræ; prabete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis Ministri Regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiæ, neq; secundùm voluntatem Dei ambulastis. Horrendè, & citò apparebit vobis: quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet: exiguæ enim conceditur misericordiæ; potentes autem potenter tormenta patientur: non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam: quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo, Reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non exci-*
23 *datis*. Si enim jura fiscalia habere cupitis, curam populi, & utilitatem non amittatis;
24 si enim potestas condendi leges à Deo tribuitur, attendite ad justas, & non damnosas le-
25 ges, quid nam in moribus hominum damnosius inveniri potest, quàm iniquitatem firmari
26 per leges? nam quis rector fasces portabit regiminis, si secundùm leges iniquas sentiet in subjectos? Unde Respublica sumet augumentum? aucta quomodo stabit, si ex iniquis legibus Præsidentium, erit prolata censura? Si exorbitatio ex legibus, est exorbitans, quomodo reducetur ad æquum? Unde vagi hominum mores sient omninò, authoritatem habebit iniquitas: nunquam erit æqua retributio meritorum: malus malè erit: deplorabit damna, & exilia, justus innocens discriminibus subjacebit: confusa erit humana conditio: ad vitia omnis proclivis erit: ad virtutes nemo inclinabit: nullus adjutor erit pauperum: ubique multitudo grassantium: ab eis hominibus justitia, & judicium procul erunt: oppressi clamare non poterunt: vim patientur sufferre humiles: inquirentes pacem improbè vexabūtur: viduæ, & pupillorum substantia in direptionem erit; quamobrem per Isai. 10. Dominus ait: *Væ, qui condunt leges iniquas: & scribentes, injustitiam scripserunt; ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: ut essent vidua prada eorum, & pupillos diriperent: Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? ad cujus confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam vestrā?* & eos, contra quos per Prophetam Dominus loquebatur, futuros
27 scilicet arguebat, non enim Dominus Reges Principes condemnat, sed malè regimine utentes, & ad sui propriam utilitatem, non populi intendentes: laudādi maximè sunt, in quibus timor Dei est, juxta illud Iob *cap.* 36. *a vers.* 5. *Deus potentes nō abiicit, cùm ipse sit potens, sed non salvat impios, & judicium pauperibus tribuit.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Carolus de Gaeta, Goffredi Pater, temporibus Regis Ladislai, & Reginæ Ioannæ Secundæ, Regii Fisci Patronus extitit, demum Regius Consil. Regii hospitii Iudex, ac Præsidens Reg. Cam. Summ. n. 1.

Privilegium nobilitatis obtinuit, unà cū omnibus ab eo descendentibus. num. 2.

Descendentes à dicto Carolo, virtute dicti privilegii, fuerunt ad nobilium cœtum ejusdem sedilis admissi. num. 3.

Goffredus de Gaeta, magister Rationalis, Magnæ Regiæ Curiæ, Iudex Regii Hospitii, Reg. Consil. & Præsidens Reg. Cam. Summ. fuit. num. 4.

Et à Regina Ioanna Secunda in donum habuit annuam pensionem unciarum auri 36. num. 5.

Et munere Præsidentis Reg. Cam. præfuit sub Regibus Aragoneis, Alphõso I. & Ferdinãdo I. quicquid alii dixerint. n. 6

Et obiit anno 1463. & humatus fuit in sacello ejus familiæ de Gaeta, in Divi Petri Martyris, ubi ipsi, & ejus patri, erectum fuit Epitaphium, modo, quo refertur. num. 7.

Origo Tribunalis Reg. Cam. ejusq; Officialium remissivè. num. 8.

Tribunal Reg. Cam. non est æquale Supremo Senatui S.R.C. & quare? remissivè. n. 9.

Tribunal Reg. Cam. uti restrictum ad certum genus causarum, præter illas procedere non potest. num. 10.

Sententia in paritate votorum in Tribunali Reg. Cam. Summ. proferuntur pro Reo. num. 11. secus in aliis Tribunalib. n. 14.

Sentẽtiæ in dubio semper contra Fiscũ. n. 12.

Rei causa favorabilior est, quã Actoris. n. 13.

Diffamatus est Reus, & nõ actor. n. 15. & 18.

Dispositio l. diffamari *habet locum in omnibus. num. 16.*

Diffamatus, uti Reus, debet comparere coram suo, non autem jactantis, sive diffamantis, Iudice. num. 17.

Retrahens in judicio retractus, tam sanguinis, quàm vicinitatis, reus est, & coram suo Iudice est formandum judicium. num. 19.

Nuncians novum opus, est actor, & coram Iudice nũciati comparere debet. nu. 20. Sed quod sit Reus, determinavit S. C. num. 21. Aliqui verò distinguunt. n. 22.

Clericus, Ecclesia, aut Ecclesiastica persona, vel aliter privilegiata, in judicio dilationis quinquennalis, aut partis debiti remissionis nõ habet fori declinatoriam, & quare? num. 23.

Suspicionem proponens, pro actore habetur in ipso judicio, etsi in principali reus sit. num. 24. 29.

Reus in exceptione, actoris vicẽ sustinet. n. 25

Instantia requiritur in judicio suspicionis. nu. 26. & terminus impartitur. num. 27.

Actor dicitur, qui libellum edit, & probare tenetur. num. 28.

Sententia in paritate suffragiorum Senatorum Supremi Tribunalis, ferebatur pro illa parte, in qua Præses convenit. nu. 30. & hoc servabatur in S.C. ante annum 1574. num. 31.

Regii Consiliarii antiquitus, ob amplissimam dignitatem Præsidis S.R.C. ferendi suffragia modũ non habebant. n. 32. & 34.

Imperator Cæsar Augustus centum Senatores erexit, & quomodo votabant? n. 33.

Regii Consiliarii, post Commissarium, ordinatim suffragia dant. n. 35. Quod rationabile, & juri consonum est. n. 37.

Suffragia in decidendis causis de jure communi à dignioribus, & antiquioribus inchoanda. num. 36.

Adjuncti dantur in S.R.C. data paritate votorum, & à quo? num. 38.

Sententia promulgatur secundùm vota majoris partis Senatorum, etsi juniores sint. n. 39. 41. 44. & hoc etiam in delegatis. num. 43.

Regii Consiliarii, aliique Officiales, ipso tunc quod sunt electi, docti, & idonei præsumuntur. n. 40.

Conclusio facta à majori parte, pro justa, & juridica habetur. num. 42.

Ritus Reg. Cam. Sum. emanati fuerunt juxta observantiam, & antiquiorem morem dicti Tribunalis. n. 45. 47.

Ritus Reg. Cam. Sum. compilavit Andreas de Isernia. *num. 46.*

Ritus, & si leges scripta non sint, pro legibus tamen habentur. num. 48.

Stylus, & Curiæ, seu Tribunalis observantia, nil obstante quod sit contra legem, pro lege observatur. num. 49. & signanter in Reg. Cam. num. 50.

SI omnia, quæ ad rem faciũt, scribere anxiè hic vellem, utramq; paginam implerem, & opus in infinitum creſceret inter manus. Attamen cum à mihi conjunctiſſimo homine, quo familiariter utor, hæc demandata fuerit Provincia, illam officii amans ſubeo, non eo conſilio, ut gloriam mihi vendicem, ſed ut optimo, & amato viro, operam meam deferam; Et quidem, cùm non multis libris uſus fuerim, nec longo temporis beneficio omnibus numeris opus abſolverim, malè certè operam collocavi meam; ſed

Digitized by Google

ſed præmium, ac pretium operis ſit, præſtitum amico officium.

Cùm ſemper per neceſſarium exiſtimatum ſit, in annotationum initio de vita Authoris aliquid ſcribere. Ideo de noſtro Goffredo aliquid ſcribamus. Na-
1 tus eſt Neap. ex Carolo eximio Iureconſulto, qui ſub Rege Ladislao, ac Regina Ioanna II. Regii Fiſci extitit Advocatus, Regius Conſil. Regii Hoſpitii Iu-
2 dex, ac Præſidens Reg. Cam. Sum. & ab eadem Regina privilegium obtinuit anno 1421. ex quo, tam ipſe, quàm omnes ex eo deſcendentes, mediantibus
3 pluribus ſententiis S. R. C. fuerunt ad Nobilium cætum Sedilis portus admiſſi, Præſid. de Franch. *Deciſ.* 357. *num.* 5. Marcellus de Mauro *Alleg.* 7. *n.* 13. Reg. Capyc. Latr. *Conſult.* 129. *tom.* 2.

4 Goffredus, patrem in juriſprudentiæ cognitione æmulatus, doctiſſimus evaſit Iuriſconſultus; unde, & Magiſter Rationalis fuit Magnæ Reg. Curiæ, Iudex Regii Hoſpitii, Reg. Conſiliarius, ac anno 1422. Præſidens Reg. Cam. Summ. ſub
5 Regina Ioanna II. á qua anno 1417. dono habuit annuam penſionem unciarum
6 auri 36. & cum eodem Præſidentis munere, præfuit ſub Regibus Aragonenſis Alphonſo I. & Ferdinando I. Quanvis aliqui dixerint, ſub prædictis Aragonenſis Regibus fuiſſe Goffredum Locumtenentem Magni Camerarii: nam hoc aliquam patitur difficultatem, tum quia nemo ex his, qui Catalogos effecerunt omnium Locumtenentium Magni Camerarii, qui uſque adhuc fuerunt, ut ſunt Topius *in lib.* 4. *cap.* 7. *tom.* 1. *de Orig. Tribun.* & Blaſius Altimare doctus, ac eruditus Iuriſconſultus ſub anagrammatico nomine Tubiæ Almagiore *in Recollectione Variarum Notitiarum Hiſtoriar. Regni, inſita poſt vol.* 4. *Hiſtor. Civitatis, & Regni Neap. Io: Ant. Summontis, noviter Neap. impreſſarum anno* 1675. *fol. mihi* 113. Goffredum inter Locumtenentes M. Camerarii enumerant; tum etiam quia clarè apparent, qui Regnum Aragonenſium temporibus, Reg. Cam. & Magni Camerarii Locumtenentes fuerunt; itaut Goffredo nullus ſuperſit locus. Sub Alphonſo enim Rege anno 1444. fuit Locumtenens Magni Camerarii Marinus Boffa, Alifii Comes, & Magnus Cancellarius. Anno 1449. Matthæus Palearia, cui anno 1450. ſucceſſit Nicolaus-antonius de Montibus. Poſt hunc ponitur Michael Riccius, qui, & Regius Conſiliarius Viceprotonotarius, ac Præſes extitit S. R. C. ſub eodem Alphonſo Rege, & poſtmodum ſequitur Io: dictus Iovianus Pontanus Ferdinandi I. à Secretis Præſidens Reg. Cam. & Lo-
7 cumtenentes Magni Camerarii anno 1479. nec opus eſt ultra pertranſire ad aliorum Locumtenentium Reg. Cam. numerationem, cùm Goffredus noſter Neap. vita functum fuerit anno 1463. & humatus in Sacello ſuæ familiæ de Gaeta, ſub titulo S. Agatii, & S. Mariæ Roſarii, in Divi Petri Martyris Ordinis Prædicatorum, cui & Carolo ejus patri, à Io: Franciſco de Gaeta, Epiſcopo Squillacenſi in Calabria, fratre, ac filio, erectum fuit, prout ſequitur Epitaphiũ, relatum a Cæſare Engenio in ſua *Neapoli Sacra.*

HIC SITI SUNT EQVITES DVO JVRISCONSVLTI NOBILES, ET MAG. DOMINVS CAROLVS DE GAETA DE NEAPOLI, OLIM REGIS LADISLAI CONSIL. QVI OBIIT ANNO GRATIÆ MCCCC. XXII. ET FILIVS EJVS DOMINVS OFREDVS, QVI ET REGIS ALPHONSI CONSILIAR. DECESSIT MCCCCLXIII. ETC. EPISCOPVS SQILLACENSIS CAROLO PATRI SVO POSVIT.

8 Hæc ſatis de vita Authoris; nunc, antequam breviter alia ſpecialia de hoc Tribunali Reg. Cam. Sum. attingam, quædam de ejus origine remiſſivè dicam, ejuſque Præſidentium, Officialiumque videantur Reg. Moles *in ſuis Deciſionibus ejuſdem Tribunalibus in tribus* §§. 27. 28. 29. Reg. Conſil. Petra *in Com. ad Rit. M. C. V. Ritu* 1. *num.* 21. *verſ. Contra*, Topius *ubi ſup. cap.* 1. Quod, etſi
9 etiam antiquum, non tamen in Iuriſdictione eſſe æquale Supremo S. R. C. obſervavit Reg. Conſil. Staib. *in Obſervat. ad Reſolutiones Forenſ.* 50. *à nu.* 42. *lib.* 1. de cujus erectione, ac præeminentia, præter hos vide Taſſon. *De Anteſat. verſ.* 3. *Obſ.* 3. *à num.* 137. Reg. Capyc. Latr. *Deciſ.* 68. *num.* 8. Mele *ad Gizzar. Deciſ.* 14. *num.* 15. *& ſeqq.* Topium *ubi ſup. cap.* 1. *tom.* 2.

Digitized by Google

10 At uti Tribunal restrictum ad certum genus causarum,in aliis nullo modo procedere valet,nec Iudex competens esse potest, nedum ex jure communi, *l. sicut proponis 5. Cod. de bon. præscript. l.1. & tot.tit.C.ubi causæ fiscal. & l.3. Cod. de jure Fisci,lib.10.l.2.C.de decur.lib.12.l.1. & l.nec quicquam,ff.de offic. Proc. Cæsar.* verùm etiam ex dispositionibus Regiarum Pragmaticarum *37. de offic. S.R. C. 61.& 62. §.2. de offic. Proc. Cæsar.* Reg. Revert.*Decis.*7.ubi Reg. de Marin. Reg. Consil.Staiban. *loc. relato num.* 56. Reg. Consil.Carleval.*de Iud.lib.1. tit.1. disp. 2.quæst.6.sect.9.*Novar. *ad Prag. 12. de Offic.Proc.Cæsar.& 37.de Offic.S.R.C. & de Elect.& Var.For. quæst.* 40. Præs. de Franch.*Decis.*601.*n.*5.6.Mele *loc.cit. nu.* 17.Cancer.*Var.Resol.lib.2.cap.ult. n.* 42. Larrea *Alleg. Fiscal.*7. Gaill. *Pract. Obs.* 20.*lib.*1.

11 In hoc Tribunali videntur habere locum *l.inter pares, ff. de re judic.* & *cap. duob.judicib.26. de sent. & re judic.* ubi Glos.*in verb.in diversas sententias,vers. Si ergo sint ordinarii,* & Glos.*in l. cùm magistratus,*4.*verb.teneat,prope finem.ff. quomodo provoc. non est necesse* ; ob in eo
12 residentiam Regii Fisci, ope dispositionis *l.non puto,* 10.*ff.de jure Fisci*, contra quem in dubio emanantur sententiæ,
13 Goffr. noster hic *n.* 3. quia favorabilior est causa rei, quàm actoris, *l.favorabiliores,*168.*ff.de reg.jur.l.Arianus,* 46. *ff.*
14 *de act.& oblig.*itaut data paritate suffragiorum inter Dominos votantes in dicto Tribunali, habetur pro judicato in rei favorem, pro ipsoq; fertur sententia, etsi in aliis Tribunalib. aliter servetur, Præs. de Franch.*Decis.*252. Reg.de Ponte *Decis.*31.*nu.*7.Reg.Tap.*Decis.S.C.*46.*nu.*1. Præs.de Amato *Cons.*97. Præs. Ganaver. *Decis.*3.*nu.*25.cum aliis, laudatis à Reg. Consil.Petra *in Com.ad Rit. M.C.V.* 53. *nu.*10.*& Rit.*98.*n.*5.*to.*1.*& in Rit.* 265. *n.*49.*vers.Conferunt,& n.*55. *vers. At in Regia Iuncta, tom.*3. de Luca *ad dictam de Franch.Decis.*252. & decrevit R.C.S. in *Arresto Generali* 549.in recollectis per Reg. de Marinis.

15 Ita tamen, quod cùm in judicio diffamationis diffamatus, etsi appareat per priùs in judicium venire, ac provocare diffamantem pro propalatione suorum jurium competentium, juxta jactata, vi-
16 gore vulgatæ dispositionis *l. diffamari,* 5.*Cod.de ingen.& manum.* (extensæ generaliter in omnibus casibus, quicquid in contrarium scripserit Antonius Faber
17 *de Error.Pragm.decad.*51. *error.*1. *&* 2. *lib.*2.)non tamen habetur pro actore,sed semper reus judicandus est, attenta origine causæ,non obstãte, quod sit primus in adeundo judicem: quia priùs provocatus, sive conventus esse dicitur à diffamante,ope jactantiæ, ex actione in genere jactata, per quam tacitè videtur ad judicium provocasse diffamatum, cujus accidentalis præventio, intentata potiùs ad se tuendum, quàm agendum, non est attendenda; sicuti origo naturalis causæ, juxta cujus naturam, & habito ad eam respectu, præveniens, sive diffamatus est ille,qui erat conveniendus pro prætensis per diffamantem. Qua de causa rectè judicium hoc per diffamatum ipsum conficitur coram suo, non autem diffamantis judice, propter naturalem causam, quæ vincit accidentalem, ut contra Afflict.
18 *Decis.* 268. est magis recepta sententia, pluriũ rerũ judicatarum authoritate firmata,penes Pisanell.& Vrsill. *in d. Afflict. Decis.*Reg.Consil.Capyc.*Decis.*18. Reg. Sanfel.*Decis.*168.*par.*2.Reg. Capyc.Latro *Decis.*89. *lib.*1. Reg.de Marin. *Resol. Iur.cap.6.à n.*5.*& cap.*44.*num.*50. *lib.*2. per Senat. Pedam. apud Cacher. *Decis.* 151. Cameramque Imperialem Gaill. *Pract.Observ.*11.*n.*1.*lib.*1. Rotam Rom. Gratian.*Discept.For.c.*85.*lib.*1.& subsistinuerũt Reg.Consil.de Anna *Cõs.*58. *n.*9. *lib.*1.Reg.Consil.Carlev.*de Iudic. lib.*1. *tit.*1.*disp.*2.*q.*4.*nu.*199.*to.*1.Reg.Consil. Staib.*in Obser.ad Resol.*31.*à n.*1.*lib.*1.*& in Obser.ad Resol.*133.*à n.*16.*lib.*2. Reg. Consil.Prat. *Pract. Observ.* 98. Gizz. & Manfr.*ad Reg. Capyc. Latr. d. Decis.* 89. Scialoya *de For.Comp.cap.*1. *nu.*18. Calà *de in Integr.Restit. min. quandoq; deneg. quæst.*26.Altimar.*ad Reg.Rovit. Decis.*1. *n.*14.De Luca *ad Præs.de Franch. Decis.* 385.*&* 657.*ad Gratian.Discept.For.*85. *& Prax.*

Digitized by Google

& Prax. Iud. cap. 2. nu. 5. Maſull. *ad Capyc. d. deciſ. 18. nu. 2.* ubi etiam Viſconte, & Petra *n. 6.* Reverendiſs. Vicarius Gen. Capitularis, Canon. Verde *ad Gallupp. Prax. S. C. par. 1. cap. 5. n. 88.* Covarr. *Var. Reſol. lib. 1. cap. 18. nu. 4. & 5. verſ. Adducitur,* ubi Io: Vffel. & De faria *n. 17. & à n. 33.* Valeron. *de Tranſact. tit. 2. qu. 2. n. 16.* Carpzov. *Deciſ. Ill. Saxon. 31. à nu. 7. par. 1.* & *Reſp. jur. Elect. lib. 2. tit. 2. reſp. 34. à nu. 5. Defin. Forenſ. Elect. par. 1. cõſt. 5. defin. 27. à nu. 4.* & *conſtit. 7. defin. 27. per totam,* & Proc. jur. *tit. 20. art. 2. §. 1.*

19 Prout etiam eſt in judicio retractus, in quo retrahens, etſi provocaſſe videatur, attamen pro reo habetur, & coram ſuo Iudice actionem retractus intentare valet, non autem emptoris: quia res vendita eſſe dicitur de genere, & familia illius, qui retrahere vult, ope actionis, ſibi præſtitæ à juribus, & ipſe pro provocato habetur, atque fingitur, ab ipſomet emptore de juribus ſuis experiri ad petendum retractum, ex antecedẽti contractu emptionis rei confecto, cujus vigore cõpetit hæc actio vicino, vel proximiori, prout videtur *in cap. Cõſtitutus, de in integr. reſtit.* decidiſſe Summum Pontificẽ: quoniam retractum per Iudicem retrahentis eſſe cognoſcẽdum, ac determinaſſe Senat. Venetum apud Triviſan. *Deciſ. 34. lib. 1.* Panormitanum penes Giurbam *Obſer. Deciſ. 2.* Pincian. Paz *De Tenuta tract. 2. cap. 63. à nu. 23. & 32. in fin.* & Pariſienſ. Pappon. Areſt. Franc. *lib. 7. tit. 7. Arreſt. 43.* & docuerunt Reg. Conſil. Staiban. *in add. ad Staiban. ſeniorem Cõſ. 41. n. 4.* Riccius *Collect. Deciſ. 6. verſ. Item an Clericus, & Collect. 735. in fine,* Guzman. *de Evict. q. 7. n. 36.* Carpan. *in Stat. Mediol. cap. 417. nu. 624.* Idem Giurba *Deciſ. 25. nu. 10.* D. Octavius Caracciol. *tract. de For. Privilegiatorum remiſſione, q. 17.* licèt in contrarium ſcripſerit Reg. de Marin. *Reſol. Iur. cap. 55. n. 5. in fine lib. 1. & cap. 44. lib. 2.*

20 Idem eſt in novi operis nunciatione, in qua etſi altercentur DD. quiſnam ſit actor, reuſve; dum attento actu provocationis, videtur nunciãs eſſe actor, ex quo denunciatum provocat, ad ſe tuendum, itaque in judicio prædicto, cùm non alter nunciatus accedat, niſi tuitionis cauſa, nuncians actoris vicem ſuſtinet, ut ex *l. de pupillo, §. qui remiſſionem, & §. ſequenti, ff. de operis novi nunc.* ibi: *Subſtinet enim partes defenſoris,* ubi Gloſ. *in dicto verb. Defenſoris,* Mauſon. *de Cauſis Exec. lib. 1. ampl. 38. num. 14. 15.* De Luca *ad Preſid. de Franchis Dec. 657. num. 7. & Prax. Iudic. cap. 2. n. 6.* Salgad. *de Reg. Protect. par. 2. cap. 8. à n. 52.* & deciſum referunt Guttierez *Conſil. 48.* & Paz *de Tenuta dict. cap. 63. num. 22. in fine.*

21 Altera tamen eſt Doctorum ſententia, non pro actore eſſe habendum nunciantem, ſed pro Reo, & coram ſuo Iudice judicium eſſe actitandum: quia mandatũ fit contra nunciatum, nõ autem ab actore, ſed ad rei inſtantiam, ex quaſi extrajudiciali appellatione, adeundo Iudicem ut reus, non ut agens, veniendo ad ſe defendendum adverſus innovatum, vel innovandum à nunciato, propria authoritate, excludendo nunciantem à juribus ſuis, & ita pro provocato habetur, ut deciſum refert per S. R. C. Reg. Sanfelic. *Deciſ. 379. lib. 3.* & noviter de Luca *in ap-*

22 *pend. ad d. Deciſ. 657.* licèt nõ deſint, qui ad concordiam reducere intendant, hinc inde allegatas determinationes, diſtinguendo, denunciatum actoris vicem habere, etſi veniret provocatus, ſi modo ad judicium veniat principaliter contra nũciantem, ipſum citans, ad tollendũ mandatum, ſibi, ſuoq; operi faciendo injunctum: quoniam judicium proſequi intelligitur, non pro reo, ſed pro actore habetur. Sin verò compareret ſimpliciter ad ſui defenſionem, inſtando pro remiſſione novi operis cum ſatiſdationis oblatione, quadere perſeverare videtur in tuitione, quod propriè eſt rei, pro reo habetur, Severinus *in add. ad alleg. Reg. Sanfelic. Deciſ. 379.* Blaſ. Altim. *ad Reg. Rov. Dec. 1. ad num. 14. verſ. obſerva 6.* ex notatis per Mauſon. *loc. cit.* & Ripã *Pract. Obſ. 63. n. 4.* Et cùm hoc mihi accidiſſet diſputãdum pro D. Nicolao Mandia, adverſus Gratiam de Magiſtris, ad cujus inſtantiã per M. C. V. expeditum mãdatum fabris domus dicti Mãdia, ut ſe abſtinerent ſub pœna; & cùm inſtetiſſet d. D. Nicolaus pro cauſę remiſſione ad ſuum Iudicem com-

competentem Ecclesiasticum, per bina de creta obtinuit; & cùm fuisset appellatum in S. C. cum regia decretatione de verbo faciendo, auditis in Aula per partem adversam omnibus his dispūctis, protraxit causę determinationem; & demum recursum habuit in Collat. Cons. intentando remedium Capitulorum Regni, & obtento rescripto, quod S.C. in eoq; causa commissa, inhibita fuit M.C. V. at transmissis actis, partes demum ad cōcordiam devenerunt, prout ex processu in Banca Philippi Falvi.

23 Sicuti in cōcursus creditorum judicio, aut dilationis quinquennalis, concedendę ad petitionem majoris partis contra minorem in quantitate: quoniam attenta naturali causa, non autem illa presentanea accidentali, removendi debitores à molestiis inferendis à non concurrentibus, validè conveniuntur coram debitoris Iudice; cujus officium ab ipsismet recusantibus implorandum erat pro obtinenda satisfactione; itaq; præveniendo concurrentes, adire valeant; qua de causa non actorū, sed reorum vicem subsținēt, & revera sūt rei, licèt ex priori actu, & libelli porrectione in judicio provocassent, ad instar actorū, Salgad. *Labyr. Cred. par. 1. cap. 2. & cap. 6. n. 14. to. 1.* quapropter ab omni fori declinatoria excluderētur, etsi clericali gauderent privilegio, vel Ecclesiæ, ac ecclesiasticæ essent personæ, quæ etiam, uti provocantes, in molestias inferendo pro actoribus voluntariis habentur: nam in his iudiciis potiùs imitantur, incitantur; quàm arctantur, ex quo eorum citatio pro incitatoria potiùs habetur, quàm arctatoria, attenta magis communi DD. sententia, in praxi, vsuq; recepta, & authoritate rerum judicatarū fulcita, per ea, quæ in propriis, de quibus loquimur, terminis, dejudicasse S.R.C. referunt Vrsill. *ad Afflict. Decis. 380. nu. 7.* Reg. Sanfelic. *Decis. 305. par. 2.* Gallup. *Prax. S.C. par. 2. cap. 6. n. 87.* Novar. *de Elect. & Var. For. sect. 4. quæst. 24. à n. 3. to. 1.* Thor. *Compend. Decis. p. 1. verb. Dilatio quinquennalis an sit concedenda*, Sacra Reg. Barensis Audientia Viv. *Decis. 38. n. 8. par. 1. M.R.C.* Regn. Sicil. Mastril. *Decis. 79. n. 4. vers. Item in citatione, par. 1.* ita quod isto, & non alio jure vtimur in Regno, & alibi etiam servari fatētur laudādi DD. Muscat. *Prax. S.R.C. par. 2.* glos. *Competentes, n. 100. prope fin. vers. Si Clericus tanquam creditor*, Masull. *ad Capyc. Decis. 197. nu. 5.* Paschal. *de Patr. Potest. p. 2. cap. 9. n. 70.* ubi Reg. Cons. Prat. idem Reg. Sāfelic. *Decis. 187. n. 17.* Mauson. *de Caus. Exec. limit. 6. n. 80.* Scialoya *de For. Comp. cap. 14. n 9.* idem Novar. in *Prag. 1. de Cession. bonor. n. 34.* Prēs. de Amato *Cons. 28. n. 17.* Reg. de Marin. *Resol. Iur. cap. 52. n. 1. lib. 1.* Reg. Consil. Rocc. *Not. Merc. de Decoct. Merc. 65. nu. 194.* Grass. *de Effect. Cleric. Effect. 1. num. 475.* Maja *Cōsul. For. 20. à n. 8.* Caracciolus *de Fori Privil. Remissione, quæst. 24.* Tondut. *de Præven. Iud. lib. 1. cap. 20. nu. 21. vers. Denique licèt aliqui*, Guzman. *de Evict. quæst. 7. à n. 47.* De Paz *de Tenuta d. cap. 63. n. 19.* Noguerol. *Alleg. 19. num. 129. 130. 131.* Cevall. *Com. Contr. Com. quæst. 896. n. 624. to. 4. & in tract. de Cognit. Per Viam Violentiæ quæst. 72. lib. 2.* Pereira *de Instrum. Editione tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 107. to. 1.* & latè Salgad. *d. cap. 6.* & determinavi sub die 14. Martii 1685. in causa mihi commissa uti Consultori hujus Fidelis. Civitatis à Spectab. Regēte Carrillo, Annonæ Præfecto, concursus creditorū ad dilationem quinquēnalem concedendam Frāciſco Solombrino, & Angelo de Ianuario cōtra minorem recusantem, inter quos aderat Ill. Archiepiscopus Civitatis Capuæ, declinatoriā opponens, & á d. Spectab. Regente sub die 29. Maij ejusdem anni cōfirmata hęc mea determinatio fuit. Ex quibus rationibus, cùm nulla dispar ratio considerari possit in creditorum concursu ad remissionem partis debiti contra minorē respuentem, inter quos aderat Clericus, declinatoriā opponens, per S.C. fuit exclusus, ex relatis à Censal. *ad Peregr. de Fideic. in art. 48. vers. Neque sententia, circa medium*, ad quem se remisit Rodoer. *ad Reg. de Marin. d. cap. 52.* & subsținet Reg. Consil. Rocc. *ubi sup.* Apud aliquos tamen non carent difficultate hujusmodi decisiones, de cogendis á laico clericis concurrere ad debiti aliquam remissionem, aut dilationem, ut videre est apud

Mar-

Digitized by Google

Mart am *de Iurisdict. casu* 123. *à num.* 9. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15. *q.* 11. *nu.* 53. Dian. *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 22. Carpium *de Exec. Testament. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 40. *in fin.*

24 Quod idem pro vero habitum fuit, in judicio suspicionis, ex quo non regulatur

25 sicuti principale: quia pro legitima exceptione habetur; in ejusq; propositione excipiens, etsi reus sit in judicio principali, in hoc autem exceptionis, actoris vicem sustinet, *l.* 1. *ff. de except. l. in exceptionibus*, 19. *ff. de probat.* Reg. Consiliar. Petra *in dict. Rit.* 265. *à num.* 49. *tom.* 3. Harprett. *super Instit. de iniur. in* §. *injuria autem, nu.* 108. cò fortiùs quod est ju-

26 diciũ de per se, specialemq; requirit libellum, *l. apertissimi*, 16. ex illis verbis: *libello recusationis ei porrecto*, & *in l. cùm specialis*, 18. ubi *recusationis libellum ei incusatus offerre*, *Cod. de judiciis*, Glos. *in cap. quoniam contrariis*, *verb. recusationes*, *de probat.* Glos. *in cap. secundo requiris*, 41. *verb. coram eod. de appell.* proba-

27 tionesque efficiuntur ad effectum verificandi causam allegatæ suspicionis, qua de ratione, terminus impartitur, *d. cap. secundo requiris*, 41. §. *finali*, *cum* Glos. *allegata*, *vers. causa verò*, *& cap. cum speciali*, 61. *in fin. eod. tit. cap. suspicionis*, 39. *de offic. deleg.* de qua non docto, succumbere tenetur, & Iudex prosequitur, uti absolutus à recusatione, cõtra ipsum proposita, *d. cap. secundo requiris*, §. *tertio postulas*, *& d. cap. cũ speciali*, 61. *in fine*,

28 modo quod pro actore in ipso judicio habetur, dum de suo jure docere debet, *l. actor*, *quod asseverat*, 23. *Cod. de prob. l. qui accusare*, 4. *Cod. de eden. l. in trib.* 13. *ff. de jud. cap. forus*, 10. §. *accusator*, *de*

29 *verb. signif.* ita quod data suffragiorum paritate non in ipsius beneficium, sed rei in ipso judicio, licèt actor sit in principali, fertur decretum, juxta decisa per Reg. Tap. *d. Decis.* 46. & per priùs *in Iure Regni super Prag.* 22. *de offic. Proc. Cæsaris*, ac penes Præsid. Anell. de Amat. *d. Cons.* 27. Reg. Consil. Petra *in Rit.* 53. *à nu.* 10. *lib.* 1. & *in Rit.* 265. *nu.* 49. *& seqq.* De Luca *d. cap.* 2. *à n.* 5. *usque ad* 9.

30 Sed disceptatum apparuit extra tamen Tribunal Reg. Cam. (cujus Senatores sunt in dignitate pares, unumq; faciunt corpus, atq; collegium) in suffragiorum paritate Senatorum supremi Tribunalis, prout est nostrum S. R. C. illam prevaluisse partem, cui adhæsit Præses, propter officii dignitatem, atq; preeminentiam, nulla habita ratione *d. l. inter pares*, sed Theodosii constitutionis, per quam statuitur, illam prævalere sententiam inter antiquiores Iuris-consultos, in qua excellentissimi ingenii vir Papinianus inclinabat, verba cujus descripsit Thesaur. *in Decis. Pedam.* 1. *in nu.* 8. quę concordat cum *l.* 1. §. *cùmque hæc materia*, *Cod. de veteri jure enucleando*, *l. spurÿ*, §. *privilegÿs*, *ff. de decurionibus*, Molfes. *ad Consuetud. Neapol. lib.* 2. *par.* 10. *q.* 22. *nu.* 8. Gamma *Decis. Lusit.* 1. *num.* 12.

31 Sicuti in dicto S. R. C. ante annum 1574. vigebat stylus, per ea, quæ desumuntur à *Pragm.* 1. §. 6. *in princ. de causis decidendis*, Præs. de Franch. *Decis.* 252. *nu.* 2. Surgen. *de Neapoli Illustrata*, *cap.* 25. *nu.* 28. *vers. quam prærogativam*; Ac

32 priùs, ob amplissimam S. C. Præsidis dignitatem, Regii Consiliarii ferendi suffragia modum non habebant; sed post Cõmissarium, nemo alloqui poterat, nisi qui á Præside de sententia interrogatus erat, *Prag.* 8. *de offic. S. R. C.* Cùm priscis temporibus talis erat receptus usus, ut

33 Cæsar Augustus, durante ejus Imperio per suos Consiliarios, centum elegit Senatores, qui simul ad aliquid decernendum congregati, nullam præcedentiam votando observabant, dignioris, vel antiquioris, vel gradatim; sed ipse Imperator votum à quo ei melius videbatur petebat. Suetonius Tranquill. Plutarc. Polyb. & Gell. Paterc. Qui

34 usus, per quamplures annos inobservatus, causam dedit Ill. Duci de Alcalà, tunc hujus Regni Proregi, Regiam emanandi *Pragm.* quę est 9. *de offic. S. R. C.* ut inviolabiliter hic ordo observaretur; addendo tamen, quod absente S. R. C. Præside, vel in alia existente Aula, per Reg. Consiliar. antiquiorẽ, ac primũ tenentem locum, ac si esset Præses, fieret.

35 Demum novus invaluit stylus, ut congregatis in secreto Regiis Consiliariis, Commissarius incipiat, ac deinceps junior

Digitized by Google

nior in dignitate, & sic gradatim, ad an-
36 tiquiorem deveniatur DD. nostri *infra allèg. in fine seq. num.* 37. licèt jus commune sit in contrarium, quod á dignioribus, & antiquioribus sit inchoandum, *cap. quia tua, 1. dist. l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de edendo, l. 1. in fine, ff. de albo*
37 *scribendo.* Sed usitatus hic modus rationabilis est, & Iuri consonus, eo quia ab antiquiore incipiendo Senatore, adest timor, ne juniores à voto antiquioris, magis venerandi, declinare formident, non obstante, quod contrarium sentiant; ut pluries in alma Vrbe evenit, in qua inter matrem, & filium orto litigio, tempore Claudii Cesaris, ut Suetonius Trãquillus *lib. 3.* scribit, disputabatur, an vera illa filii mater esset; negando mater dictum peperisse filium, in Senatu accessit; Imperator autem, mulieri mandavit, ut cum homine illo nuberet, stante quod dicta mulier eum pro filio non acclamabat; Sed quia mulier renuit, solus Imperator decrevit, ipsam esse hominis illius veram matrem; cui sententiæ Senatores omnes assenserunt: quia timebant Imperatori contradicere, tempore quo dicere poterãt, mulierem pro viro non acceptasse hominem illum, non quia filius erat suus, sed quia in ea voluntas cum illo contrahendi matrimonium non cõcurrebat; ideo dicendum est, Senatores non contradixisse ob timorem Imperatoris; Quapropter ratio à DD. adducta validissima est, ne minores, seu juniores declinare à voto majorum primo loco dicto paveant; pro qua ratione nõ solùm modus iste votandi in pluribus supremis Senatibus observatur, prout in Pedam. Thesau. *d. Decis. 1. num. 2.* & Osasch. *in Proœm. Decisio. nu. 11.* Lusitaniæ Gamma *Decis. 1. num. 11.* ubi Florez de Mena, Gabed. *Decis. 6. à nu. 8. par. 1.* Rom. *Singul. 82.* Tiraq. *in præf. ad tract. de Privil. nu. 114.* Specul. *in tit. de Advoc. §. jam nunc videndum est, nu. 11.* verùm etiam in nostro S. R. C. hujus Civitatis, Afflict. *Decis. 1.* Reg. Tap. *in prag. 1. de Causis Decidendis,* Anna *Sing. 6.* Cassan. *Cathal. Glor. Mundi par. 1. Consid. 19.* Reg. Consil. Petra *ad Rit. 2. num. 9.*

38 Ita tamen, ut data inter Senatores votorum paritate, habeat locum *text. in l. duo Iudices, ff. de re judicat.* quia etsi ordinarii sint, & commissarii appellentur; ob distributionem causarum, quæ à Præside fit inter eos, ad distribuentem ipsum recurrendum est, *l. jubemus si qua, in fine, §. quam observationem, l. in offerendis, Cod. de appell.* ubi Glos. *l. diversitas, l. duo ex tribus, ff. de re judic. l. cùm magistratus,* ubi Glos. *in verb. non teneat, Cod. quãdo provoc. non est necesse,* Glos. *in Auth. ut Iudices non expectent sacras jussion. verb. Sententiam, cap. fin. extra, de re judicata;* per quem in diffinitivis dantur tres Regii Consiliarii adjacentis Aulæ; in incidentibus, unus pro adjuncto ad paritatem dirimendã; si autem interfuit Præses, & in paritate suum etiam adhibuit votum, & causa fit decidenda diffinitivè, fit relatio Proregi, per quẽ dãtur adjũcti; si verò sit decretum interlocutoriũ, absq; paritatis publicatione alius Reg. Consiliarius vocatur, à quo paritas dirimitur, & hoc jure utimur, *d. Reg. Prag. 1. §. 6. de caus. decid.* Tasson. *de Antefato, verf. tertio, obser. 3. n. 112. quæst. 14.* Reg. Rovit. *in d. Prag. 1. n. 12. de caus. decid.* Gallup. *Prax. S.C. in prælud. ad 3. par. num. 10.* Præs. de Franch. *Decis. 252. num. 6.*

39 Concluditur tamen, si Senatorum suffragia plura ex vna parte, quàm ex alia sint, in eo casu authoritas, vel minor gravitas, non inspicitur; itaut, si juniores in numero majores sint, juxta eorum vota conformia sentẽtia fertur, quanvis antiquiores sint è contraria; licèt aliqui DD. notent, majorem partem in numero non contineri, sed in experientia, & dignitate, ratione antiquitatis, Glos. *in cap. in Genesi, verb. zelum, de electione, l. majorem, de pactis, l. 1. ff. de privil. cred.* Bart. *in l. Pomponius, aliàs si uni ex pluribus, ff. de re judic.* Bodinus *lib. 3. cap. 1. de Republica.* Quia communis est DD. sententia, ut ex numero, & non ex pondere judicetur: nam ubi Consilia, ibi Salus, *Proverb. cap. 25.* & quod à majori parte fit, habetur, ac si ab omnibus factum esset; immo præsumendum est, cùm in illam multi inclinassent, justitiam, veritatem, ac zelum residere. Et allegata in contrarium locum habere non possunt, scili-

cet

cet, esse considerandam dignitatem, ac
40 votantium experientiam: quoniam Senatores, sive Officiales omnes, docti, atq; periti præsumuntur, & statimac electi á Rege in tali munere sunt, illico approbantur, & in eis omnia prædicta concur-
41 runt, *Prag. 7. in fine de dilat.* ita quod minimè recedendum à conclusò per majorem partem, *l. si duo ex tribus, ff. de re judicata, l. aliud, §. refertur, ff. de reg. jur. l. nominationem, Cod. de decurionib. lib. 10. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Auth. hoc jus porrectũ, in medio, Cod. de Sacrosanct. Eccl. l. quod major, 19.* ibi: *Quod major pars Curiæ effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, ff. ad municipalẽ, cap. auditis, de elect. cap. 1. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli*, Tasson. *ad pragm. de Antefato, vers. 2. observ. 3. nu. 26.* Præsid. de Franch. *Decis. 2.* ubi Add. Reg. de Ponte *de Potest. Proreg. tit. 4. nu. 22.* Mastrill. *Decis. 49. nu. 7.* Ricc. *Collect. 316.* Ripol. *Var. Resol. cap. 1. nu. 487.* Butreus *in cap. proposuisti, de*
42 *probat.* à quibus juribus in judicando nõ est recedendum: nam justa dicitur esse conclusio á majori parte facta, ac si in illam omnes inclinassent Iudices, *dicta*
43 *l. quod major*, quæ tam in judicibus ordinariis, quàm in delegatis, locum habent, Afflict. *Decis. 1.* ubi Vrsill. Gratian. *Decis. 183.* Fontan. *Decis. 282. num. 12.* cum quo jure communi jus Regni uni-
44 formatur, ex eo quia, per Regias Pragmaticas mandatur, pro majori parte esse determinandum, ut sunt *5. de officio Iudicum, &. 13. de officio S. R. C.* & hoc jure utuntur omnia ferè Tribunalia collegiata, & ita apud celebres historicos observatum reperitur, ut de Enrico III. Gallorum Rege loquitur Enricus Catetinus de Avila *in historijs de Gallicis Civilibus Bellis, lib. 9.* ibi: *Coacto Theologorum Sorbonæ Collegio dicto Regi, ad denegandam obedientiam* (causis in dicto loco enarratis) *& licèt Io: Faber dicti Collegij Præses subsequutus à Roberto Vavarino, ac à Dionysio Sorbino, D.D. senes, & excell. doctrina, Regis favore votasset; nihilominus juvenes contra Regem votarunt, qui, quia erant numero plures, fuit contra Regem conclusum, & executum.*

45 Redeundo igitur ad rem nostram, quia hic de *Ritibus* est agendum, videtur certum, quod juxta observantiam, & antiquiorem morem, in firmitate constitutũ, & ab eodẽmet Tribunali confirmatum,
46 in procedendo, decernendisq; causis, *Ritus* emanati fuerunt: eosdemq; Andreas de Isernia compilavit, reduxitq; in formam, in qua nunc reperiuntur, ut habetur ex verbis *Ritus de Iure Dohanæ fin. al. in fin.* se remittendo ad ea per ipsummet scripta *in cap. prædicto, de Consuet. Reg. Fridet. §. Sacramentum*, & testantur Lucas de Penna *in l. si tempora, Cod. de fid. instr. & hæst fiscal. lib. 10.* Goffredus noster *infra in rub. 5. de Iure Dohanæ, num. 179. & 181.* ac in Rubr. *de non positis, aut subtract. in quater. nation. offic. nu. 2.* Incertus *Auth. in annot. ad Rit. rubr. primæ*, Liparulus *in vita Andreæ de Isernia, posita in princ. libri de feudis, vers. Invenimus etiam Andream compilasse, &c.* & colligitur ex titulo in *Ritibus* prædictis, qui cõservantur in Archivo Reg. Cam. ibi: *Ritus Domini Andreæ de Isernia super universis Iuribus Dohanarum, & aliarum Regni Siciliæ Gabellarum*, in quibus non
47 aliud agnoscimus, nisi quę observata fuerunt, & in posterum observari debent, Caravita *in Commẽt. super Rit. 1. M.C.V. nu. 6.* cum aliis, allegatis in eodem *Rit.*
48 per Reg. Consil. Petra à *nu. 42.* etsi leges scriptę haud sint, pro legibus tamen habentur, tanquam dependentes à stylo, antiqua observantia, & usu Tribunalis, illisq; parere debent omnes, §. *ex non scripto, Instit. de Iur. nat. gen. & civil. l. nam Imperatores, ff. de legib. Clem. sæpe, §. & quia, de verb. signific. cap. ex literis, 11.* ibi: *nostri moris, de Constit.* licèt in contrarium vigeat juris dis-
49 positio; cùm vim habet, nedum tribuendi jurisdictionem, aut revocandi, verùm etiam constituendi, abrogandique leges, §. *fin. Instit. de satisd.* & Imperator *in l. si quando, 11. in fin. Cod. de injur.* aliter in nullitatem incideret judicatum, *l. prolatam, 4. Cod. de sent. interl. omn. Iudic.* Reg. Moles *Decis. R.C.S. §. 3. quæst. 5. à nu. 40.* Reg. Sanfelic. *Decis. 33. nu. 9. 10.* Reg. Consil. Staib. *in Observ. ad Resol. 92. à nu. 100. usque ad 104. tom. 1. & Resol. 176. nu. 103. 104. tom. 2.* Reg. de

Phi-

Philipp. *Diſſert. Fiſcal.* 1. *n.* 145. & *Diſſer.* 4. *à num.* 54. Scoppa *ad Gratian. in Deciſ.* 49. *à nu.* 33. Larrea *Deciſ. Gran.* 47. *nu.* 14. *par.* 1. & *Alleg. fiſcal.* 34. *num.* 20. *par.* 1. & *Alleg.* 87. *num.* 2. *par.* 2. Creſpi á Valdau. *Obſerv.* 1. *à nu.* 163. & *Obſer.* 10. *nu.* 46. & 51. Salgad. *de Reg. Protect. par.* 1. *cap.* 2. §. 3. & *par.* 3. *cap.* 9. *à num.* 242. Acaranza *de Partu Natural. cap.* 2. §. 4. *num.* 34. *verſ. Sed ſi rem, &c.* Caſtill. Sotomay. *Contr. Iur. cap.* 222. *nu.* 29. *tom.* 7. Solorzan. *de Indiar. Iur. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 72. *tom.* 2. Amay. *in l.* 3. *Cod. de bon. vacant. lib.* 10. *num.* 21. D. Lauren. Matteu *de Regimine Regni Valentiæ, cap.* 2. §. 5. *nu.* 58. & *cap.* 6. §. 5. *à nu.* 26. & in *tract. de Re Crim. contr.* 25. *nu.* 19. ut ibi: *quanta ſit vis uſus, ſtyli, aut conſuetudinis, nemo eſt, qui neſciat, cum Iuriſdictionem tribuat, & revocet, leges conſtituat, & abroget, atq; juris ſpeciale genus diſtinguat, nempe non ſcriptum*: nam ſi in ſcriptis redactum ſit, vim ſtatuti habet, Reg. Conſil. Marcian. *Conſil.* 47. *num.* 12. *verſ. Et quando ſtylus, lib.* 1. prout ſunt iſti *Ritus* Reg. Camerę, cujus ſtylus, & obſervantia pro lege inviolabili obſervatur, Reg. Rovit. *Deciſ.* 28. *nu.* 4. Reg. Galeot. *Reſponſ. Fiſcal.* 15. *n.* 15. Reg. de Philippis *Diſſert. Fiſcal.* 1. *num.* 147.

Ceſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA PRIMA.

De Incantibus promiſſis infra triduum, & poſt triduum, ante manum, vel ex dono.

RITVS I.

INcantus, A, ante manum, vel ante triduum contra Ritũ, B, Dohanę, promittuntur à Regia Curia, vel à magiſtris Rationalibus, aut ab aliis de eorum ſpeciali mandato: quia præſumptio eſt, ut pro Curiæ utilitate illos promiſerint, & ſolvi debent, ſecundum eorum conventionem in hoc habitam, ne decipiantur, qui cum talibus contraxerint.

RITVS II.

ALii officiales non poſſunt, nec debent contra Ritum hujuſmodi promittere, vel ſolvere; promiſſio, aut ſolutio hæc, non præjudicat Curiæ, quæ videtur concedere promiſſionem debitam, & ſolitam, & non inſolitam, aut indebitam.

RITVS III.

ET imputet ſibi paciſcens, qui ſcivit, aut ſcire debuit, hęc eſſe prohibita, ut nil de his illicitè promiſſis petat, etiam ab officiali ſecreto, puta, bajulo, Camerario, vel Magiſtro Procuratore, gabellas vendente, & concedente.

RITVS IV.

NIſi fuiſſet inductus per officialem, ad emendum cum dictis pactis illicitis, emptor homo ſimplex, aut exterus, quem veriſimile erat ignoraſſe jam dicta; aut ſpecialitèr conveniſſet; dum intelligeret, aut intelligere deberet, his officialib. ea eſſe prohibita, tũc officialis de ſuo proprio cogi debet, ad ſatisfaciendum emptori, ſeù conductori, ut ſimplicitas tolerabilis, non ſit in damno, & dolus, fraus, & circumventio, aut ſpecialis, aut expreſſa, ut præfertur, conventio non lucrum, ſed damnum ei afferat.

A, De materia licitationis in jurib. regalib. eſt videndus Andr. *in tit. quæ ſint regalia, §. Regalia in princ.*

B, Ritus iſti vocantur ſtatuta imperialia, per *Andr. in conſt. Regni Magiſtros fundicarios*, quia fortè per Imper. Feder. fuerunt compilati, poſtquam ipſe Imp. majorem partem horum dirictuum introduxit, ut dicitur inf. *in cap. quæ ſunt jura nova, & quæ vetera*, & per eundem *Andr. in conſtit.* quæ incipit *Quanto cæteris* fuerunt; iſti ritus per eund. *Doctorem* compilati, dum aliqui ipſorum reperiuntur per columnas repetiti, & ad literam in commento *Andr.* ut apparet in Rub. de jure fundaci Rit. 18. cujus verba ſunt manuſcripta per eund. *Andr. in tit. quæ ſint regalia in §. vectigalia in add. num. 14.*

Digitized by Google

RITVS V.

PRomissi incantus, c, simplicitèr intelligantur, etiam si non exprimantur, ut post triduum subhastationis, seù concessionis gabellæ faciendæ in locis solitis lucrifiant.

RITVS VI.

IDem si dicatur, ut post triduum habeant incantum, seù quartã partem, quia non lucrabuntur incantum, nisi probetur de subhastatione: alienationes. n. & diminutiones rerum fiscaliũ, non procedunt sine sollemnitate hastarum; præter quam si conventio habeat certum diem, aut locum, puta si dicatur, ut triduũ computetur à primo Septembris, non est tunc necessaria subhastatio, nisi labatur triduũ ipsum; Aut convenitur, ut subhastetur Neapoli, tunc non est necesse alibi, quam Neapoli subhastare: contractus enim ex cõventione accipit legem, dummodo diei, & loci adiectio facta sit per Curiam Regiam, aut Magistros Rationales, seù ab aliis de eorum mandatis, alioquin intelligi debet sicut solet, & debet intelligi adiectione loci, & diei habita pro non dicta, ut in proximo dictum est; & quod ibi dictum est de simplici conventione, etiam hic intelligendum erit; Idem erit de incantu promisso infra triduum, per eũ, qui potest promittere, quia sẽper intelligitur, etiam si non dicatur infra triduum subhastationis, ratione præmissa; secus si diceret ille, qui potest promittere, ut dictum est, ut habeat ex dono, vel ante manum, tũc statim lucratus est, ex præmissa cõventione, vel diceret infra triduum computandum ab hodie, tunc etiam non subhastata, quia specialis conventio, derogat juri. Idem in similibus.

RITVS VII.

HIc incantus solet, & debet esse quarta pars augumenti post dictum triduum, si plus cõveniatur dari per Regiam Curiam, aut per Magistros Rationales, ut supra valet, per alios officiales promissum plus non debe-

c, Incantus ante manum ab aula recessit, & nescio quare, cum in aliis Catholicæ Majestatis, & præcipuè Hispaniarum Regnis, sit in viridi observantia, dare ante manum quantitatem auri, vel argenti laborati ei, qui meliorem fecit oblationem in incantu, sic contrahendo, dabo nempè tibi libram auri in tali vase laboratam, si ponas duc. mille plus in hac gabella. Imò in Reg. Cam. hactenus non erat usitatum quod lucrifieret per licitatores plusquam unus incantus, quia moris est, quod deputato die per S.E. dantur ei oblationes clausæ, & sigillatæ per licitari volentes, in quibus licitationibus clausis, quilibet ponit oblationem suam cum qualitate, quod si alter offerat meliorem conditionem, solvat sibi mille; aut bis mille aureos, prout sibi melius est visum, & solent etiam ipsimet reincantare gabellam sibimetipsis, cum eadem qualitate reincantus, ad finem, quod si superaretur ab alio demum in licitatione, tanto magis lucretur: & istæ oblationes aperiuntur per Ill. Proregem, & acceptatur illa, quę est melioris conditionis, habito respectu ad majorem oblationem, & minorem incantum; & acceptata una ex ipsis meliori, assignatur dies, quo accendetur candela, & qui vult offerre plus, quam est in illa oblatione acceptata, debet ante omnia solvere primo licitatori quantitatem incantus contentam in prima licitatione, & aliquod plus, ultra addere Reg. Curiæ sine alio novo incantu, & ita hactenus observatum. Sed hodie 18. Martii 1568. Reg. Cam. introduxit in licitatione gabellæ Regiæ serici, quod ille secundo offerens possit superare primam licitationem, etiam cum qualitate, quod si ipse secundus superaretur à tertio, lucrifaciat etiam quartam ejus, in quo ipse superavit primam licitationem, & ita practicatur, quod ego etiam observavi in forensibus, in quibuscunque venditionibus, tam Universitatis, quam Baronum, privatorum civium, & vassallorum.

Digitized by Google

betur, ſed uſque ad quantitatẽ legitimam tantum;poteſt etiam conveniri, ut nihil, aut minus detur, quam quarta pars: Rei enim ſuæ quilibet dicit legem quã vult, & officiali commiſsũ eſt, utilitèr pro Curia agere.

RITVS VIII.

SI non promittatur quarta pars, poſt dictum triduũ non debetur, quia poteſt vendi gabella, ſeù locari ſine incantu extrinſeco,quod cum quarta parte augmenti poſt triduum ſic conceſſa non præſumitur, niſi conſtet:licet in bonæ fidei contractibus, ſicut eſt venditio, & locatio,veniãt ea,quę ſunt moris,& conſuetudinis, hæc non veniunt, ſi non dicantur, prædicta ratione, quia extrinſecum eſt, ſicut non debetur donatio propter nuptias, jure Romano, ſi non conſtituitur, nec quarta, jure Longobardo, eo quod matrimonia ſine his, & ſine dote contrahi poſſunt: Vnde qui accedit ad emptionem, ſeù locationem gabellę,curet cautè negotiari,faciẽdo exprimi omnia. Sed ſi expreſſum ſit, quod poſt triduum habeat hanc quartam partem augmenti; præſumitur quod pro ſuis laboribus, & expenſis ſit promiſſa,etiam ſi non dicatur hoc, pro ſuis laboribus, & expenſis, nam eſt intrinſecũ, quia ideo lucrifacit quartam promiſſam pro eo,quod laboravit exercendo gabellam Curię, in utilitatem Curiæ, quod in eventu patet, quia augmentata eſt.

RITVS IX.

DAtum ante manum, ut dicitur in vulgari,aliquando eſt mere donum, ut dono tibi decem, ut ponas gabellam in centum, cum minus eſſet locata: aliquando videtur ſuccedere loco quartæ,ut conduco gabellam pro centum; itaquod de ipſis centum,habeam quindecim, ſivè incantetur, ſivè non, ſivè ante, ſivè poſt triduum, tunc ſi ante triduum licitetur,erit ſicut donum:ſi poſt triduum,videtur haberi loco quartæ, ſi promiſſa foret, ſemper intellige promiſſionem hanc contra Ritum factam per illum,qui poteſt,ut ſupra dicitur,& tamen utrobique ſi exprimatur ab illo,qui poteſt, ut prædicitur, quod præter donum,& pręter dicta quindecim poſt triduum habeat quartam partem, ſervabitur conventio, quæ nec turpis eſt, nec contra bonos mores.

Digitized by Google

RITVS X.

IN omnibus præmissis, & sequẽtibus, ubi Curia esset læsa non modicè, maximè quia minus diligentèr, & improvidè contra solitum hæc forent conventa, & privatus quilibet non fecisset tales conventiones in re sua, haberet Curia in integrum restitutionem, & aliis opportunis probatis.

RITVS XI.

UTilitèr, & providè factum consuevit censeri, & per Curiam ratificari, quando gabella esset in debitis finibus, & statu proprio, præcipuè sicut anno proximo prẽterito, si promittatur ultra ritum ante manum, vel post, ut additio, & augmentum fiat in ipsa gabella ultra quantitatem in qua fuit proximo anno.

RITVS XII.

SEcus si in fraudem hoc excogitetur, ut si anno proximo fuerat sterilitas, & ideò parum gabella fuit vendita, sequenti anno si esset ubertas, non sufficeret, ut gabella existente sicut anno proximo sterili promitteretur, aut daretur pro augm ento ultra ritum.

RVBRICA I.

De *I*ncantibus promissis infra triduum, & post triduum, ante manum, aut ex dono.

SVMMARIVM.

Incantus antè manum, vel ante triduum, solum à Magistris Rationalibus, aut aliis de eorũ mãdato promitti potest, aliter non præjudicat, & semper intelligitur secũdum solitum, cum imputandum sit promissioni recipiẽti, nisi esset homo simplex, aut exterus, qui verosimiliter ignoraret. n 1. & 31. & quare hic incantus datur, & validè promittitur. nu. 21. & 52. & dicatur ante manum. num. 22.

Officialis promittens incantum ante triduum, vel ante manum, quando ab eodem est solvendus. num. 2. & 28.

Incantus à quocumque promissus, semper intelligitur deberi post triduum subhastationis, concessionisve gabellæ faciendæ in locis solitis. num. 3. 8. 26. 30.

Diminutio, & alienatio rerum fiscalium, non procedunt sine sollemnitate hastarum, ideſt incantus subhastæ faciendi. n. 4. & 87.

Contractus ex conventione contrahentium, leges, & obligationes accipiunt. n. 5.

Adiectio diei in incantu, si facta haud sit per Magistros Rationales, vel alios ex eorum mandato, pro adiecta non habetur, & intelligitur semper de solito, & consueto. n. 6.

Incantus debetur conductori ab officiali promittente, si deceptus fuerit, aut promissus, sivè cõventus, alias si secus, conductori imputabitur. n. 7.

Incantus lucratur à cõductore triduo elapso à die promissionis, & si subhastatio facta haud sit, & promissio reperiatur facta, quod triduum curreret à dicto die. n. 9.

Conventio specialis, derogat juri. n. 10.

Incantus prædictus, est quarta pars augmenti. n. 11. 25. & 28. nisi per curiam, sivè Magistros Rationales, aut alios ex eorum mandato, maior non esset conventus. n. 12. 27. sed secus. n. 32. & 34. si verò per alios officiales promissus, non aliter debetur ultra quartam partem. n. 13.

Licitum, per illicitum non tollitur. n. 14.

Incãtus per alios officiales promissus, in minori quarta, aut in nihilo, tenet, quia in utilitatem Curiæ. n. 15.

Incantus non promissus conductori, aut emptori non debetur, quia intrinsecè intelligitur, si fuerit expressè dictum, aut promissum. nu. 16. & 24. quaderè curent contrahentes, quod exprimatur. n. 20.

In

Digitized by Google

In contractibus bonæ fidei omnia intelliguntur, atq; veniũt,quæ moris ſunt,& conſuetudinis.n.17.
Donatio propter nuptias ex jure Romano, ſi non eſt conſtituta,non debetur,prout quarta,jure Longobardorum.n.18.
Matrimonia ſine dotibus, & donationibus propter nuptias fieri,& contrahi poſſunt.n.19.
Reſtitutio in integrum Curiæ,& fiſco conceditur adverſus incantum promiſſum,quando fuiſſet læſa immodicè.n.23. & 120. & in omnibus alijs caſibus,data læſione.n.43.116.& 123.
Incantus ultra quartam partem promiſſus ab officiale,ad dictam quartam reducitur à Curia ſolvendam,& illud plus ab officiale promiſſum, debet obſervari.n.29.& 35.
Procurator Cæſaris cognoſcit de omnibus, de quibus bajulus.n.33.& 118.
Incantus promiſſus ultra quartam partem non tenet, & ſi promiſſio cedat in beneficium ignorãtis,exteri,ſivè ignari.n.36.
Dictio,maximè,quid operetur.n.37.
Incantus in pactum reductus tempore locationis, ut ſi reincantatæ fuerint gabellæ, lucrari debeat aliquod pro quolibet menſe, vel ultra incantũ, durante tempore affictus,quod jam evenit, ſed demum reconductor ob cauſas renunciavit affictum,& renunciatio acceptata fuit à Reg.Curia,an hoc in caſu primus licitator debeat conſequi juxta pactum, & acceptum non reſtituere.n.38.40.affirmativè.num.42.44.& 47.ſed contra.n.48.51.54.56.& 57.
Pactum in licitatione de lucrando aliquid ultra ſolitum,& quod per Ritum diſponitur,an ſubſtineatur, ſi evidenter apparet de damno Curiæ, & læſione.n.39.
Arrendator, arrendans tempore belli, non poteſt reſilire ob dictam cauſam, neque excomputum petere.n.41.
Conditio cum venerit, ei parendum eſt.n.45.
Reſoluta prima venditione, omnes fructus veniunt in reſtitutione. n.46.
Verba ſimpliciter prolata, intelliguntur ſecundum juris diſpoſitionem.n.48.
Stipulatio, & promiſſio ſemper intelligitur, ſi in eodẽ ſtatu permaneat cauſa,quæ fuit tempore interpoſitionis.n.50.
Mutuans filio,aut ſervo, ſi verſum eſt illud mutuũ in utilitatem patris, aut Domini, agere poteſt contra patrem ipſum,& dominum reſpectivè, ſi durat verſum tempore quo agit, ſecus ſi non duraret, ob reſtitutionem factam a patre, vel domino,filio,aut ſervo.n.53.
Contractus reſolutus,habetur,ac ſi nunquam fuiſſet, & fructus omnes reſituuntur.n.55.
Curia ſi nil habeat de augmento à ſecundo conductore ex aliqua cauſa ſuperveniente, non tenetur primo ſolvere incantum, ſivè quartam partem dicti augmenti. nu.59. inde durante tempore quod perceperit augmentum ad incantum promiſſum tenetur. n.60.
Fidejuſſores qualiter teneantur ad licitationem gabellarum vectigalium.n.61.
Licitatio in rebus vectigalium, & gabellarum, ac juribus fiſcalibus requiritur, & tacitè ineſt, non autem inter privatos.n.62.
Oblatio major in locatione,vel venditione rerum fiſcalium, vectigalium, gabellarum reſpectivè ſemper recipitur,& infra quod tempus.nu.63. non aliter in rebus privatis.n.64.
Licitatio,& incantus,idem eſt .n.65.
Licitans per calorem ſi perſeveraverit,& idoneos fidejuſſores dat,admittitur.n.66.
Licitatores ſi plures ſunt, & ad licitationes adveniunt unus poſt alium, ſi tamen ſecundus non eſt idoneus, atque ſolvendo non recipitur, ſed primus,niſi per ſecundum primus liberetur. n. 67.80.& 81. & plus offerenti liberatur,ſi idoneè caveat.n.107.& 110.
Locatio,aut emptio eſt pura, ſi ſit dictum,cum conditione,ut oblatione meliore adveniẽte,ab emptione ipſa,vel locatione diſcedatur,quia ſub conditione reſolvitur.n.68.ſecus ſi eſſet dictum, niſi melior conditio offeratur, quia conditionalis. n.69.
Fructus in pura emptione lucrantur ab emptore,ſecus in conditionali.n.70.
Licitator primus,aut emptor, adveniẽte meliore oblatione,poteſt iterũ licitari, & offerre plus, ità ut gabella remaneat apud ipſum, & fructus ſuos faciat,atque percipiat.n.71.
Licitator primus audiendus eſt, adveniente meliori oblatione,& quarè.n.72.
Licitator primus,ſivè conductor, ſecundo refundere debet,omnes fructus, niſi aliud dictum fuerit per locatorem, licet per primum incantus lucretur.n,73.
Oblatio melior dicitur,& ſi nil pluris offeratur, ſed ſolutio magis tuta ſit,cũ alijs ſimilibus.n.74.
Oblatio prima,quãdo pro reſoluta habetur ex adveẽtu ſecundæ,quantumcumque venditor, vel locans ſecundum non admitteret, ità ut primus pro liberato habetur.n.75.
Locationes,vel venditiones ſi tres factæ ſint, & unus pro duabus poſterioribus adiectionem fecit, & unum non admiſit,tunc pars iſtius non admittentis empta erit poſterior,ſi variis pretiis facta fuerit venditio, & diſpares partes erunt vendentium,ſed ſi uno pretio, tota remanet priori emptori,n.76.
Socius unus ex offerentibus in gabellæ locatione cum adjectione,poteſt adiicere meliorem conditionẽ, & ipſam gabellam in totum habere.num.77.& diſceſſum eſſe à prima.n.82.
Venditor,aut locans ſi ſimulaverit meliorem, & oblatam conditionem, cum ſit minoris, vel eſſet tantundem alii vendere,tunc utrique emptori, vel conductori erit venditor,vel locans inſolidũ obligatus,nec eſt diſceſſum à prima.n.78.
Conductor,aut emptor ſi aliquid ſolvit locatori, aut venditori,ſi demum ſecunda,ſivè melior advenerit oblatio,non poteſt agere contra ſecundum emptorem, vel conductorem pro reſtitutione pecuniæ ſolutæ,niſi in ſubſidium.n.83.
Conductor,aut emptor tenetur ad fructũ reſtitutionem

Digitized by Google

nem percæptorũ uſq; ad tempus adventus melioris oblationis,attamen ſi aliquid hoc interim expenſum eſt , poteſt ex his fructibus retinere , & ſi non ſufficiunt , illud plus eſt ei ſolvendum. n.84.

Contractus,ex pactis legis commiſſoriæ nunquam reſolvitur ipſo jure, neque transfert dominium, & quando.n.85.

Jus Dohanæ non acquiritur ex pactionibus inter emptorem,& venditorem,& quando.n.86.

Subhaſtationes fiunt voce præconis,vel edicto,ut quicunque vult emere, vel locare talem rem , ſeu gabellam, veniat infrà tot dies ad licitandum, quia plus offerenti dabitur.n.88.

Tempus apponendum in licitationibus eſſe debet in rebus fiſcalibus,& Eccleſiæ viginti dierum, in cateris arbitrio venditoris,prout prius erat in omnibus.n.89.

Obligatio inter licitantem , & Curiam ex quibus oriatur,& prò perfecta habeatur.nu.90.

Pecunia populo projecta , cenſetur occupanti donata.num.91.

Hoſpitium publicè teneri dicitur,quouſque hoſpitari videtur is , qui poſtea per duos dies vadit, ſeù venit.n.92.

Ex intervallo fieri non dicitur,quod ſit infrà tempus determinatum.n.63.

Pœnitere ſi quis vult in locando antequã aliquis promittat,prout publicavit , eodem modo publicè revocet n.94.

Clauſula in præconiis , & plus offerenti dabitur, quid operatur,n.95.

Termino elapſo in primo bannimento,infrà quod poſſit fieri ſecundum , ut alius offerens admittatur.n.96.

Subhaſtationes,& ſollemnitates omnes,an præſumãtur interfuiſſe,ſi de eis non conſtet.n.97.& 101

Inſtrumentum non probat, niſi ea quæ interfuerunt, tempore ejus celebrationis.n.98.

Renunciari an poſſit ſollemnitati ſubhaſtationis , & ſimilium.n.99.

Verba enunciativa poſita in contractibus,probant inter eaſdem partes contrahentes in his , quæ poſſunt partes ſibi ipſis præjudicare.n.110.

Venditio rei fiſcalis facta abſque ſollemnitatibus reſolvitur,& proinde retrahitur una cum fructibus.num.102.& quæ requiruntur,ut ſuſtineatur.num.113.

Titulus excuſat poſſeſſorem à reſtitutione fructuum percipiendorum,ſed non quando pro non titulo habetur.n.103.

Fiſcus quando agere valeat contra debitorem,ſuis debitoris.n.104.

Fiſcales res à quibus vendi, ac exigi poſſunt. num. 105.

Procurator Cæſaris vendi non poteſt ſine ſpeciali mandato. n.106. prout poteſt procurator fiſci. num.107.

Rex in re ſua , liberam habet poteſtatem , ut quilibet privatus in propria.n.109.

Venditiones bonorum fiſcalium fieri debent præſenti pecunia,& non habita fide de pretio. n.112.

Scriptura nõ requiritur in vẽditione rerũ fiſcalium, quia ſufficit , quod de hoc facta ſit interpretatio coram Præſide. n.113.

Cauſæ de ratiociniis tam publicis , quam privatis pertinentes ad fiſcum,revideri debent,ac decidi à Rationalibus,unà cum Præſide, ſive Fiſco, ſi actor ſit,aut Reus.nu.114.& 116.

Fiſcus tam activè,quàm paſſivè,agit coram procuratore Cæſaris,ſuo Judice competente. n.115.

Officiales Tribunalis procuratoris Cæſaris,non poſſunt ad alium Judicem adduci. n.117.

Res publica æquiparatur minori.n.121.& reſtitutionem in integrum habet.n.125.

Civitas,an poſſit in integrum reſtitui.n.122. & 124.

Reſtitutio in integrum non conceditur ratione perſonæ,ſed læſionis.n.126.

Reſtitutio in integrũ non datur,niſi petatur.n.127.

Præſcriptio quadriennii ad petendam reſtitutionem cur ſit contra Eccleſiam, & fiſcum , & quare. n.128.ſecus in minore. n.129.

1 Equitur ſummarium,& per ipſa verba Rubricæ,& alia ſimilia, ut clarius intelligatur,& primo ſolum Magiſtri Rationales,& alii de eorum mandato poſſunt promittere incantum ante manum,vel ante triduũ, quod eſt contra Ritum. Quod ſi alii officiales hoc promiſiſſent,non prejudicarent curiæ,quia intelligitur ſecundum ſolitum , & cedit in damnum illius, qui fecit talem promiſſionem, & neque ab officiali, neque à Curia aliquid petere poteſt,niſi fuiſſet ad hoc inductus per officialem,& eſſet emptor ſimplex,aut exterus,qui veroſimilitèr ignoraret;aut ſpecialitèr promiſ-
2 ſum eſſet per officialem. Nam in iſto caſu tenetur officialis de ſuo proprio ſatisfacere emptori , ſeu conductori , quia ſimplicitas conductoris , & dolus, & fraus, & circumventio officialis,aut ſpecialis, & expreſſa conventio,non debet lucrum, ſed damnum ipſi officiali afferre.

3 Item ubi facta eſſet promiſſio de incãtu ſimpliciter , ſupple à quocumque ſivè à Magiſtris Rationalibus, ſivè ab aliis ſimpliciter, ſemper intelligitur , ut poſt triduum ſubhaſtationis, & cõceſſionis gabellæ faciẽdæ in locis ſolitis lucrifaciant,ſupple ipſi incantantes , & ſic intelligitur, quod debet labi triduum , & quod debet fieri ſubhaſtatio , & conceſſio dictæ gabellæ,& his factis,lapſo triduo,lucratur conducens,vel emptor incantum,ut ſequitur.

4 Item ut ſi dicatur , ut poſt triduum habeat incantum , ſeu quartam partem, non lucratur niſi probetur de ſubhaſtatione, quia alienatio, & diminutio rerum fiſcalium,non procedunt ſine ſollemnitate haſtarum,ideſt incantus ſubhaſta faciendi, & voce præconum , niſi certus dies,aut locus adiiceretur in conventione venditionis,& locationis,puta , ut triduum com-

pu-

Digitized by Google

putetur à primo Septembris Neap. tunc ſufficit,quod tranſeat triduum, etiamſi non ſit facta ſubhaſtatio, & idem ſi tempore venditionis,& locationis ſit dictum,ut fiat ſubhaſtatio, tunc non eſſet neceſſe alibi,quam Neap.ſubhaſtari, quia contractus ex conventione contrahentium leges,& obligationes accipiunt, ve-
6 rum intelligas,dummodo illa adiectio diei,& loci,facta ſit per Regiam Curiam, aut Magiſtros Rationales, vel alios eorum mandato, alioquin, ideſt ſi non eſſet facta per Magiſtros Rationales, & alios eorum mandato,illa adiectio diei,& loci habetur pro non dicta, & intelligitur ſemper de ſolito,& conſueto, ut in-
9 proximo Ritu de ſimplici circumvento,ſcilicet quia quando fuit deceptus ab alio officiali, vel expreſsè conventum, tunc tenetur ipſe officialis ipſi conductori; alias imputabitur ipſi conductori,ſi non fuit deceptus, & ſpecialitèr ei promiſſum,ut ſupra ſcilicet quod tunc conductor nõ agit contra curiam, nec contra officia-
8 lem: Idem erit de incantu promiſſo intra triduum per eum,qui non poteſt,ſcilicet alios officiales præter curiam, Magiſtroſque Rationales,quia ſemper intelligitur,ut infra triduum lucretur, quantumcumque non fuerit dictum,
9 ſecus ſi diceret ille,qui poteſt,cum Magiſtri Rationales, &c. videlicet ut habeat ex dono, vel an tomanũ,& ſic ante triduũ,quia tunc ſtatim, ideſt facta ſubhaſtatione, etiã ante triduũ lucratus eſt cõductor,propter cõvẽtionẽ promiſsã, & expreſsã;vel ſi diceret lucretur infra triduum computandum ab hodie,ſcilicet die promiſſionis,tunc etiam non ſubhaſtata lucrabitur
10 conductor incantum: & ratio, quia ſpecialis conventio derogat juri, & hoc, facta conventione per curiam, Magiſtros Rationales, & alios de eorum mandato, & idem in ſimilibus, ac ſi diceret, quod circa prædicta, & in prædictis, conventiones factæ circa venditiones, & conductiones gabellarum,intelligantur ſecundum præmiſſa, ut quicquid promiſſum eſt per curiam,& Magiſtros Rationales, & alios de eorum mandato obſervetur, cum intelligatur promiſſum pro utilitate curiæ,& ideo ſequitur in fine hujus Rubr. quod ſi curia eſſet in modico læſa reſtitueretur,ut ibi melius dicam.

11 Item incantus ſolet,& eſſe debet quarta pars augmenti,& poſt triduum intelligendo, ut dictum eſt,faciendo differentiam inter Magiſtros Rationales,& alios officiales: exempli gratia, gabella locabatur decem,ideſt quatuor uncias, Titius auxit in quatuordecim, deinde Sempronius auxit in quindecim,& ſic unam unciã, tunc Titius lucrabatur unam unciam, quæ eſt quarta pars ſui augmenti,cum ipſe augmentavit in quatuor, & intellige, quod tunc Titius lucratur,ſcilicet elapſo triduo, & ſubhaſtatione etiam conſueta, itaquod Sempronius auxit poſtquam dictus Titius tenuit gabellam per tres dies, ſubhaſtatione legitimè facta, ita etiã dicendum eſt de Sempronio, quod lucrabitur quartam partem ſui augmenti,eo modo,& forma,ut dictum eſt de Titio,& hoc quando loca-
12 tio facta fuit per alios officiales. At ſi plus cõveniatur dari per Regiã Curiã, aut Magiſtros Rationales,valet,ut ſupra dictum eſt, per alios
13 verò officiales pluſquam quarta,promiſſum non debetur,ſed tantum valet uſque ad legitimam quantitatem, ſcilicet quartam, ita quod
14 licitum non tollitur per illicitum, verum poteſt alius officialis conventionem facere de ni-
15 hil dando, aut minus quarta; quia poteſt imponere legem, quam vult in utilitatem Curiæ, quia ita commiſſum videtur, ut utiliter agat, ſcil.nihil,aut minus quartam promittendo.

16 Item ſi non promittatur quarta pars, ut dictum eſt,poſt triduum nihil locatori,conductori,& emptori acquiritur,quia hoc,quod quarta pars debeatur tanquam extrinſecum,intelligitur ſi fuerit expreſsè dictum, & ſic conceſſa; quia non promittitur, niſi conſtet ſic dictum
17 eſſe,licet alitèr in bonæ fidei contractibus, ſicuti eſt venditio,locatio, & ſimiles veniant ea, quæ ſunt ex conſuetudine,licet non dicantur, tamen in caſu noſtro non veniunt iſti incantus,ſi non dicantur expreſsè. Ita enim dona-
18 tio propter nuptias jure Romano, ſi non conſtituitur, non debetur; nec quarta jure longo-
19 bardo, & ratio,quia matrimonia ſine his, ſcilicet donatione, quarta, & ſine dote contrahi poſſunt; ſic & in locatione, & venditione gabellarum,poſſunt fieri ſine incantu, ergo oportet, quod expreſsè dicatur; unde qui accedit
20 ad locationem, ſeu emptionem gabellarum, curet cautè, quod hoc exprimatur, & ſic cum hoc expreſſum eſt, ſcilicet quod habeat poſt triduum quartam partem augmenti, præſumi-
21 tur, quod pro ſuis laboribus, & expenſis ſit eis datum,& conceſſum,etiam ſi non dicatur,quia hoc eſt intrinſecum, & ſic præſumitur, & ideo lucrifaeit quartam promiſſam,pro eo quod laboravit, exercendo gabellam curiæ, in utilitatẽ Curiæ,vt eſt evidens; quia ſupervenit alius, & augmentavit pluſquam primus augmentaßet,& ſic videtur propter factum primi, ejuſdemque labores.

22 Item notandum; dictum eſſe ante manum, eo quod aliquando eſt merè donum,ut dono tibi decem,ut ponas gabellam in centum, cum minus eſſet locata,aliquando videtur ſuccedere loco quartæ, ut conduco gabellam pro centum, ita quod de iſtis centum habeam quindecim,ſivè incantetur, ſivè non, ſi ante triduum licitetur,erit ſicut donum,ſi poſt triduum,videtur ſtare loco quartę,ſi promiſſa foret,ideſt quia habet quartam,quando promiſſa eſt,ſic, & habebit iſtos quindecim,loco ipſius quartæ,etiam ſi nil fuerit dictum de quarta, & ſemper intelligas,promiſſionem ipſam factam per illum, qui poteſt,ut ſupra dictum eſt,ut exprimatur,quod propter donum, & præter illa quindecim poſt triduum, nihilominus habeat quartam partem; quia ſervabitur talis convẽtio,cum non ſit tur-

pis

pis, nec contra bonos mores, sed ut cōductor habeat donum, seù dicta quindecim, & nihilominus quartam promissam, & hoc si factum fuit per curiam, & Magistros Rationales.

23 Item in omnibus præmissis, & sequentibus, ubi curia esset læsa immodicè, maximè quia minus diligentèr, & improvidè contra solitum hæc forent conventa, itaquod privatus quilibet non fecisset tales conventiones in re sua, tunc haberet curia restitutionem in integrum, læsione, & aliis opportunè probatis.

Dicetur tamen tunc utilitèr, & providè factum, & censeri consuevit per curiam ratificari, quando gabella esset in debitis finibus, & statu proprio, præcipuè si anno proximo prædicto, tunc si promittatur ultra ritum, & ante manum, vel post, & adiectio, & augmentum fiat in dicta gabella ultra quantitatem, in qua fuit anno proximo, secus si in fraudem hoc excogitaretur, ut puta si anno proximo fuit sterilitas, & ideo fuit parum gabella vendita, & si sequenti anno esset ubertas, non sufficeret, ut gabella stet sicut anno proximo sterili, ut promittatur, vel darétur pro augmento ultra ritū, ut ecce ponamus, quod hoc anno certis ex causis de gabella modicum speratur percipi, ita quod pauci appareant emptores, & conductores, ex quo tamen parum, aut nihil lucrari, potest curia, & Magistri Rationales inducere aliquos ad emendum, & conducendum, promittendo eis donum ante manum, & ante triduū; puta viginti, si postea anno sequenti apparet, ut verisimile est; quod multum proveniat ex gabella, & sic multū lucrabitur emptor, & conductor; certè non debet Magister Rationalis promittere ante manum, & ante triduum, quia tunc dicetur contra utilitatem Curiæ factum; & sic Curia poterit in integrum restitui.

24 Et sic brevitèr concludendo totam Rubricam, dic, quod aut vendatur, aut locetur gabella simplicitèr sine expressione de lucratione incantus, & tunc nihil debetur pro incantu,

25 sivè licitetur, sivè non, aut promittatur incātus, quod intelligitur de quarta parte augmēti, & tunc sivè promittatur per Curiam Regiam, Magistros Rationales, & alios eorum mandato, sivè per alios officiales semper intelligitur, quod lucretur quartam partem aug-

26 menti, post triduum facta subhastatione, & concessione gabellarum locis, & tempore de-

27 bitis, aut non exprimitur de pluribus quam quarta, & quod ante triduum lucretur, & tunc, si per Curiam, Magistros rationales, & alios de eorum mandato, valet, & tenet conventio; emptor, & conductor illud lucrabitur, quod conventum est, etiam si sit plus, quam quarta, & etiam ante triduum, si videtur curia esse

28 immodicè læsa, restituatur, si verò alius officialis hoc permittat, exprimendo ultra quartam partem, & infra triduum, tunc non valet talis conventio, verum si ille conductor, & emptor erat simplex, rudis persona, & exterus, & etiam quando expressè hoc esset actum, tunc non esset in damnum curiæ, sed officialis ille tenetur ipsi conductori, & emptori observare

29 promissa in sui damnum, & non curiæ; & conventio ipsius officialis ultra debitum, reducetur ad debitum, scilicet ad quartam partem augmenti, & ad istam quartam partem tenetur curia; sed ultra quartam partem tenebitur officialis ipse, contra ritum promittens, & quod dicitur in Ritu, aut specialitèr convenisse, videlicet, quod intelligat, quod persona erat rudis, & simplex, aut extera, alias illud verbum simplicitèr convenisset, esset contra illud, quod primo dixerat, quia dixit, quod cōtra ritum non poßunt alii officiales promittere, & postea sequitur, quod si promisissent, non valet, nisi esset homo simplex, aut hoc expressisset; non ne satis est expressum, quod supra dixerat, si alius officialis promittit, etiam contra ritum, & sic expressit, & ideo necesse est, quod intelligas hoc verbum, *& specialiter convenisset*, aut quia specialitèr dixerat, non obstante ritu, tibi hoc promitto, aut quod Ritum illū cōprehendat ad unum, videlicet quod sit emptor homo simplex, vel exterus, cui specialitèr fuisset hoc pactum factum, quo casu ultra debitum præjudicat officiali, & non curiæ, undè sivè intelligas, quod officialis expressè dixisset non obstante, quod sit contra ritū, hoc tibi promitto; quia semper ultra quartam partem tenetur officialis, & nō curia, sivè simplicitèr non exprimendo, quod sit contra ritum, sed dicendo sic promitto tibi centum, si incantes gabellam, & quod habeas ante triduum, tunc hoc casu, si persona est simplex, & extera, ita quod verisimile est, quod ignoret ritum, tunc etiam tenetur officialis ultra quartam, sed usque ad quartam tenetur curia, & imputandum est illi, qui scire debuit, quia aget contra curiam, vel tenebitur Curia.

30 Item de eo, quod dicitur in hac Rubrica, quod non lucratur incantus, nisi post triduum, approbatum est per Capitulum Domini Regis Roberti editum super *Cōpilatione, & Compositione Rationum Officialium*, datum Neap. 1317. die 3. Julii 15. indictionis, Regnorum eius anno 9. (*quod est 257. secundum ordinem Nigri*) & ponam verba dicti capituli, scilicet: *Electionem, quam habet amotus emptor, vel creditor nostrorum jurium suo successori, pro tempore, quo exercuit ad extaleum, vel ad credentiam vendēdi, ubi infra triduum sic amotus, non habeat sicut pro ipso triduo de promisso, propter incantum aliquid non lucratur, sed de perceptis infra triduum, teneatur ad credentiam respondere, &c.* & sic probat propositum nostrum, illa particula, ubi dicit, *sicut pro ipso triduo, de promisso propter incantum, aliquid non lucratur, &c.* hoc capitulum cum aliis eiusdem literę, & aliis ejusdem Regis ponuntur in fine hujus operis, in quibus vult, quod per ipsa capitula non derogatur aliis Ritibus, Constitutionibus, statutis,

Digitized by Google

tis, ordinationibus, Conſuetudinibus hucuſque obſervatis, niſi in quantum eſſent contraria, ut ibi apparet.

31 Item in eo, quod dicitur in prẹſenti *Rubrica*, quod alii Officiales non poſſunt promittere incantum ultra *Ritum*, & ante manum,idẽ etiam vult Dom.Rex Robertus in ſuprad. *cap. 257. n.29.* quod in gabellis vendẽdis,& locandis,non poſſint Officiales ipſi pactum facere de minus exigendo,vel plus,quàm eſt conſuetum, & debitum, ac etiam obſervatum, etſi fuerit juratum, maximè cum mercatoribus exteris,& ignorantibus, ita quod pactum prædictum ſit in præjudicium ipſorum Officialium, de quo omninò videas *dictum capitulum*;in quo ſurgit
32 dubium,an habeat locum in Magiſtris Rationalibus, ſcilicet quod iſti Magiſtri Rationales poſſint facere pactum de plus, vel minus exigendo? & videbatur quod ſic,ex quo *capitulum illud* videtur loqui in Secretis, & Magiſtris Procuratoribus jurium gabellarum, vt ibi dicitur expreſsè, *in n.23. Secreti quoq; & Magiſtri.* Sed tamen attendendo principium litterarum, *nu.2.* vbi vult prædictus Rex,dicens ſic: *idcircò, non derogando Conſtitutionibus,ſtatutis,quibuſcunque ordinationibus, litteris, Ritibus, & conſuetudinibus hucuſque ſervatis, niſi in quantum his reperiantur adverſa, nec ea minuendo, ſed illis addendo, in ſua utpotè remanentibus firmitate: infraſcripta duximus ſtatuenda.* Per quæ verba videretur includi, quod etiam Magiſtri Rationales non poſſunt prædictum pactum facere, cùm præſens *Rubrica de Incantibus* ſolùm loquatur de incantu,& vult,quod Magiſtri Rationales poſſint vltra Ritum promittere, & nihil dicit de prædicto pacto plus, vel minus exigendi, & ſic remanet diſpoſitio prædictarum litterarum, vt comprehendat etiam Magiſtros Rationales,& præcipuè, cùm ſit majus præjudicium in prædicto pacto,quàm in materia incantus: quia pactum prædictum nocet Curiæ in minus exigendo; ſed in materia incantus, & ſi aliqualiter nocet Curiæ, non tamen nocet privatis,immo prodeſt, ex eo maximè,quod multi magis invitantur ad licitan-
33 dum, pro hoc facit *gloſ. in conſt. officiorum lib. 1.* vt dicit *Camerarius*, quod Procurator Cæſaris cognoſcit de omnibus, de quibus Bajulus. Item cognoſcit inter gabellotos, ut habetur in *Regiis Commiſſionibus, & Ritibus*, de quibus infra in fine: & ſic in Regno Siciliæ magnus
34 Camerarius habet locum Procuratoris Cæſaris, & ſic dicunt *littera* Regis Roberti prædicti,& locum habent in prædictis Magiſtris Rationalibus, ſcilicet quod non poſſunt prædictum pactum de plus, vel minus exigendo, facere, vbi dicit: *Secreti quoque, & Magiſtri Rationales, Procuratores, &c.* & ſic, ut dixi, comprehendit etiam Magiſtros Rationales, rationibus, & cauſis prædictis, & de iſtis Magiſtris Rationalibus etiam videas, ſcilicet in *præambulis*, ut ibi dico de Magiſtris Rationalibus.

35 Item in eo, quod dicitur in hac *Rubrica de Incantu*, ſi alius Officialis promittit ultra Ritum, quod ipſe tenetur locatori,& emptori, ſi ille erat homo ſimplex,exterus,ignarus,&c. & quod uſque ad quantitatem debitam teneatur Curia; ſed in prædicto pacto de plus, & minus
36 exigendo videtur indiſtinctè, quod tale pactum non valeat, cum quibuſcunque factum fuerit, ſiue ignorantibus, ſiue ſcientibus, propter verbum, quod poſitum eſt in *prædictis capitulis* Domini Regis Roberti, ubi dicit, *quod dictum pactum non valet, & maximè cum mer-*
37 *catoribus exteris, &c.* Quod verbum *maximè* implicat, quod idem ſit cum aliis, quod videbatur prima facie abſurdum, cùm ſcientibus non fit injuria; ſed hoc non obſtante, idem dicendum eſt, quod hoc pactum non valeat,cùm hoc non ſit inductum in favorem, & damnum contrahentium, & paciſcentium, ſed aliorum mercatorum,& Curiæ, quibus non poſſunt, nec debent partes damnificare, & videas omnino *dicta capitula*, maximè in hac materia locationum, & venditionum gabellarum, quo tempore, & qualiter fieri debeant,& quibus, & an ſimul, vel ſeparatim omnes vendantur, & an conſanguineis, ubi plenè videas, quas litteras, vt dixi, in fine poſui.

38 Item circa materiam Incantus gabellarum, ſolet moveri dubium, & fuit de facto in Regia Camera Summariæ, & ecce quidam, puta: Tityus emit,ſiue conduxit certas gabellas, cum hoc pacto, quod ſi incantatæ fuerint, debeat Tityus ipſe lucrari taren.viginti menſe quolibet;demum Lucius incantavit dictas gabellas, & augmentavit ultra uncias quatuor, & tenuit dictas gabellas, & exercuit per plures menſes recipiendo fructus, & poſtmodum ipſe Lucius refutavit, & renunciavit Curiæ dictas gabellas, ex cauſa, quia ſtratæ erant ruptę, & merces non veniebant, & Curia recepit dictam refutationem ob dictam cauſam;nunc Tityus menſe quolibet,uſque ad finem anni, recepit dictos taren. viginti, in fine dicti anni Curia ſe vertit contra dictum Tityum dicendo: Tu malè recepiſti dictos tarenos viginti menſe quolibet, ex eo quod alius refutavit dictas gabellas, & ſic Curia non habuit dictum augmẽtum propter lucrum impoſitum.Reſpondit Tityus: Satis eſt, quod ſatisfactum ſit in meo pacto, quia alius incantavit: nam eo ipſo, quod incantavit,ego lucratus ſum dictos tarenos viginti, cùm ſufficiat, quod evenerit conditio, qua eveniente, & minimè per meam culpam caſus evenerit, non debeo impediri de lucro prædicto.Videndum eſt, quid Iuris;& breviter
39 circa propoſitum caſum. Primo eſt videndum, an illud pactum de lucrando dictos tarenos viginti,ſit obſervandum, cùm ſit contra Ritum, & certè ſi factum eſſet à Regia Curia,vel à Magiſtris Rationalibus, & ut hodie dicam,à Præſidentibus, vel per alios eorum mandato, valeret, niſi evidenter appareret de damno Cu-

Digitized by Google

riæ, & læsione, & quia anno præcedenti fuerunt gabellæ datæ secundùm Ritum de quatuor lucrando, & anno sequenti essent gabellæ in meliori statu, quàm non fuerunt anno præcedenti, ut apparet in terminis nostris, quod isto anno sequenti obtinuit victoriam Dominus Rex in campis contra inimicos, præsumptio erat valde verisimilis, quod in meliori statu devenire deberent gabellæ, & sic isto anno sequenti dictum pactum de lucrando tarenos viginti, valde tenderet ad gravem læsionem Curiæ, & sic oportet Curiam restitui, itaque secundùm in *Ritibus* continetur, dictum lucrum non procederet in præjudicium Curiæ dicta restitutione petita, & læsione probata, etiam si per Magistros Rationales, Præsidentes, & Curiam Regiam factum esset dictum pactum. Sed posito, quod pactum procederet, & factus esset casus, quo fieri posset succedere: tunc secun-
40 dum dubium, an Tityus debeat habere tarenos viginti mense quolibet, non obstante refutatione facta per dictum Lucium? in quo, primò videndum est, de tertio dubio, antequã hoc secundum determinetur, v3. An fuerit admittenda dicta renunciatio, seu refutatio? & dici posset, quod non erat admittenda: quia
41 cùm locantur, seu emuntur gabellæ in statu belli, & eo tempore, quo solent minùs securæ, esse stratæ, imputandum est emptori, seu conductori; vel etiam quia verisimile esse posset dicta impedimenta superventura fuisse, vt hæc omnia habentur *in Rubrica de excomputis*, & sic, prout in fine dicitur; nunc ergo, cùm anno præcedenti prædictæ locationis, fuerant stratæ eodem modo minùs securæ, & leviùs, emisti, seu conduxisti dictas gabellas, & sic in eo statu erant in manu Curiæ, quo verisimiliter esset eventurum in futurum, stante bello prædicto, & sic videtur emere, prout in manu Curiæ sunt, etiam si non dicatur, ut *in Rit.* 1. & 2. *in fin. in Rubrica de excomputis*, & sic imputandum est ipsi Lucio, ita nec refutavit, nec
42 excomputum petere potuit; si ergo Curia ipsam refutationem admisit, vel ad licitationem non idoneum, quo casu ipsi Curiæ imputatur, & primus emptor liberatur, ut *in l. Sabino, ff. de in diem adiec.* & pleniùs dixi in *præambulis*; nunc ergo cùm Curia potuit dictam refutationem non admittere, & per exceptionem dictum conductorem repellere; si non fecit, ipsi Curiæ imputandum est, & non ipsi Tityo, vt *ff. de condit indeb. l. indebitam pecuniam, ff. mandati, l. si fidejussor, §. quædam*, & dic prout in fine infra dicetur; & sic Tityus ipse, non obstante dicta refutatione, quam Curia ipsa admittere non debuit, nihilominus lucratus fuit dictos tarenos viginti mense quolibet; nisi dice-
43 remus ipsam Curiam petere posse restitutionem in integrum adversus dictam refutationẽ: quia, ut *Ritus* noster vult, non solùm in pacto facto si Curia esset læsa, sed in omnibus casibus, ubi probatur, & apparet de læsione, Curia, seu Fiscus potest petere restitutionem, vt expressè vult *Ritus in fine de incantibus*, & quod plenè habetur *in Constitutione Regni beneficium lib.* 1. & ibi plenè per *Dom. Andr. de Iser.*
44 unde hoc, stante, quod non sit petita restitutio, non propterea dicto Tityo nocere debet, cùm acceptata fuerit dicta refutatio Lucij per Curiam; sed tamen in casu nostro illud, quod dicitur de restitutione, & læsione, non procederet, ut infra circa finem, & in conclusione dicetur. Sed nunc veniamus ad principale propositum, & ponamus, quod dicta refutatio Lucij potuisset fieri, & fuisset debitè acceptata per Curiam, an ipse Tityus lucratus fuerit dictos tarenos viginti mense quolibet, & usque ad finem locationis, seu emptionis gabellarum? &
45 videtur primò quod sic: quia, cùm evenerit cõditio, ei parendum est, ut *ff. de condit. & demõstr. l. Mavius, ff. de cond. instit. l. si hæredi plures*: quia cùm pactum fuerit factum, quod si gabellæ fuerint incantatæ, habeat Tityus ipse dictum lu-
46 crum; satis est ergo, quod supervenerit conditio, & resoluta fuerit prima venditio, facta per Tityum, per secundam emptionem, seu locationem subsequutam per Lucium, ita quod omnes fructus gabellarum devenerunt, & devenire debuerunt ad dictum Lucium per *l. 1. circa finem ff. de in diem adject.* cùm ergo resoluta fue-
47 rit prima vẽditio, remanet prædictum pactum de lucrando tarenos viginti mense quolibet, nec imputandum est ipsi Tityo, cùm dictæ gabellæ non sint refutatæ ex culpa, & defectu ipsius Tityi, per regulam Juris, *quod per me non stat, mihi imputari non debet*, à conirario sensu.

48 Sed in contrarium videtur, scilicet, quod dictus Tityus nihil habere debeat de dicto lu-
49 cro. Pro cujus veritate scire debemus, quod verba, simpliciter prolata, intelliguntur secundùm Juris dispositionem, ut in *l. si cui, ff. de servit.* &
50 semper stipulatio facta & promissio, intelligitur, si modò res in eodem statu permaneat, quo fuit tempore interpositionis, ut *in l. cùm quis*
51 *in princ. ff. de solut.* ergo dictum pactum appositum de lucrando, si alius incantaverit, debet intelligi, si dictum augmentum duraverit: quoniam tunc dicitur augmentata, seu incantata, & ideo promittitur incantus propter vtilitatem Curiæ, superveniente dicto incantu, seu augmento, hoc expressè probatur per *Ritum in Rubr. de Incant.* vbi expressè dici-
52 tur, quod ideo lucratur incantus propter vtilitatem Curiæ supervenientem, dicens *ex quo ipse gabellota procuravit utilitatem Curiæ exercendo gabellas*; quod ex eo apparet, quia est augmentata, & Curia illam vtilitatem augmenti habet; si ergo Curia utilitatem non haberet ex ipso augmento, tunc expressè videtur sentire *Ritus*, quod gabellota non lucrabitur incantum.

53 Præterea non dicitur versum, quod non durat versum; cùm ergo lex dicat, quod si quis mu-

Digitized by Google

mutuaverit filio, aut ſervo, & illud mutuum verſum eſt in utilitatem patris, ſeu domini, poteſt mutuans agere contra patrem,& dominum. Dicit Juriſconſultus,quod hoc eſt verum ſi durat verſum, ut tempore quo agit mutuans ſtabat utilitas patris, ut quia liberatus fuit à priſtina obligatione, ſin autem pater ipſe, ſeu dominus ſolverit filio, ſeu ſervo debitum; & ſic non remanet utilitas patris; itaque non durat verſum in utilitatem patris, tunc non poteſt mutuans agere contra patrem, ſeu dominum, caſus eſt *in l.ſi pro patre,§.verſum ff.de In*
54 *rem ver.* ſic in caſu noſtro cum dictum fuerit de lucrando, ſi alius incantaverit,debet intelligi,quod dictus incantus perduraverit,ad hoc, ut curia ſentiat lucrum, & effectum augmenti, quia verba cum effectu intelligi debent.

55 Præterea hoc etiam probatur, nam ſecundũ Juriſconſultum,contractus reſolutus,habetur ſi nunquam fuiſſet,intelligendo,aut ipſo Jure, aut opè exceptionis,quia quantum ad hoc non eſt differentia,pro hoc induco legem,te ea,quæ notantur *in l.ab emptione,ff.de pactis*,ubi ſi cõtractus factus, & reſolutus, poſtea per partes deducuntur ea ad priſtinum ſtatum,& fructus, & omnia reſtituuntur, cum ergo ille,qui augmẽtavit, quod propriè dicitur ſecũdus emptor *per dictam l.1.& tot.tit.ff.de indiem adiect.*& infra *in Rubr.de fidejuſſ.in princ.*ubi dicitur,quod lucrabitur fructus medii temporis, deduxerit contractum augmenti, ad non contractum, & reſolutus fuerit contractus ipſe ſecundus,ſolutio illa deducit cauſam,ad non cauſam.Ita, quod fructus, & omnia reſtituuntur, ad priſtinum ſtatum reducuntur *per dictam l.1.ff.de indiem adiect.* ergo curia remaneret fruſtrata, quia perderet dicta 20.quolibet mẽſe,& de dicto augmento lucri nil haberet, quod eſt contra intentionem ritus,qui vult propter lucrum quod habet Curia ex augmento gabelloti, à quo lucratur incantum; pro quo etiam facit *ff.de lege commiſſ. l.mulier, & l.final. & l.2. C. de pactis inter empt. & vendit.* itaquod ex omnibus concluditur prima facie, quod dictum pactum factum Titio de lucrando dicta viginti menſe quolibet, & ſi appoſitum fuit etiam per eos, qui facere poſſunt, non præjudicabit curiæ in terminis, & ſtatu præſentis temporis.

56 Item & poſito,quod tenuerit,& juſte impoſita fuerit, non debuit curia acceptare refutationem lucri,ſtantibus terminis prædictis,& ſi acceptavit,non deberet dicto Titio præjudicare,imò plus dici poteſt, quod ſi Lucius potuit juſtè refutare, poterit etiam ipſe Titius,niſi eidem Titio obſtaret tempus,quo ipſe locavit,ſeu emit,quia diſpoſitio temporis erat,quo potuit Titius bene videre de ſuperveniente impedimento,eſſet ſibi imputandum, ſicut ſupra dixi de Lutio ſecundo emptore,ſeu incantatore, & licitatore.

57 Item tertio,poſitis omnibus ſupradictis, & non obſtantibus, quia fuit facta dicta refutatio, & admiſſa, & quod valeat,dicendum dictum Titium incantum nõ lucrari,rationibus, cauſis,& juribus ſupradictis,& infra melius dicendis in terminis noſtris.

58 Et prima,procederent in terminis Ritus, ut quia unus gabellota emit, ſeu locavit gabellas, & fuit ſibi promiſſa quarta incantus faciendi juxta Ritum, tunc ſi alius incantavit prædictam lucratur quartam partem illius incantus facti, & ſi incantavit unciam unam ſecundus, tunc primus habebit tarenos ſeptem cum dimidio,quę eſt quarta pars illius incantus,tunc
59 ſi ponimus, quod incantus factus evaneſcat, ut ex ea, ut quia ſecundus renunciavit in caſu quo potuit,vel fuit per curiam admiſſa dicta renunciatio,tunc primus nihil habebit, quia illi tareni ſeptem erant pars dicti incantus, ſi ergo curia nihil habet de toto incantu, non ergo potuit primus habere partem illius quantitatis,quæ non eſt eadem natura, ſi ergo curia promiſit quartam partem incantus, & curia nihil habet,quomodo ergo habebit primus de eo, quod curia nihil habet, cum ad hoc fiant Incantus, ut curia lucretur, ut plene ſupra dictum eſt.

60 At vero cum primus gabellotus recepit, ſeu incantavit cum conditione,& pacto,quod lucretur puta 20. caſu quo incantetur, ita quod illa 20.non ſint pars incantus ſecundi,ſed ſunt de per ſe, utputa ſolvat curia de ſuo, vel retineat ille primus de lucro,quod dat ipſe primus curiæ,tunc non curamus, an ſecundus incantus duret,vel non duret, quia primus non debet habere de augmento facto in ſecundo incantu, ſed de pecunia curiæ, vel per ipſum primum promiſſa in augmento facto, & ideo quamdiu durat ſuum augmentum v3. primi, ut quia multis menſibus ſoluit curia augmentum ſuum,& propter ſuum augmentum debebat lucrari dicta viginti, ſatis eſſet abſonum, quod curia reciperet totum ſuum lucrum hujus primi augmenti, & facto incantu per ſecundum,non teneatur curia ad dicta 20.quia cum curia habebat lucrum, & ſic ſit ſatisfactum ritui, propterea teneri debebat curia ad dicta 20.eo ipſo,quod fuit facta dicta augmentatio ſecunda, & licet ſecunda augmentatio perveniat ad non cauſam,tamen factus eſt caſus dicti lucri dictorum 20.nam ſi duraret uſq; ad finem illa ſecunda augmentatio, primus uſque ad finem haberet dicta 20. cum ex ſuo augmento habere debebat, facto caſu ſecundi incantus,uſquequo curia habuit lucrum de ſuo primo incantu, & ideo, quod ſicut in aliis eſt differentia ſecundum ritus, an promittatur quarta pars incantus,an certa pars, ſicut dicitur de ante manum promiſſo,nam ſi promittitur quarta pars incantus debetur,& deducitur iſte incantus cauſis prædictis,tunc curia ad nil tenetur,neque perdere curia ipſa ſi nihil lucretur ex ſecundo incantu, ut eſt dictum, quando

Digitized by Google

vero promittitur non faciendo mentionem de parte incantus, puta quarta, vel quinta incantus, &c. Sed dicitur simpliciter promitto 20. si alius incantaverit, tunc si incantata fuerit, quousque curia habet lucrum de secundo augmento, necessarium est, quod teneatur ad 20. promissa quousque duret incantus, & quousque curia habet lucrum de primo incantu; quia propterea ille primus incantavit, & solvit certis mensibus, ut haberet illa 20. alias deciperetur sub fide officialium, quod expressè prohibet ritus. Imo quod secundus renunciaverit, potius est in damnum primi, quia si non renunciaßet secundus, primus haberet usque ad finem anni 20. puta quod curia haberet dictũ primum augmentum suum, & advertant officiales; quod non ita indebitè, & indeliberatè admittant renunciationes gabellarum, sed advertant ad causam renunciationis; quia causa damni est modica, & modicum duratura, non admittant renunciationem, sed potius offerant excomputum in fine anni, sicut fuit in casu nostro, quia quando stratæ, non erant securæ, modico tempore fuit, ut quia erant saccomandi ad capiendum, cætera utilius erant curiæ dare excomputum vendenti, quod perdere dicta lucra augmentorum, & maximè cum in fine anni, curia habebat electionem, aut augmentare, aut stare locationi, seù venditioni factæ gabellarum.

61 Ad hanc materiam primo præmitto, quod illud, quod habetur in ritu ad Rubr. Qualiter fidejussores teneantur ibi ad licitationem gabellarum vectigaliũ inducitur, *ff. de in diẽ adiec.*

62 *l.* 11. in quo ritu videtur sentire, quod tacitè ineſt in locatione gabellarum, & vectigalium hoc scilicet; ut posset licitari *ff. de public. l. licitatio*, non autem in rebus privatorum hoc intelligitur, nisi expressè agatur, & sic videtur sentire ritus ipse, qui loquendo de incantu, in materia dictorum titulorum de indiẽ adiect. Ita quod in hoc est differentia; quod in juribus fiscalibus vectigalium, & gabellarum tacitè ineſt, ut posset licitari, hinc est quod dicit

63 *Bar.* quod quilibet veniens infra tempus admitteretur sine dubio venditio, si jam uni, non esset facta, tunc si esset facta simpliciter adhuc alius plus promittens admitteretur, quia debet intelligi facta sub conditione, nisi alius meliorem conditionem attulerit infra tempus appositum, secundum *Bar. in l. si tempora, C. de fide Instrum. & jure hast. fisc. lib.* 10

64 in rebus privatis non intelligitur, nisi expressè agatur, sufficit, ergo in terminis nostris, quod admittatur licitatio, & sic sumus in materia dictorum titulorum, & ideo debemus videre de ipsa materia extra ritus, quid debet importare, & significare, unde videndum est, de materia incantus, quomodo de hoc habeatur de

65 jure communi, & sic videtur, quod tantum sit dicere incantus quam licitatio, ut in *dicta l. li-*

66 *citatio, ff. de Publi.* ubi habetur, quod si quis licitaverit ultra debitum per calorem, & perseveraverit, & idoneos fidejussores, & cautionem obtulerit, admittendus est ad gabellam, seù pe-

67 dagium, si verò duo vadunt ad pedagium, recipiendum unus post alium, & unus modo non est solvendus, puta secundus, an possit eligere primum, & certè sic, nisi per secundum offerentem liberatur primus, argum. *ff. de in diem adiect. l. Sabinus*, & sic proprie sumus in diem adiect. ubi sit ita, venditur ille fundus centum, esto tibi emptus, nisi quis in Calendas Januarias proximas meliorem conditionem fecerit, quia res à domino recedat, sicuti etiã ab emptore, ut *l.* 1. *ff. de in diem adiect.*

68 Item habes, quod si est dictum, ut meliori oblata conditione discedatur ab emptione, tunc erit pura emptio, quæ sub conditione resolvitur, sin autem actum est, ut perficiatur emptio,

69 nisi melior cõditio offeratur, tunc erit emptio conditionalis, & primo casu erit, quando pura venditio ille primus qui taliter emit, & usu capere posset, & fructus, & accessiones lucrari, & periculum ad eum pertineret, si res perierit: & quod dictum est, quod quando fuit pura venditio, lucratur ille primus fructus, &c. intellige, nisi alius postea meliorem conditionem offerat, *ff. de in diem adiect. l. Item*

70 *quod dictum est*, quia si est adiecta posterior, qui meliorem conditionem obtulit, tunc fructus refundere debet primus, isti secũdo, de quo provisum est etiam in ritu. Item intellige, quod ille secundus, qui offert meliorem conditionem, non sit falsus, nec simulatus, quia licet emere nollet, simulabat se velle emere, item quod nullus dicitur emptor, ut in *gl. d. l. Item quod dictum est, & l. Sabinus.*

71 Item primus emptor potest ipse idem licitare, & augmentare, puta superveniente secundo, & meliorem conditionem offerente, posset primus iterum licitare, & plus promittere, ita ut gabella remaneat apud ipsum, & fructus medio tempore percipiat, ac si nulla melior conditio oblata fuisset, nisi aliquid aliud fuisset

72 actum in contrarium, & ideò necesse habet vẽditor, meliore conditione oblata, priorem emptorem cautiorem facere, & sicut alius abierit, ipse primus emptor possit alium abiicere, ut in *d. l. itẽ quod dictũ est, & in l. Sabinus l. Imperator, ff. eod.* cum sua *gl.* ubi dicit pacta servanda, & sic procedit ritus, qui vult, quod quartam incantus lucratur, si hoc expressè dictum fuit, alias non, sic dicimus in dictis legibus, & toto titulo de in diem adiect. quia debet primus emptor

73 refundere omnes fructus secundo emptori, nisi aliud dictum fuerit per venditorem, quia tunc servandum est per prædicta jura proximè allegata, ex quo sequitur, quod si quis incantavit, & sic lucratur ex pacto quartam partem, superveniente secundo incantatore, dicendum est, quod lucratur dictam quartam partem, & tenetur venditor ei dare, & pacta servare, quod habuimus in Camera Summariæ de facto.

Item

Digitized by Google

74 Item quando dicitur melior conditio offerri,dic, puta ſi plus ſit adjectum ultra primum, ſed ſi nihil primo pretio addatur, ſufficit ſi ſolutio offeratur facilior pretii, vel maturior, ut quia per bonos emptores promittatur,Idē & ſi locus opportunior ſolvēdo pretio addatur.Idē & ſi perſona idonea accedat ad emptionē:idē & ſi quis accedat ejuſdem pretii emptor, qui pro levioribus conditionibus emat,vel ſi ſatisfactionem nullam exigat: idem & ſi vile pretium offerat,ſit tamen paratus, & ea remittat, quæ venditori gravia erant in priori emptore. Itaq;concludēdo quicquid venditoris ad utilitatem pertinet,prò meliori conditione haberi debet,ut *eod.tit.l.ibi autem*, §.*melior cum l.ſeq.*

75 Item licitum eſt venditori etiam ſi fuerit oblata melior conditio ſequi primam,& non ſecundam,tamen ſi erat actū,ut liceat emptori recedere à meliori conditione oblata,tunc dicas, quod erit diſſoluta prima emptio, quantumcumque venditor ipſe non admittat ſequentem conditionem oblatam,ut in *d.l.Sabinus*.

76 Item tribus vendentibus, & unus pro duobus poſterioribus adiectionem fecit,& unus nō admiſit,tunc pars iſtius non admittentis, empta erit poſteriori, ſi variis pretiis facta fuerit venditio, licèt & diſpares partes eſſent vendentium, ſed ſi uno pretio vendiderint,tota remanet priori emptori.

Item intellige,quod ſecundus,qui affert meliorem conditionem,velit emere totum,ex quo ſi primus volebat habere partem rei emptæ.

77 Item ſi ſunt tres venditores gabellæ,quę fuit vendita cum adjectione, poteſt unus ex ſociis adiicere meliorem conditionem, & ipſam habere,ut in *d.l.quod ſi uno*.

78 Item ſi venditor ſimulaverit meliorem etiā oblatam conditionem cum ſit minoris, vel etiam tantundem alii vendere, tunc utrique emptori erit vēditor in ſolidum obligatus,niſi ſit diſceſſum à prima,ut in *dict.l.ſi venditor*.

79 Item ſi emptor prior, alium non idoneum ſubiecit,cui fundus datus eſt,non remanet prima emptio,ſed ſecunda:quia verum quoque eſt, quod alius ſubjectus eſt,ſed emptor tunc tenetur venditori decæpto, quanti ſua interſit non eſſet decæptum, & fructus quos prior emptor percepit reſtituere Curiæ, & in quantum res deterior culpa ejus,& dolo,ideſt primi emptoris facta ſit,ut in *d.l.ſi venditor*,§.1.

80 Item ſi neuter ſubjecit emptorem, & alius non ſolvendo offeret meliorem conditionem, & receptus eſt à venditore,tunc receſſum eſt à prima emptione,ex quo venditor acceptavit: quia melior intelligitur,quem venditor etiam approbat, ex quo ei licebit non admittere, ſi admiſit,ſibi imputandum eſt.

81 Item ſi pupillus poſſit ſine tutoris authoritate meliorem conditionem adiicere pluris, quam primus emptor,& conſenſerit venditor, receſſum eſt à priori emptione. Idem ſi ſervus alienus adjecerit, ſecus ſi ſervus ſuus,vel filius venditoris,vel dominus rei per errorem, tunc non eſt receſſum à prima emptione: quia iſtis caſibus,non eſt facta emptio.

82 Item ſi duo ſocii emerunt,& unus ex eis poſtea adjecerit meliorem conditionem, etiam pro parte ipſius diſceſſum eſt à priori emptione,ut in *l.cum in diem*.

83 Item ſi primus emptor aliquid ſolverit venditori,& poſtea oblata fuerit melior conditio, non poterit agere contra ſecundum emptorem pro pecunia,quam ſolvit,niſi in ſubſidium primo debitore exiſtente non ſolvendo.

84 Item ſicut fructus debent reſtitui per emptorem venditori meliore conditione oblata, ita neceſſarium eſt, quod ſi prior emptor medio tempore ante oblatam conditionem probaverit aliquid erogatum,ſeu expenſum, poteſt de redditu retinere,vel ſi non ſufficit reditus, debet ſibi ſolvi, ut in *l.Imperator Severus*.

85 Item habes unum ſingulare, quod habetur in *l.ab emptione,ff.de pac.in gl.*quæ incipit *quid ergo,in fine*, ubi habes notare *gl.* quæ declarat totam materiam,*l.commiſſoria,& adiect.in diem* ſcilicet,quod ex dictis pactis nūquā reſolvātur contractus ipſo jure, nec ipſo jure transferatur dominium in venditorem, niſi quando dictum pactum opponitur tempore venditionis, ſecus autem ſi interponatur ex intervallo, ob quod tenerentur,ſecundum *Angel. in dicta l.ab emp.* & hæc faciunt ad ea,quæ habentur in *Rub.de*

86 *Jure dohanæ*,ubi habetur,quod emptor,& vēditor poſſunt pœnitere,& pro hoc non acquiritur jus dohanæ,quod illud eſt verum, quando ab ipſo Iure tollitur prima oblatio, ut plene dixi in allegata *Rubr.de Jure dohanæ*.

87 Item quia in materia incantus neceſſarium eſt,quod fiat ſubhaſtatio ſecundum ritum, videndum eſt primo opus ſubhaſtationis, ex eo quia res fiſcales ſub dicta forma fieri debent,

88 & primo de iſta forma ſubhaſtationis,hæc eſt ſecundum *Bart.* ut publicari faciat ſubhaſtatio voce præconis,vel ædicto, ut quicumque vult emere talem rem,ſeu gabellam,veniat infra octo dies ad promittendum,quia plus offerenti dabitur,ut in *auth.hoc jus porrectum,C.de Sacroſ.Eccleſ.& C.de fide inſtrum.& Inſt.haſt.fiſca.l.1.lib.10*.

89 Item quantum tempus debeat opponi in licitatione,dic in rebus fiſci,& Eccleſiæ ſunt hodie viginti dies in *allegata l.1*.In aliis verò rebus ſecundum quod putat Bar.arbitrio venditoris, ſicut erat olim in omnibus, cum tempus non erat limitatum.

90 Item ſi aliquis vadit,& promittit, & Notarius ſcribit, an ex hac ſola notatione nata ſit obligatio inter ementes,& vendentes,& videtur quod non, cum inter bānimentum,& promiſſionem interveniat intervallum, ergo, &c. *ut l.1.§.1.ff.de Verb.oblig.* ſed videtur contra, quando ego facio fieri pręconium,vel edictum videor contrahere cum incerta perſona; ideſt

cum

Digitized by Google

eum ea, quæ plus promittet, qua promittente contractus est perfectus, sicut dico, volo vendere, & tu dicis volo emere, valet talis venditio, ut dicit *gl. in l. emptionem, & venditionem*, & ibi
91 *Cynus*, *C. de contrah. empt.* & hoc etiam probatur in simili, sicut, & quando pecunia proiicitur populo, nam tunc videor donare ei, qui occupaverit, ut *ff. de acq. rerum dom. l. qua ratione*,
92 §. *fin.* & sicut ille, qui publicè incępit tenere hospitium, videtur hospitari eum, qui postea per duos dies vadit, seu venit, ut *l. 1. ff. de furt.*
93 nec dicitur fieri ex intervallo, quicquid fit infra illud tempus; nec requiritur præsentia, nec aliquis ad promittendum, cum ad illam primam referatur, seu illi personę promittitur, ad quam præconium pervenit; quod est in his contractibus, qui cum continenti persona contrahuntur, ut in *allegata l. secundum Bart.*

94 Item si quis vellet pœnitere, antequam alius promittat, sicut publicè notum fecit, ita publicè revocet, ut in *l. sed & si pupillus*, §. *præscri-*
95 *bere*, *ff. de inst.* sed & si quis vellet ex promissione, quâ alius fecit non obligari, nõ adiiciantur in præconio illa verba, *& plus offerenti dabitur*, quia tunc magis explorare valorem, quam vẽdere videatur, cum se non offerat venditurum.

96 Item, an omnibus elapsis diebus primi bannimenti, in quo aliquis obtulit, possit fieri secundum bannimentum, ut alius offerens admittatur? dicit *Bar.* quod non, nisi sit minor persona, quæ restituitur, & hoc impetret *ff. de minor. l. & si sine*, §. *quantum*, & hæc omnia per *Bar. in alleg. l. licitatio*, *ff. de publ. l. Imperator*, *ff. de in diem adject.*

97 Item & debet servari sollemnitas licitationis, & quod intervenerit, sed *Bar. in allegata l. 1. C. de fide Instr. & Jur. hast. fis.* dicit, quod debet probari, & sufficit in hoc, quod erat scriptura, quæ hoc continebat dispositum, quomodo tali loco, die, & testibus fuit facta subhastatio, & quomodo procurator fisci intervenit, & sic in quolibet actu fuit factum publicum Instrumẽtum pro se, & hoc videtur innuere *gl. in allegata l. 1.* si enim continetur in scriptura enunciative de prædicto v.g. Notarius hodie facit instrumentum venditionis, in quo narrat, quod factæ fuerunt subhastationes debitę, & similia, tunc instrumento non est standum; quia In-
98 strumentum non probat, nisi ea, quæ intervenerunt loco, & tempore celebrati contractus instrumenti, ut in *cap. quoniam contra, de prob.* per *Innoc.* sed subhastationes non potuerunt tunc intervenire, quia debet stare viginti diebus, ut dictum est, & infra dicetur, præterea tũc nõ est propriè instrumẽtũ de illo facto, sed magis facit mentionem alterius documenti, *ut in*
99 *Auth. si quis in aliquo*, *C. de Edendo*. Præterea dicit *Bar.* cum sit inducta ista sollemnitas in favorem venditoris, cum bona alienantur, & etiam fisci, non potuit officialis, qui vendit, & emptor, huic sollemnitati renũciare, ut in *l. jus publicum*, *ff. de pac.* nam si eorum cõfessioni staretur, jam inducta esset via singulis sollẽnitatibus renũciare, ergo non valet. *ff. Mand. vel con-*
100 *tra l. dolus.* & secundam hoc illud, quod dicitur in *l. optimam*, *C. de contrah. stipulat.* quod verba enunciantia posita in contractibus, probant inter easdem partes, intelligit *Bar.* quando convenit id, in quo partes possunt sibi præjudicare, alias secus, & istud idem tenet in *l.*
101 *sciendum*, *ff. de Verb. oblig.* Alii dicunt, quod hic præsumuntur omnia sollemnitèr acta, ut in *d. l. 1. de fide Instrum.* quod non placet etiam Bar. quia loquitur in casu nostro de sollemnitate extrinseca, quæ non præsumitur, ut plenè habetur in *d. l. sciendum*.

102 Item quando in venditione debitoris fisci, debita sollemnitas non servatur, retrahitur res cum fructibus perceptis, & percipiendis, ut in *d. l. 1. C. de fide instr.* & licet alias dicatur, quod
103 titulus excusat à percipiẽdis, ut in *l. si fundus*, *ff. de rei vendic.* tunc dicas, quod in casu nostro, titulus habetur pro non titulo, *arg. l. nec ullam*, §. 1 *ff. de petit. hæred.*

104 Item, contra quem agetur, & qua ratione remittit se, *Bar. ad l. 3 ff. de Jure fis.* & ibi ponit tres casus, quomodo potest agi contra debitorem debitoris fisci. Primo quando debitor fisci desiit esse solvendo. Secundo quando ex ratione fisci, nomina facta sunt, idest per fisci rationalem, *ff de admin. tut. l. quoties in princ.* Tertio quando ex contractu fiscali debitores conveniuntur, hoc est in contractu ad fiscum extenso, ut qui accipit pecuniam mutuatam à fisco, & alii mutuavit, & sic de pecunia fisci se debitorẽ cõstituit; & sic erunt tres casus speciales in fisco, in quibus potest agere contra debitorem debitoris fisci; ut plenè per *Bart. in allegata l. 3. §. multa.*

105 Item quis est ille, qui habet jus vendendi res fiscales, vel debitores fisci, respondet *gl. in allegata l. 1.* quod Procurator fisci, vel alius, cui princeps hoc mandavit.

Item quod venditio talis debet fieri interveniẽte Procuratore fisci, ut in *gl. in d. l. 1. C. de fide Instr.* alibi videtur dici; quod fieri debet præsidis authoritate, ut *C. si propter publi. pensit. l. 2.* & brevitèr dicas, quod quando exactione tributorum, & vectigalium, & similium fiscus vendit alteri, & quando illas res facit per suos officiales exigere nomine fisci, & isti duo modi notantur in *gl. in l. 1. ff. de publi.* in prima magna gl. Primo casu emptores dicũt illi, qui habent jus vendendi, tamen hoc faciunt sub authoritate præsidis *sub d. l. 2. C. si propter publi-*
106 *cas pensitationes*; secundo casu illud fiat authoritate procuratoris, sed contra hoc videtur *l. 1. ff. de offic. Procur. Cæs.* ubi non vendit procurator Cæsaris sine speciali mandato, quædam glosella par. in *d. l. 1. Bar.* dicit aliud est in Procuratore fisci, aliud in Procuratore Cæsaris, quasi velit dicere, quod Procurator fisci potest
107 vẽdere, sed non Procurator Cæsaris; sed Bart.

dicit

Digitized by Google

dicit idem in vtroque articulo,*l.fiſcus in fine,ff. de Iur.fiſci*, & dicit, quod lex prædicta loquitur in venditione rerum debitoris fiſci, ſcilicet quod poteſt vendere;ſed *l.1.de offic.Procur.Caſ.* loquitur in venditione rerum, quæ ſunt in patrimonio Principis, quo caſu non poteſt ven-
108 dere ſinè ſpeciali mandato Principis, & facta ſubhaſtatione,debet concedi plus offerenti, ſi tamen idoneè caveat, vt in *l.penes*, *C. de Vectig.* ubi dicitur, quod debet concedi plus offerenti; hoc tamen non multum curandum:quia ſtat in voluntate Domini, ideſt Regis,qui in re
109 ſua liberam habet poteſtatem, ut in *l. in re mãdata, C.mandati*, & dicitur etiam in *d. l. penes*,quod non debet interrumpi præſtatio, nec
110 unum momentum ad ſolvendum ultra debitum, dandum eſt emptori,vel conductori ad ſolvendum Fiſco, & debet, ut dictum eſt, benè cavere, *ff.de public. l.licitatio, & ff.de Jure fiſci, l.non intelligitur, in fine.*

111 Item Procurator fiſci debet vendere præſenti pretio, & non habita fide de pretio, *gl.in allegata l.1. de fide Inſtrum. & in l.ſi procurator, ff. de Iure fiſci.*

112 Item in hac venditione, non eſt neceſſaria ſcriptura,vt dic. *gl.in allegata l.1. & l.3.eod.tit.* Sed ſufficit, quod de hoc facta ſit interpellatio coram Præſide,vt *C.ſi propter publ.penſit. l.2.&3.*

113 Item,quę requirantur,vt valeat venditio in rebus fiſcalibus, vel debitotis fiſci, habetur *in gl.in d. l.1.* quæ dicit:*ordo in rebus fiſcalibus vẽdendis hic eſt, vt debitum ſubſit. Item quod fiat ſubhaſtatio viginti diebus publicè ſit venalis. Itẽ plus offerenti detur. Item quod juſto pretio. Item quod procurator fiſci debet adeſſe.Quibus peractis valet venditio, & non revocabitur, & ſi aliquid deeſt, non valet*, & hoc totum per *gl. in d.l.1. de fide Inſtrum.*

114 Item quia in *prima Rubrica de Incantu* fit mentio de Magiſtris Rationalibus, & poteſtate, quam habent in venditione gabellarum, & pactis exponendis, de quorum officio,& poteſtate *Ritus* ſunt facti,qui obſervantur in Curijs ipſorum,& Camera Summarię,quos infra in fine hujus libri, ſeu compilationis ponam, & ad illos recurrendum eſt, quando opus eſt,vbi etiã ponam certas *commiſſiones* illorum Regum prædeceſſorum. Sed pro nunc videndum eſt, ſi de jure communi habentur hæc officia;& dicas, quod ſic, ut in *tit.Cod.ubi agitur tam de ratiociniis publicis, quàm privatis*, ſed meliùs in *l. ad fiſcum, C.ubi rem fi.* ubi dicitur,quod res,pertinentes ad fiſcum, debent terminari à Rationalibus, ubi *gl.*dicit,quod Rationalis decidat unà cum Præſide,& hoc ſive agat fiſcus, ſive conve-
115 niatur, & idem erit, coram Procuratore fiſci, ſive agat,ſive conveniatur Procurator Cæſaris, & hoc tenet *gl.* rejectis aliis opinionibus, ubi
116 etiam dicit *gl.* quod talis Rationalis debet decidere dictas cauſas omnibus quæſtionibus interdictis, ideſt quia non debet exigere à particularibus aliquod pretium pro cognitione cauſæ,& etiam habetur in *l.cùm aliquid, C.eod. tit.*ubi dicit *tex.* ſic v3. *& ut præſenti Rationali,vel Procuratore domus noſtræ*, & *eo.tit.l.nullum ex officio*, & exponitur ibi *nullum ex offi-*
117 *cio Rationalis*, ideſt ex officialibus Procuratoris Cæſaris, *oportet in aliud judicium adduci, niſi coram eodem*, ideſt Procuratore Cæſatis, & habemus *gl.* notabilem *in Conſtitutione Regni officiorum lib.1.* vbi dicit *Camerarius*, quod poteſt Procurator Cæſaris cognoſcere de omnibus his,de quibus Bajulus.Item cognoſcit inter gabellotas, vt habetur in regiis *commiſſionibus, & ritibus*,de quibus infra in fine,& ſic in Regno Siciliæ,magnus Camerarius habetur loco Procuratoris Cæſaris,& ſic de ipſo magno Camerario in jure communi, & poteſtate ipſius, debemus recurrere ad *Titulum de officio Procuratoris Cæſaris*; ſed in hoc non multum inſiſtendum: quia factæ ſunt circa hoc *ordinationes* per prædeceſſores Reges Regni Siciliæ, tam de poteſtate ipſius Magni Camerarii, quàm aliorum officiorum,Magiſtrorum Rationalium, & conſequenter Præſidentium, & Rationalium Regiæ Cameræ Summariæ,quæ omnia in fine hujus operis ponam.

119 Item quia in *dicta Rubrica de incantu circa finem*, dum fit mentio, quod fiſcus reſtituitur, & dicitur: *in omnibus præmiſſis, & ſequentibus,ubi Curia eſſet læſa immodicè,maximè quia minùs diligenter, & proinde contra ſolitum hæc forent conventa, & privatus quilibet non feciſſet tales conventiones in re ſua, haberet Curia reſtitutionem in integrum, læſione, & aliis opportunis probatis*; Ex quibus videtur induci, quod, ſi Magiſtri Rationales promiſiſſent expreſsè de ante manum, & ante triduum, non propterea data eſt eis poteſtas, quod liberè valeant, & irrevocabiliter,ex quo datur reſtitutio;unde advertere debent prædicti Magiſtri Rationales, qualiter faciant; maximè quia dicitur in *Ritu*, ſcilicet,*quia minùs diligenter, & proinde contra ſolitum*, & ſic apparet, quod non debent recedere à ſolito:quia eo ipſo,quod contra ſolitum faciunt,ponunt cauſam,ut Curia habeat materiam petendi dictam reſtitutionem,& ſic emptores, & conductores eſſent in damno.

120 Item in uno eſt advertendum, quia *in allegato proximo Ritu,qui eſt in fine Rubr.&c.*dicitur *in omnibus præmiſſis,& ſequentibus, ubi Curia eſſet læſa immodicè*, quod datur reſtitutio,& ſic videtur velle,quod in omnibus contentis in *dictis Ritibus*, ſi Curia eſſet læſa immodicè, poſſet petere reſtitutionem; & ideò videndum eſt de iſta reſtitutione fiſci, de qua in *l.reſpu-*
121 *blica,C.quib.ex cauſ. majo.* ubi dicitur, quod reſpublica æquiparatur minori, & habet beneficium reſtitutionis; vbi quæritur an Civitas
122 poſſit in integrum reſtitui, & quod de caſtro, vel Villa dicitur, quod ſi ſint magna,reſtituantur', ſed *Bal.* non facit differentiam inter magnam,& parvam,de quo dicitur, ut ibi,ſed bre-
123 viter dum ſumus in Regno Siciliæ habemus

con-

Digitized by Google

constitutionem beneficium l. 2. de benef. rat. Reip. ubi habetur secundùm *Andr. de Isern.* juxta *tex.* quod datur restitutio fisco, & Curiæ Regiæ, ad exemplum mulieris, & nò quod dicit ibi *Andr. de Isern.* quæ fisco competit, & Regiæ Curiæ, & *tex.* dicit *nostræ Reip.* itaque æquiparat Fiscũ, & Regiam Curiam, & Rempublicam, & sic videtur, quod omnibus istis competit restitutio in integrum, habetur *C. de Reipubl. Rempublicam lib.* 11. ubi dicitur *ad rem publicam cum pupillo*, & etiam dicit ibi *gl.* de Repub. non tantùm Romanorum, sed aliarum Civitatum, ubi videtur sentire, etiam de restitutione danda
124 Civitatibus, quod videtur etiã sentire *Andr. de Isern. in allegata const. Beneficium*, ubi dicit,
125 quod quælibet Civitas restituitur, de Repub. non est dubium, quia idem est, quod fiscus, &
126 intellige, ubi probatur de læsione non modica: quia restitutio non conceditur ratione personæ, sed ratione læsionis; quod apparet, quia trãsit ad hæredem, *l. non solùm ff. de in integrum restitutioni*, secundùm *Bar. in l. arbitraria, ff. de*
127 *eo, quod cer. loc.* nec datur restitutio, nisi petatur: quia ideo officio judicis subvenitur, & quod debeat terminare intra quadriennium, sicut dicimus in Ecclesia, licèt dicatur, quod Ecclesia, fiscusque jure minoris fungatur, ut in *dicta l. Rempublicam*, & sic non currat præscriptio, sicut contra minorem; sed dicas, quod in hoc
128 differt Ecclesia, & fiscus, & ratio est: quia, cùm Ecclesia, & fiscus non moriantur, & omni tempore censeantur jure minoris, ideo currit præscriptio contra ipsam Rempublicam, & Ecclesiam, aliàs nunquam contra Ecclesiam, & Rempublicam posset præscribi, & sic esset differẽtia in incerto contra id *ff. de Vsur. l.* 3. in minore
129 autem, quia si factus est major, cessat hæc ratio, & ideo dum est minor, contra eum nõ currit, seu non præscribitur, quia melius ante tempus est occurrere, quàm post læsionem remedium quærere, de quo plenè in *gl. prima de restit. in integr.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Subhastatio unde dicta, & ad quem finem, quidque operetur? num. 1.

Subhastatio omnem fraudem suspicionis evitat, & quod utile adducat? num. 2.

Licitatores plures habere, valde interest. num. 3.

Promissiones de aliquid lucrando primo licitatori, sive oblatori factæ, utiles sunt. num. 4.

Administratores rerum publicarum, & similium, non possunt de liquidis, ac certis disponere, & donare. num. 5. & quid si habeant potestatem cum libera à lege? num. 6.

Donatio propriè, quæ nam sit? num. 7.

Promissiones factæ in favorem primi oblatoris de aliquid lucrando per adventum novæ auctivæ oblationis, nõ sunt meræ donationes, sed ex causis, & justis. n. 8. Verùm potiùs dationes ex causa justa, quàm donationes sunt. num. 9.

Donationes ex justis causis ab administratoribus cum libera validè fieri possunt. num. 10.

Promissiones de reincantu ad instar contractus correspectivi, & innominati do, ut des, *suam habent firmitatem, & observantiam. num. 11.*

Incantus, seu reincantus, prout hodie appellatur, debetur, sicuti convenitur in oblatione facta per oblatorem, & per Gubernatores, Administratores, ac alias legitimas personas acceptata, non aliter prout in Ritibus *disponitur. n. 12.*

Oblator primus, nova adventa oblatione auctiva, iterum licitare potest. num. 13.

Oblator primus, iterum licitans ob adventum novæ oblationis, si sibimet extinxerit candelam, reincantum acquirit. num. 14. & 17. Nil obstante si ipsemet super dicta nova oblatione iterum licitaverit. num. 18.

Reincantus promissio, sive conventio, à principio valet, etsi ejus exequutio dilatetur in casu novæ, & auctiuæ oblationis. num. 15.

Contractus à conventione legem, & observantiam recipiunt. num. 16.

Licitator primus, noviter licitans super nova oblatione auctiva, uti ultimus, & plus offerens, si candelam sibi extinxerit, pro novo oblatore, ac licitatore habetur. num. 19.

Licitator primus non ex titulo primæ licitationis, sed secundæ in possessione rei licitatæ esse dicitur. num. 20.

Adimplementa noviter fieri debent per licitatorem, etsi primus esset, & adimpleverit, si in nova accensione candelæ iterum licitaverit. num. 21.

Contractus ex omni parte perfectus, sinè alterius contrahentis consensu, per alium resolvi haud potest, ab eo recedendo. num. 22.

Con-

Digitized by Google

Contractus ultro citroque obligatorius perficitur inter venditorem, vel locatorem, & oblatorem, itaut neutrum pœnitere valeat,& quare præconizatis rebus,& oblatione facta?. n.23.

Oblator,oblatione acceptata,nequit ab ea recedere.n.24.

Oblator primus pro liberato habetur, per adventum novæ oblationis acceptatæ. nu. 25.27.29.107.

Gabellæ, Arrendamenta, fiſcales res, locatæ, arrendatæque intelliguntur cum pacto adjectionis in diem. n.26.

Locator ope pacti, etſi intellecti, adjectionis in diem, divelli poteſt à prima oblatione, licitationeque facta,ac jure ſibi acquiſito ob novam oblationem.n.28.

Fiſcales res ſemper intelliguntur venditæ, vel locatæ, cum pacto adjectionis in diem,ut adveniente nova oblatione,admittenda ſit.n.30.

Civitates, ſive Univerſitates, aliaq; perſonæ privilegiatæ, non utuntur hoc privilegio de ſubintellecto pacto adjectionis in diem.num.31.ſecus ex conſuetudine. num 32.

Oblationes novæ,infra quod tempus porrigẽdæ, ut recipi valeant?ex glosa *tria diſtinguuntur tempora. n.33. Verùm eſſe Iudici arbitrarium, docuerunt aliqui. num.34.*

Reſtitutio in integrum cõpetit Fiſco,Univerſitati,& ſimilibus,ad inſtar minoris,ob damnum amittendi augmentum adverſus lapſum tempus recipiendi novas oblationes.n.35.

Reſtitutio in integrum Fiſco, & cæteris privilegiatis competit adverſus tempus elapſum recipiendi novas auctivas oblationes, modò non modicè, ut in 6. vel 10.læderentur. n.36.

Locationis contractus perfectus eſt candela extincta,itaquod ab eo non poſſit recedi ad aliam recipiendam novam oblationem. num.37.& 41.nam ceſſante dolo, ac circunventione, non haberet locum reſtitutio.n.38.

Locationes factæ per ſubhaſtationem,ſi reſolverentur accenſa candela per adventum novæ oblationis,magnum eveniret abſurdum.n.39.

Authoritas Iudicis,& haſtæ fiſcalis,convelli non debet. n.40.

Oblationes novæ,candela accenſa, in multis regionibus recipi valent infra certum tempus. n.42.

Oblationes novæ in Regno,candela accenſa ante captam poſſeſſionem, infra quadraginta dies recipiuntur, dummodo non ſint in minori quantitate decimæ partis affictus unius anni;poſt verò captam poſſeſſionem, infra quartam partem unius anni, & in minori non ſit ſexta quantitate unius anni affictus. n.43.45.& 46.

Dies termini computatur in termino,quando terminus computatur ab actu. n.44.

Prag.71.de Offic.Proc.Cæſar. *licèt videatur loqui de locationibus reddituum Regiæ Curiæ,& arrendamentorum;extenſa tamen eſt, etiam in vendationibus. n.47.*

Reincantus ſolvi debet, quando in pactum deductus eſt in oblatione decimæ, aut ſextæ,& ita practicatum, & deciſum. num.48.

Oblationes noviter perventę in rebus licitatis in concurſu creditorum, nil obſtante quod per extinctionem candelæ contractus ſit perfectionatus,tamen poſſeſſione non tradita,ſi auctivæ ſunt,ſemper recipiuntur.n.49.pro quo effectu ſolet apponi clauſula in decreto acceptationis, ad finem providendi.*n.50.ſed ſi poſſeſſio ultimo licitatori tradita eſt, obſervatur diſpoſitio* Reg.Prag.*nu.51.*

Virginitatis donum,quo mulieres ornantur, inæſtimabile eſt.n.52.

Virgines multa encomia, & prærogativas habent,ſi virginitatem ſervant.nu.53. nedum corporis,ſed etiam mentis.n.54. quæ,uti ſublimior, laudanda eſt.n.59. & 62.

Virginitas mentis, etſi ſublimior illa corporis, attamen magis fragilitati ſubjecta eſt.n.55.

Virgines tali non decorantur nomine, etſi corpore ſint intactæ, ſi mente vacillant. n.56.

Mulieres,etſi corporis virginitate orbæ ſint, ob exiſtentiam illius mentis, non ſunt privandæ ſignis, virginibus debitis. num.57.

Mulieres Cypriotæ, Agropolitanæ, ac Prajanæ Campaneæ, ratione aeris,dum veniunt ad ætatem 12.annorum, non re-

Digitized by Google

periuntur virgines. num. 58.
Virginitas ob puras cogitationes, mentisque ſyncritatem, albis deſcribitur ornata veſtimentis. num. 60.
Puritas mentis decantanda, magiſq; æſtimãda. n. 61.
Virginitas quantùm ſit venerandaꝰ n. 63.
Mulieres, quæ viri potentes habentur, aptæ ſunt ad ſeminis effuſionem. n. 64.
Fœminarum libido multò fœdior eſt, quàm viri; qua de cauſa omnes in eis ruunt virtutes, ob amiſſam, læſamque pudicitiam. n. 65.
Mulieres per pollutionem, ob mentis, carniſque corruptelam, etſi corruptæ ſint, vulgò tamẽ pro virginibus habentur. n. 66.
Fœminarum malitia cæteris eſt ſuper abundans præſertim præſenti ſeculo? num. 67. Conſilium eſt invalidum, fragile, ac infirmum. num. 68. nonnunquam ſalubre. num. 82. earum tamen conſilia non ſunt inconſultò probanda. n. 83.
Fœminæ ipſæ fragiles, infirmæ, ac imbecilles dicuntur. num. 69. ideoque faciles deceptu. num. 71. & antiquitus eis dabantur tutores, & curatores, ſine quorum auctoritate nihil agere poterant; & quid hodie in Italia? n. 70.
Raptus crimen committitur, etiam volente muliere rapta. num. 72. Sed hoc quomodo intelligatur? num. 78. & 79. Committitur cum virgine, vidua, moniali, etiam tertii ordinis Sancti Franciſci, aliiſque (nuptis, aut non nuptis) mulieribus, dummodo honeſtæ ſint, & ingenuæ. num. 73. & libidinis cauſa conducatur de loco ad locum animo abducendi. n. 74. non dicitur commiſſum, itaut locum habeat pœna raptus, ſi rapiens mulierem, poſt raptum ipſam non violaverit. n. 75. Contrarium. n. 76. Conciliantur opiniones. n. 77.
Opinio, quod natura plus habeant ingenii fœminæ, quàm viri, & caſu fieri, ut ipſis viri ſint doctiores. num. 80. refellitur. n. 81.
Fœminas, maximè virgines, & puellas quãtum deceat, ornetque verecundia. num. 84.
Mulieres tam pulchrum donum virginitatis cum antefato compenſant ſi caſus evenit. n. 85.
Mulier, matrimonio non conſũmato, ſed tantummodo à viro oſculata, ob verecundiam oſculi, & viri gaudium, antefatum lucratur pro medietate. n. 86.
Antefatum debetur, ſi à viro ſit conſtitutum in tabulis nuptialibus. n. 87.
Antefatum conſtitutum, ut per mulierem acquiratur præmortuo viro, matrimoniũ debet eſſe conſummatum, ac dos eſſe ſoluta. n. 88.
Dos data donationem propter nuptias meretur. n. 89.
Antefatum debetur in parte, ſi pro parte dos eſt ſoluta. n. 90.
Matrimonia poſſunt contrahi, abſque dotis promiſſione. n. 91.
Antefatum promiſſum, atque conſtitutum ex aliis cauſis, debetur, ſi matimonium contractum ſit abſque dotis promiſſione. num. 92.
Antefatum lucratur per mulierem, dote non ſoluta, ſi per virum ſtetit, aut ejus culpa. n. 93.
Antefatum mulieri debetur, ſi diſſolvatur matrimonium per viri mortem pendente dilatione, per eum conceſſa dotanti, ad dotes in totum, vel in partem ſolvendas. n. 94.
Antefatum promiſſum, vel conſtitutum, nedum habito reſpectu ad dotes, & matrimonium, ſed etiam ad alias juſtas cauſas, mentem viri moventes, etſi dotes non ſint ſoluta, debetur. n. 95.
Matrimonium ſi per copulam non ſit conſummatum ex defectu viri, pro conſummato habetur, ut mulier antefatum lucretur. n. 96.
Mulier, nullis exiſtentibus filiis, lucrabatur antefatum, tam quò ad uſumfructum, quàm quo ad proprietatem de jure communi; ſecus verò per exiſtentiam filiorum: matre tamen ad ſecundas tranſeunte nuptias. n. 97. ſi verò in viduitate ſit, ad virilem admittitur. n. 98. De jure conſuetudinario per filiorum exiſtentiam, aut unius ex eis, excluditur à proprietate antefati, etſi aliqui ex filiis, ipſa vivente, deceſſerint poſt mortem patris. n. 99. Sed vigore Reg. Prag. tam ſi exiſtant, quàm non, filii, proprietate antefati privatur. n. 100.
Filii in antefati acquiſitione, non ex alio titulo, quàm hereditario, advenire poſſunt. num. 101. & 103. ſi pactum non ſit

ſit appoſitum lucrandi filÿs, uti filijs, etiam ad excludendam conſuetudinis diſpoſitionem. n. 102.

Filÿ de jure communi non hæreditariis, ſed propriis nominibus antefatum acquirebant; correctum hoc tamen per noſtrum jus municipale. n. 104.

Fiſco competit antefatum ratione indignitatis patris, & ſi filÿ ſupereſſent, ac adeſſent, ope hæreditariæ qualitatis, quæ in filÿs requiritur ex noſtro jure. n. 105. *& quando ſecus! n.* 106.

Fructus à primo oblatore percepti, uſque ad adventum novæ oblationis, ejuſque acceptationis, debent reſtitui. num. 108.

Fructus, à primo oblatore reſtitui debent, non in beneficium ſecundi, ſed locatoris. nu. 109. *ſed quare non ſervetur in locationibus gabellarum, arrendamentorum, & ſimilium! num.* 110.

Expenſæ, factæ in recollectione fructuum, ac ipſorum gratia, ab ipſis ſunt deducendæ, & intelliguntur ſemper deductis expenſis. num. 111.

Oblatori primo, à quo ſunt fructus reſtituendi, competit retentio pro expenſis erogatis. num. 112. *cui, ſi plus ſit expenſum, quàm ſunt fructus recollecti, eſt reſtituendum. num.* 113.

Contractus, qui eſt reſcindendus, dicitur à principio validus, & pro tali habitus. num. 114.

Fructus in reſciſſione contractus, veniunt reſtituendi à die litis conteſtatæ, à quo die poſſeſſor eſt inductus in malam fidem. num. 115.

Contractus, reſciſſus ob læſionem enormem, nõ annullatur ipſo jure, quia à ſuo initio in robore erat, licèt ex poſt facto reſolvatur. num. 116.

Contractu reſciſſo ob læſionem, in arbitrium eſt conventi, vel rem reſtituere, vel juſtum ſupplere pretium. num. 117.

Læſio enormis non dat ad radicem contractus impeditivam translationis dominii, reducendo cauſam ad non cauſam, titulumq; ad non titulum. num. 118.

Læſio enormiſſima vitiat contractum à principio, & annullat, reducitque cauſam ad non cauſam, titulum ad non titulũ, ac poſſeſſorem in malam fidem. n. 119.

Contractus nunquam ſalvari poteſt, enormiſſima concurrente læſione. num. 120.

Contractus ex læſione enormiſſima non reſcinditur ex remedio l. 2. *ſed annullatur; ideoq; conventus non fruitur alternativa; ſed præcisè tenetur ad rei reſtitutionem, unà cum fructibus. num.* 121.

Fructus ſunt reſtituendi, unà cum re, reſoluto contractu, ob læſionem enormiſſimam. num. 122.

Contractus reſolutus retrotrahitur ad tempus confectionis, & habetur ac ſi nunquam confectus fuiſſet. nu. 123.

Obligatio, & hypotheca contracta per poſſeſſorem rei, quæ ope contractus reſolutionis, non ex cauſa voluntaria, ſed neceſſaria. ſit reſtituta, reſoluta etiam eſt, & ab ea res ipſa liberata. num. 124.

Iure datoris reſoluto, acceptoris etiam pro reſoluto habetur. num. 125.

Hypotheca, & obligatio, contracta ſuper re emphyteutica, aut vendita, translataq; cum pacto de retrovendendo, adjectionis in diem, vel ſimili (re ipſa devoluta, aut pactis ipſis exercitatis) pro reſolutis etiam habentur ipſa hypotheca, & obligatio. num. 126.

Obligatio in eodem genere, & cauſa, ex qua orta, diſſolvi debet. num. 127.

Obligatio facta ſine cauſa, aut infollis, non tenet. num. 128.

Cauſa eſt obligationis regina, & regulatrix. num. 129.

Cauſa obligationis ceſſante, ceſſare quoque debet obligatio ipſa. num. 130.

Negotium proprium, non autem alienũ, unuſquiſque præſumitur ſemper facere. num. 131.

Stipulationes ab unoquoque confectas eſſe præſumitur, ac inventas, ut ex eis ſibi ipſi acquiratur, quod intereſt; nõ autem ut in ulios cedat. num. 132.

Actio ex alterius ſtipulatione acquiri haud poteſt. num. 133. *limitatur. n.* 134.

Stipulatio non poteſt extendi ultra perſonam in ea contentam, comprehenſamque. num. 135.

Conditio alterius ex alterius facto deterior fieri non poteſt. num. 136.

Locupletari cum jactura alterius fieri haud poteſt, neque permittitur. num. 137.

Stipulatione, vel negotio utiliter geſto, non ipſius contrahentis, ſed alterius, data verſione, contrahens, vel agens ad nihilum tenetur, ſed adſtringitur tertius ille ex

Digitized by Google

actione in rem verso, si versio durat. num. 138.
Versio per agentem nedum verificanda est, verùm etiam quod adhuc duret. n. 139.
Versionis actio procedit etiam in negotiorum gestore. num. 140. etsi gestum adhuc non duraret. num. 141.
Vxor pro marito, ac filius pro patre, non tenetur. num. 142.
Versionis actio datur contra uxorem, & filium, constito de versione, in subsidium tàmen, viro aut patre respectivè solvëdo non existente. num. 143.
Vxor in subsidium pro debito contracto à viro ex alimentis, ac pro pensione domus tenetur, in qua vir cum ejus familia habitavit. num. 144.
Subhastationis solemnitas requiritur in venditione, & locatione rei fiscalis, universitatis, & similium. n. 145.
Subhastationis solemnitas an renunciari possit? num. 146.
Ius publicum immutari haud potest per jus privatum. num. 147.
Probatio per testes inducta est ad publicam, communenq; utilitatem. n. 148.
Probatio, facienda per testes, renunciari non potest. num. 149.
Pactum angustiale, quod debitor nõ possit probare solutionem per testes, non subsistit. n. 150. sed quando in contrarium militarent. n. 152. eò fortiùs ubi proceditur sola facti veritate inspecta. n. 151.
Subhastationis solemnitas, si deficit, corruit actus, sive venditio, vel locatio, uti nulla ab initio. n. 153. ob quod restituitur res, unà cum fructibus. n. 154.
Subhastationis solemnitas non requiritur in venditione, vel locatione rerum fiscalium, quando fit actus à Prorege. num. 155.
Solemnitas subhastationis, quia quid facti est, constare debet, quod fuit confecta. num. 156. & nisi de ea constet in processu, non sufficit, quod in aliquo actu enuncietur interfuisse. n. 157.
Solemnitas subhastationis, & similium, in aliquo documento enunciata, quod adfuit, processu non reperto, si tempus aliquod sit elapsum, interfuisse præsumitur. num. 158.
Sententia, processu non reperto, præsumitur fuisse promulgata omnibus solemnitatibus intervenientibus. n. 159.
Causa expediri potest ex notamentis, processu deperdito. n. 160.
Exequutio contra debitorem fieri haud potuit, nisi priùs super mobilibus, demum immobilibus, ultimoq; contra personã. num. 161.
Obligationes rerum fieri non poterant à debitoribus, nisi primò in mobilibus, postea immobilibus, deniq; super debitorum nominibus. num. 162.
Nomina debitorum, jura, & actiones, veniunt sub generali obligatione. n. 163.
Creditor potest agere contra submissum nomen sui debitoris, tam si specialiter, quã generaliter sit sibi obligatum. n. 164. & 168. & quare hoc recta via fit? n. 165. & nulla requisita cessione? n. 166.
Creditor contra debitorem sui debitoris jure assistendi agere valet. n. 167.
Fiscus, quando non est specialiter privilegiatus, pro privato habetur, & ad instar privati judicatur. n. 169.
Fiscus agere valet ad instar privati contra debitorem sui debitoris, si tamen ille ex pecunia fiscali non sit debitor. n. 170.
Dominium rei haud transit, nisi ex rei traditione facienda à domino, ex aliqua causa justa, ac valida. n. 171.
Traditio nuda sufficiens non est ad validam translationem dominii, si nulla adsit causa. n. 172.
Dominium, data invalida, ex dictis, translatione, non videtur discessisse à domino. n. 173. secus data causa, & contractus validitate, ut à venditore in emptorẽ, & similium. n. 174.
Dominium rei venditæ translatum à venditore in emptorem est, si pretium sit solutum, aliter secus. n. 175. & 178.
Fides de pretio non præsumitur, quod adfuit in venditione, si de ea non constet. num. 176. & 180.
Dominium in suspenso, & in pendenti existere haud potest. n. 177.
Venditor, qui noluit fidem de pretio habere in venditione rei, tradendo rem, pretio non soluto, rectè agere valet vendicationis judicio, ob dominii translationẽ non factam. n. 179.
Venditio tenet cum promissione de solvendo pretium infra certum tempus, habendo de eo fidem, aut facta venditione

annui

Digitized by Google

annui redditus. num. 181.
Dominium rei venditæ, habita de pretio fide, tranſit per traditionem ad emptorem, ita quod ex generali obligatione venit in hypotheca creditorum ipſius emptoris per priùs contractorum. n. 182.
*Dominii reſervatio facta per venditorem, habet vim ſpecialis hypothecæ, ita quod præfertur venditor omnibus creditoribus emptoris pro pretio rei, etſi anterioribus. n.*183. *licèt ſint ex cauſa privilegiata, & dotis. n.*184.
Dominium mercium venditarum habita fide de pretio, tranſit in emptorem, & ſuper eis non præfertur venditor abſq; ſpeciali hypotheca, niſi contractatio in nundinis, vel aliis conſimilibus locis facta ſit; & ſi traditæ ſint, non tranſit in emptorem, niſi ſoluto pretio, quum nunquam præſumantur venditæ habita fide de pretio, itaut nedum vendicari poſſint, verùm etiam in eis præfertur venditor cæteris creditoribus emptoris. n. 185.
*Dominium rei venditæ habita fide, ſi cum dolo facta ſit emptio per emptorem, in ipſius beneficium non tranſit. n.*186.
Pretii fides non poteſt haberi in venditionibus, quæ fiunt à Iudice prævijs ſubhaſtationibus, ſed præſenti pecunia. num. 187.& 189.
Venditiones, quæ fiunt à non dominis, fieri haud poſſunt habita de pretio fide. num. 188.
*Adminiſtratores vendere non poſſunt, habita fide de pretio. n.*190.
*Fiſcales res vendi minimè poſſunt, habita fide de pretio, ſed ſemper præſenti pecunia. n.*191.
Eccleſiarum, ac minorum, bona diſtrahi nequeunt, niſi pecunia præſenti. n. 192.
*Procurator ad vendendum non poteſt habere de pretio fidem, ſed pecunia præſenti vendere debet. n.*193. *niſi conſtitutus ſit cum libera. n.* 194.
Origo Tribunalis R. C. S. *ejuſque Præſidentium, officialiumque. n.*195.
Diſpoſitio tex.in l.inter pares *habet locum in Tribunali Reg.Cam.Summ. n.* 196.
*Fiſcus, ſive actor, ſive reus ſit, ſive author laudatus, in ſuo Tribunali conveniri debet. num.*197.
Præſidentes Reg.Cam.Summ. ſubrogati fuere in locum Magiſtrorum Rationalium, unà cum eorum privilegiis. n. 198.
*Officiales Tribunalis Reg. Cam. Summ. ſive actores, ſiue rei, ſunt conveniendi, ac trahunt in dicto Tribunali quoad cauſas civiles. n.*199. *tam ex jure communi, quàm municipali. n.*201.
*Officialium Reg.Cam.Summ. in cauſis criminalibus, eſt procedendum coram Præſide cum interventu Procuratoris Cæſaris. num.*200.
*Iuriſdictio ſpecialis conceſſa generali non derogat, ſed eſt cumulativè præſtita. num.*202.
*Iuriſdictio ſpecialis, ſi ordinaria ſit conceſſa alicui Iudici in favorem generis certarum perſonarum cum univerſitate cauſarum, dicitur privativè, & non cumulativè tributa. num.*203.
Iuriſdictio, conceſſa in privilegijs, videtur quod ſit privativè, non autem cumulativè. num. 204.
Officiales, & ſubditi Tribun.Reg.Cam.Sum. ſunt exempti ab Iuriſdictione cæterorũ Tribunalium. n. 205. & 208. *tam ſi Actores ſint, quàm ſi Rei, & etiam in cauſis criminalibus. n.*213. & 218. & *extra officia commiſſis. n.*214.
Iuriſdictio ſimpliciter conceſſa, pro cumulativa habetur. n. 206.
*Iuriſdictio cõceſſa Tribunali Reg.Cam.Sum. quo ad Officiales, & ſubditos ejuſdem Tribunalis privativè, non autem cumulativè, conceſſa habetur. n.*207.
Iuriſdictio in feudis, quæ datur in feudi conceſſione, pro privativè tributa habetur. num. 209.
*Privilegia Reg Cam.Sum. quæ tribuunt exẽptiones prædictas, teſtificantur à pluribus DD. num.*210.
Officiales, actu ſervientes in Tribunali aliquo, ab illo extrahi haud poſſunt, tam ſi Actores, quàm ſi Rei ſint. n. 211. & *refutantur contrarium ſentientes. num.* 212.
*Iuriſdictio, cõceſſa Tribunali Reg.Cam.Sum. cognoſcendi cauſas ſuorum officialium, ſubditorumque, tam in cauſis activis, quàm paſſivis, civilibus, & criminalibus, etiam quo ad delicta, extra officium patrata, verificatur ex antiquiſſima poſſeſſione, rerum judicatarum fundamento fulcita. num.*215.
Cõceſſionis titulus, præſumitur, quod ſit juxta an-

Digitized by Google

antiquam possessionem. num. 216.
Immemorabilis possessio idem operatur, ac Regia largitio, etsi de regalibus ageretur. num. 217.
Neapolitani, & habitantes in Civitate Neapolis, privilegio fruuntur, quod trahũt, & trahi haud possunt extra Ciuitatem. num. 219.
Iudices cæterorum Tribunalium jurisdictionem non habent in causis activis, passivis, ac criminalibus Neapolitanorum, & habitantium in Civitate. n. 220. *ac incompetentes sunt quo ad ipsos. n.* 222.
Neapolitani prorogare haud possunt aliam Iurisdictionem Tribunalium hujus Civitatis. n. 221. *& quare? n.* 223.
Iurisdictio non prorogabilis, irrenunciabilis est. n. 224.
Neapolitani, ratione domicilii extra Civitatem, non possunt alibi conveniri, nisi in Tribunalibus hujus Ciuitatis, in quibus etiam trahunt. n. 225.
Oriundi Neapolitani, etiansi habeant domicilium extra Civitatem, gaudent privilegio Neapolitanorum, qui trahunt, & nõ trahuntur. n. 226.
Capellani, qui sunt præsentandi in Capella Divi Ianuarij huius Civitatis, debent esse nati in hac Civitate, ac etiam ad minus eorum Pater. n. 227. *&* 255.
Oriundus dicitur ille, qui extra Civitatem ortus est, ex patre nato in Civitate. num. 228.
Originarius ille dicitur, qui in Civitate ortus est, itaut dicatur civis originarius. num. 229.
Verba de jure intelligenda sunt, non secundùm quod sonant, sed juxta mentem proferentis. n. 230.
Verborum sensus considerari debet. n. 231.
Origines duas unusquisque habet, propriam scilicet, & paternam. n. 232.
Originarius non vocatur, qui ortus est Neapoli, sed Municeps. n. 233.
Originarius verus dicitur, qui ortus est Neapoli, à patre similiter in Civitate nato. num. 234.
Originarius dicitur à patris origine, non autem sua. n. 235.
Neapolitanus si appellatur, dicitur quod sit natus in Civitate Neapolis. n. 236.
Oriundus aliquando dicitur ille, qui non est ortus in Civitate, sed in Casalibus, seu vico, vel oppido. n. 237.
Oriundus, de stylo Curiæ Romanæ, pro orto accipitur. n. 238.
Pro verborum intellectu Calepinum DD. cõsulere solent. n. 239.
Oriundus, nomen adiectivum est, ac significat eum, qui ex aliquo originem loci ducit. num. 240.
Civis ortus, & originarius ex suis adscendẽtibus, præfertur in præsentatione orto tantùm. n. 241.
Dictio Saltem, *quid significet, quidq; operetur? n.* 242.
Actus ultimus in beneficii præsentatione attenditur. n. 243.
Præsẽtatio Capellaniæ in Thesauro Divi Ianuarii est facienda per plateam de populo, prævia bussola, & nominatione. num. 244.
Forma fundationis attendenda est, & observanda, aliter actus nullus est. n. 245.
Observantia est interpretatio declaratoria. num. 246.
Observantia inducitur per immemorabile observatum. n. 247.
Statutum si dubium sit, interpretatur juxta observantiam. n. 248.
Discussum nunquam dicitur, atq; decisum, quod non fuit deductum, atque oppositum. n. 249.
Observantia erronea haud nocet. num. 250.
Observantia est interpretativa in dubiis, non autem in claris. num. 251.
Observantia, quæ nocere debet tertio, requiritur, ut vim habeat, quod sit præscripta, ac obtenta cum contradictione. n. 252.
Fundatoris successor reliquis præjudicare nequit. n. 253.
Privilegii, edicti, aut statuti explicatio, ad concedentem, & mandantem spectat. num. 254.
Cives Neapolitani per allectionem, alibi habitantes, hac immunitate Neapolitanorum, & privilegiis, non gaudent. n. 256
Curiales alicujus Tribunalis non possunt ab illo, ubi inserviunt, atque existunt, trahi. n. 257. *&* 261. *& hoc tam pro civilibus, quàm pro criminalibus causis, etsi non dependentibus ab officio. n.* 258. *quare? n.* 259.
Officialium nomine, nedum veniunt illi, qui justitiam administrant, sed omnes alii, qui aliquid exercent. n. 260.

Ad-

Digitized by Google

Advocati haud trahi possunt à Tribunali, in quo suum exercent officium advocationis, sed trahunt. n. 262.

Curiales gaudent privilegio, quod trahunt, & non trahuntur, nisi fuerit ex jure cessio. n. 263.

Curiales gaudent privilegio trahendi, si praeter cessionem agant, licèt sit ex causa lucrativa. n. 264.

Miserabiles personæ gaudent, etsi veniant ex causa cessionis, & lucrativa. n. 265.

Curialis Reg. Cam. Sum. non habet privilegiũ contra privilegiatum. n. 266.

Dohanatus Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleę, in prima instantia, est conveniendus in dicta Regia Dohana, & non potest aliò trahi, neq; per privilegiatum; etsi in forum eligatur Tribunal Reg. Cam. Summ. n. 267.

Restitutio in integrum majoribus datur, ex clausula generali, si qua mihi justa causa. *n.* 268.

Mulieres in casibus, qui expressè non sunt provisi de beneficio restitutionis in integrum, illud non habent. n. 269.

Restitutio in integrum datur mulieri, quando agitur de damno evitando, etsi adversus juris ignorantiam agatur. num. 270. ad exclusionem præsumpti doli. num. 271.

Mulieres, etsi majores sint, ex capite restitutionis in integrum, admittuntur ad inventarii confectionem, in termino non confecti, & ita decisum. n. 272.

Restitutiones in integrum competunt personis privilegiatis. n. 273.

Quadriennium datur privilegiatis ad petendam restitutionem, in tempore minoris ætatis non petitam, quo tamen decurso tempore, aliud privilegiati ipsi non habent remedium. n. 274.

Quadriennij terminus est utilis à principio, quia non datur, neque currit, nisi à die scientiæ. n. 275.

Quadrienij terminus, data scientia, est continuus. n. 276.

Quadriennium inceptum, non est expectandum, quod elapsum sit, dum infra ipsũ, nedum est petenda restitutio, sed etiam terminanda. n. 277.

VEtustissimis temporibus, cùm ad venditionem bonorum debitorum, aut locationum rerum Reipublicæ erat procedendum, quæ palàm, ac in publico celebriq; loco subhastari debebant, ob eorum, & ejusdem Reipublicæ utilitatem, hastam figebant, sub qua venundabantur; à qua solemnitate originem sumpsit vocabulũ illud, *subhastatio*, hoc est per publicum incantum vendere, sive locare, cũ auctione: Quoniã per hujus hastæ signum, præter alia, quæ denotabat, & in usu erat, respectu illius, de quo agitur; locus publicus designabatur, ubi licitationes fiebant, non ad aliud, nisi ad perquirendum, ac alliciendum licitatores, in pretii oblatione, & ad finem augendi, ob licitationis calorem, ac æmulationem, itaut inter eos oriretur cõtroversia, *l. locatio 9. ff. de publican. & vectigal.* Reg. Sanfel. *decis. 332. n. 1. lib. 3.* Amaya *super Cod. in rubr. de fide instrum. & hastæ fiscal. lib. 10.* Iulius-cæs. Glusian. *De Insol. Dation. lib. 1. cap. 4. n. 79.* Fontanell. *de Pact. Nuptial. claus. 4. glos. 9. par. 2. n. 95.* Post. *de Subhastat. Inspect. 1.* Asin. *de Execut. § 6. cap. 1.* qua de
2 ratione, nedum omnis fraudis suspicio evitatur, verùm etiam inspicitur favor, atque utilitas bonorum vendendorum, vel locandorum: quia utplurimum, ob concursum diversorum licitantium, licitantes ipsi inflantur, atque in certamen veniunt, in pretii auctione multò majoris, quo res possit vendi, & æstimata sit, vel quod solitum sit locari, *dict. l. locatio 9.* Ant. Faber *in suo Cod. lib. 8. tit. 17. de Distract. pignor. defin. 3. nu. 7.* Coler. *Proc. execut. par. 3. cap. 9. n. 82.* Gratian. *Discept. For. cap. 811. nu. 12. tom. 5.* Post. *ubi sup. à n. 53. & Inspect. 32. n. 6.* Bened. Carpzov. *Defin. For. par. 1. Constit. 32. defin. 35. à n. 4. & defin. 39. n. 7.* Idem *Proc. Iur. tit. 25. art. 4. §. 1. à n. 4. & §. 13. n. 81. & dec. Ill. Senat. Saxon. 275. n. 10. par. 3. Respons. Iur. Electoral. lib. 4. tit. 1. resp. 4. n. 6. & lib. 5. tit. 8. resp. 72. n. 1.* itaut valde interfit,
3 multos habere concurrentes licitatores, & administrator timere non debet, si aliquod pateretur incommodum, ex facul-
4 tate primo licitanti præstita, quia rem in

tuto

tuto ponit,& ex ea augeri potiùs, quám diminui in pretio potest, ex quo datur incentivum ex ipsa prima oblatione ad plures habendos licitatores, sub spe ipsam potiùs augendi, quàm diminutionẽ patiendi; at ut licitantes animentur, & promptiores sint ad eorum porrigendas oblationes, ipsosq; invitando, ob promissiones aliquid lucrandi, de augmento perveniendo ex aliis advenientibus oblationibus; pro quo effectu, minimè dubitari potest de validitate ipsarum promissionum dicto primo, siue antecedenti oblatori factarum. Quod cùm Iuridicum ab omnibus habitum fuit, observatum esse apparet, itaut in consuetudinem sit perventum,vt secundum locorum morem,quo ad quantitatem dicti augmenti, promissiones ipsæ sint regulandæ,vt hic per dispositionem *Rituum, sub hoc titulo* positorum,nedum prædicta omnia exarata corroborantur, verùm etiam promissiones prædictæ fieri,ac esse intelliguntur, de quarta parte augmenti adveniendi, ex nova oblatione primæ augmentativa, Reg. Consil.Carleval. *de Iudic.lib.*1.*tit.*1. *disp.* 8. *tom.*2. Mauson. *de Caus. Execut.Ampliat.*30. *n.* 14. Reg. Valenz.*cons.*75.*in princ. in fact. enarrat. & n.*11.12.13.*lib.*1. D.Ioannes-baptista Asinius *de Execut.*§.*6.cap.*9.Avendan.*de Exeq.Mand.par.* 2.*cap.*12.*nu.*12. *à vers. circa quod est notãdum*,Larrea *Alleg.fisc.* 29.*par.*1. Bovadill.*Politic.lib.*5.*cap.*4. *nu.* 60.*tom.*2. Parlador. *Rer.Quotid. cap.fin. par.*5.§.13.*num.*3. Phanuc.de Phanuciis *de Inventar. in tract. de Invent. divers. Author.quæst.*242. *n.*42. *&* 43. Postius *de Subhastat.*ex Mangil. Ferret. *& aliis inspect.*29.*à n.*93. *usq; ad* 98. *& inspect.* 51. *n.*23. Anton. de Amato *Res.For.*38. *num.*13.*par.*1. Carthar. *dec. Rot. Genua* 103.

5 At quia justum, ex justaque causa, ac ratione, etsi administratoribus rerũ publicarum vetitum sit,de ipsis rebus, sive redditu aliquid de certo,liquidoq;disponere,ac donare,quoniam ipsis commissa, elargitaq; videtur esse potestas administrandi cum utilitate, & auctione, non autem diminuendi redditus rerum Reipublicæ,vel donandi, quod valde ab administrationis actu differt,ut Iura exclamant. Attamen, quia ipsis elargita hæc 6 potestas est, non ab homine, sed à lege, eis mandatum intelligitur tributum, cũ libera facultate disponendi, in commodum universale, at ex juxta,rationabilique causa:quia sic, non ambitiosè erit, *l. Præses Provinciæ* 12.*Cod.de transact.* ubi *Glos. verb. non sinet,per totam, l.pignore* 56.§.*si Tutor, & l.Interdũ* 58. §.*qui Tutelam, ff. de furt. cum Gloss.in verb.transigere, & verb.domini, l.contra juris civilis* 29.*in fine,ff.de pact. l.*1. §. *quibus autem, l.nulli* 3.*cum seq. ff. quod cujusque Universf.nomine,l.munerum,*§.*defensores, ff.de muner.& honor.l.sed ex dolo* 16.§.1. *ff.de dolo*,cum aliis concordantibus, laudatis ab Alexand. Trentacinq. *Var. Res. lib.* 2.*tit.de Procurat.Res.*1.Reg.de Ponte *de Potest.Proreg.tit.*4. *de Regal.Imposit.*§. 5.*n.*29.Reg.Consil.Carlev. *de Iud. loc.cit. n.*5.*&* 7. Parlad.*d.*§.13.*n.*6. Bovad. *loc. cit.*Avendan.*ubi sup.* Petr.Ghilken.*super Cod.in dict.l.Præses* 12. ubi etiam Franc. Hotoman. & propria donatio non est: 7 quia non ex mera, ac spontanea voluntate, & benevolentia proficiscitur, sicuti de mera,puraque donatione,ac donationis actu, scripsimus *in nostra observatione ad Alleg.* 31. Io: Vincentii de Anna (quam primum, favente Deo, in lucem edenda) sed ex vi, sive causa inductiva 8 ad hanc promissionem faciendam; correspectiva, nedum ad utilitatem perveniendam ex licitatione, sive oblatione facta, ex rationibus desuper adductis, propter quod plus recipitur,quàm præstatur,sive pro reincantu donatur;verùm etiam in recompensationem laborum,& periculi, quibus subiicitur oblator ipse; quadere donatio ex causa,sive promissio dici potest; non autem gratuita, cujus actio, quum in utilitatem publicam non tendat,ab Administratoribus, etsi cum libera, fieri haud potest; secus de qua 9 agitur,quæ potiùs datio ex causa appellari, & in firmitate constituta, uti correspectiva justæ causæ à Iuribus non improbatæ, & exemptæ ab omni ambitiositate, inductiva meræ,ac puræ donationis, dum ambitio pro gratia, & favore habetur, *Glos.in l.servo invito* 65. §.*cùm Prætor,verb.Ambitiosè* cum alio sequenti, *ff. ad Senat.Consult.Trebell. d. l. Præses*

Digitized by Google

ſes 12.*l.ſi conſenſerit* 7.*& l.ſicut* 8.§.*an paciſci, ff.quib.mod.pign.vel hypoth.l.* 1.§. 1.*ff. ſi menſor falſum modum dixerit, l.in navem Saupheli* 31.*ff. locati, l.ſi rem* 19. §.*ſi quis ſponſionis, ff.de præſcript.verbis, l.curator furioſi* 17.ibi: *Si donandi cauſa alienet, neque traditio quicquam valebit, niſi ex magna utilitate, ff.de Curatorib.furioſ.l.legem.* 10. *Cod.de pact. l.ſi remunerandi* 6.§.*Maurus, ff.mandat.* Reg.Conſil. Theodor.*alleg.*6.*à n.*2.& præcisè in *n.*5.Baldax.de Angel. *ſuper Cod.in dicta l.Præſes à num* 2. Hotoman.*loc.cit.*Alex. Trentacinq.*in Alleg.Reſ.*1.*nu.*12. ut ibi: *declara ſecundò, non procedere in caſu, in quo donare, ſeu remittere debitum liquidum, eſſet utile univerſitati.*Avendan.*ubi ſup.dicto cap.*12. *n.*12.*à Verſ. circa quod eſt notandum, uſq; ad nu.* 13. Parlad. *d.*§. 13 *nu.*7.Bovad.*Polit.lib.*5. *cap.*4. *nu.*60. *tom.*2. Laſſart. *de decim. vendit. cap.*16. *n.*12. Eſcobar. *de Ratiocin.cap.*24. *n.*38. Chartar.*deciſ.Rot.Gen.*103. Ludov.Roman.*conſ.*48. *n.*3. *verſ.Rurſus.* ab ipſiſq;

10 inde adminiſttatoribus cum libera validè fiunt promiſſiones prædictæ: quia in utilitatem tendunt communitatis, Poſtius *in dicta Inſpect.*29.*à n.*96. & quia ex cauſa promiſſio prædicta fit, potiùs datio, quàm donatio, appellari debet,

11 itaut habeatur pro contractu correſpectivo innominato, ex conventione, ad invicem adhibita oblationem faciendi pro locatione redditus, pro quantitate cõventa, quæ tamen, ſi ab aliquo augeatur, accipere is debet incantum conventum, & ſic facio, ut des; aut potiùs, do tibi conventum pretium affictus, ut mihi des de augmento adveniente quartam, vel tantam partẽ, ut convenitur; & ſic do, ut des, itaut cũ impleverit oblator ex ſua parte per oblationem, qua porrecta, ad ejus obſervantiam veniret adſtrictus, pactum in ea adjectum, etſi nudum, cùm veſtitur interventu rei, ſive oblationis ſequutæ adverſus aliam partem, juxta ipſam conventionem initam, datur actio præſcriptis verbis, ad obſervantiam promiſſi reincantus, *l.naturalis* 5. cum §. 1. *& l.permiſſiſti* 17.*ff. de præſcript. verb. l. Iuris gentium* 8.*ff.de pact.*Bovad.*in dicto num.*60. ibi: *No embargante que eſtè prohibido à los Regidores, y Iuſticia hazer davas, ò donaciones delos bienes, y rentas del Conſejo, como en otra parte diremos, porque el prometido no es gracia, ſi no contrato innominato, doyte, porque me des,* Gomez. *Var.Reſ.cap.*8.*lib.*2.ubi Ayllon. Pichard.*in Rubr. inſtitut. titul. quib.mod. re contrabitur oblig.à n.* 6. Petr. Gregor. Syntagm.*jur.lib.*28. *cap.*1.*& cap.*5. Ant. Fab. *in ſuis Rational. in d.l.naturalis,* §. *& ſiquidem, verſ.deciditur. leges legibus,* ibi: *At cùm do tibi, ut des, prima datione mea contractus innominatus perficitur: quia cùm accipis, quod ego tibi do, ut mihi des, hoc ipſo te obligas ad dandum mihi,* Oroz.*de Apicib.Iur.Civil. lib.*3.*cap.*1.*&* *cap.*5. Epiſcop. D. Hieronymus Borgia, olim in noſtris Tribunalibus Advocatus celeberrimus, *Inveſtigat. Iur. Civil. in Anton.Fabrum, de Conjectur.lib.*6.*cap.*10. *num.*10.*tom.*1.

12 His itaq; præmiſſis, obſervantia etiam docèt, licèt ſublata illa, quæ in *Ritibus* hic habetur, incantum in genere promiſſum, eſſe debere, ac intelligi de quarta augmenti parte, niſi plus fuerit ſpecialiter per habentẽ hanc poteſtatem promiſſum, ut in *Rit.*5. *&* 7. Goffredus noſter hic *n.*15.25.28.29.35.36. Quoniam tam in fiſcalium introitibus, quàm Arrendamentorum, & Gabellarum, quæ ad præſens adminiſtrantur per eorum Gubernatores, tempore affictus, ſpecialiter paciſcitur de incantu ipſo, qui Reincantus appellatur, & aliquando eſt multò major quarta, & quandoq; minor; ac primo oblatori, ſive licitatori debetur, ſolviturq; ipſo tunc, quod ſuper oblatione, nova acceſſerit oblatio, & candela in licitatione extinguitur, ob jus ſibi quæſitum, juxta conventionem de lucrando reincantum conventum in caſu auctionis affictus, jam perfectionati per ſubhaſtationem, & candelæ extinctionem, cum majori oblatione.

13 In quo actu accenſionis ſuper hac nova, & auctiva oblatione, cùm permiſſum eſt, nedum cæteris, ſed etiam eidem primo oblatori licitatori, & pro effectu prędicto debet audiri, determinavit I.C.*in l. neceſſe* 11. *ff. de in diem adjectione,* Goffred.noſter *hic nu.*71.*&* 72. Reg. Rovit. *conſ.*49.*n.*8.*lib.*2. Anton.Faber *in Rationali.in dicta l.neceſſe,*

14 plus offerẽs, ſibimet

Digitized by Google

candela extincta, ab acquiſitione reincantus non veniret excluſus: quia ex
35 enarratis rationibus, de lucrifactionis reincantus conventionis validitate dubitari haud poteſt, ipſam ab initio ſuæ confectionis valere, etſi eventus, ſive executio dilatata ſit in tempus, quo evenerit caſus, ut tunc ſuam habere valeat
36 obſervantiam, ac executionem; dum nulli dubium eſt, contractus non niſi à conventionibus, inter partes initis, regulari, legeſq; recipere, nil obſtante ſi deinceps ſuam debent habere executionē, ſi modò per priùs de valida conventione conſtaret, cujus attenditur tempus, ut Vlpian. *in l. contractus* 24. ibi: *Sed hoc ita, niſi quid nominatim convenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus: nam hoc ſervabitur, quod ab initio convenit, legem enim contractui dedit, ff. de reg. jur. in l. conventionibus* 52. ibi: *In conventionibus, & ſtipulationibus contractui formam contrahentes dant, ff. de verbor. obligat. in l.* 1. §. *ſi convenit*, ibi: *Si convenis, ut in depoſito, & culpa præſtetur, rata eſt contractus conventio: contractus enim legem ex conventione accipiunt, ff. depoſiti, cap. contractus* 85. *de reg. jur.* ac habetur in *Ritu* 6. *in medio hujus Rubr. Goffr.* noſter *hic n.* 5. Afflict. *deciſ.* 73. *n.* 8. *verſ. item iſte*, Reg. Rovit. *Conſ.* 75. *nu.* 19. *lib.* 1. *&* *deciſ.* 53. *n.* 3. *verſ. contractus enim*, Reg. Conſil. Prat. *Diſcep. Forenſ. cap.* 10. *nu.* 6. *lib.* 2. *&* *cap.* 1. *num.* 92. *lib.* 3. Præſes Merlinus *Controv. For. cap.* 21. *num.* 15. *in fine nu.* 16. Reg. Conſil. Staiban. *Reſol. Forenſ.* 23. *nu.* 55. *&* 56. *lib.* 1. Iaratha *conſ.* 7. *nu.* 6. Anton. Faber *Ration. in d.* §. *ſi convenit*, Olea *de Ceſſion. Iur. & action. tit.* 5. *quæſt.* 2. *nu.* 23. Bened. Carpz. *Reſp. Forenſ. lib.* 5. *tit.* 6. *Reſp.* 43. *nu.* 21. *tom.* 2. Coler. *Deciſ. German.* 30. *num.* 7. *par.* 1. Coppen. *Pract. Obſer.* 171. *nu.* 6. *lib.* 1. *Obſer.* 32. *num.* 9. *& Obſer.* 56. *nu.* 5. *lib.* 2. Io: Harp. *ſuper Inſtit. lib.* 4. *tit. quæ quaſi ex delicto naſcuntur*, §. *item exerciter navis* 3. *num.* 5. *tom.* 4. cum aliis, relatis à Donad. *de Renunciatione cap.* 1. *nu.* 12. cùm nulla major iuſtitia ſit, quàm pacta ſervare, *l.* 1. *in princ. & l. juris gētium*, §. *Prætor ait, ff. de pactis, l.* 1. *Cod. de pact. conv. l. fin. C. de fidejuſſor. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* Molfeſ. *ſuper Conſuetud. lib.* 1. *par.* 4. *de Renunc. quæſt.* 4. *num.* 85. Reg. Conſil. Staib. ex his verbis: *Cùm nihil humanæ fidei tam congruum ſit, quàm ea, quæ inter contrahentes placuerint, ſervare, in Reſ. For.* 36. *nu.* 2. Sempron. Aſcia *Deciſ. ſive Determinat.* 5. *nu.* 4. Antonin. de Amat. *Var. Reſol.* 48. *nu.* 8. *lib.* 1. Tuſch. *Pract. Concl.* 3. *&* 4. *lit. P.* qua de ratione
37 juxta contenta in conventione hac, per adventum novæ, & augmentativæ oblationis, ipſaq; acceptata, primo ipſi oblatori acquiſitum fuit jus promiſſi reincantus; cui nil affert præiudicii nova per
38 eum facta licitatio: quia jam evenit caſus lucrifactionis per augmentum per-
39 ventum; tum etiam quia, uti plus offerens in ſecunda ſubhaſtatione, ſive licitatione facta, nulla habet in ſe veſtigia primi licitatoris, quę duratura fuiſſent uſque ad diem acceptatæ melioris oblationis; ſed pro novo habetur ex reſolutione primæ, ſequutæ per adventum majoris ſecundæ, cum retrotractione ex tunc, cujus tituli acquiſitio ex ſui natura reſolvibilis erat, pro nova habetur perſona, cui non aliter ex antecedenti jam extincta, ſed ope ſequentis, ſive vltimæ,
40 & auctivæ licitationis; etſi idem ſit, quā in poſſeſſione, & redditus dominio eſt, tamen non ex primo titulo, jam ex tunc reſoluto, ſed ex poſteriori ſibi obvento, operante, ac ſi illemet acquiſitor nunquam fuiſſet dominus, atque poſſeſſor vigore primi tituli, verùm ab acquiſitione ſecundi inciperet poſſidere, licèt ſine nova traditione, dum penes eum reperiuntur, ſupervento jam titulo juſto, per hunc ſecundum licitationis actum, cujus reſpectu ipſe rem conductam habet, *l. item quod dictum eſt*, 9. §. *ſi quis extiterit, ff. de in diem adjectione, l. pacta conventa* 72. §. *Paulus notat*, ibi: *Paulus notat, ſi omnibus integris manentibus decreſcendo, vel diminuendo pretio vurſum convenit, receſſum à priore contractu, & novam emptionem interceſſiſſe videtur, ff. de contrah. emptione, l. Valerianus, ff. de prator. ſtipul.* D. Hieron. Calá *de Reſt. in integ. den. cap.* 20. *à n.* 53. Amaya *ſuper Cod. in l.* 4. *de fide inſtrum. & baſta fiſcal. lib.* 10. *nu.* 46. Dexart. *dec. Sardin.* 81. *nu.* 10. Larrea *dec. Gran.* 76. *n.* 4. *&* 5. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 370. *n.* 10. *lib.* 2.

Ant.

Digitized by Google

Ant. Fab. *in suis Rational. in dicto §. si quis extiterit*, Postius *de Subhast. inspec.* 35. *nu.* 272. *&* 273. Petr. Barbos. *in l. divortio* 8. *in princ. p.* 2 *n.* 89. *lib.* 1. quadere
21 nova cõficiuntur adimplementa, & obligationes, nil obstante, quod in prima adimplevit: quia pro novo contractu habetur, *d. l. pacta conventa*, §. *Paulus*, Gratian. *loco cit. in fine*, Post. *n.* 274. Larrea *d. dec.* 76. *n.* 5. & ita passim observatur, ac sæpesæpiùs observari vidi, si modò in prima oblatione, ejusq; acceptatione, aliter non sit conventum, vel cum aliqua qualitate.

22 Quoniam indubitati Iuris est, quod ad hoc ut contractus ex omni parte sit perfectus, & ex eo oriatur actio adversus omnes contrahentes ad ipsius observantiam, itaut á contentis in eo nemo ex contrahentibus discedere valeat; omniũ ad contrahendum requiritur consensus, itaut alter, sine alterius beneplacito recedere non possit, etiam ad æqualitatem servandam, vt Nos observavimus in *Observatione* 17. *ad Alleg. citati* Io: Vincen-
23 tii de Anna; ita tamen ut expositis rebus, sive redditibus ad licitandum, ex ipso actu verificatur, atq; apparet volũtas, ac consensus partis de vendendo, vel locando, & in consequentiam, in se obligando cum licitante plus offerẽte, juxta præconum proclamationem, & edicta, edita pro ipso effectu in bannis, ut solitum est in locatione, & venditione rerũ fiscalium, Arrendamentorum, Gabellarum, Reipublicæ, & executarum ad instantiam, & ob creditorum concursum, etsi per priùs incerta, demum certificata per adventum oblationis, cujus ope licitans, sive offerens, suum etiam declarat animum emendi, vel locandi, & perficitur ex consensu utriusq; contractus, ex omni parte perfectus, inductivus precisæ obligationis de vendendo, vel locãdo, ac de emendo, vel conducẽdo respectivè, se ad invicẽ ligando ad ea, ad quæ
24 per priùs adstringi non poterant; itaut oblator, acceptata per partes, vel officiales, ad quos spectat, oblatione, ab ea ampliùs recedere non possit, *l. ab emptione 59. ff. de pactis, l. sicut 5. Cod. de action. & obligation. l. 1. & 2. Cod. quando liceat ab empt. discedere*, Reg. Marcian. *Disp. For.* 91. *lib.* 2. Reg. de Marin. *Resp. Iur. cap.* 74. *nu.* 11. *lib.* 1. Novar. *in Pragm.* 5. *de Administr. Universi. n.* 93. Berlich. *Pract. Concl.* 81. *n.* 175. *par.* 1. Valasc. *Consul. Decis.* 37. Post. *de Subhast. Inspect.* 34. Castill. *dec.* 7. *n.* 10. Giurba *Pract. Obser.* 97. *&* 98. *nu.* 4. *&* 30. *vers. Amplia* 4. Carpzov. *Proc. Iurisd.* 25. *art.* 4. *à n.* 84. *& Defin. For. par.* 1. *Constit.* 32. *Defin.* 45. *n.* 7. Amat. *Var. Resol.* 38. *n.* 4. *lib.* 1.

25 Attamen adventa infra legitima tempora nova oblatione cum augmento, ipsaq; recepta, ipso jure pro resoluto habetur primus contractus initus, ope di-
26 ctæ allatæ oblationis, ex pacto tamen adjectionis diem, inducto in favorem arrendantis, sive locatoris, cum qua lege præsumitur contraxisse, ex clausula in præconiis adjecta, quod plus offerenti
27 dabitur; ita & taliter, quod per hanc posteriorem novæ oblationis acceptationem à primo recessisse videatur, sine cujus facto fieri nequit, vt pro liberato pri-
28 mus oblator habeatur à sua obligatione exequendæ oblationis, ex quo locator ipse divelli potest à jure sibimet acquisito ex prima oblatione, licitationeq; perfecta, *l. Valerianus* 10. *ff. de Pretor. stipul. l. Sabinus* 9. *l. si venditor* 17. *§. sed si emptor, & l. eum qui*, §. *cùm igitur, ff. de in diem adject. l. stipulatus* 44. *ff. de fideiuss. l. cùm in plures* 63. §. *lege dicta, ff. locati*, Gallup. *Prax. S. C. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 39. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 159. *n.* 10. *&* 12. *lib.* 2. Reg. Marcian. *loc. cit. nu.* 4. Blas. Altimar. *ad Reg. Rovit. in consil.* 70. *à n.* 4. *cum multis seqq. lib.* 2. Gabellin. *Milleloq. Iur. Milleloq.* 819. Amaya *loco alleg. à n.* 38. Ant. Fab. *Ration. in dicta l. Sabinus*, Giurba *Pract. Observ.* 98. *à n.* 29. *&* 31. Larrea *d. decis.* 76. *n.* 12. Carpzov. *Defin. For. par.* 1. *Constit.* 32. *à n.* 4. *tom.* 1. Amat. *Var. Resol.* 38. *nu.* 10. Boer. *dec.* 248. Pappon. *Arrest. Franc. lib.* 13. *tit.* 9. *Arrest.* 2. aliter
29 nunquam supponitur à priori intellexisse recedere, nil obstante, quod secunda sit auctiva primæ: quum multoties evenit, illam non esse receptibilem, & inutilitatem Fisci, vel cõmunitatis non cedere; itaut acceptatione nõ sequuta novæ oblationis, dici minimè possit, à priori esse recessum, primumq; oblatorem liberatum, *DD.* vbi supra.

30 Diximus *infra legitima tempora*: nam in hoc *DD.* ad jurium interpetrationem, inter se valde dissentiunt, dum aliqui supponunt, Fisci rerum venditiones, vel locationes semper confectas intelligi, cum pacto adjectionis in diem, itaut adveniente meliori oblatione, illa admittenda sit, ob tacitam, ac subintellectam conditionem, nisi alter meliorem attulerit oblationem, *l. Lucius-titius* 21. §. *idē respondit, in fine, ff. ad Municipal. & de incol. l.* 1. §. *tempora enim, Cod. de vēdend. reb. Civit. lib.* 11. *l. si tempora* 4. *Cod. de fide instrum. & hastæ fiscal. lib.* 10. Reg. Capyc. Latr. *Consul. For.* 5. *n.* 1. *& decis.* 158. *n.* 4. *lib.* 2. D. Hieronym. Calà *infra alleg.*
31 *num.* 45. ex speciali privilegio, Fisco cōcesso, Civitates, aliasq; personas privilegiatas non comprehendente, vt expressè cavetur in *dictis allegatis juribus* D. Hieronym. Calá *de Restit. in Integ. Minor. deneg. d. cap.* 20. *n.* 44. Amaya *in d. l. si tempora, nu.* 59. per ea, quæ notantur per Præs. Ganav. *in Cons.* 2. *à num.* 28. verùm
32 ex consuetudine extenso, & eo utuntur, Muscatell. *loc. cit. num.* 59. Amaya *loc. relato nu.* 60. quod tempus cùm à lege aliqua specialiter definitum non reperiatur, in multas sententias *DD.* abierunt;
33 *Glos.* tamen in *d. l. si tempora* tres distinguit casus. Scilicet Tempus adjectum in prœconiis, sive bannis, quo tamen non elapso, accensa candela, extinctaq; super oblatione porrecta, si aliqua demum in majori quantitate porrigatur, recipienda est: quia veniret infra legitimum tēpus, idest illud definitum, nō adhuc elapsum ad oblationes recipiendas, & majori oblatori subhastandas res liberandas. Secundum, de tempore appositio in eodemmet actu accensionis, reiq; licitatæ liberationis, infra quod veniens ad noviter offerēdum admittitur. Tertium verò viginti dierum, habito respectu ad illud, quod stabilitum esse apparet in Ecclesiæ beneficium, & ipsius rerum subhastatione, per *Auth. hoc jus porrectum, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, Amaya *in d. l. si tempora, nu.* 58. Amat. *ubi supra n.* 17. ope æquiparationis intelligi debet *textus* dispositio in *d. l. si tempora*, dum per aliam non reperitur definitum tempus, Præs. Vrsinus *in alleg. recollecta per Reg. de Marin. in Resol.* 147. *nu.* 25. *to.* 1. Reg. Consiliar. Arias de Mesa *Var. Resol.* 20. *n.* 11. *lib.* 2. D. Hieron. Calà *in loco alleg. à n.* 46. Menoch. *de Arbitr. Iu-*
34 *dic. cas.* 129. *lib.* 2. qui tamen in fine docet, quod per legē tempus hoc in subhastationibus rerum fiscalium, minoris, vel Civitatis, definitum haud sit ad novas, & auctivas recipiendas oblationes; inde esse Iudici arbitrarium, etsi actus pro perfecto habeatur, Carpzov. *Proc. Iur. tit.* 25. *art.* 4. *n.* 46. Amat. *in loc. prox. alleg.*
35 nam adversus damnum amittendi dictum augmentum, competeret beneficium restitutionis in integrum (quovis tempore elapso) quo uti potest Fiscus, vel Civitas, ad instar minoris, ac excludi nequit, *l. ait Prætor* 7. §. *hodie certo, & l. & si fine* 8. §. *quæsitum, ff. de minor.* Reg. Capyc. Latr. *Consul. For. d. cap.* 5. *& dec.* 158. *à n.* 3. *lib.* 2. ubi Gizzius, Reg. de Marin. *d. cap.* 147. *à nu.* 13. Reg. de Ponte *de Potest. Proreg. tit.* 4. *de Regal. Impos.* §. 5. Lanar. *cons.* 63. Præses Ganaver. *cons.* 2. Reg. Cons. Arias de Mesa *d. cap.* 20. *nu.* 1. 2. *&* 3. Novar. *de Elect. & Var. For. sect.* 2. *quæst.* 24. *n.* 3. *&* 4. *par.* 1. ac *Quæst. for.* 63. Muscat. *Prax. S. R. C. lib.* 2. *par.* 3. *gloss. venduntur, à nu.* 52. *cum multis seqq.* vbi Reg. Cons, Pratus, Guido Papa *dec.* 536. Pheb. *Decis. Lusit.* 135. *lib.* 2. Fontanell. *Dec. Catbal.* 520. *lib.* 2. Parlad. *Rer. Quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 5. §. 13. *num.* 14. aliique, mox allegandi, penes quos alii;
36 ita passim fuisse determinatum apparet, si tamen ex hac augmentativa oblatione, modicè quis lęderetur, adversus eam, Fisco, aliisq; privilegiatis, hoc non competit beneficium, Afflict. *Dec.* 340. *nu.* 4. *DD.* vbi supra, pro quo effectu, non semper, & in omnibus casibus omnino præmissa habere effectum possunt: quia clarè colligitur ex dispositione *tex. in d. l. & si fine*, §. *quæsitum*, moderatam esse, sive explicatam dispositionem præcedentis §. *hodie certo*, indefinitè loquentis: nam illud, quod frequentiùs, & primitus Prætores faciebant in præstatione hujus beneficii erat, ut id concedi mandarent, sed circunspectè, idest cum causæ cognitione, nempe si augmentum in tantam excresceret summam, ut venditor non in modica, sed in considerabili lædere-

tur

tur quãtitate, puta ſi ſextam, vel decimam excederet partem pretii rei locatæ, vel venditæ, Reg.Lanar. *loc.cit.* Reg. de Ponte *ubi ſup.* Severin. *ad Reg. Sanfelic. deciſ.* 332. *verſ. Verùm dubitatur*, Maſull. *ad Capyc.deciſ.*36.*n.*6. Novar. *in Pragm.* 71. *nu.*2. *&* 7. *de Offic. Proc. Cæſar.* D. Hieron. Calá *d. cap.*20. *á nu.*30. Giurb. *Pract. Obſerv.* 98. *nu.* 6. *prope finem*, Bovadill. *infra allegand.* Amat. *d. Reſ.*38.*n.*21. quia venditiones, locationeſq; ex neceſſitate confectæ, ſubhaſtationibus præcedentibus, pro læſivis habentur, ſi conſtet de læſione in ſexta, vt Nos fundavimus in *Obſer.* 43. *ad Alleg.* Io: Vincentii de Anna, D. Hieron. Calá *loc. prox. cit. nu.*52. prout in voluntariis eſſet dimidia ex *tex.in l.*2.*Cod.de reſcin. vend.*

37 At non deficit & altera *DD.* ſententia, rerum etiam judicatarum fulcita præſidio, nequaquam eſſe admittendam hanc novam auctivam oblationem, nil obſtante quod excederet ſextam, vel decimam: cùm non dicatur ampliùs res integra, etſi candela tantùm ſit extincta, & poſſeſſio non ſit præſtita, nec in licitantis poſſeſſionem res licitata trãslata, ex quo per d.candelæ extinctionem, pro plus offerẽte, ſine fraude, & dolo, ex omni parte locationis contractus verificatur perfectus, ipſeq; conductor, ſeu contrahens ſecurus eſſe debet, dum tempora ampliùs non largiuntur, ex jurium diſpoſitionibus, a contrario ſenſu, in *d.l.ſi tempora* 4. *&* *l.quacunque* 5. *Cod. de fide inſtrum. & haſta fiſcal. lib.* 10. *cum cæteris concordantibus*; & Imperatores determinaverunt in *l.eos, qui auctione* 4. *Cod.de diverſis prædijs lib.*11. *& in l. ratas manere* 7. *Cod.de reſcind.vend. l.*2. *Cod.de loc. prad. civil. lib.* 11. cum aliis concordantibus, allegatis per Reg.Sanfelic. *deciſ.*104.*à nu.*11. Reg.Capyc. Latr. *deciſ.* 138.*nu.*8. *&* *deciſ.*158. *nu.*1. *lib.*2. Reg. Conſil.Hodiern. *Controv.For.cap.*40. *nu.* 34.43.44. D.Hieron.Calà *de Reſtit.in Integr.Minor. quandoq; deneg.d. cap.* 20.
38 *n.*42. *&* 43. ac ceſſaret omne læſionis juvamen: quoniam ſtante contractus celebratione, ejuſq; actus perfectione ſine dolo, ac circunventione, cum pretii iuſtitia, ex quo alia major oblatio, & receptibilis non concurrebat in dicto tempore, quod eſt attendendum, nulla de læſione haberi ratio poteſt, *l. ſi de voluntate, Cod. de reſcind. vendit. l.*3. *§. fin. ff. de jure fiſci, l.voluntas, Cod. de fideicom.l.verùm, §.ſciendum, ff. de minor. cap.cùm dilecti, De empt.& vendit.* cum multis DD. allegatis à Valleron. *de Tranſact.tit.*6.*quæſt.*2.*nu.*3. Reg.Valẽz. *conſ.*156. *nu.*19. D.Hieron. Calá *loc.cit. nu.*35. dum dicti celebrati contractus, ſive extinctionis, actus, eſt attendendus, non autem, quod ſupervenit ex poſt facto, *l.verùm* 12. *§.ſciendum, & l.non en-*
39 *nia* 45. *ff. de Minorib.* Et circunſpectè procederetur, De Ponte *loco cit.num.*53. etiam quia magnum evitatur abſurdum, cùm licitantes, ſe in tuto non videntes, nunquam ad licitandum advenirẽt, & Fiſcus, Minor, Civitas, vel Eccleſia haud reperirent conductores, ac emptores in eorum perniciem, ob damnum, quod ſequeretur, ſi ſui redditus in demanio remanerent, ut expreſsè I.C. in *d.l.ſi fine* 8.*§.quæſitum*, ibi: *Cæterum nemo accedat ad emptionem rerum, l. quod ſi minor* 25. *§.non ſemper*, ibi: *Nemine cum his contrahente: & quodammodo commercio eis interdicatur, ff.de Minor.l.*3.*§.cùm quinquennium*, ibi: *Nam & facilius invenientur conductores, ff. de jure fiſci, l.ſi mulier, ff.ad Sen. Conſ. Vellejan.* & Iudi-
40 cis, haſtæq; fiſcalis authoritas contra id cõvelleretur, quod jura omnia ſemper exclamant, *l.hypotbecas, Cod.de remiſſ.pignor.* Itaut à prima licitatione recedi
41 haud poſſit quavis de cauſa; ex quibus ſupradictis rationibus Afflict. *dec.* 340. Reg. Conſ. Arias de Meſa *d. cap.*20. ubi in *num.*17. contra allegata per Præſ. Ganaver. *in d. conſ.* 2. refert, fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio ad relationem Reg. Cam. Summ. tribus Regiis Conſiliariis adjunctis, quorum unus ipſe fuit Reg.de Marin. *Reſol.Iur.dict.cap.*147. *lib.* 1. Guttier. *Pract. Quæſt. Civil.*38. *lib.*1. Valenz. *dicto conſ.* 75. *lib.*1. Peregr. *de Iure Fiſci lib.*6. *tit.* 2. *num.* 13. Grẽgor. *in Part. Hyſpan. lib.*5. *tit.*19. *par.*6. *verb. Mas por ella, ad finem*, Grivell. *Dec. Dolan.*44. *num.*1.2. *&* 3. Bovadill. *Polyt. lib.* 3. *cap.*4. *num.*20. *par.*2. Amaya *in dicta l.ſi tempora, à num.*21. Amat. *loc.cit.n.*1.

16.

16. 19. *& seq. lib.* 1. Fontanella *d. decis.* 520. *lib.* 2. Franc. Anton. Tranchedinus *Consul. Iur.* 68. *án.* 13.

42 At verò in multis regionibus, ad finẽ effugiendi has ambages, vel per particularem legem, aut per usum, consuetudinemq; introductam, reperitur certum determinatum tempus, infra quod perfecto actu cum plus, & ultimo offerente, & in candelæ accensione licitante, aliæ augmentativæ possunt recipi oblationes, cum præfinitione etiam certæ offerendæ quantitatis, itaut si in minori sint, vel porrigantur, dicto tempore, sive termino elapso, ampliùs non admittantur, & ab ômni legum, juriumq; auxilio, ac remedio venirent omnes excluſi, ut in Delfin. tempus trium mensium constitutum est, & in Burgundia Galliæ Gelticæ, Cassan. *in Cõsuetud. Burgund. tit. des rentes, rubr.* 5. §. 2. *post num.* 24. in Germania, tribus quaternis elapsis, novæ auctivæ oblationes excluduntur, Carpzov. *Proc. Iur. Art.* 4. *tit.* 25. *nu.* 44. *& 66.* In Franciæ Tribunalibus, atque Parlamentis, quindecim dierum tempus, post quadraginta, in cõstitutione contentos, Pappon. *Arrest. Franciæ lib.* 18. *tit.* 6. *Arrest.* 14. Dolæ viginti dierum, cum oblatione faciendæ de triente, ultra oblatam, & perfectam, Grivel. *dicta decis.* 44. at in Hyspania, tempus trium mensium præfinitum ex *l. del quaterno de las alcavalas*, quæ est *l.* 7. *lib.* 13. *tit.* 9. *novæ recõpil.* juxta attestationem Avendan. *de Exequend. Mandat. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 10. Vela *Dissert. For. Iur. Contr.* 17. *num.* 28. *par.* 1. & hoc sæpe sæpiùs disputandum evenit, & per Regiã Cameram Summariæ, & Collaterale Consilium pro vtraq; parte determinationes emanarunt, vt colligitur ex DD.

43 supra allegatis. Ideo ad evitandas lites, quæ deinceps evenire poterant, ac pro bono regimine, anno 1631. emanata fuit *Regia Pragmatica*, per quam statutum fuit, nedum tempus infra quod novæ sint producendæ oblationes, ac recipiendæ; verùm etiam quantitates augẽdæ, ut ante captam possessionem, infra quadraginta dies, numerandos ab illo accensionis candelæ, & oblatio contineat augmenti decimam partem pretii affictus unius anni; si verò adveniãt post, sed ante elapsos tres menses, numerandos à die captæ possessionis, & cum augmento in pretio sextæ partis unius anni

44 affictus (qui termini uti statuti, non à die actus, itaut illius termini non computentur in termino, ope illarum dictionũ, *A*, vel *Ab*, quæ resolvuntur in post excluſivè, separatæ à die termini, ex *glos. in l. datio possessionis* 3. §. *fin.* ubi *glos. in verb. Brundusio, ff. de act. empt.* cum aliis juribus penes Reg. Cons. Prat. *Pract. Observ.* 40. *per totam*, Nicolaum Vincentium Scoppa *ad Gratian. decis.* 124. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 31. præcisè *à num.* 55. *tom.* 2. Fontan. *dec.* 409. *num.* 7. *lib.* 2. Berlich. *Pract. Concl.* 74. *num.* 120. *par.* 1. sed ab actu ipso, cujus dies termini, sive actus confectionis computatur, curritq; de momento ad momentum, dum dicitur in sanctione prædicta *dopo estinta la Candela*, & in secundo capite, *che haverá presa la possessione*, itaut statimac actus prædicti facti sint, currere incipiant, Alexandr. Trentacinq. *Var. Resol. lib.* 2. *tit. de Dilat. resol.* 1. *num.* 9. Rummus *ad Afflict. de Iure Prothom. in* §. 2. *ut infra* 30. *dies*, Fontan. *dicta decis.* Cathal. 409. *num.* 9. Giurba *dicta observ.* 98. *num.* 5. *in fin.* Monach. *Dec. Lucens.* 32. *nu.* 4. Carpzov. *Defin. For. par.* 1. *const.* 32. *defin.* 40. *num.* 4. *& Proc. Iur. tit.* 17. *art.* 3. *num.* 35. Guido Papa *dec.* 270. *in medio*, Berlich. *ubi sup. n.* 122. & in pro-

45 priis terminis Vela *Disser. Iur. dissert.* 18. *par.* 1.) ut ex *d. Prag.* quæ est 71. *de offic. Proc. Cæs.* juxta cujus formam, ob-

46 servantia viget, prout habetur penes Reg. Capyc. Latr. *d. decis.* 158. *lib.* 2. Reg. de Marin. *Resol. Iur. d. cap.* 147. *nu.* 9. *vers.*

47 *Sed cùm nostris temporibus*: Etsi demum anno 1634. *in Capitibus Reformationis Tribunalis Reg. Cam. Summ. in illo* 114. *Pragm.* 75. *sub eod. tit. de offic. Proc. Cæs.* mandatum fuit ante captam possessionẽ affictus, absq; ulla temporis præfinitione, posse admitti novam, & auctivam oblationem, dummodo non minus sexta unius anni, post verò possessionem non in minori quantitate quartæ partis extalei, offerenda infra 60. dies, decurrendos ab illo ultimæ accensionis; tamen hæc jussio nunquam fuit, neque est in observantia, prout *dicta Pragm.* 71. ex-

ten-

Digitized by Google

tenſa, intellectaque, nedum in locationibus reddituum fiſcalium, verùm etiam in venditionibus, Reg. Conſ. Arias de Meſa *d. cap.* 20. *à num.* 30. Reg. Conſiliar. Prat. *ad Muſcatell. loc. cit. in med. verſ. Eſt tamen in praxi*, quicquid in contrarium ſcripſerit Præſ. Ganaver. *d. conſ.* 2. *n.* 97.

48 In quibus quidē novis, ac auctivis oblationibus, infra præfata tempora confectis, & adventis poſt actuum perfectionē, cùm in præcedentibus extinctæ reperiebantur candelæ, & captis poſſeſſionibus reſpectivè; de reincantu paciſci, & cum ipſius lucrifactione oblationes fieri, jure optimo poſſunt, ex quo militant, & concurrunt eadem jura, & rationes, ſupra deductę, pro valida pactione reincantus, ut in primo licitationis actu, á quo ſequentes in caſibus decimæ, aut ſextæ, non dependent, ut judicentur pro unico actu, ſed de per ſe ſtant, atque ſunt novæ licitationes, quarum oblationum intuitu, ponitur in tuto arrendamentum de certo augmento decimæ, aut ſextæ, cum ſpe ulterius augendi in candelæ accenſione; ſi tamen nō minueretur decima, aut ſexta offerenda, ſed ſuper augmento adveniēdo ex ipſa nova accenſione, reincantus paciſcitur: nam, ſi ſecus, arrendamentum læderetur in decima, aut ſexta, & non ſunt oblationes recipiendæ; quæ quouſq; juſtæ ſint, nedum oblatoribus ipſis aſſiſtunt jura, & rationes ſuperiùs relatæ; verùm etiam quædam tacita permiſſio, à prædictis dependens, & juſtificata; ex eo quia non reperitur per *Ritus*, neque per *Regias Pragmaticas*, aut aliquas hujus Regni leges, hoc prohibitum fieri, & paciſci: Quoniam allata *Reg. Prag.* 71. aliud non cōtinet ſub ejus diſpoſitione, ut fuit ſemper intellecta, niſi quo ad determinationem temporum ad validè de novo offerendum poſt candelæ extinctionem, & poſſeſſionis rei locatæ, aut venditæ capturam, cum definitione quantitatis offerendæ, ante, vel poſt captam poſſeſſionem, abſq; ullo verbo, non validè paciſcendi reincantus, & ita colligitur obſervantiam vigere; propter quod multoties in his caſibus reſpectivè receptæ sūt oblationes, cum reincantus pactionibus, prout in affictu arrendamenti, vulgariter *del ducato à botte*, anno 1677. candela accenſa ſuper prima oblatione, & illa extincta Felici de Caro, demum advenit nova oblatio cum decima, & pactione reincantus; ſe oppoſuit dictus Felix dicens, haud eſſe recipiendam ex pactione reincantus; cujus intuitu oblator in perniciem primi oblatoris, & affictatoris, cui erat ex candelæ extinctione jus acquiſitum, reddebatur magis ſecurior ad licitandum; tamen S. C. patrocinante meo germano fratre V. I. D. Franciſco-antonio Piſano, vigilantiſſimo in juris prudentia Advocato, ſub die 5. Octobris, omnibus plenè diſcuſſis, attentis rationibus antedictis, mandavit, candelam accendi ſuper dicta oblatione cum pactione prædicta, ſicut ſequutum fuit; & demum iterū extincta eidem de Caro plus offerenti, dicto novo oblatori fuit reincantus conventus liberatus. Sicuti anno 1679. ſuper nova oblatione affictus novi arrendamenti Iuris prohibendi *Aquæ Vitæ*, ex quo per Reg. Cam. Summ. ſub die 20. Iulii 1680. nedum fuit acceptata, & accenſa candela, ſed oblatori reincantus ſolutus; Et anno 1682. remanſo affictu arrendamenti *Salium Provinciarum Aprutii* in Collaterali Conſilio V. I. D. Petro Cancellerio primo oblatori, cum reincantu ducatorum quincentum, poſtmodum comparuit oblatio cum ſexta infra tres menſes à die captæ poſſeſſionis, cum pactione reincantus ducatorum 500. contradicente Ioſeph Corvo, perſona nominata à dicto V. I. D. Petro Cancellerio, fuit acceptata per Collaterale Conſilium, & ſub die 25. Iunii 1683. ſuper ea accenſa candela in eodem Supremo Tribunali. Ac ultimo in arrendamēto *Nivis*, cujus affictus cùm remanſiſſet V. I. D. Nicolao Caſtaldo, infra legitima tempora ad ſextam offerēdam comparuit Mag. Hiacynthus Ragnus, & ipſam obtulit cum lucrifactione reincantus ducatorum 700. caſu, quo augeretur per novas adveniendas oblationes, quæ licèt per Dom. Delegatum Regium Conſiliarium Ianuarium de Andrea, omni virtute, & doctrina exornatū, in congreſſu cum Magnificis Gubernatoribus fuiſſet acceptata, & mandatum candelam accēdi, à qua determinatione ſe gravavit primus oblator; at alia demū ad-

adventa oblatione, S.C.ad relationem dicti Domini Delegati mandavit, ſuſpēſis decretis per ipſum latis, accēdi candelam ſuper dicta nova oblatione, prout fuit accenſa, & extincta in beneficium alterius plus offerentis; prætenſo igitur per d. Ragnum convento reincantu, & reclamatione interpoſita à dicto decreto S.R.C. cauſa pleniùs diſcuſſa, ad relationem ejuſdem Regii Cōſiliarii de Andrea ſub die 18.Martii 1684.S.R.C.mādavit, quod, ſuſpenſo decreto ejuſdem S. C. quoad primam partem, Magnifici Gubernatores Iuris prohibendi Nivis ſolverēt in beneficium Hiacynthi Ragni quantitates debitas pro reincantu, contento in oblatione; & cùm Gubernatores produxerunt remedium reſtitutionis in integrū, denuo ſuccubuerūt ſub die 12 Aprilis ejuſdē anni, ex quo S.C. declaravit, non eſſe deferendum, ut in actis dicti affictus penes Conſtantinum Actuarium, de Auria Scriba. Interveniente pro tuitione jurium dicti Mag. Hiacynthi Ragni V.I.D. Domino meo, & benevolentiſſimo Compatre D.Hiacyntho Vrſino, nobilibus moribus ornato, & integerrimo noſtrorum temporum Advocato, qui latè, ſuo more, ſcripſit, & in Aula eloquenter oravit. Quibus, per nos exaratis, non obſtat *Conſ.* Reg. Valenz. 75. *vol.* 1. non ſolùm ex aliis rationibus, quarum vigore diverſificatur caſus ab eo, de quo agitur; verùm etiam quia ſe fundavit in locali, ac ſtatutaria Hyſpana lege in *Recompilat. l.* 22. *tit.* 13. *lib.* 9. expreſsè ſtatuente, non eſſe promittendum, neque dandum ſecundum reincantum, poſt primam extinctionem candelæ, ut ibi: *Prometido deſpues de el primero rematé.* Secundùm quam particularem Hyſpaniæ legem, omnes Hyſpani Doctores concluſerunt, Guttier. *de Gabell. q.* 142. *num.* 17. *& q.* 150. *nu.* 3. prēter quem locum, Regnumq; cùm vim legis non habeat, ſervanda nō venit, Azeved. *ſuper l.* 2. *nu.* 15. *tit.* 13. *lib.* 9. *Recompilat. tom.* 6. ibi: *Et inquit lex noſtra, & ſic ſecundùm hoc debemus nos in noſtro Regno gubernari*, cujus localis uſus, ſtylus, ſive conſuetudo, in licitationibus ſemper obſervari debet, juxta eorum diſpoſitionem, vel prohibitionem; *Bald. in l. ordo, C. de exequution. rei jud.* Rebuff. *ſuper Conſtit. Gall. tit. de præcon. in Rubr. n.* 14. *tom.* 2.

49 His itaq; præhabitis, limita in rebus ſubhaſtatis ad inſtantiam creditorum, ob eorum concurſum adverſus debitores, quod indifferenter obſervatum videtur, atque in praxi receptum, ſcilicet, quod recipiantur novæ oblationes, etiamſi candela eſſet extincta, actuſque fuiſſet in omni parte perfectus; ob creditorum intereſſe, quibus Iudices ſemper favere tenentur, ne excluſi remaneant, uti non ſufficiēte pro omnibus concurrentibus creditoribus pretio, in prima oblatione contento: cùm ex auctione ipſa magis commodè poſſint de eorum creditis, ſi non in totum, ſaltem in partem ſatisfieri, uti fruentes beneficio reſtitutionis, tam ſi læſio in decima, vel ſexta, aut in minore, vel majore conſiſteret, quod nō eſt amittendum in perniciem, & damnum creditorum, & patrimonii, ſicuti determinaſſe S.R.C. apparet penes Io: Iacobum Maſull. *ad Capyc. dec.* 36. *num.* 6. *prope finem*, & ab omnibus deciſionem prædictam amplexam, Gallupp. *Prax. S.R.C. loc. cit. in* 3. *par. cap.* 2. *nu.* 37. *&* 38. Ricc. *Collect.* 1726. *verſ. Limita tertiò*, Severin. *in Add. ad Reg. Sanfelic. dicta dec.* 332. *verſ. Verùm dubitatur, in fine*, Salgad. *Labyr. Cred. par.* 2. *cap.* 2. *à num.* 12. *cum multis ſeqq.* & noviſſimè *in par.* 4. *ejuſdem tract. cap.* 1. *§.* 2. *num.* 4. *verſ. Huc pertinet*, Anton. de Amat. *Var. Reſ. dicta Reſol.* 38. *num.* 3. *par.* 1. Barboſ. *Vot. deciſ.* 81. *nu.* 7. *par.* 2. Fontan. *Dec. Cathal.* 520. *num.* 16. 17. *&* 18. *par.* 2. Giurba *dicta Obſerv.* 98. *num.* 5. & nouiter apud Antonium Barram *Controv. For.* 55. demumq; in patrimonio Mag. Claudii Albertini: dum nil obſtante, quod mihi extincta eſſet candela, rejecta clauſula *ad finem providendi*, ſuper oblatione, facta pro emptione Terræ Cercæ parvæ, cùm nova adveniſſet oblatio, cum auctione duc. centum, ſupra duc. decem mille in circa per me oblatorum, ad relationem Reg. Conſil. Caraccioli fuit d. nova oblatio acceptata, & ſuper ea accenſa candela. Attamen
50 ad removendas omnes ambages, ſolitum eſt in decreto acceptationis oblationis clauſulam apponi, quod ſuper ea ac-

Digitized by Google

accendatur candela *ad finem prouidendi*,cujus vigore,nulla habita ratione de actus perfectione, ob extinctionem candelæ in primi oblatoris beneficium,antequam res tradatur, novæ recipiuntur oblationes,in quavis ſumma augmentativæ. Exarata autem deſuper in puncto juris ſuum habere locum dicta non exiſtente clauſula,aut ea ablata,& candela extincta ſit,D.Hieron.Calà *loco cit.num.* 66.67.68. nam ſi poſſeſſio tradita eſt,in
51 ſexta deberet eſſe læſio, ut practicavit S.R.C. annis elapſis ad relationem Reg. Conſil. Vargas in affictu Carcerum Curiæ Bajuli hujus Civitatis in Patrimonio Ill. Marchionis Corleti,in Banca Dominici de Martino, ſub meo patrocinio.

Ad Num. 18. & 19.

52 MVlierum maximè intereſt maxima virginitatis præditas eſſe virtute: ejus enim præſtantia tanta eſt, ut inæſtimabilis eſſe videatur. Virgines quippe Angelicam imitantur naturam,
53 & in terris cæleſtem agunt vitam;quare plurimis encomiis,ac privilegiis decorãtur,ut oſtendunt Novarius *De Elect. & Variat.For.quæſt.*13.*ſect.*2.*á num.*7.*par.* 1. Carolus Rota *in ſuo eleganti tractatu de Privil.Mulier.cap.*3.*ſpecial.*3. *nu.*1.2. Reg.Conſil.Staib.*Reſol.For.*155. *n.*107. & *Reſol.*198.*num.*28.*lib.*2. De Ianuario *De Caſibus Reſerv.Reſol.Mor.*70. *nu.*52.
54 *par.*2. Verùm concurrente cum hac carnis virginitate, illa mentis; quæ, etſi ſu-
55 blimior,magis tamen ſubjecta eſt fragilitati:quia ut in omnibus mulier pro illibata intelligatur,nõ ſufficit,quod cũ homine nullum carnale habuerit commerciũ;ſed animũ ſemper intactũ ſervare debet, cogitationibus obſtando, pravas, & illicitas voluptates,ac voluptates, alioſque inhoneſtos actus,& verba,hæc inducentia, repellendo: nam ſi ſecus,etſi cor-
56 pore virgines, non autem omnino incorruptæ appellari valent, quales eſſe debent, *Cap. revera*, cujus ſunt verba: *Non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta, & Cap.ita ne* 32.*quæſt.*5.Divus Auguſtinus *de Civitate Dei,lib.*1.*cap.*18. Gloſ.*in cap.mutationem* 7. *quæſt.* 1. *verb. Nec transfertur*, ibi:*Sicut virgo cenſetur, cùm non ſit animus corruptus*, De Ianuario *loc.cit. num.*54. Carolus Rota *loco alleg.nu.*1. *verſ.Virginis etiam, & nu.* 97. Zacchias *Quæſt.Medic.Legal.lib.*8. *tit.*1. *quæſt.*24. Bened. Carpzov.*Prax.Crimin. par.*2.*quæſt.*75.*num.*79.81.82.& *Reſpõſ. Forenſ.Elector.lib.*5.*tit.*10. *Reſponſ.*114. *n.*11.18.*tom.*2. *ac in tract.de Iuribus fœminarũ ſingularibus decad.*1. *poſition.*10.
57 apud quẽ habetur in allegatis locis, etſi per vim ſint corporis virginitate orbæ, ob exiſtentiam, ſive continuationem illius,magis ſublimioris,animi, & mentis, uti majoris,non videri amiſiſſe veram,ac realem virginitatem, pudicitiamque, ut reſpondit Sancta Lucia Paſcaſio, *in lect.* 6.*ejus officij*;Propter quod non eſſent privandæ ſignis honorificis, quæ à virginibus deferuntur, Angel. Scialoya *Prax. Forjud.cap.*3.*num.*106.*verſ.Sed ſi aliqua ſit ſtuprata*, Berlich. *Pract. Concl. par.* 5. *concl.*41.*num.*67.*tom.*2. Maſcard.*de Probat. concl.* 1418. *à num.* 4. ut in mulieri-
58 bus Cypriotis, ac Agropolitanis, quæ in ætate annorum 12. ampliùs virgines non reperiuntur, & hoc ratione aeris, prout teſtatur Mercurius *in tract. Neap.Deſcript. Principatus Citra*, ac etiã in mulieribus Prayanis de Campanea, quæ ſimiliter naturaliter corporis virginitatis amittunt ſignum,cùm perveniunt ad annum 12.Thomas Bartholinus *Centur.*5. *hiſtor.*34. ob mentis integritatem,
59 omnibus,quibus virgines utũtur,uti fruĩ debent, atq; poſſunt; ex quo,ut prædiximus,virginitas mẽtis,ac animi,magis quã
60 illa corporis, laudãda eſt; ideo propter puras cogitationes, ac mentis ſyncerita-tem, albis deſcribendæ ſunt veſtimentis, Ripa *in ſua Iconologia*, & cõfirmatur per dictum Eccleſiaſtes *cap.*9.*num.*8.ibi:*Omni tempore ſint veſtimenta tua candida*, de animi puritate loquẽdo,vt Sacri Doctores ajunt;& moralis ille Pythagoras, ſacrificium ajebat offerri debere Deo,albo veſtimento:ſolùm quia albedo ad naturam boni,nigredo autem ad naturam
61 mali pertinent. Et quis mentis puritatem non decantabit? nempe cùm apud antiquos Gallus puritatem, ſyncerita-temq;animi ſignificabat,prout apud Valerianum *lib.* 24. Pythagoras ſuos diſcipulos Gallum nutrire juſſit,ſyncerita-tem

Digitized by Google

62 ſcilicet animi ut ornarent, indicavit; quam ſit veneranda virginitas, in veteri teſtamento *Numer.* legitur *cap.* 31. *à num.* 15. quum divino juſſo Moyſes collecto Iſdraelitico populo contra Madianitas, & victis hoſtibus, Principes Iſdraelitici exercitus, inter alia cęperunt mulieres, & parvulos, & adduxerunt ad Moyſen; Iratuſq; Moyſes, Principibus, qui venerant de bello, ait: *Cur fœminas reſervaſtis? non nè iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſdrael ad ſuggeſtionẽ Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino ſuper peccato Phogor, unde, & percuſſus eſt populus? ergo cunctos interficite, quidquid eſt generis maſculini, etiam in parvulis, & mulieres, quæ noverunt viros in coitu, jugulate; puellas autem, & omnes fœminas virgines reſervate vobis, & manete extra caſtra ſeptem diebus* (& oh beatæ mentis, animiq; virgines, *Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocunq; jerit,*
63 Apocalypſis *cap.* 14. *num.* 4. Dolendum tamen maximè eſt, ob malos, perverſoſq; animos, ac pravas voluptates, quæ in paucis quibuſdam, in unum congregatis, reperiuntur; utinam ſint omnes ita intactæ, uti par eſſet: nam aliquæ, etſi corporali fruantur virginitate, quia tamen non item mente virgines ſunt, jure merito apud Deum pro corruptis habentur. Equidem cum hujuſmodi virginibus valde periculoſum eſt, veras virgines conſortium habere: etenim timeri facillimè poteſt, ne in eandem incidant mentis corruptelam, eò magis, cùm jam nonnullæ in venerem proniores ſint, ipſamque putent dulciorem, etſi ignorantes ejus delectationem, Afflictus *in Conſtit. Regni Si quis rapere, num.* 4. Andreas Tiraq. *ad ll. connubial. 9. num.* 117. 118. Riſicatus *de Statu Hominum, cap. 3. de Statu Virginali pag. mihi* 39. *lit. D. tom.* 1. quia viri poten-
64 tes, & aptę ad ſeminis effuſionem, Paul. Zacchia *Quæſt. Medic. Legal. lib. 1. tit.* 1. *quæſt. 6. num.* 8. *tom.* 1. certum autem eſt, fœminas per voluntariam pollutionem virginitatis jacturam facere, quę quidem jactura nulla unquam pœnitentia repa-
65 rari poteſt. Eſt etiam fœminarum libido, multò fœdior, quàm virorum, *l.* 1. *C. de Mulier. quæ ſervis, prop. l. ultima, C. com-*
66 *mun. de manumiſſ.* hinc in ipſis omnem ruere virtutem, ob amiſſam pudicitiam, docet *Gloſ. in l. palam, §. quæ in adulterio, ff. de ritu nupt.* Bened. Carpzov. *in tract. de Iuribus fœminarum ſingularibus, dicta decad.* 1. *poſition* 7. *nu.* 21. 22. non negaverim tamen hujuſmodi virgines ad conſecrationem in Religioſis Aſceteriis admitti poſſe: quoniam, etſi corruptæ ſint, apud homines virgines reputantur, prout ex Navarro, Maceratenſi, Roderic. Acuncha, Majolo, Divo Tho. 2. 2. *quæſt.* 152. *art.* 1. *ad* 3. *& art.* 3. *ad* 3. & aliis cõcludit D. Didacus Narbona *de Ætate, anno decimo cum dimidio, quæſt.* 14. *nu.* 6. 7. 8. De Ianuario *loc. cit. num.* 63. eò
67 fortiùs in hoc præſenti ſeculo, in quo aucta eſt fœminarum in omni genere malitia, cæteris ſuperadbundans, ut optimè explicat Eccleſiaſticus *cap.* 25. *verſ.* 26. ibi: *Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris*; & in verſ. 23. decantat ejus vitia his verbis: *Et non eſt ira ſuper iram mulieris: commorari Leoni, & Draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam*; verſ. 24. *Nequitia mulieris immutat faciem ejus, & obcæcat vultum ſuũ tanquam Vrſus: & quaſi ſaccum obſtendit, in medio proximorum ejus*; verſ. 27. *Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto*; verſ. 29. *Mulieris ira, & irreverentia, & confuſio magna.* & Salamon in Proverb. *cap.* 21. *verſ.* 19. ibi: *Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda:* quia medium non habet, ex Seneca concludit Ludovicus Guicciardinus *nell' Hore di Recreatione, pag. mihi* 180. Ac ex ejuſdem Senecæ ſententia ſubſtinet, quod magna cum ratione, natura vim mulieri denegavit, aliter cum eis nemo vivere poſſet, *pag. mihi* 182. vnde rectè decantavit Ludovicus Arioſtus in *Cant.* 27. *ſtan.* 121.

Importune, ſuperbe, e diſpettoſe,
Prive d' amor, di fede, e di conſiglio,
Temerarie, crudeli, inique, ingrate,
Per peſtilentia eterna al mondo nate.

quare videtur habere locum illud, quod eſt in proverbio, *fœmina nil peſtilentius*; & Philippides clamavit: *nil eſt in terra inclyta muliere gravius.* Hinc apud Græcos, Paræmia, *ignis, fretumque, & mulier, hæc mala tria*; qua de ratione Pytha-

goras

Digitized by Google

goras interrogatus, quam ob causam nuptui dedisset filiam inimico? respondit: *Nil illi dare poteram deterius*; & Aristippus, mulierem parvam, sed formosam, conspicatus, *Parvum quidem pulchrum*, dixit, *sed magnum malum*, Antonius Monach.relatus ab Andr. Tiraq. *ad ll.connubiales,l.9.n.23.*

68 Et quidem, aliis prætermissis mulierum defectibus, earum consilium est invalidum, ut testatur Aristothel. *lib.1. polytic. cap. ult.* quem laudat Philipp. Decius *cons.*188. *vers.non obstat ratio*;& fragile earum consilium dicit Accurs. *in l.1.C.de confir.tutor.* infirmum *in* §.1. *Institutionib.de satisdat.tutor.* utrunque profert Petrus Ancharan. *cons.* 231. *col. ult.* Cicero *in orat. pro L. Murena* apud Tiraquell. *ad l.1. connubial.num.*70. & plerunque fœminarum consilium adversus propria commoda laborare,scripserunt Honorius, & Theodosius Impp. *in l.si pater, in fine, C. de Sponsalibus.* Nec mirandum est, ut ait idem Tiraquell. *loco proximè relato, num.*71. *& seqq.* mulierum consilium existimari in-
69 firmum, ac fragile, cùm mulieres ipsæ fragiles, infirmæ, ac imbecilles dicantur:Fragiles quidem, *ut in l.si mulier, C. ad Vellejan. in l.si pater, C.de sponsalib. in l.1.*§.*pænult.C.de rei uxor.action. in l. ult.C.de donationib.ante nuptias, in l.sicut, Cod.de præscript.triginta, vel quadraginta ann.in l.assiduis, C.qui potiores in pign.habeantur, in l.quisquis,* §.*ad filias, Cod. ad l.Iuliam Majestatis,in cap. Adam,*24. *quæst.* 5. Et Angel. *in consil.* 191.*super puncto videtur, post princip.*asserit, quod propter hanc mulierum fra-
70 gilitatem mos inolevit ferè apud omnes Italos, ut ipsis mulieribus interdicta sit contrahendi potestas sine consensu Minualdi, ut Florentiæ; vel proximiorum, ut alibi;quod etiam priùs dixerat Bald. ejus frater *in l.2.quæst.* 9.*Cod.de rescindenda venditione, in cap. sicut, col.ult. de probationib.& cons.*407. *lib.*2. Quod ex veterum Græcorum institutis procedere refert laudatus Tiraquell. *num.* 72.& 73. apud quos, ex lege mulieribus tutores, & curatores dari solebant, sine quorum arbitrio, & auctoritate nihil agere poterant, ut videre est ex Demosthene *in orat.adversus Nearam*, ac Tullio *in orat.pro L. Flacco, in orat. pro Cecinna,& in orat.pro L.Murena*, Cato Censorius apud Livium *lib.*4.*belli Macedon.& lib.*9.*ubi de Hispala Fecennia*; adstipulatur, quod sumptum est à Plutarc. *in Numa Pompilio*, Vestalibus virginibus, veluti speciali honoris privilegio, datum, ut omnia agere possent absque curatore, quemadmodum trium filiorum matribus; & Boetius *lib.*2. *in Topic. Ciceronis* refert, quod Mulieres antiquo Iure tutela perpetua continebat; recedebant verò à tutoris potestate, quæ in manum viri convenissent, & hoc idem repetit *lib.* 4. Quod autem mulieres sint infirmæ,patet,ex pluribus legum dispositionibus, nempe *l.*2. §. *verba, in fin.ff.ad Senatus Consult. Vellejan.l.regula, ff. de Iuris, & facti ignorant.l.cujus bonis, ff.de curator. furios.l. deferre, ff.de Iur.fisci, l.nullus,*C.*eodem, lib.*10.*l.*1.§.*accusationem, ff. ad Senatus Consult. Turpilian. l.* 1. *quando mulier tutor.off.fung.pot.l.quisquis*, C. *ad l.Iuliam Majestat.l. nullus solius, C. de Decurionib.lib.*10. §. *his consequens, vers. unde volumus,in auth. de æqualitat. dotis*; & quod sint imbecilles comprobant etiam leges, ut est textus *in d.l.*2. §. *verba,in l.imperialis, Cod.de nuptiis*, & Valerius *lib.*9. *rerum memorabil.* inquit: *Sed quid ego de mulieribus ulterius loquor, quas imbecillitas mentis, &c.* Quintilianus avus *declamat.* 338.& 368.

Hæc sexus imbecillitas causa est, quod mulieres sint admodum faciles deceptu,ut ajunt Aristothel.& Avicenn. *uterque circa initium lib.*9. *de animalib.* unde Phyllis *in epist. ad Demafontem*, apud Ovidium

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria,&c.

& Geldippe *in epistol. ad Acontium*

Improbe, quid gaudes, aut quæ tibi gloria parta est?
Quidve vir, elusa virgine, laudis habes?

& facit text. *in l.unic.* C. *de rapt. virginum,*

num, ubi cùm sit imposita pœna capitalis raptori, ejusque comitibus, auxi-
72 liatoribus, & aliis, subdit: *ut huic pœnæ omnes subjaceant, sive volentibus, sive nolentibus virginibus, sive aliis mulieribus fuerit perpatratũ* (supple *crimen raptus*) *&c, quia hoc ipsum velle mulierũ ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam inducitur: nisi etenim eam solicitaverit, nisi odiosis artibus circunvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus se se prodere.*

73 Quod quidem raptus crimen committitur cum virgine, vidua, moniali Christo desponsata, cæterisque nuptis, aut non nuptis mulieribus, dummodo honestæ sint, & ingenuæ, *ex d. l. unica, C. de rapt. virg. & l. raptores, C. de episcop. & cleric.* Carrer. *in sua pract. crimin. §. circa quartum, n.* 275. Qui idem sentit de sororibus tertii ordinis Sancti Franciſci, quæ appellatione monialium veniunt, ut *in cap. caussam, quæ de elect.* & notat Cardinalis *in clement. 2. vers. secundò quæro, de stat. Monachor.* Rapiens enim meretricem non dicitur raptor, & raptus pœnæ non fit obnoxius, ex Gloss. *in d. l. un. per l. quæ adulteriũ, C. ad l. Iul. de adulter. & in l. verum, ff. de furt.* Carrer. *ubi supra*, quo loci tenet, quod raptus requirit honestatem ex parte raptæ, sequitur Gramm. *decis.* 107. *num.* 5. Cephal. *cons.* 140. *lib.* 1. Marsil. *in l. maritus, nu.* 47. *ff. de quæstionib.* ubi hoc ampliat etiam in muliere nupta, dommodo inhonestè vivat, secundùm Alber. *in 3. par. statut. quæst.* 32. idem Marsil. *in d. l. un. C. de rapt. virgin. num.* 19. Gloss. *in §. item lex Iulia, vers. viduam, Instit. de publ. Iudiciis*, Barth. *in d. l. verum, in fin. ff. de furt.* Paul. de Castr. *cons.* 305. & Salicet. dixit *in d. l. un.* quod hoc notãdum est pro scholaribus, qui meretrices frequenter rapiunt; quia raptus non dicitur absque violentia, ut notat DD. & præcipuè Marsil. *in d. l. un. num.* 14. & probat text. *in cap. de raptoribus*, 36. *quæst.* 1. Angel. *in l. sed eximendi, ff. ne quis eum, qui in Ius vocat.* Carrer. *ubi supr. n.* 282. & meretrix non præsumitur vim pati ab illam cognoscente, & generaliter in ea vis non præsumitur, nisi probetur, Carrer. *ibidem, nu.* 283. Plot. *in l. si quando, num.* 16. §. 2. *C. de revoc. donationib.* Hoc autem intellige, hisi meretrix contradixerit, puta quia velit malæ vitæ se pœnitere, quod potest facere etiansi contrarium jurasset, ut *in auth. scænicas non solùm, §. 1. & l. imperialis, C. de nuptiis*, prout si desiisset meretricari, & cœpisset honestè vivere, quia cùm adsit honestas raptus tempore, sufficit, ut rapiens pœnam raptus incurrat; secus tamen si desierat meretricari, sed non vivebat honestè, puta quia facta erat alicujus concubina, ut ait Carrer. *ubi sup. nu.* 276. Marsil. *in d. l. un. num.* 19. ubi etiam Salicetus; sed rapiens meretricem nuptui datã, dicitur raptor, & raptus pœnam incurrit, ex text. *in d. l. un. C. de rapt. virg.* ibi: *quæ multò magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere, qui duplici tenentur crimine, tam adulterii, quàm rapinæ*; & hoc quia, licèt ante matrimonium illa dicebatur meretrix, post matrimonium desiit esse talis, nec ampliùs comprehenditur sub meretricis appellatione, sed habetur loco maritatę simpliciter, ex Bald. *in d. l. unic.* quem sequitur Marsil. *ibidem, num.* 30. Quod tamen non procedit in meretrice maritata lenoni, vel aliàs infami, quia hæc reputatur, ut meretrix nõ maritata, ut notabiliter dixit Ioa. Bapt. de S. Sever. *in suo tract. de debit. susp. & fugit. col. 13. post medium*, quem sequitur Marsil. *ubi sup. n.* 276. *in fine.*

74 Et ad raptus crimen probandum, nedum requiritur honestas ex parte raptæ, sed etiam quod libidinis causa conducatur de loco ad locum animo illam abducendi, non autem commodioris coitus gratia, aliàs non potest dici raptus, ut tenet Clarus *in sua prax. criminal. §. raptus, in princip.* ubi omnes hoc tenere testatur, & hanc Clari Sententiam amplectitur Marsil. *ubi supr. nu.*
75 12. Diximus libidinis causa; quia si quis rapuerit mulierem, illam tamen non violaverit, sed honestè tractaverit, non dicetur raptor, ita ut teneatur ad raptus pœnam, Angel. *in d. l. unic. circa finem*, quem refert, & sequitur Dec.

cons.

Digitized by Google

*conf.*234. *num.*4. & Ioan. de Anan. *in cap.cum cauſſa in fine, de rap.* dicens vidiſſe ita judicatum Bononiæ, & ipſum referendo Cæpoll. *conſ. crimin.* 56.*ſuper querela,num.*10.& facit ſimiliter, quod notatur per Gloſſ. *in cap.conſulere,& cap. fin.extr.de Simonia,* ut refert Proſper Caravit.*ſuper pr.*2.*de falſis, num.*144. & Petr.Foller.*ſuper pragm.*1. *de ictu Scoppitta,nu.*38. & communiter teneri dicit Clar.*in d.*§.*raptas,verſ.quid ſi ille,* de mente Boer. *deciſ.*316.*poſt nu.* 4.& facit quia raptus eſt illicitus coitus à corrumpendo dictus,ut *in cap.raptus,*
76 27.*quæſt.*2. Et licèt contrarium teneat
77 Bald. *in auth ſi quis non dicam rapere, in fin.C.de epiſcop.& cler.* Diſtinctione tamen poſſunt conciliari, nempe aut carnalis copula non eſt ſequuta poſt raptum, quia rapiens hoc facere aliquam ob cauſſam, non potuit, & procedit ſecunda opinio; aut quia ipſe noluit, & procedit prima, ex Marſil. *in d. l.un.num.*254.*prope finem*, Clar.*in d.*§. *raptus,verſ.ſed quid ſi,* ubi quod ſi rapieus non cognovit,quia noluit, debet ex ſolo raptu citra mortem puniri iudicis arbitrio,facti,& perſonarum qualitate penſata;pro hoc facit,quod voluit Carrer. *ubi ſupra,num.*286.per Gloſſ.*in Inſtit.de vi bonor.rapt. in princip.* ſcilicet, quod ubi quis attentavit rapere, & non perfecit, quia non potuit, tenetur, ac ſi rapuiſſet.

78 Et licèt communis opinio ſit, quod raptor quis dicatur, etianſi mulier conſentiat, ſe rapi, & hoc ſive ab initio, ſive ex poſt facto conſentiat, de qua Alber. *in d.l.raptores, num.*7. *C. de Epiſc. & Cler.* quam etiam dicit communem Clarus *in d.*§.*raptus,verſ.adde, quod pæna,* & ita deciſum per Senatum Mediolanenſem in cauſa raptus filiæ cujuſdam cauponis, quæ volens à domo patris fuerat abducta, & eſt de mente textus *in d.l.un.C.de rapt.virgin.* ibi:*ſive volentibus, ſive nolentibus virginibus,& aliis mulieribus, &c.* & ſequitur Marſil.*in d.l. num.*16. intelligendum tamen eſt hoc mulieris velle de voluntate ſeducta,cùm hæc ſit ſpecies violentiæ.

79 Procedunt hæc omnia in muliere exiſtente, ſub poteſtate parentum, mariti, tutoris, & ſimilium,ſecus ſi mulier non eſt in poteſtate alicujus, & conſentiat rapi, & abduci; nam tunc illam rapiens, & abducens, non dicitur raptor, nec tenetur de raptu; quia cùm mulier non habeat ſuperiorem, qui conſentire valeat, aut diſſentire,dicitur velle per ſe ipſam, & volenti, ſcienti, & conſentienti, non fit injuria, nec dolus, *ex l. nemo videtur, ff.de regul.Iur.l. cùm donationis, C.de tranſactionib. l.*1. §.*uſque adeo,ff.de injur.& l.venditi,C.de reſcindend. vendit.* & ita intelligit Marſilius *d.legem unicam,C.de rapt.virgin. ibid.n.* 16.*verſ.quærendum,* quem refert, & ſequitur Carrer. *in d.* §.*circa quartum, num.*282.Tutius autem credimus in tali caſu diſtinguere, cum eodem Carrer. *loc.cit.n.*264.aut mulier, quæ non eſt in poteſtate,fuit affecta promiſſionibus, & ſeducta, & tunc eſt raptus; aut non fuit ſeducta, & affecta promiſſionibus, & tunc raptus ceſſat.

Ac licèt quãplures acerrimè cõtẽdant
80 fœminis natura plus ingenii tributum, eſſe, quàm viris,& caſu fieri, ut ipſis viri ſint doctiores, ex inſtitutione, & doctrina; & quod hanc eandem ob cauſſam Muſas, hoc eſt diſciplinas,& Præſidem diſciplinarum Minervam ſapientiſſi viri fœminas conſtituerunt; quia ſcilicet putabant ad comparandam ſapientiam fœminas multò magis idoneas eſſe,quàm viros:memorando Corneliam,Africani uxorem,& Graccorum parentem, quæ ornatiſſimas conſcripſit epiſtolas,& filios ad grandem eloquentiam informavit: filiam Lælij, quæ loquendo elegantiorem reddidit patris facundiam: filiam Oratoris Hortenſii, cujus apud Triunviros habita, in ſexus honorem vulgò legebatur oratio: Licinias Craſſi filias, quæ patris eloquentiam in muliebri conditione repræſentarunt, ut refert Reg. Conſ. D.Carol. Petra *in Commentar.ſuper Ritib.M.C.V.*
81 *tom.*1.*in proœm.num.*18. hæ tamẽ nugæ ſunt, ut ſequitur idem Petra ibid. *n.*19. & laudandæ ſummopere juriſprudentum ſanctiones, quæ fœminas ab omni ad-

administratione rerum publicarum, & à Magistratu, & procuratione removerunt, *l. fœmina, ff. de regul. Iur.* ubi Decius, Gloss. *in cap. dilecti filii, 13. in apostilla, de majorit. & obedient.* ad quod hortatur videndum Coler. *decis. Germania 67.* Vnde arcium, ac ditionum hujusmodi incapaces existimantur in Iure Civili, per text. *in l. cùm prætor 12. §. penult. ff. de judiciis, l. 3. §. corporalia, ff. de muneribus, & honoribus*, Panormita *in cap. 4. extra, de arbitr.* Lucas de Penna *in l. penult. in fin. C. de professorib. & medicis, lib. 10.* Zasius *cons. 3. num. 67. circa finem*; quia ad obeunda servitia, propter quæ feuda conceduntur, veluti militare, consulere, secretum servare, & id genus alia mulieres censentur inhabiles, *per cap. un. in fine, de vasall. milit. qui arm. bell. depos. & cap. un. in fin. an mut. vel aliàs imperfect.* alias quamplures rationes indicat Philippus Matth. *cons. 26. n. 6. inter consilia, sive responsa Iurid. Academ. Marburgens. vol. 2.* licèt aliàs de Iure Regni.

82 Non dubitamus tamen, prout non dubitat Tiraquell. *ad l. 11. connubialium, num. 24. & seq.* quin mulieres interdum non nihil judicii habeant, per text. *in l. cùm Prætor, ff. de judiciis, & in cap. tria 4. quæst. 7.* ac sapientiæ, & prudentiæ, Salomon *Proverb. 14.* ibi: *Sapiens mulier ædificat domum suam*, & *Proverb. 19.* ibi: *Domus, & divitiæ, dantur à parentibus, à Domino autem propriè uxor prudens*, quod adnotant Ioann. Faber *in rubr. Institutionum, tit. de nuptiis*, & Lucas de Penna *in l. 11. col. penult. Cod. quando, & quib. quarta pars, lib. 10.* & facit textus loquens de mulieribus, *in cap. Viduas*, ibi: *maturioris sapientiæ, & consilii existunt, 27. quæst. 1. & in cap. si aliquid, 22. quæst. 4.* Hinc est, quod possunt nonnunquam salubre consilium dare, ut testatur I. C. *in l. quidam decedens, §. Papinianus, ff. de administr. tutorum*, & non inscitè dicit Petrus-phil Corneus *cons. 316. col. 7. vers. & constat, quod illud statutum, lib. 3.* non semper esse spernendum mulieris consilium; & ratio est Thesei, *apud Euripidem in supplicib.* quoniam multa sunt etiam à fœminis dicta sapienter: maximum, ac memorabile habemus exemplum (ut de aliis plurimis taceamus) apud Tacitum *in libell. de situ, moribus, & popul. German.* de belligeris ejusdem nationis mulieribus, sub his verbis: *Memoriæ proditur, quasdam acies, inclinatas jam, & labantes, à fœminis restitutas, constantia precum, & objectu pectorum, & mon-*
83 *strata cominus captivitate*; non tamen consulimus, fœminarum consilia, ac responsa inconsultò, ac veluti quadam superstitione approbare, ut Germani ipsi solebant, teste eodem Tacito, qui *ibid.* scripsit: *Inesse quinetiam* (supple *in fœminis*) *sanctum aliquid, & providum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt.*

84 Quantùm autem mulieres deceat, ornetque verecundia, habemus ex Sacris Litteris *Ecclesiast. cap. 7.* ibi: *noli discedere à muliere sensata, & bona, quam sortitus es in timore Domini; gratia autem verecundiæ illius super aurum, & cap. 26.* ibi: *Mulier sancta, & pudorata*; hinc Apostol. 1. ad Timoth. *cap. 22.* jubet mulierem verecundia ornari; ac Demades *apud Stobæum serm. 72.* dicere solebat, pudorem in muliere pulchritudinis arcem esse; & quantùm maximè virginibus, & puellis conveniat, docet Ambros. *de institut. Virgin. cap. 1.* asserens, verecundiam esse quandam dotem Virginitatis, ex Tiraquell. *ad l. 9. connubialium, nu. 180. & 181.* ac Pœta facilè Princeps, dulce decus Neapolis, ac Italiæ, Torquatus Tassus insinuat *in sua Gierusalemme liberata, cant. 2. stant. 14.* de Sophronia

Vergin'era fra lor di gia matura
Verginità, d'alti pensieri, e regi,
D'alta beltà, ma sua beltà non cura,
O tanto sol, quanto honestà sen'fregi.
E'il suo pregio maggior, che tra le mura
D'angusta casa asconde i suoi gran pregi;
E de'vagheggiatori ella s'invola
A le lodi, agli sguardi, inculta, e sola.

85 Dolendum est autem, præclarũ virginitatis decus valde parvi fieri, dum veluti cum antefato permutatur, cujus præstatio differtur post viri mortem, *l.*

res

Digitized by Google

res uxoris 24. ibi : *Et donatio maritalis ante tempus criminis, ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiæ præmio ceſſit, obſervanda ſit, C.de donat. inter virum, & uxorem,l.ſancimus,in fin.C.de nupt.*Gloſ. *l.* 1. Longobardorum legum, *tit de his, quæ à viro in muliere dantur,* Napod.*in Conſuet.quartam autem,nu.*27. Reg.Cõſil.Marcianus *Conſ.*58.*nu.*10. *lib.*2. Reg. Capyc.Latr. *Deciſ.*175. *num.* 40. *lib.* 2. ubi Manfrella *num.*34. Reg. Conſil.Hodiern. *ad Surd. Deciſ.* 214. *num.*2.Præſ. Merlin. *Contr.Forenſ. cap.*14. *num.*4.*lib.* 2. Reg. Conſil. Pratus *Diſcept. Forenſ. cap.*36.*num.*1.*lib.*1. Reg. Conſil. Petra *in Rit.M.C.V.*227.*num.*22. *verſ. Conſtituitur enim, tom.* 2. Carol.Anton.Bottilier. *Diſſert. Forenſ.* 12. *in princ.* Carol. Rot. *in dicto tract.cap.*3.*ſpecial.*4.*n.*119. Brilla *ad Conſuetud.Neap. Quartam autem,cap.*3.*num.*44. Maſtrill.*Deciſ.*73.*nu.* 13. *par.*1. Faber *in ſuo C. tit. de iure dotium,lib.*5.*tit.*7. *defin.* 1.*in fine, & lib.*8. *tit.*8.*qui potior in pignor.defin.*16. *prope finem* , Gomez *ad l. Tauri* 52. *num.*12. Valaſc. *Conſul. deciſ.* 17. *num.* 6. Bened. Carpzov. *in d. tract. decad.*7. *poſition.*1.

86 Sed quæſtionis eſt,quid ſi vir præmoriatur,oſculata tantùm uxore, in ejus,non autem mulieris gratiam , matrimonio nondum conſummato,an ſit locus lucro antefati? & receptiſſima ſententia eſt,lucrari tunc per mulierem antefati medietatem:eò quia , veluti pro medietate videtur tunc uxor corrupta , & inter mulieres omnino intactas, atq; incorruptas adnumerari non poteſt , *l. ſi á ſponſo* 16. *C.de donat. ante nuptias,*ac decrevit S.R. C.penes Præſ.de Franch. *Deciſ.*503. *nu.* 78.*&* 23.ex ſententia Napod.*in Conſuet. Neap.Quartam autem, num.*28. ubi etiã Camill.Saler.incipiens *facit,* Afflict.*in Conſtit.Regn.mulier,quæ dotarium, num.* 32. 33. Reg. de Marinis *Reſolut.Iuris, cap.*14.*num.*4. *lib.*1. Reg. Conſ. Marcianus *dicto conſ.*58.*num.*8.*lib.* 2.Reg.Conſil.de Georgio *Alleg.*45.*n.*2.Reg.Capyc. Latr.*Deciſ.*175. *num.*41. *&* *Deciſ.* 182. *num.*24.*lib.*2. Gizz. *ad Reg. Capyc.Latro in deciſ.* 63. *num.* 9.*lib.*1. & Manfrell. *à num.*22.*&* *ad deciſ.*175.*num.*37.Amendola *ad Præſid. de Franch. d. deciſ.* 503. *num.*9. vbi etiam de Luca á *num.* 4. Rodoer.*ad Reg.de Marinis,d. cap.*14. *n.*13. de Mari *ad Gram. Deciſ.*97. *num.* 9. ubi etiam Danza,*num* 7. Molfeſ. *in Conſuet. Neap.par.*7.*quæſt.*8.*à num.*6. Brilla *in d. Conſuet.Quartam autem,cap.*1. *n.*59. 60. Maſtrill. *dicta Deciſ.* 73. *num.*16. *par.*1.

87 ſi tamen reperitur á viro in nuptialibus tabulis conſtitutum , vel conſtitui promiſſum , ſine qua conſtitutione non deberetur, nec mulier petere poſſet contra viri præmortui hæredes, nec actio ei cõpeteret ad ipſius petitionem,juxta deciſionem Gloſ. communiter receptæ in *Auth.dos data , verb.Meretur , & verb. Exactio, C.de donat. ante nupt.*Gloſ.*in Auth. æqualitas, verb. Conſtitutione* , C. *de pact.convent.* Goffredus noſter *hic nu.* 18.Gloſ.*in Conſtitutione Regn. licentiam, in princip.* ubi etiam Affl. *nu.*4.5. *&* *Deciſ.*242. *num.*1. *prope finem,* & ſignanter de iure noſtro Civitatis vigore *Conſuet. Quartam autẽ*:& *dos,&quarta,*Reg. Capyc. Latro *Deciſ.*63. *nu.*8. ubi Manfrell. *à num.*10.*&* *Deciſ.*184.*num.* 18.Napod. *in dicta Conſuet. Quartam autem, nu.*14. ubi Anton. de Alexandro, Gram. *Dec.* 97.*num.*3. *&* 4. Niger *in cap. Regn. mulier dotarium,num.*26.Gram.*in Conſtit.Si aliquis Baro,n.*7.*&* 8.Molfeſ.*in Conſuet. par.*7.*quæſt.*5. Reg. de Marin. *Reſol. Iur. cap.*24.*num.*1.*lib.*2.& *ad Reg.Revert.dec.* 214.*num.*3. Reg.Rovit. *conſ.*50.*à num.*8. Reg. Conſil. Hodiern. *ad Surd.dec.*214. Carol.Rota *d.cap.*3.*ſpecial.*4. *à nu.*122. de Mari *ad Gram.deciſ.*97.*num.*8. Scoppa *in Deciſ. Gratian.* 47. *nu.* 25. Brilla

88 *d.cap.*1.*à num.*61.Verùm etiam,ut integraliter acquiratur, nedum requiritur,ut matrimonium perficiatur, & conſummetur , ſed dotes promiſſas tempore acquiſitionis antefati, ſolutas fuiſſe appareat; aliter ad hujus antefati ſolutionem , etſi conſtituti , ſive donationis propter nuptias, hæredes viri haud tenerentur, ob non acquiſitionem per mulierem factam , ratione correſpectivitatis, Reg. Marcian. *Diſp. For.* 49. *num.* 22. *par.*1. Reg. Conſiliar. Hodiern. *ad Surd. dicta deciſ.* 214. Reg. Conſiliarius Petra *in dict. Rit.* 227. *num.* 22. De Luca *ad de Franch. in appendic. ad deciſ.* 503. *verſ. Antefatum*, Manfrell.*in dicta deciſ.* 63. *num.* 15. 20. *&* *ad deciſ.* 175. *num.*

Digitized by Google

num. 38. Nam si promissa data non
89 sunt, cujus etiam intuitu, & causa, hæ lucrifactiones fiunt, & constituuntur, lucrum recipi non potest, ob deficientiam causæ ejus acquisitionis: quia vulgatum
90 est, dotem datam, donationem propter nuptias mereri, *Auth. dos data, C. de donat. ante nupt.* Si verò pro parte sit solutio dotis promissæ adimpleta; pro ea tantùm parte antefatum lucrabitur, ut sunt clara jura in *Auth. de non eligendo secundo, &c. §. illud quoque*, ubi *glos. in verb. Præcipiat, Auth. de æqualitate dotis, §. hoc igitur, ejusque* Glos. *in verb. Virum, Auth. Sed quæ, C. de pactis conventis*, Reg. Consil. de Bottis *in Consuet. Quartam autem*, incip. *Si quarta*, Afflict. *dec.* 242. ubi *Add. omnes*, Gram. *d. decis.* 97. *num.* 1. & 2. Præs. de Amato *Cons.* 92. *nu.* 1. Reg. Rovit. *d. cons.* 50. *à n.* 9. Reg. de Marin. *Resol. Iur. cap.* 14. *nu.* 15. *vers. Ego autem semper, lib.* 1. & *d. cap.* 24. *num.* 1. *in fine, lib.* 2. Manfrell. *in dict. Decis.* 63. *num.* 19.
91 Verùm cessante dotis promissione, etsi deficeret dicta ratio correspectivitatis, lucrabitur mulier antesatum (constat enim validè posse matrimonia contrahi absq; dotis constitutione, ac promissione, uti non necessaria, *l. quod si nulla, cum aliis præcedentibus, ff. de relig. l. fin. C. de donat. ante nupt.* Goffred. *noster hic nu.* 19. Sebast. de Neap. *in cap. Regn. mulier dotarium, num.* 10. *prope finem.* Grammat. *in*
92 *Constit. Si aliquis Baro. nu.* 4.) quia tunc antefati promissio respicit alias causas, quæ considerari possunt, & præsertim virginitatis jacturę, atque ideo valida est ejus constitutio, & sic intelligitur Imperialis illa determinatio in *l. lege Leonis* 10 *C. de pact. conventis*, ubi Glos. *in verb. Deduci*, Afflict. *dicta decis.* 242. *à nu.* 3. Rodoer. *ad Regentem de Marinis, d. cap.* 14. *num.* 4. Molfes. *d. par.* 7. *quæst.* 6. Gram. *in d. constit. num.* 4. Faber *d. defin.* 16. *prope finem*.

93 At de dotis solutione non sequuta, nulla etiam habetur ratio in hoc casu lucrifactionis antefati constituti, quoties per mulierem, aut dotantes, non stetit, sed ex culpa, aut negligentia viri in non exigendo, ut promissæ dotes non sint recuperatæ, quo in casu ipsi, & non mulieri, id nocere debet, Reg. Consiliar. Staiban. *in Obser. ad Resol.* 152. *à nu.* 52. *tom.* 2. Rodoer. *loc. cit. num.* 11. ut etiam si
94 pendente dilatione concessa ad dotis solutionem, matrimonium dissolvatur per obitum viri, à quo fuit concessa dilatio, habita tamen fide, de eam habendo pro tempore determinato, quoad antefati acquisitionem, respectu uxoris, cujus ope habentur dotes pro satisfactis, nullumq; obstaculum dicta dilatio affert, ex viri beneplacito concessa, cùm ipsi imputetur, cur dilationem ex pacto concesserit, ad effugiendam, sive limitandam dispositionem *tex. in d. Auth. Dos data in fine*, ibi: *At si per dilationem dos viro non datur, etiam donatio prorsus denegetur*, dum capitur pro indebita, & malitiosa dilatione, idest differendo dotantes solutionem, non autem in præstita ex consensu, vt decrevit S. R. C. apud Gram. *d. decis.* 97. & in *Constit. Regni, si aliquis Baro, nu.* 9. Afflict. *dec.* 242. & 333. ubi *Addentes*, & Cathal. Senat. penes Fontan. *de Pact. Nupt. claus.* 7. *glos.* 1. *par.* 2. *num.* 68. & 69. Sebast. de Neap. *in dicto cap. Regn. mulier dotarium, num.* 10. ubi etiam de Nigris *num.* 90. qui in fine, disputato articulo, cum hac concludit sententia, uti communiter approbata, Molfes. *in Consuet. d. par.* 7. *quæst.* 6. *num.* 7. Reg. Consil. de Bottis *in loco, supra alleg.* Præs. de Amato *d. cons.* 92. *num.* 3. Reg. Consil. de Georgio *d. alleg.* 45. *à num.* 20. Reg. de Marin. *d. cap.* 14. Reg. Rovit. *d. cons.* 50. *num.* 3. *lib.* 2. Io. Bapt. Staiban. *de Interesse, tit.* 4. *quæst.* 1. *à num.* 33. Rodoer. *loc. alleg. nu.* 8. 9. 10. Reg. Consil. Roccus *Resp. Dec.* 39. *nu.* 7. & 8. *tom.* 2. de Rosa *in dicta Consuet. Quartam autem, nu.* 6. de Mari *ad Gram. d. dec.* 97. *num.* 2. & Danza *nu.* 1. Altimar. *ad Reg. Rovit. d. cons.* 50. *nu.* 3. Manfrell. *ad d. decis.* 63. *nu.* 17. Reg. Consil. Staiban. *in d. Obser. ad Resol.* 152. *à num.* 80. & *à num.* 76. substinet etiansi mortuus sit post expiratam dilationem, & dotem non exegerit.

95 Præmissa tamen locum obtinent, quando sumus in simplici antefati constitutione: tunc enim, ut ipsum uxor lucretur, prædicta requiruntur; sed si in ejus constitutione (prout hodie servatur) per maritum donetur, constituatur, vel promittatur, nedum habito respectu ad dotes,

verùm

verùm etiam propter alias juſtas cauſas, viri, aut conſtituentis mentem moventes ad conſtituendum antefatum; matrimonio inde ſequuto, atque conſummato, nulli dubium eſt, quod uxori debetur ob viri præmorientiam, non obſtante, quod dotes adhuc ſolutæ haud ſint: quum non ſolùm ipſæ contemplatæ ſint, ſed aliæ cauſæ finales, ex quibus validè debetur antefatum, atq; conſtitui potuit; itaut ſi aliqua ex eis, licèt unitim contemplatis, deficiat, non ideo poteſt promiſſum, donatum, ſive conſtitutum deficere, ob concurrentiam aliarum; aliter verba prædicta in contractibus eſſent fruſtratoria, & inutilia, nihilq; operãtia, quod non eſt à juribus approbatum; itaque debent omnino operari ſuum effectum, juxta deciſiones S.R.C. relatas per Reg. Conſiliar. Theodor. *Alleg.* 13. *num.* 16. Reg. Conſiliar. Marcian. *Conſ.* 53. *nu.* 5. *verſ. Quarto illa conſuetudo lib.* 1. & *Conſ.* 58. *n.* 9. 10. 11. & 12. & *in Conſ.* 60. *num.* 14. *lib.* 2. & docuerunt Reg. de Marin. *Reſol. Iur. d. cap.* 24. *à num.* 2. *lib.* 2. Reg. Conſil. de Georgio *d. Alleg.* 45. & proprie *à num.* 18. Reg. Conſil. Petra *in d. Rit.* 227. *num.* 22. *verſ. Quamuis non ignoramus*, Staiban. *de Intereſſe d. tit.* 4. *quæſt.* 1. *à num.* 29. Rodoer. *ad Reg. de Marin. d. cap.* 14. *nu.* 6. Brilla *ſuper Conſuet. Neap. tit.* 9. *de Iure Quarta d. cap.* 1. *à num.* 43. Manfrell. *ad dictam Deciſ.* 63. *num.* 16. & nouiter præfatus Almus Senatus determinavit, pleniùs articulo diſcuſſo, ſub die 13. Nouembris 1668. ad relationem quond. Regii Conſiliarii Caravita in cauſa hæredum quond. Ioſephi de Mari, de qua Altim. *in d. Conſ.* 50. *n.* 15. Et ego obtinui mediante diffinitiva ſententia S.C. condemnãte hæredes qu. Capitanei Matthæi Galdieri ad ſolvendum D. Violanti Laviniæ Rodriquez integrum antefatum, vnà cum intereſſe à die obitus d. Matthæi eius viri, ad rationem duc. ſex pro centenario pro tertia parte dotium duc. termille, licèt ſoluti tantummodo fuerunt duc. 500. ad quorum reſtitutionem ſimiliter condemnati fuerunt in eademmet ſententia promulgata ſub die 27. Ianuarij 1685. ad relationem Regii Conſiliarij D. Alvari la Quadra, in Banca de Amenta; Quę ſententia, noſtri S.R.C. authoritate firmata, non poteſt everti per tradita à Reg. de Marin. *dict. cap.* 24. *num.* 6. & 7. Reg. Conſiliar. Staiban. *in d. Obſerv. ad Reſol.* 152. *à num.* 8. *cum multis ſeqq. tom.* 2. & Reg. Rovit. *d. conſ.* 50. in quo ſuccubuit, ut videtur ex deciſione, relata per Reg. Conſil. Marcian. *in d. Conſ.* 60. *n.* 14. quia eorũ rationes non militant, ut fraudaretur legi municipali: ex quo per *Reg. Prag. Vnicam, de Donat. propter nuptias* mandatur, eſſe conſtituendum, ſolvendumq; antefatum pro vera dote, & effectiva, quod non foret in hoc caſu, quo ipſa non ſoluta deberetur: quoniam *Reg. Prag.* tãtum taxat quantitatem antefati conſtituendi, & non ultra, habito reſpectu ad dotes effectivas promiſſas, & verbum nullũ de illarũ ſolutione; Neq; prohibet ex aliis cauſis, aut realiter dote non ſoluta conſtitutum non ſolvi, atque præſtandum eſſe, etſi in conſtitutione ejus ordo ſit ſervatus; Prout quoq; aliæ illæ duæ, quæ à dictis contrariis eodem modo atteſtãtur copulativè requiri prçter conſtitutionem, ut dos promiſſa ſolvatur, & matrimonium contrahatur, cõſummeturq; per carnalem copulam: quia procederent in ſimplici antefati conſtitutione, habito reſpectu ad ipſas promiſſas dotes: tunc enim ceſſante dicta cauſa finali, & correſpectiva ad antefati conſtitutionem, & promiſſionem, omni ratione, ceſſare etiam debet ipſius præſtatio; Non autem quando multæ aliæ fuerunt conſideratæ, contemplatæq; præter dotis promiſſionẽ, ut matrimonium, aliæq; animum conſtituentis moventes, cùm dicitur: *& havendo riſpetto alla detta dote promeſſa, & al matrimonio contrahendo, e per altre giuſte cauſe, moventi la ſua mente, conſtituiſce detto Signor N. N. l' antefato, &c.* Quapropter vna ex prædictis cauſis ceſſante, non deficit cõſtitutio, per exiſtentiam, ac concurrentiã cæterarum, contentarum, & inductivarũ ad conſtitutionem, prout ſunt matrimonium contractum, & conſummatum, pudicitia, ac virginitas amiſſa, ob quarum concurrentiam validè promitti antefatum, & conſtitui potuit, ut ſupra probavimus *nu.* 91. Neq; valet dicere, quod, ſi hæc procederent, ad antefati ſolutionem

Digitized by Google

nem tenerentur viri hæredes, etiansi matrimonium non consummaretur per copulam, licèt esset contractum per verba de præsenti, dote non adhuc soluta, ob dicti pacti existentiam, *e per altre giuste cause, &c.* quoniam isto in casu, ob non sequutam copulam, nullas ex causis cõtemplatis adimpletas fuisse apparet; itaque non est factus lucrifactionis casus, si modo per uxorem non stetit, ne matri-
96 monium consummatum fuerit per copulam, sed ex culpa defectu, & causa viri, quo in casu, ac si consummatum fuisset, habetur, Molfes. *in Consuetud. Neap. d. par. 7. q. 7.* Rodoer. *ad Reg. de Marin. d. cap. 14. num. 13.* Manfrell. *ad d. Decis. 175. num. 36.*

97 Sed, si filii ex dicto matrimonio non existerent, ipsa mulier, tam in vsufructu, quám in proprietate antefatum lucrabatur; Intellige si ipsi nati haud fuissent, vel superstites non essent tempore matris obitus, ut de lucro prædicto disponere valeret, dum ob filiorum existentiam dicti lucri proprietas in eorum beneficium indemnis est servanda, cùm ad eos dicta proprietas redire debet, uti à paterno patrimonio perventa, matre ad secundas convolante nuptias, ut Imperatores in vulgata *l. fœminas 3. per totam, Auth. Vxore mortua, C. de secundis nuptiis, §. si enim secundis, vers. Et ex diverso, Aut. Neque virum,* Reg. De Marin. *d. cap. 22. num. 14. & 15.* Rosa *in Consuet. Si qua mulier nu. 36.* Brilla super *Consuet. Neap. in Consuet. Quartam autem, cap. 1. à num. 16.* Si
98 verò in viduitate permanserit, & lectum viduale servaverit, ad virilem admittitur, ipsam acquirendo in proprietate, & vsufructu, habito respectu ad filiorum numerum: prout ad æqualitatem servãdam, Imperatores mandaverunt, maritum servari in acquisitis per vxoris mortem, in *l. generaliter 5. Cod. de secundis nuptiis,* Reg. Marcian. *Disp. For. 93. num. 11. & 12.* Reg. de Marin. *Res. Iur. cap. 25.*
99 *num. 1. lib. 2.* De jure verò particulari hujus Civitatis per *Consuet. Quartam autem,* ob existentiam filiorum, aut unius ex eis, nil acquiritur matri de proprietate, nisi omnes extincti sint, etsi de alio matrimonio orti, Reg. Marcian. *d. Disput. 93. num. 25. & 26.* Reg. De Marin. *d. cap. 22. à nu. 28. lib. 2.* De Luca *ad Præs. de Franch. decis. 621.* Rosa *in d. Consuet.*
100 *Quartam autem, nu. 8. vers. Et demum.* Sed ad præsens in hac Civitate, & Regno, nulla posita distinctione supervivẽtiæ filiorum, aut alicujus ex eis, mulier proprietate privatur, vigore *Reg. Pragm.* de anno 1617. emanatæ ad excludendam ipsam mulierem ab acquisitione dicti lucri proprietatis: expresè enim ibi statuitur debere simplicem vsufructuariam esse, itaut ea defuncta, lucri proprietas ad hæreditatem, patrimoniumq; mortui viri redeat, á quo exivit, usumfructum cum proprietate consolidando,
101 quæ est *Vnica, sub tit. de Donat. propter nuptias,* cujus hæreditaria qualitas servatur, tam in filiis, quàm in extraneis, Marotta *Discept. For. cap. 15. nu. 2.* Gizz. *ad Reg. Capyc. Latr. decis. 63. num. 4.* De Luca *ad de Franch. d. Decis. 621. num. 4.* Manfrell. *ad Reg. Capyc. Latr. d. Decis. 63. à num. 2. tom. 1.* Rosa *in dicta Consuet. Quartam autem, nu. 3.* Brilla *ubi supra á*
102 *nu. 21.* quapropter ad excludendam horum municipalium jurium dispositionem, pactum apponitur in ipsius antefati constitutione, promissioneq; quod filii, uti filii succedere debeant, ac acquirere dictum lucrum, cujus ope, propriis nominibus vocati veniunt, omni qualitate hæreditaria secluſa, Reg. Consil. Fab. de Anna *Cons. 74.* Reg. Capycius Latro *decis. 63.* Marotta *Discept. For. cap. 15. nu. 3.* Gizz. *ad d. Reg. Capy. Latr. d. Decis. 63. num. 8.* ubi etiam Manfrell. *num. 3. 8. 9.* De Luca *ad d. de Franch. Dec. 621. nu. 5.* Brilla *in d. Consuet. Quartam autem, cap. 1. num. 76.* taliter, quod semoto dicto
103 pacto, antefati proprietas, viro præmortuo, nunquam videatur ab ejus patrimonio, & hæreditate discessum fecisse, ante ejus hæreditatis aditionem, propter quam in hæredum patrimoniũ transfertur, & de eo fit; & successiuè ipsis defunctis post hanc aditionem, sed ante mulieris obitum, ad eorum hæredes, successoresque, ita quod in eorum favorem ususfructus consolidatur; inde super eo jure optimo tanquam hæreditario, possunt creditores primorum hæredum satisfieri, cùm, quo ad hoc, non aliud attendatur

Digitized by Google

datur tempus, niſi illud viri, & antefati conſtituentis mortis, ad finem acquirẽdi, & ad ſuos, aut extraneos hæredes transferendi proprietatem, ex hæreditatis aditione; non aliter mulieris obitus, operantis conſolidationem uſusfructus cum proprietate, decrevit S. R. C. penes Præſid. de Franch. *Deciſ.* 106. & multoties apud Reg. Marcian. *d. Diſput.* 93. cũ quibus conciliantur *Deciſ.* 224. *&* 225. Fontan. *tom.* 1. De Luca *ad Franch. in d. Deciſ.* 106 *.num.* 2. Brill. *ubi ſup. num.* 77.

104 Licèt de jure cõmuni (per noſtrũ municipale hujus Civitatis, & Regni correcto, quod prẽter locum, ubi viget, nõ extẽditur) aliter reperitur diſpoſitum: dum filii in acquiſitione hujus lucri à matre acquiſiti quo ad uſumfructum, ob eorũ exiſtentiam, venirent, non uti patris dãtis hæredes, ſed ex eorum propriis nominibus, uti filii, itaut ipſum haberent, etſi patris hæredes non eſſent, vt expreſsè determinatum eſſe apparet in eorum favorem in *Auth. Hæres, Cod. de ſecundis nupt.* & decidiſſe S. R. C. penes Affl. *Dec.* 314. & per prius docuit *in Deciſ.* 37 *in fine*, Reg. Marcian. *in d. Diſp.* 93 *.nu.* 7. Reg. De Marin. *d. Cap.* 23 *.nu.* 1 *.lib.* 2. Marotta *Diſcept. Forenſ. cap.* 15 *. num.* 1. Gizz. *ubi ſup. nu.* 1. & Manfrell. *num.* 5. Vnde in il-

105 lis terminis, in quibus obſervatur diſpoſitio dictæ noſtræ municipalis legis, excluſo filio, qui ad hæreditatem patris advenire non poteſt ad ſuccedendum, indignitatis ope, ut quia ejus pater in crimini læſæ Majeſtatis delictum inciderit, vel ſimilia, iuxta diſpoſita in *l. quiſquis*, §. *filii*, *Cod. ad leg. Iul. Majeſt.* tanquã exiſtens, & conſervatum in patris patrimonio, à quo nunquam dicitur exiiſſe, ob filiorum ſuperviventiam, ex deſuper ponderatis *à nu.* 98. ad Regium Fiſcum ſpectaret, filio indigni excluſo, etiam à legitima, etſi ex ejus cauſa, atq; exiſtentia invenitur in patris hæreditate, prout non ſemel determinauit R. C. S. penes Reg. Reverter. *Dec.* 23. Vrſil. ad Affl. *Dec.* 127. Præſ. de Franch. *Dec.* 68. *circa fin.* Reg. de Marin. *Reſ. Iur. cap.* 15. *lib.* 1. *& cap.* 22. *lib.* 2. *& ad Reg. Reverter. d. Deciſ.* 23. Brill. *mox alleg.* ſi tamen antefatum

106 hoc mulieri conſtitutum per virum ſit, non autem per ejus patrem, quo in caſu mortuo filio delinquente, etſi per mulierem lucratum, attamen ipſa defuncta, filiis ſuperſtitibus, & dicto conſtituente, de quibus bonis mulieri antefatum conſtitutum, aſſignatum, vel ſolutum fuit, nil obſtante, quod ſint nepotes ex dicto ejus filio præmortuo, qui ratione indignitatis ſuccedere nequeunt; non ad Fiſcum, ſed ad conſtituentem ipſum, à quo ſolutum fuit, revertitur, ex rationibus, adductis per Reg. de Marin. qui ita, decidiſſe R. C. S. refert *in d. cap.* 15. *per totum*, Brill. *ſuper Conſuet. Neap. in dicta Conſuet. Quartam autem, cap.* 1. *à nu.* 22.

Ad num. 46.

107 PEr adventum novæ, auctivæ oblationis, ipſaq; acceptata, ita quod ſuum demum obtinuit effectum; nulli dubium eſt, primum licitationis actum, ſive conventionis contractum eſſe reſolutum, & ad nõ cauſam reductum, omnia reſolvendo, ut nunquam facta fuiſſent,

108 cũ retrotractione ad initiũ; Omnes fructus, à primo oblatore, ſive licitatore perceptos à poſſeſſionis die, uſque ad illum novæ oblationis, eſſe reſtituendos, uti à non domino, nec vero, legitimoq; poſſeſſore perceptos, ob exiſtentiam primi actus ſuſpenſionis, & ſic cum titulo reſolvibili, ſi ante diem, vel tempus determinatum, alia non adveniat major oblatio, quæ recipi poſſit; quadere ex dicto actu impendenti exiſtente, per novam acceptatam additionem, prima eſt reſoluta, & res manſura in eodem ſtatu, & modo, quo per priùs erat; ſed non ſe-

109 cundo licitatori (etſi idem primus ſit, quod eſſe poteſt, uti magis licitans ſuper dicta nova additione, ut diximus ſupra *à num.* 13.) ſed in beneficium locatoris, quoniam afficti tempus, nonniſi á dicto ſecundo actu inciperet; ìtaque de fructibus rei locatæ, maturatis, ac perceptis ante locationis adventum, frui haud debet, prout expreſsè in noſtris terminis loquutus fuit I. C. Vulpian. *in l. item quod dictum* 9. ibi: *Sin verò exiſtat emptor poſterior, fructus refundere priorem debere conſtat venditori*; & in §. *ſi quis extiterit*, ibi: *Licèt eadem ſit perſona, quæ melierem conditionem attulerit*, &

in *l. Imperator* 19. *ff. de in diem adject.* D. Hieron. Calà *supra relat. d. cap.* 20. *à nu.* 50. Barbos. *in l. divortio* 8. *in princ. par.* 2. *ff. soluto matrim. à nu.* 89. *cum seqq. tom.* 1. Amaya *in d. l.* 4. *Cod. de fid. instr. & hasta fiscal. lib.* 10. *à nu.* 46. *cum seqq.* quod
110 tamen in locatione reddituum Regiæ Curiæ, Arrendamentorum, & Vniversitatum, non servatur in beneficium locatoris, seu licitatoris, habita ratione expensarum, factarũ ex causa recollectio-
111 num, & gratia dictorum fructuum, ex quo ipsis deductis, illud, quod supereſt, pro fructu habetur, *l. quod in fructibus, ff. de usuris, l. si à patre, vel domino* 36. §. *fructus, ff. de petit. hæred. l. fundus qui* 52. *in princ. ff. fam. erciscund. l. fructus* 7. *in princ. ff. soluto matrimonio, l.* 1. *C. de fruct. & lit. expens. l. fundi, ff. de usufructu leg.* Reg. Consil. Carlev. *de Iud. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 28. *num.* 23. *vers. Si verò prædium, disp.* 29. *nu.* 16. *& disp.* 32. *num.* 2. *tom.* 2. Reg. de Marin. *ad Reg. Reverter. Decis.* 300. *à nu.* 4. *par.* 1. Ciarlin. *Controv. Forens. cap.* 231. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 3. pro
112 quibus competit retentio licitè á primo licitatore facienda, ut expresè statuitur in terminis, de quibus loquimur,
113 per *tex. in d. l. Imperator*, §. *ita rursus*; itaq; si plus sit expensum; quàm sit fructus, ante omnia sit ipsi solvendum, ut in eodem *textu* disponitur: ea quidem ratione, quia locatori solvitur extaleum ab illo primæ licitationis die, ob tempora, quæ habent determinata, & sic recipiendo affictum, non debet habere fructus, & ita servatur, Præs. Anellus de Amato *Consil.* 87. D. Hieron. Calá *loc. sup. cit. num.* 58.

114 Illud tamen, quod non semel in quæstionẽ deducitur in subselliis, quo ad fructuum restitutionem, est discrimen, quod concurrit inter rescissionem, & resolutionem contractus, ex eo quia rescissio efficit à principio ut contractus sit validus; sed demum ex causa, ac ratione concur-
115 rente rescindatur, cujus ope quoniam conventus in malam inducitur fidem á die tantùm litis contestatæ, ipso deinde rescisso, in restitutione fructus veniunt, unà cum principali re, non autem per priùs; cùmq; dicta fructuum perceptio facta sit ex bonæ fidei contractu, & à vero domino cum titulo lucrativo, juxta
116 quam conclusionem, contractus, qui laborat enormi læsione, non ipso jure annullatur, sed constito de læsione prædicta, rescinditur, modò rescissione egeat; & donec rescindatur, in suo permanet robore; sed ex post facto resolvitur, adinstar retrovenditionis, non venirent in restitutione fructus. dum clarum est, agentẽ ex remedio *l.* 2. *Cod. de rescin. vendit.* rescissione egere, ob concurrentem læsionem ultra dimidiam, propter quam datur rescissio, & est in arbitrio
117 conventi, aut rem restituere, vel justum supplere pretium, itaq; possessor facit fructus suos, ante litis contestationem, prout decidit S. C. & intelliguntur *Decisiones* Præs. de Franch. 119. *nu.* 20. *Decis.* 495. & 496. quia læsio prædicta non
118 tangit radicem contractus impeditivã translationis dominii reducendo causam ad non causam, & titulum ad non
119 titulum; Nullus tamen, & vitiosus cõtractus à principio nihil prodest, *l. quoties* 6. *ff. qui satisd. cog. l.* 2. *ff. de Author. Tutor.* quia á primo actu possessorem inducit in malam fidem, contractumque à suo instãti, sive initio nullum, nulliusq; roboris, atque valoris reddit; Prout est læsio enormissima, de qua haud loquitur Præs. de Franch. *in locis, ubi sup.* ob dolum præsumptum, dolo ex proposito æquiparatum, quem continet, dantem cõ-
120 tractui causam; quapropter idem Præs. in aliis locis affirmat, data hac enormissima læsione, difficile esse invenire modum, quo contractus salvari possit à nullitate, ut lædens securus sit; & S. R. C. multoties pro vero habuit, sicut in *Decis.* 247. *nu.* 5. *&* 665. ex quibus clarè colligitur, ipsum Præs. de Franch. *in alleg. Decis.* 495. *&* 496. nũquam loquutum fuisse, concurrente in contractu enormissima
121 læsione, ob quam annullatur, resolviturq; non autem rescinditur contractus, & lædens, ut malæ fidei possessor, & ex nullo titulo in possessione, ac rei, in con-
122 tractu contentæ, fruitione fuisset, non ad alternativam, sed ad ipsius rei restitutionem adstrictus veniret, vnà cum fructibus, quos non fecit suos, tanquam non dominus, *l. & eleganter, ff. de dolo, l. si superstite* 5. *Cod. eod. tit. homnes* 17. §.

Lu-

Digitized by Google

Lucius 5 *ff.quæ in frau.cred.l.ſi navis* 63. §.*generaliter autem, ff.de reivendic.l.domum tuam* 5. *& in l.certum eſt* 22.*l.nullo juſto titulo* 24.*Cod.eod.tit.l.ſed,etſi* 28.§. *de eo autem, ff.de petit.hæred. l.mala fide poſſidens* 3. *Cod. de cond. ex lege*,§.*ſi quis à nõ domino, in fin. Inſtit.de rer.diviſ.* & in S.R.C. multoties fuiſſe tractatum refert Reg.Conſil.Arias de Meſa *Var.Reſol.lib.* 1. *cap.*36. *num.*2. *in fine*, diſcuſſo priùs articulo in antecedenti ; & bis decidit Senat. Cathal. Fontanell. *De Pact. Nupt.clauſ.*7. *gl.*2.*par.*6. *num.*59. & in *Dec.ejuſdem Senat.* 66. *à num.*15. *par.*1. Senat.Lipſienſ.Bened. Carpz. *Dec.Illuſt.* 86. *& in Reſp. For. lib.* 1. *tit.*9. *Reſp.*89. *nu.*16.*tom.*1. Senat. Sabaud. penes Anton. Fabr. *in ſuo Cod. lib.*4.*tit.* 30. *de reſcin.vend. defin.*3. Conciſt. Regni Sicil. apud Maſtrill. *Dec.*33.*p.*1. Caſtill. *Deciſ.* 14. *à nu.* 19. *par.* 1. Pedamon. Theſaur. *Deciſ.*165.*num.*8. *in fine*, & communiter docent Goffredus noſter hic, & *nu.* 55. Reg. Capyc.Latro *Conſult.For.* 35. *à nu.* 48.*lib.*1. Reg.De Marin. *Reſol. Iur. cap.* 133. *lib.*1. ubi Ioan.Leonard.Rodoer.& Idem Reg.de Marin.*ad Reg.Rever.Deciſ.* 560.*à nu.*4.*lib.*2. Præſ.Merlin.*Contr.Forenſ.cap.*25.*nu.*35.*par.*2.Reg. Conſil.Fabius de Anna *Conſ.*24.*num.*9.*&* 10.Reg. Conſil.Rocc.*Reſp.Deciſ.* 79. *tom.*1.de Luca *ad Præſ.de Franch.d.Deciſ.*496. *& in append. noviſſ. ad eandem obſervationem*, Io: Dominicus Panſutus *Controv. Forenſ.* 22. *nu.* 30. idem Maſtrill. *Deciſ.* 247.*à nu.*115. Giurba *Deciſ.* 105. *nu.*1. 9.19.Gamma *Deciſ.Luſit.*94. *à nu.*3. D. Ioan.de Ayllon.*ad Gomez. Var. Reſ.lib.* 2.*cap.*2.*nu.*25.*à medio,uſque ad fin.* Parlador.*Rer.Quotid. lib.*2.*cap. fin.*§.16. *nu.* 13.Larrea *Deciſ.Granat.* 68.*nu.*11.*verſ. Sed in multo, par.*2. *& Alleg. Fiſcal.*24. *nu.*11.*par.*1. Noguerol.*Alleg.*18. *n.*109. *& Alleg.*29.*nn.*226. Cancer. *Var. Reſol. par.*1. *cap.*13. *de empt. & vendit. nu.*43. Caſtill. Sotomayor *Contr.Iur. cap.* 18. *à nu.*98.*&* 104. *lib.*7. Valleron. *de Tranſact.tit.* 6. *quæſt.* 2. *nu.* 60. Olea *de Ceſſ. Iur. & action.tit.*2.*quæſt.*1. *nu.*50.51.*&* 52. Vrceol. *De tranſact. quæſt.* 94. *n.*41. *&* 42. Bened. Carpzov. *Defin. Fox. p.*2. *Conſt.*11.*Defin.*29.*nu.*12. *&* *Conſtit.* 28. *Defin.*12.*nu.*2. *& par.*3. *Conſt.*32. *Defin.* 30.& *Dec.Ill.Germ.*86. *nu.*13.*par.*1.

123 Contractus igitur,ex propria vi reſolutionis retrotrahentis ad initium ejus confectionis, habetur, ac ſi confectus nõ fuiſſet,dum propter nullitatem, cujus vitio laboraret, perpetuam in ſe non haberet cauſam, ſed ſuſpenſivam, ita tamen tanquam à ſopore expergefactus, non autem à morte excitatus, ut foret,ſi à principio in ſua firmitate exiſteret, modò ad ſua principia retrotrahatur, ac ſi nunquam fuiſſet, ex propria reſolutionis natura, ope tituli, & cauſæ deficientia, propter eorum reductionem ad non titulum, & cauſam, *l.Iulianus* 131. §. 1. *ff.de verbor. oblig.cum concordantibus,allegatis* per Goffred. noſtrum hìc *nu.* 55. *&* 103. Io.Baptiſta Coſta *de facti ſcientia,& ignorantia, inſpect.*1.*nu.*25.*De re integra quid liceat, vel non, diſtinct.* 34. *num.*2. *& De retrotract. caſu* 1.*in* 8.*cap.* Salgad.*de Supplic.ad Sanctiſs.par.*1. *cap.* 10.*à nu.*102. *& par.*2. *cap.*12. *nu.*51. *& De Labyr. Credit. par.* 2. *cap.*7. *num.*55. *verſ.Nam quemadmodum*,Giurba *Deciſ.* 24.*nu.*9.10.*&* 11. qua de cauſa,durante tempore, quo res,ſive fundus in poſſe
124 relaxantis exiſtit, validè obligari poteſt; attamen ex dicta reſolutione contractus,cum retrotractione, quum nunquam videatur fuiſſe facta acquiſitio cũ titulo,ac cauſa irrevocabili;immo ſecus: ipſa demum ſuperveniente, non ex cauſa voluntaria ipſius poſſeſſoris, ſed neceſſaria, ex prædictis, omnis hypotheca, & obligatio ſimiliter reſolvitur,cum eodem reſoluto dominio, ac hypothecãtis
125 poſſeſſione: nam ſublato, reſolutoque jure datoris, ſive hypothecantis,reſolvitur jus acceptoris, *l.lex vectigalis* 31. *ff.*
126 *de Pignor.* ad inſtar rei emphyteuticæ, cum pacto de retrovendendo venditæ, aut in diem adjectionis, & ſimilium, ut juramet diſtinguunt; in neceſſaria ex vi coactiva, vigore nullitatis, aut ex pacto loquuntur, *d. l.lex vectigalis* 31. *l.ſi res* 3. *ff. quib. mod. pign. vel hypothec. l.ſi ex duob.*6. §.*ſed & Marcellus, ff de in diem adject. l.in diem* 9. *ff. de aqua pluvia arcenda*,*l.*1. ubi Gloſ. *Cod. quando licet ab empt. reced.* in voluntaria tamen diſponunt jura *in l. ſi debitor* 14. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvat. l.Bovem* 43. §. *ſi*

quis

quis cum,& §.pignus,ff.de Ædilit. edicto, Gloſ.*in d.§.ſed,& Marcellus in verb.Deſinere*,prout docent Præſ.de Franch.*Dec.* 64.*nu.*4. ubi Viſc. Anna pater*ſing.* 546. & Reg.Conſil.filius *Conſ.*81.*nu.*18. Reg. Capyc.Latro *Deciſ.*23.*lib.*1.*& Conſult. Forenſ.*34.*num.*21.22.*&* 23. *& Conſult.* 56.*nu.*3.*lib.*1.Reg.Conſil.Theod. *Alleg.* 70. Reg. Rovit. *Conſ.*53. *à nu.* 17. *lib.*1. ubi Altim. *á nu.* 14 .*uſque ad fin.* Donadeus *de Renunc. Cap.*34.*nu.*230. Valaſc. *Conſult. Deciſ.*186.*tom.*2.

Ad num. 50.

127 NIl tam naturale eſſe fatetur Vlpianus, quám ut eo modo, & cauſa, qua orta, ac confecta fuit obligatio, diſſolvi valeat,*in l.nihil tam naturale* 36.*ff.de reg. jur.* quoniam eodem modo, quo inducta fuit, aufertur, tollitur-
128 que, juxta Pauli edictum *in l. ferè* 196. *ff.eod.tit.*Reg.Rovit.*Deciſ.*13.*nu.*6. itaut ſi in ea nulla efficax, valida, ac juridica cauſa concurrat, ad ipſam peragẽdam
129 obligationem inductiva, de ea nulla ſit, & poſſit haberi ratio,ſaltem exceptionis ope,cùm per ipſam reguletur, & in omnibus inſpicienda ſit,uti omniũ actorum regina,Gram.*Conſ.*47.*nu.*9.*in fine*, Camill. de Medic.*Conſ.*156. *nu.* 25. Reg. Conſil.Staiban.*Reſol.Forenſ.*86. *nu.*9. *&* 10. *lib.*1. Donad. *de Renunc. cap.*23.*nu.* 22.*& cap.*41. *n.*116.*lib.*2.MatthiasBerlich. *Dec. Germaniæ* 96.*par.*1. & Nos *in Obſervat.ad Alleg. Io. Vinc. de Anna*,
130 quadere, dicta cauſa obligationis ceſſante, ſine qua cùm haud fuiſſet perventum ad confectionem ſtipulationis, nulla actio ab ea oriri valet, ob ipſius contractus reſolutionem ex vi nullitatis per cauſæ deficientiam, ex illo legali axiomate,*in* jure recepto,obligationes,ſtipulationeſq; omnes, ſub quovis modo, & cauſa confectas, etſi juramento roboratas, ſubintellectam habere rationem, ſive conditionem, rebus in eodem ſtatu ſemper permanentibus; aliter mutatis ipſis, cauſaq; non perſiſtente, prout fuit tempore contractus, ac promiſſionis, ab eorum receditur obſervantia: cùm ex prædictis deficiat contrahentis in ipſius contractus perfectione voluntas, ex qua regitur,& vim habet:nam qui contraxit, nullam præſumitur habuiſſe rationem, atq; cogitationem de hujus rei ſtatu, & cauſæ mutatione, inde ſemper implicitè intelligitur in eis tacitè ſubintellecta conditio hæc, *rebus ſic ſtantibus*, *& non aliter*; quod ſi ſecus, ſequeretur abſurdum, ut abſq; contrahentis uoluntate, contractus pro perfecto haberetur,quod in jure vetitum eſt, *l.cùm quis* 38. *ff. de ſolut. l. quod ſervius* 8. *ff.de condit. cauſ. data,cap.cùm inter, de renunciat. cap.veniens,de jurejurando*, *cum concord. alleg.* per Goffred.noſtrum hic,Io.Vinc.de Anna *Alleg.*21.*num.*18. Paul.Staib.ſenior *Conſ.*46. Molfeſ.*Conſ.*1.*n.*20. Reg.Conſil. Staiban. *Iur.Reſol. Forenſ.*125. *à nu.* 1. *lib.* 2. cum aliis per eundem allegatis *in Obſerv.ad dictam Reſol.à nu.*1. *uſque ad* 4. Bened.Carpzov. *Deſin.For. par.*2. *Conſtit.*35.*Deſin.*23.

Ad num. 53.

131 VNuſquiſq; præſumitur ſuum, & non alienum facere negotium, & ad ſuum commodum id peragere;
132 quadere obligationes, ſtipulationeſq; ab unoquoque confectas eſſe deſumitur, ac inventas,ut ex eis ſibi ipſi, cujus intereſt,acquiratur, non autem ut aliis,Coppen. *Pract.Obſerv.*23.*nu*15.*lib.*2.qua de ratione ſumpta eſt regula, ore omnium decantata, nullum poſſe ex alterius ſti-
133 pulatione jus, atque actionem acquirere, deſumpta ab expreſſis verbis I. C. *in l.ſtipulatio iſta* 38. §.*alteri ſtipulari*, *ff. de verb.oblig.* at in *l.quacunque* 10.*ff.de*
134 *action.& oblig.*remota limitatione illa, ſi perſonarum affectio, & cauſæ favor urgeant, quæ extorquere valeant juris, actioniſq; acquiſitionem ex alterius ſtipulatione, ac pacto, prout eleganter cõtra Antonium Fabrum Epiſcop. D.Hieron.Borgia docet *par.*1.*Inveſt.Iur.Civil.*
135 *lib.*1.*cap.*4.nã ultra perſonam, in dicto ſtipulationis contractu contentam, extendi haud poteſt, *l. eum cui* 13. *Cod. de action. & oblig. cum aliis concordantibus, allegatis* à Novar. *Quæſt.For.*122. *nu.*6. *lib.*1.Surdo *de Alim. tit.*8.*privil.*48.*nu.*2. & Andreol. *Controv. Forenſ. cap.* 267.
136 *n.*4. *in med.* aliter magnum ſequeretur

ab-

abſurdum contra aliam juris regulam: *Nemini ex facto alterius præiudicium afferri poteſt*, ejuſq; fieret conditio deterior, ſi ad factum teneretur ab altero cõfectum,prout ſtatuitur per I.C. *in l.non debet alteri 75.ff.de reg.*jur.

137 Verùm enim verò clarum in jure eſt, neminem debere cum alterius jactura, ac damno locupletari, ob reſiſtentiam naturalis juris,contra quod veniret,*l.jure naturæ* 107. *ff.de reg.jur.l.nam hoc natura* 14.*ff.de condit.indeb.cap.locupletari, de reg.jur.in* 6.Franc.Merlin.*Dec.Lucenſ.* 20.*num.*1. itaut negotio peracto, non in ipſius contrahentis, ſed tertii favorem,

138 ad nihilum teneatur contrahens, ne damnum patiatur abſq; utilitate, quod in alterius beneficium ceſſit:cùm clarum ſit in omnibus inſpiciendam eſſe utilitatem in re, negotioq; geſto,cui cedit; cõtra quem actio de in rem verſo datur, inducta ex ipſa utilitatis cauſa,etſi principaliter, atque expreſsè non appareat in contractatione fuiſſe nominatũ, quoniam veniret adſtrictus ex verſione rei, utilitateq; recepta, ſi duraret verſum, ejuſq; effectus: nam actio prædicta ſemper durat,atque intentari valet, quouſq; verſum perſiſtit, cùm ſi reverſum ſit,tanquam reſoluta,removeatur, *l.1. & §.nec videtur,verſ.de in rem verſo, l.ſi pro parte,*10.§.*verum*, ubi Gloſ. *in verb. Duret verſum, ff.de in rem verſo, l.ſi me, & Tityum,ff.ſi cert.petat.*Goffredus noſter hìc, Reg. Valenzuola *conſ.*173.*nu.*30.*tom.*2. Pichard.*ſuper Inſtit.lib.*3.*tit.*28.*de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcuntur*, §. *igitur cùm quis*, 1. *nu.*54. 55. & 56. *tom.*1. Anton.Faber *Ration. ad d.l.*1. & alii,ſu-

139 periùs allegati, quapropter cùm agens ſe fundet in utilitate,per conventum habita ex verſione in ſuimet beneficium perventa, ab eodem agente eſt probandum,fuiſſe verſionem ſequutam, atq;durare,ſicut Imperatores declaraverunt in terminis verſionis *in l.ei qui 7. Cod.quod cum eo,qui in alien.poteſt.eſt,l.2.ff.de probat.*ibi: *ei incumbit probatio,qui dicit,non qui negat*, Matthias Berlich.*Dec.Germ.* 305.*par.*3.

140 Quæ quidẽ jura, etſi ſuum etiam habeant effectum in negotiorum geſtore,& ſimilibus, *l.ſi pupilli 6.* ubi Bartol.*ff.de negot.geſt.* & expreſsè in *l.quod ſi ſervus* 3.§.*& regulariter,ff.de in rem verſo,d.l.ei qui,Cod.quod cũ eo,* Reg.Conſil.Staiban. *in Obſerv.ad Reſol.*64. *num.*2. *lib.*1. Andreol.*d.Contr.*267. *nu.*3. *in medio*; cum

141 diſtinctione tamen, quo ad actionem verſionis,ut detur contra eum,qui utilitatem ex verſo recepit, durare debet verſio, ut ſupra dictum eſt; in negotiorum verò geſtore,etſi geſtum non duret, ſufficit tamen,quod negotia pro abſente utiliter geſta ſint,Pichard.*loc.cit.*

142 Qua ratione,ac actione ex dicto beneficio proveniente,vigore dictæ verſionis, videtur limitata juris regula, *nè filius pro patre,aut uxor pro viro teneatur*, quæ colliguntur ex diſpoſitione *l.* 1. *& toto tit.Cod.ne filius pro patre,& l.*1.*&* 2. *Cod. nè uxor pro marito*: nam conſtito de

143 utilitate per filium,aut uxorem habita ex debito per patrem, aut maritum contracto,propter in eorum beneficium verſionem factam,rectè conveniri à creditore poteſt ex actione ipſa, ſed in ſubſidiũ, ſi pater,vel vir principalis non ſolvendo

144 exiſtat, prout ex debito confecto alimentorum cauſa,& ſimilium,aut penſionis domus,in qua vir unà cum ejus familia,& uxore cohabitabat,licèt in contrarium ſcripſerint Calvin. *de Æquitat.cap.* 177.*lib.*2. & Andreol. *Controv.For. cap.* 276.cùm in favorem mutuantis,ſive creditoris, & domus Domini, concurrunt dictarum legum diſpoſitiones, & Gloſſ. *in l.his ſolis, verb. Proficit, ff.de condict. indebiti*, & multoties determinaſſe S. R. C.& M.C.V.refert Reg.de Marin.*Reſol. Iur.cap.*275.*lib.*1.de Thoro *in Comp.Deciſ.par.*3.*in verb.Mulier maritata,*& *in ſupplem. in verb.Mulier an teneatur*, Senatus Sabaudiæ penes Fabrum *in Cod. tit.ad Vellejan. defin.*8.& docuerũt Reg. Conſil.Paſchal. *de Virib. Patr.Poteſt.lib.* 1.*cap.*6.*nu.*124.Reg.Rovit. *in Prag.*1.*de Locat.nu.*28. Reg. Conſil. Carleval. *de Iudiciis, lib.*1.*tit.*3.*diſput.*19. *nu.*8. *tom.* 2. Reg.Conſil.Staib. *Reſol.For.*64. *num.* 35.*&* 36. *& in Obſerv. à num.* 17. Cœvall. *Comm.Contra Comm. quæſt.*900.*à n.* 41.*par.* 4. Barboſa *Solut.Matrim. in l.ſi conſtante* 25. *in princ. num.*52.*verſ.Et ex his,tom.*2. Baeza *de Inope debitore, cap.*1. *nu.*53. 54.Florez Diez de Mena *ad Gammam*,

Digitized by Google

mam Decis. Lusit. 186. in princ. & ad decis. 366. Surd. *de Aliment. d. tit.* 8. *Privil.* 48. *per totum*, Gasp. Thesaur. *Quæst. For. lib.* 4. *quæst.* 53. *nu.* 7. *in fine*, Caroc. *Dec.* 128. *& de Except. exception.* 203. *nu.* 13.

Ad num. 62.

145 INter magnas, necessariasq; solemnitates, requisitas in alienatione rerũ Vniversitatis, Ecclesiæ, Minoris, & Regii Fisci, earumq; locatione, illa est, ut nonnisi præcedẽtibus subhastationibus fiat, etiam ad finem excludendi fraudem, quæ in his evenire potest; aliter actus corruit, & nullus est, ex omissione hujus non levis solemnitatis, pro forma determinatæ ab Imperatoribus in *l. 1. & l. si tempora, Cod. de fid. instr. & hastæ fiscal. lib.* 10. *l. 1 Cod. de prad. decur. lib.* 10. Præs. Ganaverr. *Cons. 6. art. 3.* Tranchedin. *Consult. Iur.* 68. *nu.* 1. Calvin. *De Æquitat. cap.* 206. *nu.* 1. 2. *& 3. lib.* 3. præter regias sanctiones, ex litteris nostri Invictissimi Regis felicis recordationis Philippi IV. sub diebus 4. Novembris 1631. & 27. Novembris 1632. ultra alias, relatas per Reg. Conf. de Anna *in Cons.* 56. *num.* 26.

146 ita tamen ut solemnitas hæc ab initio prætermitti nequeat, absq; vitio nullitatis; quamobrem, cùm sit solemnitas, quę specificè fieri, ac intervenire debet, et renunciari non potest, ex quo inducta est pro forma, & ad publici juris utilitatem, licèt per conventionem specialem in pactum reducta fit renunciatio, Reg. Capyc. Latro *Consult. Forens.* 5. *à nu.* 30. *lib.* 1. aliiq; DD. infra per nos laudandi *in nu.* 152. quia contra bonos mores, publicam utilitatem, & publicum jus, adver-

147 sus quod per privatos nil fieri, aut mutari potest, prout expresè determinatur per I.C. in *l. jus publicum* 39. *ff. de pactis*, ibi: *Ius publicum, privatorum pactis mutari non possit, l. nemo potest* 58. *ff. de leg. primo*, Glos. *in* §. *propterea, Auth. ut sine prohibitione matris, in verb. Senatusconsulto*, Reg. Sanfelic. *Dec.* 332. *num.* 5. ubi Franc. Ant. Severin. *vers. Sed an huic*, Post. *De Subhast. inspect.* 31. Inter quas

148 probationes introductas ad publicam, communemq; utilitatem, illa, quæ fit per testium depositiones, adnumeratur, cujus usus frequens, ac necessarius est, iureque publico introductus, juxta Arcadii I. C. dispositionem in *l. 1. in princ. ff. de test.* &

149 ipsi renũciari non potest, & si renuncietur, renunciatio de jure nequit subsistere, licèt juramento valletur, cũ ipso jure nulla sit, & cõvalidari nequeat à principio nullum, & à legibus improbatum;

150 Prout est illud angustiale pactum, quod aliqui practicare solent pro majori creditoris cautela, facultatem debitoris restringendo, ut debiti solutio probari, aut verificari non possit, nisi per publicum instrumentum, scripturamque validam, non autem ex testium depositionibus; quod quidem pactum in se futurum dolum continet, ex illis, quæ evenire possunt, ne debitor de reali, & effectiva solutione facta tueri se valeat, ob non confectam scripturam, aut quia de ea nulla possit haberi notitia ab hæredibus, aut ab aliis, qui verisimiliter illam habere nequeunt, itaque ipso non obstante, uti non militante, potest satisfactio probari per testes, ut Accurtius per priùs docuit in *alleg. gloss. in dicto* §. *propterea, verb. Senat. Consulto*, ibi: *Et per hoc puto, quod hoc pactum non teneat, quod faciunt creditores, quod debitor non valeat probare solutionem, nisi per scripturam: cùm sit communis utilitas testificandi, ut supra de testibus in princ. & non debet angustiari, C. de haret. & manum. l. quoniam in fine, immo debet impugnari, in Cod. de rebus creditis, l. generaliter in princ. nec ad unam speciem probationis Iudex debet animum alligare*, & communis sentẽtia DD. docet, prout apud Reg. de Ponte *Cons.* 36. *num.* 16. *tom.* 1. Reg. Rovit. *in Pragmat.* 1. *de loc. & cond. n.* 16. Reg. Consil. Petra *ad Rit. M. C. V.* 166. *nu.* 169. 170. *& 171. & in Ritu* 175. *à nu.* 6. *to.* 2. Scopp. *ad Gratian. Dec.* 81. *à num.* 26. Carusum *Sylv. Termin. Iudic. arb.* 7. *nu.* 68. & decisum refert per S.C. Reg. Consil. Hodierna *ad Surd. Decis.* 277. *nu.* 5. *&* 6. & ego, quoque obtinui per S. R. C. in Aula Regii Consiliarii Erasmi de Ponte in causa inter Alferium Carolum Vecchione, & Carolum Vanninett meum Clientem conventum; per quem fuit allegata satisfactio duc. 845. petitorum per d. de Vecchione, super

qua

Digitized by Google

qua inſtabat impartiri terminum, non obſtante pacto prædicto excludēdi probationes teſtium, quo articulo diſcuſſo ad M.C.V.relationem,S.R.C. ſub die 9. Auguſti 1674. emanavit decretum,eſſe providendum per d. M. C. ſuper dicta allegata ſatisfactione,confirmatum per idem S. C. die 30. eiuſdem menſis, & anni in gradu reclamationis,patrocinãte dictum Alferium Domino D. Nicolao Confalone, in Banca Caroli de Anſalone, penes Camillum Ruſſum Scribam;
151 etiam quia in his noſtris Tribunalibus non ordo, ſed juſtitia inſpicitur, & ex his,in eis proceditur ſola facti veritate inſpecta,ob eorum præeminentiam,& vigore diſpoſitionis *Cap. Deteſtantes*, inſerti *in Ritu M.C.V.* 288. itaut de pacti vigore nulla ſit habenda ratio, ut de juſtitia deguſtari poſſit ex teſtium depoſitionibus,prout in noſtris propriis terminis docet Io:Petrus Actolinus *Reſol.Forenſ.* 18.*nu.*61.ibi: *Hinc eſt,quod ſi pacto fuit inter partes conventum, ut non liceat probare per teſtes, nihilominus admittitur talis probatio, ſi res agatur coram Senatu, vel alio ſupremo Iudice, qui procedat ſola*
152 *facti veritate attenta*,etſi alii ſentiant, non poſſe ab obſervantia dicti pacti recedi, eò fortiùs ſi juramento veniat roboratum,ex relatis per Reg.Conſ.Petra *in loc.cit.nu.*5.*&* 6. & per Blaſium Altimar.*ad Reg.Rovit.in conſ.*7. *nu.*34.*lib.*3. etiam deciſionibus roborata Supremorum Senatuum,S.R.C.& Reg.Cameræ, apud Reg. Sanfelic. *Deciſ.* 185. & Reg. De Marin. *ad Reg.Reverter. Deciſ.*435. *num.* 5. de qua in *Arreſto generali ipſius Reg.Cameræ* 697. Itaq; prædictæ determinationes, ac Doctorum ſententiæ cõciliantur, ut ſecunda opinio procedat, quando Iudici videtur calumniosè prætendi ſatisfactionem probandam eſſe per teſtes, itaut potiùs ad defatigãdum creditorem, quàm ad veram, & realem ſatisfactionem probãdam,ut Gaſpar Theſaur.*in add.ad Antonium patrem in deciſ.* 260. ſuſtinuit contra pactum; at verò alioquin valeat, juxta caſuum contingẽtiam; & ideo Iudicis arbitrio remittitur, quapropter aliquando pro, aliquando contra pactum, judicatum fuit.
153 Itaut, niſi agatur de re privati, à privatoq; diſtrahenda, vel quem penes ſit ſuorum bonorum adminiſtratio, & de quibus ad ſui libitum moderator, & arbiter ſit, ad hujus ſolemnitatis actus renunciationem deveniri non valeat, & ſi fiat renunciatio, ſuſtineri nequeat; quadere nedum in venditione, ſed etiam in locatione rerum Fiſcalium, Vniverſitatum,Minorum, & Eccleſiarum, verùm etiam in re judicata, intervenire debet dictus ſubhaſtationis actus;aliter de vẽditione,vel locatione non habetur ratio, quia nullæ ſunt, *l.etſi ſine* 8. §. *quæſitum, ff.de minor.l.ordo rei*, 3.*Cod.de executione rei judic. l.*2. *Cod.ſi in cauſam judicati,l. fin.Cod.de jure domin.impetr.* Gloſ. *in l.ſi quos,Cod.de reſcind.vendit.verb.Æſtimetur*, Afflict.*in Conſtit.Regn.ſi quando,nu.* 6. Reg.Sanfelic.*d.Deciſ.* 332. ubi Severin. *verſ. Et in venditione*, Reg. Rovit. *Conſ.* 40. *num.*3.*&* *Conſ.* 49. *lib.*2. Altimar. *ad d. conſ.*40. *num.*15.*&* 16. & *ad conſ.*64.*nu.*4.*lib.*1. Reg.Conſil.Carleval. *De Iudiciis,lib.*1.*tit.*3. *diſp.*1.*nu.*9. Præſ. Ganaverr. *d.Conſil.*6.*art.*3.*nu.*31. Tranchedin.*d.Conſult.*68. *nu.*2. Mangil. *De Subhaſtat.Quæſt.*85.Amaya *in l.ſi tempora*, 4.*Cod.de fide inſtrum.* *&* *haſta fiſcal. lib.*10.*num.*13. Larrea *Alleg. Fiſcal.* 99. *num.*18.*lib.*2. Poſt.*De Subhaſt. inſpect.*4.
154 itaut ſi ſit in emptorẽ, vel conductorem translata poſſeſſio rei venditæ, vel locatæ, adſtringatur ad ipſius reſtitutionem,vnà cum fructibus, ob reſolutionẽ, ex nullitatis labe, *d.l.*1. *Cod. de fide inſtrum.*& *haſtæ fiſc. lib.*10. Reg. Rovit. *d. Conſ.*49.*num.*4.*&* 5.
155 Verùm in diſtractione, & locatione rerum Fiſcalium, etſi per Fiſci Procuratorem ſolemnitas hæc remitti haud poſſit, quia ad ſui inſtantiam per Iudicem, ſive per Reg. Cam. fit alienatio, vel rerum locatio, omnia, quæ requiruntur ſervari debent, aliter hi actus nulli ſunt; Quando tamen conficiuntur à Prorege, ſive de ejus mandato, ſublato dicto actu ſubhaſtationis, omnia ſuſtinentur: quoniam repræſentando Principem, non adſtringitur ad obſervandum judiciarium ordinem, ac ſolemnitates, ad illum tendentes,& hoc fieri valet,& nullitati non eſt obnoxium: ex quo Prorex, uti Regis Procurator, poteſt hãc ſolemnitatem di-

Digitized by Google

mittere, ipſamq; renunciare, & proinde diſpenſare, *d. l. 1. & l. quam in libellum, Cod. de fid. inſtrum. & haſtæ fiſc. lib.* 10. & reperitur deciſum per Sac. Conſ. penes Reg. Conſil. Minad. *in Conſtit. Regn. In aliquibus, 5. notab. num. 7.* Reg. Galeot. *in deciſ. ad Contr. 53. art. 3. à num. 60. cum quatuor ſeqq.* inſita *in fine, lib. 1. Controverſiar.* & per Reg. Sanfelic. prout fuit exequutum *d. Deciſ. 332.* apud Reg. Cõfiliar. Fabium de Anna *Conſ. 56. nu. 25. et 26.* Io: Baptiſta de Thoro *Compend. Deciſ.* verb. *Subhaſtationes, lib. 1.* Reg. De Ponte *Conſ. 49. num. 79. & Conſ. 53. & 55. lib. 1.* & in ejus *tract. de Poteſt. Proreg. tit. 4. de Reg. Impoſit. §. 1. num. 30. & 31.* Severin. *ad Reg. Sanfelic. loc. cit. verſ. Et quod Dominus*, Poſt. *d. inſpect. 30. à num. 20.* Calvin. *de Æquitat. d. cap. 206. à num. 12.*

Ad num. 97. & 101.

156 QVæ quidem præmiſſæ ſolemnitates, de jure requiſitæ, hic explicatæ, nedum intereſſe debent, verùm etiam de ipſarum confectione, ac obſervãtia ſequuta, conſtare debet: quia quid facti ſunt, & earum cõfectio, nonniſi per ſcripturam verificatur; & quia in ſcriptis ſunt, de eſſentia requirunt ſcripturam apud acta, de qua niſi conſtet, pro non confectis habentur, & nunquam interfuiſſe præſumuntur, *l. ſi bina, 11. ff. de injuſto rupto, & irrito teſtam. l. non eſt veriſimile, 23. ff. de eo, quod metus cauſa,* Reg. Fab. Capyc. Galeot. *Contr. Forenſ. 58. nu. 27. & 28. lib. 1.* Reg. Conſil. Hodierna *Controv. Forenſ. cap. 43. nu. 16.* Præſ. Ganaverr. *d. Conſ. 6. num. 34.* Maſcard. *de Probat. concl. 1323. num. 41. lib. 4.* Gabr. *Com. Concl. lib. 1. de Præſumpt. concluſ. 1. num. 60.* Poſt. *de Subhaſt. inſpect. 67. nu. 1. & 4.* Caſtill. *Deciſ. Regn. Sicil. 194.*

157 *num. 34. lib. 2.* itaut, ſi in aliquibus enarrativis in actis, ſive inſtrumẽtis enũcietur, fuiſſe confectas, & interfuiſſe; proceſſibus, & actis repertis, ſi non inueniũtur ſolemnizatæ de contentis in his enunciativis nulla habetur ratio, ob talem deficientiam; Prout ſecus, ſi acta, vel proceſſus non inveniantur: nam tunc ſtandum eſt enunciativis prædictis, quæ fidem faciunt, ſi omnia, ut requiruntur, enarrata ſunt, aliter ſi non omnia, ut defectuoſa talis enunciativa potiùs nocet, quàm prodeſt, Scoppa, & Matuta *infra*

158 *allegãdi*, aut aliquod ſit elapſum tempus, ex quo validè præſumi poteſt omnia ſolemnia, quo ad actus ſubſiſtentiam, validitatemq; fuiſſe adimpleta, ac interveniſſe, omnibus aliis enunciativis deficiẽtibus: quoniam hæ præmiſſæ ſolemnitates ex curſu temporis, non minus decem annorum, nam illud triginta, omni caret difficultate, ad prædicta præſumendum, quia extrinſecæ præſumuntur interfuiſſe, non repertis tamen actis, *l. ſi filius, 10. Cod. de pet. hæred. l. qui in aliena, 6. §. ſed etſi, ff. de acquir. hæred. l. cum precibus, 18. Cod. de probat.* Gloſ. *in l. 1. Cod. de fide inſtrum. & haſtæ fiſcal. lib. 10. verb. Omni ordine, prope finem, l. 1. Cod. de contrab. & committ. ſtipul. l. ab ea parte, 5. §. idem reſpondit,* ubi Gloſ. *verb. Præſtare, ff. de probat. l. Titya 34. ff. ſolut. matrim. l. ſciendum, 30. ff. de verbor. oblig.* Capyc. *Deciſ. 16.* Præſ. Anell. de Amat. *Conſ. 163.* vbi obtinuiſſe refert per S. C. contra allegata per Reg. Galeot. *in d. Controv. 58.* Præſ. Merlin. *Contr. Forenſ. cap. 88. par. 1.* qui ita deciſum refert in *cap. 90. in fine*, & etiam habetur penes Franciſcum de Petris *Conſ. 52. nu. 17.* & docent communiter omnes, Proſp. Petra *ad Capyc. in d. Deciſ. 16. num. 1. & 2.* ubi etiam Maſull. *à num. 1. uſque ad 6.* Severin. *ad Reg. Sãfelic. Deciſ. 390. verſ. Solemnitas, lib. 3.* Scoppa *ad Gratian. Deciſ. 152. num. 5. 6. & 7.* Reg. Valenz. *Conſ. 18. à num. 15. & 16. lib. 1.* Larrea *Alleg. Fiſcal. 9. num. 17. par. 1.* Matuta de Azevedo *Diſquiſ. Legal. 37. à num. 9. cum ſeqq.* Vela *Diſſert. Iur. Controv. 9. n. 48. lib. 1.* Poſt. *de Subhaſtat. dict. inſpect. 67. à nu. 49.* Card. Mantic. *de Tacit. & Ambig. lib. 25. tit. 6. à nu. 27.* Maſcard. *De Probat. d. Concluſ. 1323. à num. 44.* Conciol. *Alleg. 67. num. 4. par. 2.* Maſſola *Triſmegiſt. legal. Ratiocin. 42. num. 22.* Carpz. *Reſp. Forenſ. lib. 1, tit. 8. Reſp. 80. nu. 10. & 23. & lib. 5. tit. 6. Reſp. 52. num. 56. & Defin. For. par. 2. conſtit. 11. defin. 32. nu. 8.* Pappon. *Arreſt. Francie lib. 18. tit. 6. Arreſt. 30. à verſ. Notatu dignam*, Klockius *Conſ. 3. verſ. Ex quo per diuturnitatem*, poſt *tract. de Contrib.*

prout

prout habetur in ſententia, de cujus ju-
159 ſtitia, atque validitate, quo ad omnia ſolemnia, neceſſariaq; dubitari nequit, actis non repertis; & eò fortiùs ſi elapſi ſint ab ipſius promulgatione anni duo, conſtito de actorum, ſive proceſſus amiſſione, Petra *ad Gram. Dec. 24. num. 24. prope finem*: ex quo ſemper eſt præſumendum pro actus validitate, ſive ſentẽtiæ à Iudice emanatæ cum omnibus debitis requiſitis, *l. unica, §. credidit enim, ff. de offic. Præf. Prator. cap. licèt nobis*, 16. *§. cùm autem, Cod. de ſentent. & re judic. cap. Bonæ*, 23. *§. contra legat. verſ. Nos igitur, de elect. cap. in præſentia, §. & tanta ſit, de renunciatione*, Gram. *Deciſ.* 24. *num.* 7. & 8. ibi: *Quia licèt petens exequutionem ſententiæ, debeat ultra ſententiam producere acta, tamen ſi tranſactum eſt biennium poſt ſententiam, non tenetur acta producere*: idem *in Conſ. Civil.* 15. *num.* 5. & 6. & *Conſ.* 115. *num.* 7. 8. & 9. Apicella *Alleg. poſt tract. de Tutam. Pauper. Alleg.* 7. *nu.* 12. & 21. *in fine*, Burrell. *Sum. Deciſ. tit.* 30. *num.* 328. *par.* 2. Præſ. Merlin. *dicto cap.* 88. *par.* 1. De Mari *ad Gram. d. Deciſ.* 24. *num.* 17. *cum ſeqq.* Gratian. *Deciſ.* 197. *num.* 1. Boer. *Deciſ.* 124. *num.* 17. & decidit Senat. Pedam. apud Theſaur. *Quæſt. Forenſ.* 2. *num.* 3. *lib.* 3. & ego obtinui pro Hectore Sadeolis in S.R.C. ad relationem Regentis D. Antonii Navarrete Marchionis Latertiæ, quum pro parte dicti Hectoris fuerit inſtatum pro exequutione ſententiæ, promulgatę ad beneficium quondam Caroli patris de anno 1632. contra tertios poſſeſſores, tunc conventos, qui ſuccubuerunt, dum ſuper bonis deductis, per ipſoſq; poſſeſſis, fuit præſtita aſſiſtentia, cujus cópia producebatur extracta à Regeſto Secretarii S.R.C. ex quo acta non reperiebantur: cùm nedum ita fuit judicatum, verùm etiam pro exequutione dictæ ſententiæ, bona prædicta, eorumq; fructus ſequeſtrata fuere, & expoſita venialia, ipſiq; creditori adjudicata, mediante S. C. decreto, prout ex actis in Banca de Falvo, penes Ioſeph Ceraſium Scribam, & unà cum dicta copia ſententiæ, producta fuerunt notamenta, ac foliaria dicti proceſſus, ex quorum productione, nedum juſtificabatur dicta ſenten-
160 tia, ſed á fortiori dicebam ex eis nullo alio inſtructo de novo proceſſu, ob ejus amiſſionem, ad cauſæ expeditionem procedi poſſe, ac promulgationem ſententiæ, ſi emanata haud fuiſſet, juxta tradita per Præſ. de Franch. *Deciſ.* 707. Thor. *Compend. Deciſ. verb. Proceſſus, par.* 1. & *verb. Acta cauſa, par.* 2. & *verb. Proceſſus deperditus, in Suppl. Compẽd. Deciſionum*, De Luca *ad Præſ. de Franchis d. Deciſ.* 707.

Ad num. 104.

161 EX *ffff.* Iure, ad judicati exequutionem contra debitorem non ſolventem venire haud licebat, niſi diſcuſſis priùs mobilibus, quibus non ſufficientibus, vel non extantibus, ad immobilia recurrebatur, itaut his omnibus diſcuſſis, ad perſonalem coactionem deveniretur, juxta diſpoſitionem *tex. in l. à Divo Pio*, 15. *§. in venditione, ff. de re judic.*
162 eodemque modo primò mobilia, in quorum defectum immobilia, demum nomina, & actiones obligabantur, Gloſſ. *in l. poſtquam*, 7. *Cod. de hæred. vel action. vendit.* Reg. Conſil. Carleval. *De Iudiciis lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 1. *num.* 7. *tom.* 2. At verò
163 ex noviſſimo jure ope generalis, permiſſęq; obligationis, & hypothecę, actiones, debitorumq; nomina obligari, & ſub hypotheca ſubmitti valent, tam ſpecialiter, prout ex *ffff.* erat permiſſum jure, *l. ſi convenerit*, 18 *ff. de pignor. action.* quàm generaliter, vulgata *l. nomen, nu.* 4. *Cod. quæ res pignor. & oblig. poſſ. d. l. poſtquam, Cod. de hæred. vel action. vendit. l.* 1. *& l. grege*, 13. *§. cùm pignori, ff. de pignor.* Trẽtacinq. *Var. Reſol. lib.* 3. *tit. de verbor. oblig. Reſol.* 5. *num.* 4. *à verſ. prima eſt*, Reg. Capyc. Latro *Deciſ.* 24. *num.* 25. *lib.* 1. Gait. *De Credito, cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 326. & 327. cum aliis, relatis à Reg. Conſil. Staiban. *Reſol. Forenſ.* 156. *num.* 12. & 13. & in *Obſerv. ad eand. Reſol. num.* 82. *lib.* 2. cum aliis, allat. *ab* Aloyſ. Manſ. *Conſult. Iur.* 343. *num.* 101. *tom.* 4. Noguer. *Conſ.* 35. *num.* 3. & Olea *de Ceſſ. Iur. & Action. tit.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 25. itaut omnia, quæ
164 ab ipſo creditore ſubjugante fieri valent contra ſubmiſſum debitorem, pro crediti conſequutione, á ſuomet creditore fieri poſſint, in cujus beneficium ſpe-

Digitized by Google

ſpecialiter, vel generaliter ſubjugatio facta eſt; & hoc ex acquiſitione utilis actionis per obligationem, ac hypothecam, acquiſitam ſuper dicto debitoris nomine, etſi directa remanſerit penes primum creditorem ſubjugantem, *d. l. nomen*, cum aliis, deſuper laudatis, Præſ. de Franch. *Deciſ.* 75. *num.* 8. Reg. Conſiliar. Staiban. *d. Reſol. Forenſ.* 156. *n.* 14. *& in Obſerv. num.* 107. Reg. de Marin. *ad Revert. Deciſ.* 424. *num.* 5. Trentacinq. *Var. Reſol. lib.* 3. *tit. de Solut. Reſol.* 16. *& Reſol.* 29. *num.* 8. Reg. Conſil. Roſa *Conſult. Forenſ.* 51. *num.* 29. de Thoro *in Compend. Deciſ. par.* 3. *verb. Creditor agere an poſſit, verſ. Sed an citra ceſſionem*, De Borgia *Inveſtig. Iur. Civil. contra Fabrum, lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 8. *&* 11. *tom.* 1. Præſ. Merlin. *Controv. For. cap.* 60. *num.* 25. *prope finem, lib.* 1. Olea *de Ceſſ. Iur. loc. cit. nu.* 32. *&* 34. Noguer. *ubi ſup. nu.* 44. *cum ſeqq.* Hieron. de Leon *Deciſ. Valenz.* 70. *nu.* 26 *lib.* 1. Anton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 10. *defin.* 2. *num.* 5. *&* 6. Manſ. *ubi ſup. nu.* 103. *& Conſult.* 344. *num.* 49. *tom.* 4. Itaque recta via, ex juribus tamen ſui debi-
165 toris, creditor contra debitorem debitoris, agere valet, nedum perſonali actione, & exequutiva, *DD. proximè laudandi*; Sed etiam hypothecaria, ſuper bonis, debitori obligatis, & hypothecatis, à ſuo debitore, uti ſub illius hypotheca comprehenſis; unde deſumptum eſt axioma illud: *Debitor debitoris mei, debitor meus eſt*; quapropter bona, meo debitori hypothecata, mihi pro meo credito, & obligatione obligata ſunt, ope ſubmiſſionis in hypothecam, in mei beneficium confectæ á debitore meo omnium ejus jurium, actionumq; ſibi competentium, conſtituendo ſe precario nomine poſſidere omnia ſubmiſſa bona ſpecialiter, & generaliter; ſub qua etiam obligatione exiſtunt in ſubjugantis beneficium bona ſui debitoris obligata: nam etſi adnumerentur inter incorporalia, quæ tangi, retineri, aut poſſideri non poſſunt; attamen ſub obligatione comprehenduntur, ex cujus vi, & nomine debitoris conſtituentis, ipſis uti, ac frui conſtitutarius creditor poteſt, etiam ex translatione, vigore legalis fictionis, *l. quod meo*, 18. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & hoc
166 nulla concurrente ceſſione primi debitoris, nec excuſſione; dummodo de debito ſecundi debitoris clarè liqueat, aut dictus ſecundus debitor confiteatur debere, prout de exiſtentia, & certitudine primi crediti, ut colligitur ex clariſſimis verbis *d. l. nomẽ*, 4. ita, & taliter, ut S. R. C. apud Reg. Rovit. *in Pragm.* 1. *de Aſſiſtent. num.* 8. de Thoro *in Compend. Deciſ. par.* 3. *verb. Creditor agere an poſſit*, & Reg. Cam. Sum. etiam contra Regium Fiſcũ, penes Gaitum *De Credito in append. ad cap.* 4. *à num.* 136. *uſque ad finem*, aſſiſten-
167 tiã præſtari, ac competere decreverint in creditoris beneficium ſuper ſecundi debitoris bonis, ejus ſecundo creditori obnoxiis, & conſtitutum operari ſuper his bonis, ex ſuperiùs exaratis; etſi in contrarium decidiſſet S. R. C. ut refert Reg. Sanfelic. *Deciſ.* 116. *par.* 1. & Reg. de Marin. *ad Reverter. Deciſ.* 424. *num.* 4. *lib.* 2. quia in cõtrarium eſt communis DD.
168 ſententia, valere creditorem contra debitoris debitorem agere, de qua non poſſe ampliùs dubitari, notat Reg. Conſil. Staiban. *d. Reſol.* 156. *à num.* 11. *& in Obſervat. ad Reſol. prædictam, à num.* 72. *uſque ad* 111. Trentacinq. *d. Reſol.* 16. *& Reſol.* 29. Reg. Conſil. Carleval. *de Iudiciis, lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 6. *num.* 2. *in fine, tom.* 2. Reg. Conſil. Roſa *Conſult. Forenſ.* 38. *nu.* 5. Borgia *loc. ſup. cit.* Olea *dicta queſt.* 4. *à num.* 24. *uſque ad* 37. Andreol. *Contr. Forenſ. Contr.* 164. *num.* 3. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 10. *quando Fiſc. vel privat. &c. d. defin.* 2. Coler. *Proc. Execut. par.* 2. *cap.* 3. *à num.* 489. Manſ. *ubi ſup. nu.* 104. *&* 105. Noguer. *& alii, ſup. laudati*, penes quos videre eſt, quid in creditore in perſonali actione.
169 Et cùm in hoc Regius Fiſcus haud reperiatur ſpecialiter privilegiatus (niſi debitoris debitor ſit ex cauſa fiſcalis pecuniæ) pro privato habetur, *l. in facto*, §. *fiſcus, ff. de cond. & demonſtr.* Reg. Rovit. *Deciſ.* 69. *num.* 7. Reg. de Philippis *Diſſert. Fiſcal.* 2. *num.* 64. Olea *de Ceſſ. Iur. tit.* 4. *quæſt.* 4. *nu.* 45. Klockius *de Erario, lib.* 2. *cap.* 136. *num.* 43. itaq; omnia, quæ
170 obſervari debent in privato creditore, agente adverſus debitorem ſui debitoris, in Fiſco requiruntur, & quæ permiſſa ſunt privato, Fiſco etiam competunt, qui non

Digitized by Google

non aliter agere contra debitorem ſui debitoris poteſt, niſi his concurrentibus, Goffred. noſter hic, Reg. de Ponte *de Poteſt. Proreg. tit.*4. §.3. *num.*14. *in fin.& num.*15. Trentacinq. *Variar. Reſol. d.* R*eſol.* 16. *à num.*3. Staiban. *Reſol.Forenſ.*194.*lib.*2.

Ad num. 111.

171 DOminii rerum translatio à civili jure cum ſecuritate fieri permittitur, jubeturque; itaut non aliter, niſi ex traditione fiat ab ipſorum domino, ex aliqua præcedenti cauſa, juſta, juridica,ac rationabili, omni alia nuda traditione remota,uti ad hanc dominii trãslationem nõ ſufficiente; Dicitur tamen nuda,ob nullam concurrentem cauſam, ob
172 cujus defectum omnia corruunt, & dominium à vero domino ablatum non
173 dicitur: cùm abſq; juſto, ac rationabili titulo acquiri non poſſit,ut clara ſunt jura *in l.traditio*,20.*& l.nunquam*,31.*ff.de acq.rer. dom.l.traditionibus*, 20. *Cod. de pactis*, §. *per traditionem*, *Inſtit. de Rer. Diviſ.l.hac ratio*,3. §.*ſciendum autem,ff. de donat.inter vir. & uxor.* Goffred.noſter *infra in Rubr.*5.*de Iur. Doban. num.* 56.*&* 91. Reg.Galeota *Controv.Forenſ.* 5.*num.*21.*lib.*1.Reg.Sanfel.*d.Deciſ.*104. *num.*14.Rocc.*Reſponſ.Deciſ.*43.*num.*37. *lib.*2. Carpzov.*Reſp.Iur.Electoral. lib.*1. *tit.*8.*Reſp.*76.*num.*9.10.*&* 11. *tom.*1.*& in tract. Var. tit. de Pact. Confraternit. Saxon.Haſſiacæ, cap.*6. *theſ.* 62. *à nu.*26. Rot. Rom. *poſt Rodriq. de Concur. Cred. Deciſ.*37.*num.*21.*&* 23.Hotoman.*in Cõment.ad tit.Cod.de Pactis,in d.l.traditionibus*,20. Faber *Ration. in l. quod vendidi*, 19. *ff.de contrab.empt.* Pichard. *ſuper Inſtit. in d.* §. *per traditionem*, Berlich. *Pract. Concluſ.* 40. *num.*34. *lib.*2. Coler. *Conſ.*28.*à nu.*88.Manſ.*Conſult. Iur.* 345. *num.*15. *tom.*4. Struvius *Syntag. Exerc.* 41.*num.*55. *tom.* 2. quadere data tradi-
174 tione ope cauſæ, ſcilicet contractus emptionis,& venditionis,quia iuſtæ, cõvalidatur ex ea traditio,& dominium eſt translatum à venditore in emptoris beneficium, itaut non ampliùs de ejus patrimonio, ſed illius emptoris eſſe videatur, in cujus dominio, & poſſeſſione ex valida traditione res vendita, ſive fundus eſt; Verùm prædicta ſunt intelligen-
175 da, ſi omnia correſpectiva, in cõtractu, ſive conventione contenta, atque ab eo dependentia, ab utraq; parte adimpleta ſint; aliter principale requiſitum contrahentis conſenſus deficeret,qui præſumitur eſſe præſtitus in contractu,& conventione, ut pretium ab emptore ſolvatur, ob cujus defectum, non obſtat, quod ex parte venditoris ſit adimpletum traditione:cùm ex ea ſola, non veniat translatum dominium, & res,ſive fundus venditus: nam clara ſunt l. C. Pomponii verba *in d. l. quod vendidi, ff. de contrab. empt.* ibi: *Quod vendidi, & tradidi, non aliter fit accipientis, quàm ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum*,§.*venditæ verò*,41. *Inſtit. de Rer. Diviſ.* Reg. de Ponte *de Poteſt. Proreg. tit.*8. §.3. *num.* 13.ubi de Thoro, Reg.Conſil.Carleval. *de Iudic. lib.*1. *tit.* 3.*diſp.*8.*ſect.*5.*num.*61.*in fine*,Reg.Conſil.Staiban. *Reſol.Forenſ.*149. *nu.*17. *lib.* 2. Rodoer. *Conſ.*41.*num.*1. Rodriq. *de Privil.& Concur.Cred.par.*2.*art.*4. *nu.*3. Hotmanus *Quæſt. Illuſt.* 12. Coppen. *Pract.Obſerv.*18. *à nu.*2.*lib.*2. Tholoſan. *Syntag.Iur.lib.*25. *cap.*12. *nu.*6. Grivell. *Deciſ. Dolan.* 56. *num.*10. Manſ.*Conſult. Iur.*342.*num.*3.111.43.*cum ſeqq.& à nu.* 50.*& Conſult.*345.*nu.*8.9. *&* 19. *tom.*4. Struvius *ubi ſupra num.*56. qua ratione
176 præſupponitur,venditorem nullam habuiſſe fidem emptori, & vendidiſſe, ac tradidiſſe recipiendi animo pretium, nõ autem dominii transferendi, pretio non
177 ſoluto, ob quod dominium videtur eſſe in pendenti,quod in jure non permittitur, *l.ſi ego*,25.*ff.de neg.geſt. l.ſive poſſidetis*,16.*Cod.de probat. l. ſi ex duobus*, §. *ſed & Marcellus*, *ff. de in diem adject.* Reg.Galeota *Controv.Forenſ.*28. *nu.*14. *lib.* 1. Reg. Conſil. Pratus *Pract. Obſerv.* 91. *num.*22. unde adhuc eſſe penes venditorem dignoſcitur, à quo nõ transfertur in emptorẽ, niſi pretio ſoluto, propter quod perficiatur contractus ex utraque parte juxta conventionem; Prout
178 nedum ſupponitur, immo pro certo ha-

Digitized by Google

habetur, non aliter dominum vendidisse ad finem amittendi dominium rei, seu fundi, nisi recepto pretio, ita quod si fundus in possessionem emptoris transferatur, pecunia, sive pretium ejus in ipsius venditoris posse perveniat; aliter sequeretur absurdum valde iniquum, nempe venditorem fructu, & fundo carere, & miseram tantùm (ut ita dicam) habere actionem ad pretium recuperãdum, & sic litigium loco pretii, quod in præsenti seculo non est infrequens;
179 quadere juvatur judicio vendicationis: quum non obstet exceptio rei venditæ, ac traditæ, dum adhuc dominium in ejus persona perseverat, *d. l. quod vendidi*, 19. *& l. ut res*, 53. *ff. de contrah: empt. l. procuratoris*, 5. §. *sed & sic*, ibi: *Enim verò si non abii, quia res venditæ, non aliàs desinunt esse meæ, quamvis vendidero, nisi ære soluto, vel fidejussore dato, vel aliàs satisfacto, dicendum erit vendicare me posse*, ff. *de tribut. act. l. si quasi*, 3. ff. *de pignor. act.* §. *venditæ*, ibi: *Venditæ verò res, & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, quàm si is venditori pretium solverit, vel alio modo satisfecerit*, *Instit. de Rer. Divis. l. Iulianus*, 14. §. *offerri*, ff. *de action. empti*, Reg. de Ponte *de Potest. Proreg. tit.* 4. §. 6. *num.* 7. Reg. Consil. de Rosa *Consult. Forens.* 25. *num.* 125. Gizzarell. *Decis.* 39. *num.* 1. Reg. Capyc. Latro *Decis.* 166. *num.* 2. Reg. Consil. Hodiern. *ad Surd. Decis.* 157. *num.* 16. Altimar. *ad Reg. Rouit. Decis.* 7. *num.* 1. *vers. Cui satis*, Mele *ad Gizzarell. dicta Decis.* 39. *à num.* 24. Mans. *d. Consult.* 343. *à nu.* 47. *&* 67. *& d. Consult.* 344. *num.* 32. *&* 42. Carpzov. *Defin. Forens. par.* 2. *const.* 14. *defin.* 64. *num.* 8. 9. *&* 10. ex quo non
180 potest emptor juvari ex traditione ipsa, cùm non præsumatur ex ea voluisse venditorem emptori de pretio fidem habere, dum non explicavit, quo tempore fuerit solvendum pretium, sed tradidit ad finem cõsequendi pecuniam, & adimplendi ex sui parte, præsumendo esse præ manibus pretium penes emptorem pro solvendo: & sic non animo transferendi habita fide, ob solutionem in tempore non factam, prout rectè habetur per Glos. *in d. l. si quasi*, 3. *& in dicto* §. *venditæ, verb. Fidem*, Reg. Consil. Gizzarell. *dicta Decis.* 39. *num.* 2. Reg. Consil. Rocc. *Not. Mercat. de Dococtione Mercat. Not.* 43. *nu.* 127. Grivell. *Dec. Dolan.* 46. *num.* 9. Anton. Faber *in d. l. quod vendidi*, 19. *vers. Vel etiam fidem, usque ad fin.* Pichard. *in d.* §. *venditæ*; prout secus foret, habita per venditorem fide, quod
181 est permissum, ac pactum valet de solvendo pretium infra aliquod tempus, licèt modicum: quoniam ex ipsa simplici dilationis concessione ad pretium solvendum, habitam fuisse fidem evidenter dignoscitur, Mans. *d. Consult.* 10. *num.* 28. *lib.* 1. *d. Consult.* 343. *nu.* 13. *&* 14. *d. Consult.* 344. *num.* 3. 4. *&* 11. *& Consult.* 345. *num.* 7. *tom.* 4. Aut si de pretio per emptorem facta sit venditio annui redditus ad venditoris beneficium, Reg. Rovit. *dec.* 9. *num.* 3. 4. *&* 5. Reg. de Marin. *Resolut. Iur. cap.* 20. *tom.* 2. Episcop. de Afflict. *Contr. Iur.* 15. præcisè *num.* 36. De Luca *ad Præsid. de Franch. Decis.* 506. *num.* 10. ubi refutat Merlinum, *& ad Gratian. Discept. Forens. cap.* 175. *num.* 10. *lib.* 1. Antonell. *de Tempor. Legal. lib.* 4. *cap. ult.* & decisum apud Fõtanell. *de Pact. Clauf.* 7. *gl.* 2. *p.* 8. *n.* 74. *&* 75. *to.* 2. quæ substinetur, attẽta Bulla Pontificis Nicolai V. quæ inseritur in *Pragm.* 1. *de Censib.* & in Regno recepta est; non autem illa B. Pii Quinti, Reg. de Marin. *ubi sup. num.* 9. *&* 10. & si à principio de certo interesse convenitur, quod fieri potest, & eò fortiùs in Regno, ubi paratæ sunt emptiones, nil obstante si excederet fructuum valorem, conventio ultra interesse suam haberet firmitatem: cum in hoc casu nõ vendicet sibi locum dispositio *tex. in l. curabit, Cod. de actio. empti*, licèt alii usq; ad dictum valorem fructuum sustineri putaverint, ex allegatis á Buttilierio *Dissert. Forens.* 5. *num.* 50. quia magis communis est in contrarium, & signanter in Regno, ex traditis per Reg. de Ponte *de Potest. Proreg. in tit. de Regal. Imposit.* §. 5. *à num.* 64. Reg. Galeot. *Controv. For.* 61. *à num.* 27. *lib.* 1. Reg. de Marin. *d. cap.* 20. & alios supra laudatos; & justificatur tantundem illud, propter quod fieri valent in Regno venditiones annui redditus, & contractus ex omni parte videtur perfectus, & res, seu fundus venundatus emptori traditus, ac translatum etiam est

do-

Digitized by Google

dominium, itaut pretio demum non ſoluto, venditori actio reivendicationis nõ competat: quia dominii requiſito caret, non adhuc in ſui, ſed in emptoris perſona exiſtentis, *d.l.quod vendidi*, 19.*in fine*, §.*ſed ſi is*, *Inſtit.de Rer.Diviſ.* Reg.Conſil.Carleval.*de Iudic.loc.cit. nu.*63. Reg. Conſil.Rocc. *Not.Mercat.* 43.*num.*126. Reg.Conſiliar.Hodierna *loc.cit. num.*16. *in med.* Altim. *loc. cit. in verſ. Cui ſatis*, Manſ.*d.Conſult.*10.*à nu.*8.*lib.*1. Berlich. *Deciſ.*343.*lib.*3. Reg.Valenz. *Conſil.*56. *num.*32. quapropter per generalem hy-
182 pothecam contractam, & obligationẽ in creditorum ſuorum beneficium, tam ſuper præſentibus, quàm futuris bonis, ipſa empta venirent, ita tamen, ut in cõcurſu ſuper eis creditores emptoris, ex data anteriores, à venditore non excludantur, ex vulgata regula: *tempore qui prior, in jure potior*, cùm omnes, uti creditores communis debitoris, cõcurrant, in cujus patrimonio res illa eſt: quum nullam aliam anterioritatem repræſentare poſſit venditor, niſi datæ actus venditionis, ac celebrati contractus, cujus ope, res vendita in obligationem venit, ob fidem habitam de ejus pretio, *l. cum manu ſata*, 80. §.*fin. ff. de contrab.empt.* Præſ.de Franch. *Deciſ.*506. *num.*3. Reg. Reverter. *Deciſ.* 8. *verſ. Ratio deciſionis*, vbi Reg.de Marin.*num.*1. Afflict. *Deciſ.* 338. *num.* 3. Reg. Conſil.Staiban. *Reſol.* 129. *num.* 15. *lib.* 2. Mele *ad Gizzarell. dicta Deciſ.*39.*num.*25. *in med.*Rodoer. *d. Conſ.* 41. *num.* 3. Caſtill. Sotomayor *Controv. Iur.cap.*16.*nu.*73. *tom.*3. Amat. *Var.Reſolut.*3.*num.*40. *&* 43. *lib.*1. Noguerol. *Alleg.*29.*num.*197. Menoch.*de Retin.Poſſ.Rem.*4. *num.*12. Reg. Valenz. *dicto Conſ.* 56. *num.*33. *&* 34. Grivell. *Dec. Dolan.* 56. *num.*1. Manſ. *d.Conſult.* 10. *num.* 10. *&* 17. *cum ſeqq. d. Conſult.* 103. *num.*12. *d.Conſult.* 344. *num.*43. *&* *d. Conſult.*345. *num.*2.

183 Quæ quidem limitantur, quouſque per venditorem dominium rei venditæ, ſibimet pendente pretii ſolutione, de quo fuit fides habita, reſervavit, uti facta vẽditio cum cõditione, quod nunquã intelligatur trãſlatũ, nec emptori acquiſitũ dominiũ, niſi omnibus quantitatibus, ex cauſa pretii rei, fundiq; venditi, vnà cum intereſſe ſolutis: quoniam reſervatio, etſi effectiva, realiſq; dominii rei venditæ translationem non impedit; attamen in beneficium venditoris reſervantis, reſolvitur in ſpecialem hypothecam ſuper re, ſive fũdo vẽdito, itaut ex ea ſit potior, ac cæteris omnibus emptoris creditoribus præferatur, licèt ex data anterioribus, prout etiam habetur, ſi caverit tantùm ſibi de ſpeciali hypotheca, ad quam dicta reſervatio reſolvitur, quicquid in cõtrarium ſenſerint Præſ. Merlin. *Controv. Cap.*36.*lib.*2.& Carleval. *de Iudiciis*; *loc. cit.à nu.*57. *uſque ad fin.* quoniam ipſis, communis DD. ſententia, deciſionibus plurium Supremorum Tribunalium fulcita, reſiſtit, & illa legalis diſpoſitio in vulgata *l.licet*,7. *Cod. qui pot.in pign.hab. l.ſicut emptio* 23.ubi Gloſ. *in verb. Exolvat, ff.locati*, & habetur penes Reg.Rovit. *Deciſ.*7.*&* 9. ubi latè Altimar. Reg. Conſil.Hodierna *loco cit.num.*12. *uſque ad fin.* qui *num.*14. ita deciſum refert, & docet in *Deciſ.*344.*num.*4. *&* *Contr. Forenſ. cap.* 1. *num.* 44. Præſid. de Franch. *dicta Deciſ.*506. *num.*4. 5. 6.*&* 9.*&* *Deciſ.*540.*num.*5. Anna *Sing.*372. Reg.de Ponte *de Poteſt.Proreg. loc.cit.à num.* 10. *cum ſeqq.*in quibus locis de Thoro, idem Reg.de Ponte *Deciſ.*34. Reg.Revert. *dicta deciſ.*8. ubi Reg.de Marin. *num.*2.5. 6.*&* 7.& *Reſol.Iur.cap.*260. *nu.*9. *&* 11. *lib.*1. Reg. Conſil. Staiban. *Reſolut. For.* 121.*num.*43.*&* *Reſol.*174. *à num.*9. *uſq; ad* 19.*lib.*2.*&* *in Obſerv.ad d.*Reſol. 121. *à num.*61.*uſque ad fin.* Io. Bapt.Staiban. *in tract.de Intereſſe, lib.*2. *tit.*9. *quæſt.*11. *num.*111. Reg. Conſ. Roſa *Conſult.*25. *num.*16. Mele *ad Gizzarell. d.Deciſ.* 39. *d.num.*11.*uſque ad* 20.ubi etiam de Mari.Rodoer. *d.Conſ.*41. *à num.* 9. de Luca *ad Franch.Deciſ.* 506. Scoppa *ad Deciſ. Gratiani* 13. Niger *de Except. cap.* 4. *&* *cap.*5. §.1. Poſtius *Reſolut.Iur.*122.*num.* 2.3.*&* 4.Manſ.*d.Conſult.*10.*num.* 10. *in fin. &ſeqq.* Carpzov. *Reſp.Iur. Elect. tit.*10. *Reſp.* 98. *lib.* 1. idem *Dec. Ill.* 55.*num.*1. *par.*1. Berlich. *Pract. Concluſ.* 64.*par.*1.Grivell.*dicta Deciſ.Dolana* 56. Larrea *Deciſ.Granat.* 42. *num.* 2. *lib.* 1. Fontanell.*de Pact. Nupt. clauſ.*7. *gloſ.*2. *par.*8.*nu.*72.*&* *par.*9.*nu.*14. *tom.*2. Reg. Valenz.*d.Conſ.*56.*à num.*34.Salgad.*Labyrint.*

byrint. Cred. par. 2. cap. 24. à num. 15. tom. 1. Barbos. *Solut. Matrim. in l. si cùm dotem, 23. §. fin. num. 34. vers. Ex his igitur, tom. 2.* Cancer. *Var. Resol. par.* 1. *cap. 9. num. 11.* Thesaur. *Quæst. For.* 74. *lib. 2.* Antonell. *de Temp. Legal. d. cap. ult. num.* 10. de Amato *Var. d. Resol. 3. num. 42. & 44. lib.* 1. Noguerol. *d. Alleg. 29. num.* 207. *&* 208. Vrceol. *Consul. For.* 5. præcisè *n. 29. 67. &* 86. Beuther *de Iure Prælat. par.* 1. *cap.* 18. Fab. *in suo Cod. lib. 8. tit.* 7. *definit. 6. num.* 5. ita tamen, quod præfertur etiam creditori anteriori ex causa
184 privilegiata, & mulieri ex causa dotis, Gait. *de Credit. cap. 4. quæst.* 11. *nu. 196* 1. Reg. Consil. de Rosa *Consult. Iur. 25. nu. 18. tom.* 1. de Luca *ad de Franch. d. Decis.* 506. *num. 4.* Fontanell. *d. claus. 7. glos. 2. par. 9.* Niger *d. §.* 1. *num.* 10. Vrceol. *dicta Consult. 5. nu. 67.* Cutell. *de Donat. tract. 2. discurs. 1. special. 15. num. 9. &* 10. *tom.* 2. ex Cepoll. Negusant. Gregor. Lopez, & Matienz. De Faria *ad Covarr. Var. Resol. lib. 1. cap.* 1. *num. 47.* & sæpesæpius Vallisoletanum Senatum contra dotalia privilegia judicasse, refert Gasp. Roder. *de Ann. Reddit. lib. 2. quæst. 20. num. 6. &* 7. si venditor tantummodo de generali non fruatur hypotheca, Castill. Sotomay. *Contr. For. cap. 8. à num.* 15. *usque ad* 27. *lib. 3.*

185 Attamen conclusio supra firmata in *num.* 182. procederet, etsi merces venditæ sint absq; dominii reseruatione, sed habita fide de pretio, Reg. de Marin. *Resol. Iur. d. cap. 260. num. 6. & ad Revert. d. Decis. 8. num. 2. &* 3. Reg. Consil. Rocc. *Notab. Merc. de Decoct. Mercat. Not. 43. num.* 126. Rodoer. *ad Reg. de Marin. d. cap. 260. num. 9. & d. Cons. 41. num. 3. & per totum,* Barbos. *in d. l. si cùm dotem, §. fin. num. 32.* Castill. *d. cap. 8. num.* 19. *&* 20. Salgad. *in Labyr. Cred. par.* 1. *cap.* 11. *num. 78. &* 79. Amat. *Var. Resol. d. Resol. 3. num. 41.* Amend. *ad de Franch. Decis. 97. num. 5.* Surd. *Decis.* 220. *num. 33. vers. Vbi inferunt,* Merlin. *de Pignor. lib. 4. tit.* 1. *quæst. 41. num. 4. cum multis seqq.* Antonell. *d. cap. ult. num.* 17. Faber *in Ration. in d. l. Procuratoris, 5. §. planè, ff. de tribut. act.* Tranchedin. *Consult. Iur. cap.* 28. *à num.* 15. Mans. *d. Consult.* 16. *num.* 13. 14. *&* 17. qui ita decisum refert *num. 48. in fine, d. Consult. 343. num. 99. & d. Consult. 344. num. 5.* præterquam si in nundinis, aut aliis consimilibus locis venditio fiat, absq; expressione habitæ fidei de pretio, vel dilationis etsi modicæ concessæ ad solvendum: nam attentis locis, personis, rebusq; quę contractãtur, & quomodo, venditio censetur facta absque conditione de fidem habendo, sed pro pecunia præsenti; qua ratione etsi res venditæ traditæ sint emptori, & sint in ejus posse, non sunt tamen in ejus dominio, sed semper extant sub illo venditoris, qui nedum eas vendicare potest, verùm etiam omnibus, etsi anterioribus, & hypothecariis, emptoris creditoribus præfertur pro pretio, juxta jura, quæ allegantur per Reg. Consil. Gizzar. *d. Dec. 39.* per quem ita S. R. C. determinasse refertur, & est communis DD. sententia, Reg. de Marin. *d. cap. 260. à num.* 8. *lib.* 1. & ad Reg. Revert. *d. Dec.* 8. *num. 3. &* 4. Rodoer. *ad de Marin. ubi sup. num.* 10. Rocc. *Notab. Merc. de Decoct. Mercat. Notab. 42. à num.* 122. *& Not. 43. à num.* 128. Vela *Contr. Iur. Dissert. 30. num. 38. tom.* 1. Antonell. *ubi sup. num.* 18. Mans. *d. Consult.* 10. *num. 20. 23. &* 25. Berlich. *d. Concl. 64. num. 56. par.* 1. prout etiam
186 præmissa procedunt in vẽditione cum dolo emptoris, vel quia latitantis, cùm post tres, aut quatuor dies aufugerit, aut decoxerit infra plus, aut minus tempus, prout Iudici videbitur, ex adductis per Mans. *d. Consult. 343. a num. 62. & d. Consult. 345. num.* 13. ex quo pactum de fidem habendo pro non facto habetur, & fides habita resolvitur, ita quod licèt dominii reservatio non adsit, venditor, si vult rem venditam, vendicat, & si pretium, præfertur, Reg. Consiliar. Rocc. *loco proximè alleg.* Camill. de Laratha *cons. 98.* Grivel. *Decis. 96. num. 9.* qui sic decisum refert per Senatum Dolanum, Antonell. *loco proximè alleg.* Merlin. *d. quæst. 41. num.* 13. *vers. Secundus casus est,* Mans. *d. Consult.* 10. *à num.* 27. *&* 42. *cum seqq.* latè in *d. Consult. 343. à num.* 18. 27. 57. 68. 99. *d. Consult. 344. à num.* 13. *cum seqq. num. 25. &* 42. *& d. Consult. 345. num.* 12. Fontanell. *de Pact. Nupt. claus. 7. glos. 2. par. 9. num. 39. &* 40. *tom.* 2. Amat. *Var. Resol. 3. num.* 45. Secus si

ex

Digitized by Google

ex caſu inopinato,& ipſimet emptori incognito, M nſ. *d. Conſult.*344. *num.*19. & hoc etianſi rerum forma mutata ſit, licèt ſub appellatione materię materiatũ nõ veniat, cùm ad ſuã primęvã formã reverti nequeat; quod procedit ex quadam juris æquitate in ſubſidium : valde enim iniquum eſſet, ex facto emptoris tolli venditori jus dominii, vel prælationis, ex *Iuribus,& DD.allegat.*à Calvin. *de Æquitat. cap.*91.*lib.*1.

137 Itaq; ad removendas omnes has ambages,& alias,per I.C.conſideratas,in *d. l.à Divo Pio* 15. *§.ſed ſi emptor,ff.de re judic.* expreſsè ſtatuit,bona ordine Iudicum diſtrahenda non eſſe, niſi præſenti pecunia, non autem habita fide de pretio, ibi : *Oportet enim res captas pignori, & diſtractas, præſenti pecunia diſtrahi, non ſic,ut poſt tempus pecunia ſolvatur;*&

188 ſic omnes diſtractiones, quæ á non dominis fiunt, ſed tantummodo ab habentibus poteſtatem hanc venundandi, diſtrahendi,& ſimilia, non aliter,quàm pecunia præſenti fieri jure valido poſſunt,nulla dilatione conceſſa ad ſolutionem faciendam,habendo fidem emptori de pretio : cùm per hunc actum, & contractum, uti à non dominis, & facultatẽ hanc non habentibus initos, non veniũt privati domini actionibus, ipſis competentibus pro pretii ſolutione obtinenda; ad inſtar rerum, quæ ſub Iudice ſunt, & per ipſum pro ſatisfaciendis creditori-

189 bus, vel quovis alio effectu judicialiter ſubhaſtantur, quæ nonniſi pecunia præſenti fieri poſſunt, non autem habita fide de pretio ; etſi ſecus non ſit nulla venditio, ſed dilatio tantùm, quia contra legem, improbatur: ita quod ea non obſtante, fideq; de pretio habita, ad ipſius ſolutionem contra emptorem agitur,actione ex vẽdito, Reg. Revert.*Dec.* 484.*in fine,lib.*2. Reg. Conſil.Staib.*Reſ. For.* 115.*n.*47.*& Reſol.*196.*lib.*2. Reg. Rovit.*Conſ.*49.*nu.*10.*lib.*2.Reg.Conſil. de Roſa *dicta Conſult.* 23.*nu.* 3. Borgia *Inveſtig.Iur.Civ.Contr. Fabr. lib.*5.*cap.* 16.*num.*7. *tom.* 1. Reg.Conſil.Arias de Meſa *Var.Reſol.lib.*1.*cap.*50. D.Hieron. de Leon *Deciſ.*6.*lib.*1. Gratian. *Diſcept. Forenſ.cap.*7.*num.*5.6.*par.*1.Hotman.*dicta l.*12.*prope fin. verſ.Sic pignora*,Giurba *dec.* 53. licèt alioquin aliter ſervetur in praxi, dum fiunt, atque recipiuntur oblationes habita fide, ſcilicet de concordando cum creditoribus, vel depoſitando infra certum tempus, ex quo creditores præſtant cõſenſum,cũ ipſis oblatio notificatur, de quorum agitur intereſſe,& ad quorum beneficium,ad fraudes evitandas,per I.C. hæc fuit præſtita forma: itaq; ipſimet ad eam renunciandam venire poſſunt, Reg. Conſil. Staib. *loc.cit.num.*49.*& Reſol.*196.*à nu.*9.*uſque ad* 15.*& Obſer.ad d.reſol.*115.*à num.*50. *lib.*2. Salgad.*Labyr.p.*3.*cap.*2. *à n.*7. De Luca *Prax. cap.* 73.*n.*6. *verſ. Subhaſtatio,* ex qua permiſsione non paucæ cauſantur lites, ut experientia docet, & Regnum hoc experitur, ac ſuo malo adſcripſit Reg. Conſil. de Meſa *d. cap.* 50. *nu.* 18. at etiam ſervatur in admittendo eundemmet creditorem, ad cujus inſtãtiam res fuit executa, ad offerendum cum facultate retinendi, ſive excomputandi creditum, & depoſitandi in pecunia id quod ſupereſt,Reg.Cõſil. Staiban. *dicta Reſol.*196. *num.*10. & *in obſerv.ad Reſol.*115. *à num.* 41. Verùm ſupradicta concluſio,deſumpta à diſpoſitione *d. §.ſed ſi emptor*,obſervari debet in omni-

190 bus actis, atque venditionibus ab adminiſtratoribus faciendis, qui non poſſunt tradere cum dominii translatione, habendo de pretio fidem, Borgia *Inveſt.Iur.Civil.lib.*5.*cap.*16. *num.*7. Reg. Conſil.de Roſa *loc.cit.*Tholoſ.*in loc.proximè allegand.*Fontanell. *de Pact.Nupt. clauſ.*7. *gloſ.*3.*par.*6. *nu.*20. aliter ſi hoc

191 his permitteretur, fiſcalia bona vendi poſſent habita fide de pretio, quod vetitum eſſe reperitur *in l. ſi procurator*, 5. *§.ſi ab eo,ff.de iure fiſci*,ubi Gloſ.*in verb. Soluto, l. cum vendente*, 4. *Cod. ubi cauſ. fiſcal.* Goffred. noſter *hic*, Reg.de Ponte *de Poteſt. Proreg. tit.*4. §.6. *num.*7.*&* 8. ubi Thor.Reg.Capyc.Latro *Deciſ.*196. *num.*2.*&* 3.*lib.*2. Reg. Conſtantius *in l.* 1. *Cod.de vend.rer.fiſcal. lib.*10. *num.*69. Montan. *in pragm.*5. §.13. *num.*18. *de adminiſtr. univerſ.* Reg. Conſil. de Roſa *d. Conſult.*25. *num.*13. Mele *ad Gizzarell.d.Deciſ.*39. *n.*29.Reg.Revert.*d.Dec.* 484.*lib.*2. ubi de Marin. *num.* 1. Altim. *ad Rovit. d.Deciſ.* 7. *num.* 2. Rodoer. *d. Conſ.*41.*num.*7. Tholoſan. *Syntagm. lib.* 25. *cap.* 12. *num.* 6. *in fin.* Amaya *ſuper*

Cod. in l. 1. 2. & 4. de fide instrum. & hast.
192 *fisc. num.* 10. prout etiam in venditionibus rerum ecclesiarum, minorum, & similium, Glos. *in d. l. si procurator, 5. in verb. Soluto, in fine, ff. de jure fisci,* Reg. de Ponte *loco cit. à num.* 9. ubi Io. Bapt. de Thoro, Reg. de Marin. *ubi sup. num.* 2. & 3. Reg. Capyc. Latro *loc. cit.* Rodoer. *d. Cons.* 41. *num.* 8. & procurator constí-
193 tutus ad vendendum, pro determinato pretio, fidem de eo habere non potest, quia potestate caret, & minoris venderet, nisi præsenti pecunia, & non aliter, ne in nullitatem incidat, Reg. de Ponte *loco cit.* Mele *ad Gizzarell. d. De-*
194 *cis. 39. num.* 30. de Marin. *loc. cit. num.* 4. secus, si cum libera sit constitutus, Tholosan. *Syntagm. loco prox. alleg. num.* 7.

Ad num. 114. 115. & 116.

195 DE origine Tribunalis R. C. S. eiusq; Præsidentiũ, Officialiumque remissivè diximus in proœmio *nu.* 8. ac etiam videndi sunt Reg. Cons. Prat. *Pract. Observ.* 50. Reg. Consil. Petra *in Com. ad Rit. M. C. V. 1. à n. 19.* Reg. Cons. Rocco *de Offic. rubric.* 5. §. 2. *à num.* 34. Mele *ad Gizzarell. Dec.* 14. *à num.* 19. in
196 quo habere locum diximus dispositã per I.C. *in l. inter pares, ff. de re iudic.* & per Pontificem *in cap. duobus iudicib. de sententia, & re judic.* ita quod data paritate, pro reo fertur, promulgaturq; sententia, ex allegatis per Nos in dicto procœmio *á num.* 11. *usque ad* 14. & videndi sunt etiam Thor. *in Compend. Decis. par. 3. sect. 3. verb. Sententia, fol. mihi* 233. Reg. Rovit. *ad Prag. 1. de Cauf. Decid. & in Cons.* 102. *nu.* 18. *lib.* 2. Reg. Galeota *Contr. Iur. cap.* 58. *num.* 8. Tasson. *de Antefat. vers. 3. observ. 3. num.* 112. *quæsito* 5. Ricc. *Collect. Decis.* 512. *in fine,* Reg. Consiliar. Petra *in Rit.* 265. *num.* 55. *par.* 3. at declaravit Reg. Cam. Sum. inter arresta generalia, recollecta per Reg. de Marin. *arrest.* 549. atque etiam diximus in *num.* 10. dictum Tribunal, uti restrictum ad certum genus causarum, præter illas minimè procedere posse, inter quas sunt causæ fiscales, in quibus Fiscus,
197 sive actor, sive reus sit, per dictum Tribunal procedendum est, prout habetur, tam ex juris communis dispositione, quàm municipalis Regni, *l. sicut proponis,* 5. *Cod. de bonis præscriptis, l. 1. & toto tit. Cod. ubi causa fiscal. l. 3. Cod. de iure fisci, lib.* 10. *l. 2. Cod. de decan. lib.* 12. *l. 1. & l. nec quidquam, ff. de offic. proc. Cæs. Prag.* 61. & 62. §. 2. *de offic. proc. Cæsar. & Prag.* 37. *de offic. S. R. C.* Reg. Rever. *Decis.* 7. ubi Reg. de Marin. *& Resol. Iur. cap.* 146. *num.* 1. *lib.* 1. Reg. Consil. Carleval. *de Iudic. tit.* 1. *lib.* 1. *disput.* 2 *quæst.* 6. *sect.* 9. Reg. Capyc. Latro *Decis.* 175. *num.* 1. Reg. de Philipp. *Dissert. Fiscal.* 20. *nu.* 32. & 33. Reg. Consil. Staiban. *in Observ. ad Resol.* 50. *nu.* 56. *lib.* 1. Reg. Consil. Rocc. *ubi supra, num.* 39. Novar. *ad Pragmat.* 12. *de offic. procur. Cæsar. in d. Pragm.* 37. *de offic. S. R. C. & in tract. de Elect. & Variar. For. quæst.* 40. Præs. de Franchis *Decis.* 601. *num.* 5. & 6. Mele *ad Gizzarell. Decis.* 14. *num.* 17. Larrea *Alleg. Fiscal.* 7. Cancer. *Var. Resol. lib.* 2. *cap. ult. num.* 42. Gaill. *Pract. Observ.* 20. *lib.* 1. etiansi author sit laudatus, in cujus beneficium limitatur regula, tradita á DD. per dispositionem *tex. in l. venditor, ff. de judic.* Reg. Capyc. Latro *Consult. Forens.* 75. *lib.* 1. Reg. de Philippis *Dissert. Fiscal.* 20. *num.* 60.
198 Dictumque Regii Fisci privilegium, ut alibi conveniri non possit, vel aliquos convenire, præterquam coram suis Iudicibus Fiscalibus Cæsaris procuratoribus, qui sunt Regiæ Cam. Summariæ Præsidẽtes, in locum Magistrorum Rationalium subrogati, cum omnibus priuilegiis, immunitatibus, & prærogativis, ad ipsos Magistros Rationales cõcessis, Reg. Galeota *Resp. Fisal.* 2. quorum caput est Magnus Camerarius, sive Locumte-
199 nens; Ita quoque competit Officialibus prædicti Tribunalis R. C. S. in causis civilibus ex *tex. in l. nullum* 10. *Cod. ubi*
200 *causæ fiscal.* & in criminalib. corã Præside, cum interventu tamen Procuratoris Cæsaris, *l. cùm quidem, Cod. eodem glos. in d. l. nullum, verb. Oportet,* cum ea-
201 demmet prærogativa, sive sint actores, sive rei, *ex ly* adduci *in d. l.* 10. quod significat, ut in alio Tribunali minimè possint, etiansi essent actores, trahi, quod jus commune, cum hujus Regni municipale æquiparatur, ope ampliss imorum pri-

Digitized by Google

privilegiorum á Retro-Regibus Tribunali R.C.S.conceſſorum, quorum vigore,tam in cauſis civilibus, quàm maleficiis, ab omnibus aliis Iudicibus abdicata juriſdictio eſt, quanvis per ſpecialis
202 juriſdictionis conceſſionem generalis derogata nõ videatur,immò cumulativè præſtita, *ex l.* 1.*Cod.de offic. præfect. urb. l.fin.Cod.de juriſdict.omn.Iudic. l. unica, Cod. de Metropoli Beryto,lib.*11.*Barboſ. ad l.*1.*art.*4.*n.*73.*&* 76.*ff.de judic.*ſed li-
203 mitatur quotieſcunque apparet, ſpecialis juriſdictio ordinaria, alicui Iudici in favorem generis certarum perſonarũ, cũ univerſitate cauſarũ tributa, propter quod videtur privativè, & non cumulativè conceſſa, Præſ. de Franch. *Deciſ.* 417.*num.*7.458.*num.*3.*&* 722.Reg.Cõſil.Capyc.*Deciſ.*9*in* 6.*limit.*ubi Viſcont. Maſull.*num.*19. & Petra *num.* 5. Gram. *Deciſ.*30.ubi Danza *num.*7.8. *&* 9.Carleval.*de Iudic.lib.*1.*tit.*1.*diſp.*2.*quæſt.*7.*ſect.*1.*num.*794. *&* *quæſt.*8.*ſect.*4. *num.* 1185. Afflict. *Deciſ.* 41. Reg. Galeota *d.Reſp.Fiſc.*2.*n.*103.*&* *ſeqq.* Minad.*Deciſ.*18.ubi Flamin.Monac. Ricc. *Collect.* 302. Muta *ſuper Cap. Regni Sicil. lib.* 3. *cap.*10.*num.*25. Cancer.*Var.Reſol.lib.*2. *cap.* 2. *à num.* 137. *uſque ad* 141. Mareſcott. *Var. Reſol.lib.* 1. *Reſol.*54.*num.*3.
204 *&* 4. & eo fortiùs, quando juriſdictio in privilegiis conceſſa fuit, ut dicto Tribunali R.C.S. ex enunciatis à Doctoribus , privativè præſtita dicitur, & non cumulativè, DD. ſupra laudati,
205 ob quod in ſubditos dicti Tribunalis, & Officiales,cætera Tribunalia juriſdictionem non habent,uti ab eis abdicatã,iuxta deciſa per Præſ.de Franch.*in d. Deciſ.*722. *Doctoreſq; proximè allegatos;*
206 ſecus verò,ſi fuerit cõceſſa ſimpliciter: quia pro cumulativa habetur, Lanar. *Conſ.*66.Præſ.de Franch. *Deciſ.*147. *nu.* 5.Maſull.*ad Capyc.ubi ſupra*,Danza *in d.Deciſ.*30.Grammat. *num.*6. *&* 9. Ma-
207 reſcott.*loc.cit.* ergo privativè, & non cumulativè videtur conceſſa juriſdictio dicto Tribunali R.C.S. tanquam Iudici ſpecialiter deputato in univerſis cauſis fiſcalibus,civilibus, & criminalibus,ejus miniſtrorum , ſubditorumque, Præſid. Ganaver. *Deciſ.*56. *num.*9. Reg. de Philipp. *dicta Diſſert. Fiſc.* 20. *à num.* 35.
208 ut sũt Præſidẽtes,Rationales,Perceptores, Theſaurarii,Magiſtri Portulani,Dohanerii, Credenzerii, Magiſtri Actorum, Scribæ,& alii, adnumerati per Reg. Ga-
209 leot. *d.Reſponſ.*2. *nu.*100. ac uti dicta juriſdictio conceſſa in erectione ipſius Tribunalis adnexa , ſicuti in feudi conceſſione,quæ privativè,& non cumulativè conceſſa in Baronis beneficium dicitur, Carleval. *de Iudic.lib.*1.*tit.*1.*diſput.* 2. *quæſt.* 7.*ſect.*1.*num.* 794. *&* *quæſt.* 8. *ſect.*2.*num.*1100.
210 Quæ privilegia juriſdictionis Tribunali R.C.S. conceſſa, licèt per DD. modernos non adducantur,ſed de illis tantùm fiat mentio ex adnotationibus, à multis antiquis Regnicolis factis, Afflict. *in Conſtit. Caſtellanorum,num.*1. ubi hæc verba notat: *Non ſunt ergo privilegiati Caſtellani, ſicut Præſidentes, & Regiæ Cameræ Rationales, qui ſive agant, ſive accuſent, ſive conveniantur , ſive accuſentur , non habent alium Iudicem , niſi Regiam Cameram, & etiam eorum familia,ut ex eorum antiquis privilegiis patet,* ita quoq; per Reg. Revert.*in d.Deciſ.*7. declaratur privilegium prædictum Officialibus de jure communi competere in cauſis paſſivis tantùm , & non in activis, ac etiam in cauſis civilibus,prout loquitur *tex.in d.l.nullum:* quia in criminalibus non procedit , ſed tantummodo coram Præſide aſſiſtit *d.l.cùm quidem*;enim verò *in num.*5. notat, attentis his privilegiis,dicto Tribunali conceſſis, ejus juriſdictio ampliata videtur,ex privilegiorum jure, in civili, & criminali, mero, mixtoq; imperio, & in cauſis activis, & paſſivis, Reg. Rovit. *Deciſ.* 74. *num.* 7. Reg.de Philipp. per quem multoties ita fuiſſe determinatũ refertur *in d. Diſſert. Fiſc.*20.*à num.* 48. *uſque ad* 59. quibus cumulatur *Cap.*54.hujus Civitatis Nea-
211 polis Segoviæ expeditum anno 1505. & *Cap.*11. expeditum in hac Civitate anno 1507. per Regem Ferdinandum Secundum ad Civitatis requiſitionem, in quo Rex reſponſum dedit: *Placet Regiæ Majeſtati, quod Officiales actu ſervientes non trahantur extra Tribunalia, in quibus ſerviũt*, vigore quorũ Capitulorũ,ſeu gratiarũ, Tribunaliũ Officiales ab illis, in quibus inſerviunt, extrahi nõ

Digitized by Google

possunt, tam si actores, quàm si rei sint; itaque trahunt, & non trahuntur: quia dum Rex mandat, quod trahi non possint, de actoribus intelligendum est, qui de jure reorum forum sequi debent, nulla
212 habita ratione de adductis per Cafarum *Spec. Peregr. Quæst.* 22. in qua firmat, remissionem locum non habere, nisi in causis, in quibus officiales tanquam rei sint conveniëdi, ex vulgata regula, quod actores reorum forum sequi debent, uti Iudicem competentem dictum Tribunal Regiæ Cameræ causarum officialium, subditorumq; passivarum, & non aliter, & Reg. Cons. Rocc. *in dicta rubric.* 5. §. 2. *à num.* 43. ex quo eorum di-
213 cta, nedum sunt de directo contraria dispositioni *d. l. nullum*, ex ponderatis sup. *à num.* 198. *& seqq.* sed dicto Capitulo Regis Ferdinandi, & decisionibus Collateralis Consilii, & S. R. C. tangentibus, tam in causis civilibus, quàm de maleficiis, etiam extra officium commissis, quæ referuntur à Reg. Rovit. *d. Decis.* 74. Reg. Reverter. *Decis.* 7. Reg. Consiliar. Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 9. *nu.* 711. *in fine*, ipso interveniente, Reg. Sanfelic. *Decis.* 291. *& in Prax. in noviss. impress. sect.* 17. *nu.* 5. *vers. Et quamvis*, Reg. Salernitan. *Decis.* 27. Pisanell. *ad Afflict. Decis.* 56. Reg. Capyc. Latro *Decis.* 198. *lib.* 2. Reg. de Marin. *Alleg.* 100. *&* 136. *lib.* 3. *Var. Resol.* Reg. Galeota *d. Resp.* 2. Reg. de Philipp. *loc. cit. num.* 34. *& à num.* 48. *usque ad* 59. ita quod ex decisionibus, & auctoritatibus prædictis, indubitatus hic articulus redditur, cognitionis suorum officialium, & subditorum in dicto R. C. S. tribunali, tam de civilibus, activis, & passivis cau-
214 sis, quàm de criminalibus, etiãsi extra officia deliquissent, quanvis per multas Regias Pragmaticas statuatur, mãdeturq; in Regia Camera tales causas, nempe criminales tractandas haud esse, sed ad M. C. V. remittendas, & signanter *Pragmat.* 61. §. 20. *de Offic. Proc. Cæsaris*, ibi: *E nella sopradetta G. C. della Vicaria hora si debbano rimettere, & s'intendano similmẽte da hora rimesse tutte le cause criminali, che saranno di delitti cõmessi, o che si commetteranno per Teserieri, Percettori, Maestri Portolani, Capitanii di Grassa, Doganieri, e per tutti gli altri officiali, che hanno trattato, e trattano amministratione, ò conservatione di cose toccanti al Regio Patrimonio, purche sieno delitti di cose estra l'amministratione*, per quas sanctiones nullimodè derogatum est, nec aliquod inductum præjudicium dispositioni supradictorum Regiæ Cameræ privilegiorum á Retro-Regibus cõcessorum, juxta attestationes Afflict. Revert. & de Philipp. *in laudatis loc.* & roborantur ex illa antiquissima possessione, & consuetudine, in qua reperitur Tribunal prædictum R. C. S. in cognitione causarum ejus subditorum, etiam in delictis commissis extra officium, tam ante, quàm post Regiarum Pragmaticarum editionem, ob tot decisiones remissionum dictarum causarum, Regii Collat. Consilii, S. R. C. & M. C. V. recollectas per supra allegatos DD. & inter alias anno 1532. die 5. Iunii, tempore quo Regnum erat sub gubernio Cardinalis Columnæ, per quem fuit ordinatum, remittendum esse quendam familiarem R. C. S. sub his verbis: *Et da quà avanti, gli huomini, che sono della giurisdittione della Regia Camera, tanto nelle cause civili, come criminali, li debbiate rimettere*, ut apud Reg. Sanfelic. *Decis.* 291. *num.* 13. *in fine*, de Marin. *d. Alleg.* 100. *nu.* 9. Reg. de Philippis *loc. alleg. num.* 52. quanvis per supradictas Regias Pragmaticas, emanatas ab Excellentissimis Proregibus D. Petro Toledo, & Duce Ossunensium, aliter disponatur, Reg. Galeota *d. Respons.* 2. *nu.* 115. *&* 118. *& seqq.* nunquam intelli-
215 guntur privilegia derogata dicto Tribunali concessa, immo ex ipsa antiqua, & inveterata possessione probatur jurisdictio concessa dicto Tribunali, quod sit
216 privativè, & nõ cumulativè, juxta omnium communem DD. sententiam, atq; adesse justũ, & legitimũ titulum, illumq; esse juxta possessa, *l.* 1. §. *fin. ff. de aqua pluvia arcenda*, ibi: *Si tamen agri lex non inveniatur, vetustatem vicem legis tenere*, & *l. hoc iure*, §. *ductus*, ibi: *Ductus aquæ, cujus origo memoriam excesserit, jure constituti, loco habetur, ff. de aqua quotid. & æstiva*, Reg. de Ponte *Cons.* 30. *num.* 5. *&* 95. *nu.* 2. Reg. Reverter. *Decis.* 495. Alex. Trentacinq. *Var. Resol. lib.* 1.

de

Digitized by Google

de Seruitut. Reſol. 1. *nu.* 22. Reg. Galeot. *Contr. Iur. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 43. *&* 44. *&* *Cap.* 20. *num.* 42. *& ſeqq. lib.* 2. Reg. Marcian. *Diſput. For.* 25. *à nu.* 10. *lib.* 1. Epiſc. de Affli&. *Contr. Iur. in addit. ad cap.* 46. *&* 47. *num.* 84. *cum multis ſeqq.* Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de eo, quod met. cauſ. defin.* 1. *num.* 6. Theſaur. *Queſt. For. lib.* 2. *Queſt.* 27. *num.* 15. de Leon. *Dec. Valen.* 83. *num.* 14. etianſi eſſent de regalibus,

217 ex vulgato axiomate: idē operatur Regia largitio, ac immemorabilis poſſeſſio, *Cap. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verbor. ſignif.* ibi: *Præterea cùm pedagia, guidagia, ſalinaria, tibi legatus interdixerit memoratus, auctoritate Apoſtolica duximus declarandum, illa eſſe pedagia, ſalinaria, guidagia, interdicta, quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel aliter Concilii largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine á tempore, cujus non extat memoria introducta*, Reg. de Marin. *Alleg.* 149. *num.* 28. Gabellin. *Milleloq. Iur. Milleloq.* 591. ideo concluden-

218 dum eſt, Tribunal R.C. eſſe Iudicem competentem cauſarum, tam civilium, quàm criminalium, atq; mixtarum, ſuorū Miniſtrorum, Officialium, & ſubditorum, ac ipſi trahunt, & non trahuntur, Reg. Conſil. Prat. *Reſp. Fiſcal.* 47. *num.* 15.

219 Prout Neapolitani, & habitantes in hac Civitate, ex vulgatis, & notiſſimis privilegiis, quorum vigore, non ſolùm trahunt, ſed trahi haud poſſunt, ad alia Tribunalia, præter exiſtentia in Caſtro Capuano, nempe S.R.C. R.C.S. & M.C.V. per tot Retro-Reges conceſſis, exiſtentibus in volumine Capitulorum, & hujus Civitatis Privilegiorum, vt per Regem Ferdinādū Primum anno 1459. fol. 10. in Cap. ejuſdemmet Regis, anno 1462. fol. 13. in privilegio anni 1466. fol. 14. in Cap. Gratiarum conceſſarum ab eodem Rege Vniverſitati hujus Civitatis, anno 1476. Cap. 1. fol. 16. Cap. 53. Regis Catholici expedito in Regno Segoviæ, anno 1505. fol. 45. *Reg. Pragm.* 2. *De Immun. Neapolitanorum*, & Rit. M. C. V. *Reginæ Ioannæ Secundæ* 301. quæ in viridi obſervantia ſunt, & nō ſemel per S. R. C. juxta eorū diſpoſitionē judicatū eſt, Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *queſt.* 6. *ſect.* 8. *nu.* 852. Anna-

Sing. 401. Reg. Tapia *lib.* 3. *Iur. Regni rubr.* 6. *ad Pragm.* 1. *ubi de delicto quis conveniri debeat*, Præſ. de Franch. *Deciſ.* 416. *num.* 1. Reg. Conſ. Prat. *Diſcept. Forenſ. cap.* 17. *num.* 4. *lib.* 3. Reg. Rovit. *ad Pragm.* 1. *num.* 11. *de Immun. Neapolitanorum*, Reg. de Marin. *ad Reverter. Deciſ.* 216. *num.* 3. *in medio*, Reg. Conſ. Rocc. *Reſp. Deciſ.* 79. *num.* 10. *lib.* 2. Reg. Conſil. Petra *ad Rit. M.C.V.* 228. *num.* 8. Novar. *ad d. Pragm.* 2. *num.* 2. Caravit. *ad cit. Rit.* 301. Gallupp. *in prax. S.C. par.* 2. *cap.* 6.

220 *num.* 61. Scial. *De Foro Compet. cap.* 18. vigore quorum privilegiorum, Rit. & Pragmat. ſublata, ſive abdicata eſt juriſdictio in cives, & habitantes in hac Fideliſſima Civitate, ab omnibus Iudicibus, etiam ſub eodem Rege noſtro Hiſpano Invictiſſimo exiſtentibus, tam Regijs, quàm Baronalibus, per illa verba: *Non poſſint vocari, & ad judicium trahi*, ita ut cognitio cauſarum activarum, paſſivarumque, civilium, ac criminalium, civium, & habitantium hujus Civitatis, reſervata ſolùm Iudicibus dictorū Tri-

221 bunalium Neap. ideoque, ſive velint, ſive nolint, non poſſunt juriſdictionem eorum, in alios prorogare Iudices: quia ly *poſſint* junctum cum antecedenti dictione illa negativa *non*, ſcilicet *non poſſint vocari*, &c. inducit præciſam neceſ-

222 ſitatem, & privat omni potentia, Gloſ. *in cap.* 1. *de Regul. Iur. in* 6. *in verb. Non poteſt*, *l.* 7. *ff. de re judic.* per conſequens omnes alii Iudices ſunt penitus incompetentes, etiam ipſis civibus conſenſientibus, expreſsè, vel tacitè juriſdictionem prorogantibus, Caravit. *in d. Rit.* 301. *num.* 7. Reg. Conſil. Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 8. *nu.* 680. Novar. *de Elect. & Variat. For. lib.* 1. *ſect.* 4. *quæſt.* 62. *nu.* 3. 4. Reg. Conſil. Paſchal. *de Patria Poteſt. par.* 3. *cap.* 3. *nu.* 28. Reg. Conſil. Rocc. *Reſp. Deciſ.* 79. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. Reg. Conſil. Prat. *Diſcept. Forenſ. d. cap.* 17. *nu.* 4. *lib.* 3. Reg. Rovit. *ad Pragmat.* 5. *num.* 3. *ubi de delict. quis conveniri deb.* Reg. Sanfelic. *Deciſ.* 400. Vrſill. *ad Affict. Deciſ.* 41. *num.* 9. Petra *ad Capyc. Deciſ.* 9. *nu.* 2. *& ſeqq.* & ad *Gram. Deciſ.* 21. *num.* 9. Thor. *Compend. Deciſ. lib.* 1. *verb. Privileg. Civibus Neap. fol. mi-*

223 *bi* 417. quia eſt indultū Vniverſitati, &

in

in ipsius favorem, non singulorum, & ideo redditur irrenunciabile, ex *tex. in cap. si diligenti, §. manifestè patet, cap. cũ sit generale, & cap. significasti, de foro compet.* Bart. *in l. privilegio, Cod. de decurion. lib.* 10. Frãciscus Marcus *Decis. Delphin.* 713. *num.* 28. *lib.* 2. ubi decisum refert, non esse permissum Præsidi, aliisque Officialibus suo foro renũciare, sub quovis prætextu, & ratione: quia jurisdictio competit singulis ut universis, non autẽ ut singulis, Reg. Consil. Paschal. & alii *DD. ubi sup.* inde est, quod non habet locum *tex. in l. fin. Cod. de jurisd. omnium Judicum*, Reg. Consil. Carleval. *loc. not. num.* 675. 676. ex Capibl. Cocchier. & aliis; & cùm per ipsos cives Neapolitanos non possit suum forum renunciari, sequitur, neque prorogari: quia quod
224 non est renunciabile, non est prorogabile; & regula, quod unusquisque possit suum forum renunciare, habet locum in Iudice ordinario, non autem in limitato per privilegium, Reg. Consil. Carleval. *loc. cit. num.* 676. *& quæst.* 8. *sect.* 2. *num.* 1061. *& sequentibus.*

225 Itaut Neapolitani non possint alibi conveniri, etsi habitent extra hanc Civitatem ratione domicilii, rei sitæ, contractus, vel delicti, dum sunt clara verba citati Rit. ac *Prag.* 2. *de Immunit. Neap.* ac DD. *sup. alleg.* & hoc etiam in Oriun-
226 dis, nil obstante, si eorum domicilium transtulerint extra Civitatem, ex Capitulo emanato per D. Petrum de Toleto in parlamento generali anni 1541. existente in libro Privilegiorum hujus Civitatis, quod incipit: *In primis, perche l'Oriundi, fol. mihi* 143. quod est in viridi observantia, Novar. *de Elect. & Var. For. sect.* 4. *quæst.* 63. *num.* 16. 17. juxta quã per S.C. decisum refert anno 1620. die 13. Iulii *in Commen. ad Prag.* 1. *de Imm. Neap. n.* 4. & apud de Mari *ad Grãmat. Decis.* 87. *num.* 3. Reg. de Marinis *ad Reg. Reverter. Decis.* 297. Reg. Consiliar. Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 8. *num.* 658. sicuti, cùm per Curiam Baronalem Casalis Langusiorũ pertinentiarum Sancti Severini, fuisset citata Ioãna de Lando super tenore publici instrumenti, ad instantiam Thomæ de Franco, per quam fuit in M.C. instatum tanquam oriundã neapolitanã ex privilegio expedito per R.C.S. non esse conveniendam in aliis Tribunalibus, & coram alio Iudice, nisi in ipsa M.C. ideo mandari Curiæ prædictæ, ut in causa nõ procederet, & acta transmitteret, ut fuit ordinatum; quibus trãsmissis in M.C.V. strenuè instabat creditor omnino rescribi d. Curiç, ut in causa procederet, tã ratione domicilii, quia dicta Ioanna in dicto Casali habitabat, quàm ratione contractus, & obligationis, cum clausula, quod possit conveniri in omni Curia, loco, & foro; & tandem ex quo tractabatur de causa liquidationis instrumenti, & dicta Ioanna non habitabat in hac Civitate; Quibus non obstantibus per M. C. referente D. Ioanne de Salamanca in Aula Regii Consiliarii D. Stephani Padilla, tunc Iudicis, & Aulç Decani, me patrocinante pro dicta Ioanna, die 12. Ianuarii 1666. fuit dictum, *quod exhibito privilegio providebitur*: quoniam illud erat enunciatum in comparitione, & decreto inhibitionis, sed tempore expeditionis causæ non repericbatur in actis, vt in Banca Castaldi, apud Palumbum Scribam. Ex qua determinatione manifestè patet, Magnam Curiam habuisse pro vero, Oriundos, etiam alibi habitantes, tali privilegio gauderc.

227 Quæ tñ nõ videntur militare in nominatione, ac præsentatione Capellanorũ, qui per Nobiles Plateas, & illam de Populo præsentantur in Capella Thesauri Divi Ianuarii hujus Civitatis, ex quo nedum præsentandus debet esse ortus in hac Civitate, verùm etiam ad minus ejus pater, prout fuit discussum annis retro elapsis in præsentatione Capellaniæ, ob mortem Reverendi D. Dionisii Lazari præsentati per Plateam de Populo, juxta ea, quæ scripsit M. P. ut ex sequentibus colligitur, & fuisse observatum apparet.

VEnerabilem Thesauri Divi Ianuarii Capellam hujus Fidelissimç Civitatis Neapolitanæ (prout ex fundationis instrumento, prævio assensu Pontificio in anno 1603. corroborato) de jure patronatus esse, exploratum est; ibique duodecim assistere debent Capellani, quorũ electio, seu præsentatio ptinet ad nostrã Fi-

Digitized by Google

Fideliſſimam Civitatem, quæ conſtat ex ſex Plateis, quinque Nobilium, & alia Populi, & ad vnamquanque Plateam duos Capellanos nominare, ac præſentare ſpectat; Quapropter cùm novus eligendus, ac præſentandus foret Capellanus,ob mortẽ menſe Maij 1677. ſequutam vnius ex duobus Capellanis,à Fideliſſimi Populi Platea electis,congregataq; Fideliſſimi Populi Platea,in Divi Auguſtini regimine, loco ſolito; Quæ Platea (ut omnibus apertè patet) á decem Conſultoribus, ac vigintinovem Capitaneis, vulgariter nominatis *Capitani d' Ottina*,repræsẽtatur,& unuſquiſque ex iſtis triginta novem de d.Platea Populi facultatem quemlibet nominandi habet, & unuſquiſque nominatus, prævia buſſula, eligendus eſt,pluraque habens ſuffragia,electus,ac á præfata Fideliſſima Platea præſentatus cenſetur.

Quamobrem cùm quidam de dicta Platea nominaſſet Reverendum D.F.M. qui ſe buſſulandum eſſe hilari animo, ac tutè exiſtimabat; nonnulli autem de dicta Platea,dictum Reverẽdum D.F.M. non ſolùm haud poſſe buſſulari, ſed neque nominari,rationabiliter contradixerunt, dum tam ex fundationis inſtrumẽto, quàm ex Bulla Pontificia,fuit ſancitum, Capellanos præſentandos, ac eligendos in hac Fideliſſima Civitate natos eſſe debere,& ex patre,& matre,aut ſaltem patre neapolitano. Vnde, etſi dictus Reverẽdus D.F.M. in hac Fideliſſima Civitate eſſet ortus, quia ejus pater in Civitate M. erat natus, & ſic Regnicola, hac ex ratione igitur, tam à prædicta Bulla, quàm á dicti juris patronatus fundatione,inhabilis ad poſſe buſſulari habitus fuit.

Contradictionem, evidenti, ac inevitabili rationi (prout ex ſequẽtibus Bullæ Summi Pontificis verbis) innixam fuiſſe patet.

Verba Bullæ ſunt v3.

ITa quòd præſentatio perſonæ idoneæ ad dictas duodecim Capellanias, modo infraſcripto fieri debeat,videlicet ad ſingulas ſupradictas Plateas quinq; Nobilium Sedilium, & Populi dictæ Civitatis ſpectet præſentatio perſonæ idoneæ ad duas ex dictis duodecim Capellaniis commixtim, & ſingulæ Platea ſine interventu aliarum,quemlibet, videlicet ad duas, ut ſupra,præſentare poſſit,& qui majorem partem ſuffragiorum ſingularum plateārum hujuſmodi ad binas Capellanias,illarum ſingulos tangentes,conſequutus fuerit,ille nomine uniuscujuſque ex eiſdem plateis præſentatus cenſeatur: ita tamen, ut pro tempore occurrente vacatione cujuslibet ex dictis duodecim Capellaniis, tam hac prima vice, quàm deinceps perpetuis futuris temporibus, quotieſcunque illas pro tempore vacare contingerit, nonniſi Equites, vel Nobiles dictarum quinque platearum,vel Neapolitani verè realiter,& non fictè,vel ex privilegio aliquo, ſed ex patre,& matre de legitimo matrimonio procreati originarii, ſeu ſaltem patre originario oriundi, aut originariorum filii,& verè,& non ex privilegio,præſentari debeant, & teneantur.

Et quanvis pro parte dicti Reverẽdi D. F. M. dicebatur, eum ad dictam electionem concurrere,ac buſſulari poſſe: dum ex illis verbis in Bulla contentis *Neapolitani verè realiter, & non fictè, vel ex privilegio aliquo, ſed ex patre, & matre de legitimo matrimonio procreati originarii, ſeu ſaltem patre originario oriundi, aut originariorum filii*, videtur eſſe comprehenſus, non ſolùm ille, qui in hac Civitate, ſed etiam ille, qui in Regno ortus eſt,dum tamen ſit filius orti in Civitate.

Hoc fundabat aſſumptum,ita loquẽdo, verba illa in Bulla *Neapolitani verè realiter, & non fictè,vel ex privilegio aliquo*, ſonant in vulgari ſermone: *i Napolitani veri, cioè quelli,che naſcono in Napoli*, & non illi, qui ſunt Neapolitani, vel per allectionem, vel declarati Neapolitani ex privilegio, ut ſunt qui habitant Neapoli cum familia, animo ſemper permanendi, & tranſacto decennio á Reg.Camera privilegium obtinent;ſed ſic eſt,quod dictus Reverendus D. F. M. eſt ortus Neapoli, & non eſt Neapolitanus per allectionem, vel ex privilegio, ergo concurrere, & buſſulari poteſt.

Reſpe-

Respectu verò, quod potest etiam cõcurrere, qui ortus est in Regno, dum tamen sit filius orti Neapoli, ita loquitur Bulla: *Seu saltem patre originario oriundi.*

228 Putat hoc probare, sic arguendo: si de jure oriundus dicitur ille, qui extra Civitatem ortus est, sed est filius orti, seu nati in Civitate, ex Rovito *lib. 1. conf. 83. num. 2. juxta tex. in l. pronunciatio, ff. de*
229 *verbor. signif.* & dum etiam de jure originarius dicitur ille, qui in Civitate natus est, & dicitur Civis originarius, quæ civilitas habet originem á sua nativitate, prout dixit Reg. Consil. Dexart. *Decis. 62.* & ante eum Reg. Consil. Carleval. *in tract. de Iudiciis tom. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 2.* vel prout dixit Iurisconsultus *in l. 1. Cod. de postlim. reversi.* ibi: *Si parentes captivi genuerint in captivitate filium, & is apud hostes natus fuerit, erit Civis, & originarius loci nativitatis*, ergo originarius illius Civitatis est, ubi oritur, unde subdit Bulla: *seu saltem patre originario oriundi.*

Pro parte verò rationabiliter contradicentium, dictum Reverendum D. F. M. nullo modo nominari, ac bussulari posse dicebatur: dum ex prædictæ Bullæ verbis, evidenter patet, nominandum, & bussulandum esse non solùm Neapolitanum, idest in hac Fidelissima Civitate natum, verùm etiam requiri, ejus patrẽ, & matrem esse similiter natos in hac Fidelissima Civitate, seu saltem ejus patrem; verba enim Bullæ sunt: *Neapolitani verè, realiter, & non fictè, vel ex privilegio aliquo, sed ex patre, & matre de legitimo matrimonio procreati originarii, seu saltem patre originario oriundi, aut originariorum filii, & verè, & non ex pri-*
230 *vilegio præsentari debeant, & teneantur*; & quanuis de jure, verba sint intelligenda non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis, *ad tex. in*
231 *cap. intelligentia de verbor. signif.* vel prout dixit Summus Pontifex *in cap. præterea, eod. tit.* quod sensum, & non verba considerare debemus, & dum etiam de
232 jure unusquisque habet duas origines, & propriam, & paternam, Montanus *Controv. 68. num. 2.* & secundum termi-
233 nos legales non vocatur originarius, qui ortus est Neapoli, sed vocatur municeps, *ad tex. in l. 1. in principio, ff. ad municipalem*, ibi: *municipem nativitas facit*, & etiam secundum Glos. *in l. muni-*
234 *ceps, ff. de verbor. signif.* originarius verò est ille, qui ortus est Neapoli, & quod sit filius orti, etiam Neapoli, habetur, ex *tex. in §. qui ex duobus in dicta l. 1.* cujus verba sunt: *Qui ex duobus igitur campanis parentibus natus est, campanus est, sed etsi ex patre Campano, matre Puteolana què municeps campanus est*; & magis clarè deducitur, ex *tex. in l. assumptio, §. 1. ff. eodem tit.* ibi: *filius Civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, sequitur*; igitur, quotiescunque fit mentio de Neapolitanis originariis, debet intelligi de Neapolitanis veris, Neapolitanorum filiis copulativè, & hoc tam
235 verum est, quod in recto sensu, originarius dicitur ab origine patris, & non sua, ut explicat Glos. Accursii *in rub. in l. 1. Cod. de municipalibus, & originariis, lib. 10. vers. Municeps*, & etiam deducitur à *textu in l. filios, eodem tit.* ibi: *filios apud originem patris.*

236 Igitur, si Bulla Pontificia voluisset comprehendere illos, qui orti sunt Neapoli, licèt nõ sint nati ex patre orto Neapoli, sufficeret dicere: *Neapolitani verè, & realiter*, dum prout dixit Bart. *in l. 1. Cod. de municip. & originariis*, idem est dicere *Florentinus*, ac *natus Florentiæ*, ergo idem est dicere *Neapolitanus*, ac *natus Neapoli*; itaque verba subsequentia *procreati originarii*, exprimunt natos de origine paterna. Repetamus iterum, quæso, Bullæ verba, eaque attentiùs explicemus: *Neapolitani verè, realiter, & non fictè, vel ex privilegio aliquo, sed ex patre, & matre de legitimo matrimonio procreati originarii præsentari debeant, & teneantur*, idest *præsentari debeant, & teneantur Neapolitani verè, realiter, & non fictè, vel ex privilegio aliquo, sed originarii ex patre, & matre, & procreati de legitimo matrimonio*; vnde clarè patet, Bullam non solùm de origine præsentandi, sed etiam de origine sui patris sentiisse, & adjectiva illa *Procreati, originarii*, quæ tangunt Neapolitanos, separatim accipiuntur, & suo substantivo junguntur; vnde perneceſsè,

ita

Digitized by Google

ita debet dici: *Neapolitani originarii ex patre, & matre, & procreati ex legitimo matrimonio*; Nec dici poterit, quia Neapolitani procreati ex patre, & matre, non ambigitur, quod nemo ſe generat, ſed pater generat, & ſecũdùm Ambroſium Calepinum, procreare ſignificat generare, unde perneceſſe ita explicari debet: *Neapolitani originarii ex patre, & matre, & procreati de legitimo matrimonio.*

Senſus iſte corroboratur ex verbis ſequentibus, *ſeu ſaltem patre originario oriundi, aut originariorum filii*; Et ſi
237 oriundus aliquando dicatur, qui in Civitate non eſt ortus, ſed in caſalibus, ſeu vico, vel oppido, Pratus *tom.1. Diſcept.Forenſ. cap.16. num.65.* adducens *textum in §. ſi quis igitur, il 2. Auth. quibus modis naturales efficiãtur ſui*, & Gloſ. *in cap.1. de uſuris in 6. in verb. alienigenus*, dicit, quod oriundus dicitur is, qui ibi, vel illius in Civitatis vico ortus eſt, & ſecundùm dicta per Gizzarellum *Deciſ.71.nu.3. in fine*, quod illud verbum *in vico*, vel *oppido* idem ſonat, quod in caſali; vnde etiam illi, qui in caſalibus nati ſunt, dum tamen ſint nati ex patre orto in Civitate in d.Capellania poſſent concurrere; ſed verus iſtorum verborum ſenſus, *ſeu ſaltem patre originario oriundi, aut originariorum filii*, ſignificat: *vel*
238 *ſaltem nati à patre originario*; & ratio eſt, quia de Curiæ Romanæ ſtylo, pro orto, oriundus accipitur, ita Garſias *de Beneficiis par.7.cap.9.num.25.* Mendoſſa *ad Regul. Cancell. regul.16. quæſt.40.* & Iaſon. *in l. huiuſmodi, §. legatum num.18. de legatis 1.* dicit, quod oriundus à nativitate, tam propria, quàm paterna dicatur.

239 Sed ad verbum illud, *oriundus*, iterum redeamus: omnes enim ſciunt, quod pro vero verborum intellectu, Calepinum Doctores conſulere ſolent, Epiſcopus de Afflict. *Controv.Forenſ.38.nu.24.* & de Franch. *Deciſ.662. in fine* dixit, Calepinum pro verborum ſenſu allegandũ eſſe; legatur igitur Ambroſius Calepi-
240 nus in verbo, *oriundus*, dicens oriundus nomen eſſe adjectivum, ac ſignificare, qui ex aliquo originem loco ducit; exemplum dat nati Cartagine, ſed à Syracuſis oriundi. Aliquando verò oriundus pro orto accipitur, ideſt nato; & dat exemplum ab ingenuis oriundis, ſi liberis parentibus oriundus eſt; aliquando non ſolùm locum, ſed & perſonam denotat, datq; exemplum, oriundus à Magno Alexandro; quotieſcunque ergo dicitur oriundus à parentibus liberis, vel à Fulano oriũdus, illud verbum (oriũdus) pro orto, ſeu nato accipitur.

241 In propriis loquitur terminis Reg. Valenzuola *tom.2. conſ.120.* de Clerico originario alicujus oppidi, præferendo in Capellaniæ præſentatione illius ab oppidi incolis, ubi concludit, quod Ioannes Garſia ortus, & originarius, reſpectu ſuorum aſcendentium Villæ de Ves, D. Didaco Martinez, nec naturalitatem, nec originem à dicta Villa habẽti, præferri debeat; itaque ex iſtis *originarium* reſpectu aſcendentium intelligi clarè colligitur.

242 Denique illa notanda ſunt verba, *ſeu ſaltem patre originario oriundi*, ly *ſeu ſaltem*, dicit Ambroſius Calepinus, orationis præcedentis diminutivum eſſe, cùm Bulla Pontificia, etiam eos, qui ſaltem ſunt orti ex patre orto Neapoli, habiliter, quia priùs ortos Neapoli, & quod etiam ſint filii ex patre, & matre Neapoli ortis, diſpoſuit, ac vocavit.

243 Et quod dicta præſentatio debeat fieri prævia buſſula, non ſolùm, quia ita ſemper fuit obſervatum, & in beneficiũ præſentatione ultimus debet attendi actus, *ad tex. in cap. cùm de beneficio, de prebendis in 6.* ſed etiã, quia ita à Bulla ſta-
244 tutũ eſt; illa quę sò cõſideremus verba, *& qui majorem partem ſuffragiorum ſingularum Platearum hujuſmodi ad binas Capellanias illorum ſingulos tangentes conſequutus fuerit; ille nomine uniuſcujuſq; ex eiſdem Plateis præſentatus cenſeatur*, à quibus verbis, non ſolùm virtualiter, ſed expreſsè eſt ſancitum, dictã præſentationem prævia buſſula fieri, igitur illa verba, *& qui majorem partem ſuffragiorũ*, intelliguntur previa buſſula, dum in dicta Platea ſuffragia prævia buſſula dantur, prout in cæteris Plateis,
245 itaut quotieſcunque turbato iſto ordine, dicta præſentatio fieret, talis præſentatio eſſet nulla, quia fundationis

Digitized by Google

forma attendenda eſt, *cap. verum de conditionibus appoſitis*, Riccius *in praxi par. 1. reſol.* 157. & *in reſol.* 168. dicit, quod præſentatio, & inſtitutio contra fundationis formam nulla eſt; & ex Concilio Tridẽtino *cap.* 5. *ſeſſ.* 25. *de reformatione* habetur, compatronos non poſſe innovare, mutare, & alterare formam, conditiones, qualitateſque, in fundatione poſitas, aliàs præſentatio eſt nulla.

Ad aliud refugium dictus Reverẽdus D.F.M. convolavit, dicens aliter fuiſſe obſervatum, nempe pro præterito fuiſſe quendam Reverendum, licèt Neapoli ortum, tamen non ex patre Neapoli or-
246 to, nominatum, & præſentatum, ac per conſequens, quod obſervantia ſit interpretatio declaratoria, ex Menoch. *Conſ.* 390. *lib.* 4. *num.* 18. *verſ. Ad rem pertinet*,
247 exclamabat, ſeu prout dixit Signor. *Conſ.* 51. quod fuit ab immemorabili obſervatum, in naturam dicitur tranſiviſſe, & ſolemnitatem, formamq; diuturna inducit obſervantia, vel prout dixit Fulgoſ. *Conſ.* 215. *circa finem*, quod fuit ob-
248 ſervatum, ad ſtatuti dubij interpretationem attẽdi debet, aut demum, prout dixit Cæſar de Graſſis *Deciſ.* 13. *num.* 3. *de elect.* quod rei dubiæ obſervantia ad inducendam declarationem potens eſt; Vnde dictus Reverendus D. F. M. ita etiam hodie obſervandum prætendit.

Reſpondetur negando, pro præterito nominatum, ac præſentatum fuiſſe aliquem Reverendum Neapoli ortum, ſed non ex patre Neapoli orto, dum omnes Capellani præſentati, non ſolùm fuere orti Neapoli, ſed etiam filii eorum, qui Neapoli orti erant; ſed dato caſu, quod á dicta Fideliſſima Platea pro præterito aliquis Reverendus Neapolitanus, ſed non ex patre Neapoli orto fuiſſet nominatus, ac præſentatus Capellanus; non per hoc hodie, ita practicari debet: quia dari poteſt caſus, quod ita eveniſſet, ſed tale non fuiſſet oppoſitum obſtaculum,
249 & de jure non dicitur deductum, quod non fuit diſcuſſum, & non dicitur diſcuſſum, quod non fuit deciſum; immo dato
250 quod aliter fuiſſet obſervatum, tamen obſervantia erronea nocere non poteſt, ex Menochio *lib.* 2. *Conſ.* 337. *num.* 38. & quãvis obſervantia conſuetudine favorabilior ſit, dum obſervantia eſt mentis in caſu dubio contrahentis interpre-
251 tativa, tamen illa nihil operatur in claris, ita Tondutus *tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 39. *num.* 11. ad *tex. in l. continuus* 131. §. *cùm ita*, *ff. de verbor. oblig.* & Tondutus *tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 117. *num.* 3. dixit, quod obſervantia, quando de contractu agitur dubio, prodeſt; At ubi verba ſunt clara, inutilis eſt obſervantia, ſed legitima, cũ
252 bona fide, opus eſt præſcriptione; immo, quando obſervantia, ſeu conſuetudo iuri derogat tertii, prout eſt in caſu noſtro, dum derogat iuri Neapolitanorum, ideſt in Civitate natorum, & filiorum Neapolitanorum, ideſt in Civitate natorum, tunc requiritur, quod ſit præſcripta, & quod ſit obtenta, non obſtante contradictione, ita Alexander *Conſ.* 136. *lib.* 2. Riminal. *Conſ.* 10. *num.* 28.

253 Immo caſum ponamus, quod Fideliſſimi Populi Plateæ compatroni anteceſſores, præſentaviſſent aliquem, qui, ex fundationis, bullæque lege, præſentari non debebat, non per hoc ſequitur obſervantia, ut compatronis præſentibus præjudicium inferri poſſit: dum de iure, fundatoris ſucceſſor reliquis præjudicare nequit, Riccius *in Prax. Eccleſ. tom.* 1. *reſol.* 205. quia jus patronatus ſi tranſit ordine ſucceſſivo de uno, in alium, prior in gradu, ſequentibus præiudicare nequit.

254 Deniq; exclamat Reverẽdus D.F.M. dicens, Bullæ verba eſſe ambigua, & ſic poſſe pro, & contra explicari. Ad hoc etiam fuit reſponſum, dicta verba eſſe clara, clariſſimèq; loqui, quod nominandi, ac præſentandi Neapoli orti eſſe debeant, & quod etiam filii Neapolitanorum, ideſt Neapoli natorum eſſe debeãt; ſed dato, & non conceſſo, dicta verba eſſe ambigua, nihilominùs dicta verba explicare nõ eſſet noſtrum, ſed ad Summum recurrendum eſſet Pontificem: dum de jure, privilegii, vel edicti interpretatio, ad eum, qui illud conceſſit, ſpectat, quia ejus eſt interpretari, cujus eſt condere, *cap. cùm veniſſet, de judiciis*, *l. ultima*, *Cod. de legib.* & Cencius *de cenſib. quæſt.* 47. *num.* 98. *& ſequentib.* infraſcripta verba refert, quod quando agatur de interpretanda Papæ Conſtitutione,

ne, ad ipſum eſt recurrendum: cùm enim poteſtas Papæ non ſit ab homine, non poſſunt inferiores illius diſpoſitioni per contrarium uſum contravenire, abſque illius ſcientia, & requiritur expreſſus, & non tacitus conſenſus. Nec obſervantia iuvat, quando fuit contra obſervatum ab adminiſtratoribus: dum ſingulis annis mutantur, & neſciunt conſtitutionem, & ſic obſervantiam non inducunt; ergo Cencius decidit articulum, nempe quod ſi verba ſunt ambigua, ad Summum recurrēdum eſt Pontificem, & ſi aliter fuerit obſervatum, dicta obſervantia non prodeſt: quia expreſſus Summi Pontificis conſenſus requiritur, etſi obſervatum in contrarium fuerit actum ab adminiſtratoribus, qui ſingulis mutantur annis, prout in caſu noſtro, dum Conſultores, & dictæ Fideliſſimæ Plateæ Capitanei, vita durante non exercent, ſed ſæpè mutantur, vnde actum ab anteceſſoribus, ſucceſſoribus non præjudicat, & ſic præſumitur eos Bullam Pontificiā neſcire, obſervantiamq; minimè inducunt, unde, &c.

Quibus diſpunctis per S.E. ſequens reſcriptum fuit interpoſitum.

EL Marques mi Señor, me manda decir à V. S. juntamente con la Plaza del Fideliſs. Pueblo, que haviendo viſto los papeles, que ſa han pueſto en ſus manos, tocantes al nombramiento del Capellan de la Capilla del Teſoro del Glorioſo San Genaro, y la pretencion de los Deputados, ha reſuelto S. E. como a noche dio orden a V.S. ſe junte la dicha Plaza, la qual luogo ſin dilacion, ni apartarſe de ella, haga nombramiento de Capellan en la forma ſolita; no podiendoſe dudar nunca, que el Eleto del Pueblo haya da intervenir ſin diſtinçion en todo genero de Deputaçiones, y del reçiuo deſte, y ſu execucion me aviſarà V.S. para dar quenta del a S. E. guarde Dios a V.S. Palaçio 31. Iulio 1677.

D. Mattheo Roman.

Con ſeñal de S.E.

Rubrica

S. Eleto deſte Fedeliſs. Pueblo.

255 Itaque congregata Fideliſs. Populi Platea, in loco ſolito, non fuit nominatus dictus Reverendus D.F.M. uti ſupradicta requiſita non habens, & fuerunt nonnulli Reverendi Sacerdotes Neapolitani, ideſt orti Neapoli, & filii Neapolitanorum, ideſt Neapoli natorum, nominati, ac buſſulati, & inter alios fuit nominatus Rev. D. Donatus Vultorano ortus Neapoli, prout etiam ejus pater, & mater, & poſitus in buſſula habuit majorem ſuffragiorum partem, itaq; in ejus perſonam cecidit ſors, præſentatuſq; fuit die 9. Auguſti 1677. *M. P. ſcripſit.*

256 Cives verò allecti, ideſt per incolatū, domicilium, conceſſionē, ſeu privilegiū, habitātes extra Civitatē, hac Neapolitanorū immunitate, & privilegio non utuntur, in quibus habet locum *Reg. Pragm. 4. de Immun. Neap.* ex illis verbis: *Perche ſono molti, che ſi fanno Cittadini Napoletani*, ex ly, *ſi fanno*, legislator intellexit de allectis, ſive effectis civibus per allectionem, Reg. de Marin. *ad Reverter. Dec.* 297. Reg. Moles *Dec. R.C.* §. 8. *queſt.* 1. *à num.* 19. *uſq; ad fin.* Reg. Rovit. *ad d. Prag.* 4. Carleval. *loc. cit. nu.* 659. Novar. *ad Prag.* 1. *de Immun. Neap. nu.* 5. *& De Elect. & Var. Fori lib.* 1. *ſect.* 4. *quaſt.* 63. *num.* 17.

257 Eodem tamen fori privilegio fruuntur omnes illi Curiales alicujus Tribunalis, & qui in aliqua Curia, ſive Tribunali inſerviunt, & ratione officii ſunt obligati Curiam ſequi perſonaliter, & cum operibus, ſive ſint ad gagia, ſive non; ab illo Tribunali, ubi inſerviunt, trahi non poſſunt, immo ad illud trahunt,
258 tam pro cauſis civilibus, quàm criminalibus, etiam non dependentibus ab adminiſtratione, vel intuitu officii, tam ex diſpoſitione juris communis, prout ex *tex. in l.* 1. *Cod. de decurio. lib.* 10. *l. ne ad diverſa, Cod. de ſilentiar. lib.* 12. *l.* 2 *C. de decan. eod. lib. l.* 1. *Cod. De Curial. Vrbis Romæ lib.* 11. ubi Glof. *in verb. pulſandum, & verbo Iudicem*, quàm hujus Regni *ex Conſtit. Statuimus, & Rit. M.C.V.* 232. & 233. ne litium ratione à ſuorum
259 officiorū munere, & debito miniſterio, cui addicti ſunt, avocentur, aut extrahātur, Reg. Conſ. Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quaſt.* 6. *ſect.* 7. *n.* 589. Reg.

Digitized by Google

Conſ. Staiban. *Obſer. ad Reſol. 92. nu. 72. lib. 1.* Reg. de Marin. *Alleg. 100.* Parthenii Petagna Advocati Real. Patrim. *num. 15.* Præſ. Merlin. *cap. 64. lib. 2.* Reg. de Ponte *Deciſ. 36. num. 4. 5. & 6.* Reg. Sanfelic. *Deciſ. 291. nu. 4.* quæ eſt eademmet cauſa, in qua ſcripſit dictus Parthenius Reg. Conſ. Petra *in Comm. ad d. Rit. M. C. V. 232. num. 2.* ubi etiam Caravita, Scialoya *de Foro Compet. cap. 17.* Gratian. *Diſcept. For. cap. 421. num. 1. lib. 3.* Verùm

260 etſi iura, tam communia, quàm municipalia, loquuntur per verba generalia, ac univerſalia, officialium, ſub quo nomine non ſolùm veniunt illi, qui juriſdictionem, & juſtitiam exercent, ſed omnes alii, qui aliquid adminiſtrant, vel exercitium habent, cùm ſit nomen generale, & adaptetur ad omne miniſterium Curiæ, ſive Tribunalis, Gloſ. *in l. legatis, §. ſi ex officio, ff. de legat. 3.* Scialoya *in dicto cap. 17.* aliaq; jura concordantia allegata per Franc. ant. Coppolam *in Alleg. 36. recollect. per* Reg. de Marin. *Reſol. Jur. lib. 3.* ubi docet, hæredes Io. Baptiſtæ Sadeolis Perceptoris certæ Provinciæ, gaudere indultu pro pœna nonupli á Fiſco perita, pro quadam partita duplicata in exitu appoſita, non obſtante dicti Regii Fiſci oppoſitione, q; in indultu eſſent reſervata officialium delicta: quia intelligitur de officialibus juſtitiam, & juriſdictionem exercentibus, non de aliis, qui ſub hoc generaliſſimo nomine adaptantur; quadere omnes hi trahi, & coram

261 alio Iudice conveniri non poſſunt pro cauſis civilibus, & criminalibus, Taſſon. *de Antephat. verſ. 3. obſervat. 3. nu. 176.* Merlin. & alii ſupra relati, de quo Cu-

262 rialium privilegio, aſſiſtentes ad negotia, & patrocinia cauſarum Tribunalium, ut ſunt Advocati, fruuntur, ex adnotatis per Scialoyam, & alios ſupra laudatos.

263 Sed hoc privilegio, Curiales uti frui valent, ſi vocantur, vel vocant in judicio ex proprio jure, aut pervento non ex cauſa ceſſionis, quo in caſu veniunt expreſsè excluſi, per particularē diſpoſitionē hujus Regni, prout ex *Ritibus M. C. 228. & 290.* & determinavit S. R. C. penes Reg. Capyc. Latro *Deciſ. 54. lib. 1.* ubi Gizz. & Manfrell. Reg. Conſil. Ce-

264 tra *in d. Rit. 228.* ſi perſimplicem ceſſionem, jura in Curiales privilegiatos translata ſint, & per eos repræſententur: nam ſi ex alio contractu, licèt ex lucrativa cauſa, gaudent hoc privilegio, Reg. Conſ. Rocc. *Reſp. Deciſ. 79. nu. 17. lib. 2.*

265 At non comprehendūtur ſub hac Rituū diſpoſitione miſerabiles perſonæ, Reg. Conſil. de Meſa *Variar. Reſol. lib. 1. cap. 21. num. 29.* Manfrell. *loc. cit. n. 1 e.*

266 Limitantur tamen præmiſſa, quando aliquis Curialis R. C. S. convenitur ab aliqua perſona privilegiata, *ex l. unica Cod. quando Imperat. inter pupill. & vid.* juxta deciſa per Capyc. *Deciſ. 160.* Secus tamen contra Dohanatos, ſive fidatos

267 Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, adverſus quos privilegiati *ex d. l. Unica* nullo fruuntur privilegio, ſed ipſi conveniri debent in prima inſtantia in Audientia dictæ Regiæ Dohanæ, etſi in forum eligatur Tribunal Reg. Cam. cjus Iudex in cauſa appellationis, Scialoya *de Foro Compet. cap. 20. num. 12.* & declaravit R. C. non ſemel, penes Reg. de Marin. *ad Reg. Recent. Deciſ. 526. à num. 13. uſque ad finem lib. 2.* & *in Arreſt. 699. de recollect.* per eundem de Marin. Donad. *de Renunciat. cap. 16. à num. 95. to. 2.* & ratio eſt, quam ipſe Regēs inter alias refert, quia per fidatos ipſos trahuntur Neapolitani, adverſus quos non militat *d. l. unic. diſpoſitio*; vnde fit locus regulæ *Si vinco vincentem, &c.*

Ad num. 127. 128. & 129.

268 VVlgatum eſt apud omnes ex clauſula generali, *Si qua mihi ex juſta cauſa*, majoribus reſtitutionis in integrum beneficium concedi, data læſione, quæ venit in conſideratione ad hoc obtinendum beneficium, non minor ætas, tendens, vt læſo reſtituatur quicquid per læſionem amiſit, Goffred. noſter hic *num. 126.* D. Hieronym. Calà *de Reſtit. in integr. quandoq; deneg. quæſt. 13. à num. 21.* ne majores ipſi in damno ſint, & abſque ſua culpa opprimantur, *l. 1. ff. de reſtit. in integr. l. 1. prope fin. ff. ex quib. cauſ.* Reg. Conſil. Staib. *in Obſerv. ad Reſ. 168. num. 54. lib. 2.* Reg. Conſil. Rocc. *Reſp. Deciſ. 24. num. 10. lib. 2.* Cenſal. *ad Peregrin. de Fideicomm. art. 35. verſ.*

Digitized by Google

verſ. ampliatur hæc concluſio, Anton.Faber *Ration.in d.l.1.ff.ex quib.cauſ.* At et-
269 ſi mulieres reſtitutionis in integrum beneficio priventur,ex *tex. in l.fin.C.de jur. & facti. ignor.* attamen cùm præfatæ
270 legis diſpoſitio loquatur adverſus juris ignorantiam, Reg.Conſil.Hodierna *ad Surdum Deciſ.*181. *à num.18.* ſi modo agitur de damno evitando, *l.error* 8. ibi : *juris autem error, nec fœminis in compendiis prodeſt, cæterum omnibus juris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet, ff.de jur.& facti ignor.l.regula eſt, 9.& l.quamvis* 11.*Cod.eod.tit.*Reg.Conſ. Rocc. *Reſp.Deciſ.*97. *num.*7. & 8.*lib.*2. Baldaxar de Angelis *ſuper Cod. in d. l. quamvis*,Faber *in ſuo Cod. tit.Senat.Conſult.Vellejan.defin.*25. *num.*5. Fachineus *Contr.Iur. lib.*1. *cap.*11. *in fine*, adjuvan-
271 tur ad excluſionem præſumpti doli, Gloſ. *in l.ubi exigitur, verſ.niſi dolo proximam, ff. de edendo*, Reg. Capyc.Latro *Conſult. Forenſ.* 57. *num.*33. *lib.*1. Reg. Conſil. Rocc. *d. Reſp.* 97. *num.* 5. & 6. itaque admittuntur, etſi majores ſint, ad
272 beneficium inventarii conficiendi, intempore nõ confecti, non autem ſolemnitatum, prout aliqui ſupponunt determinaſſe S. R. C. penes Præſ. de Franch. *Deciſ.*229. nam ſi diligenter legitur, nõ ita interpretanda eſt:& colligitur ex verbis *in num.*6. vbi docet, mulieribus, ex clauſula generali,hoc beneficium adverſus inventarium non confectum competere,& ita eſſe determinandum; attamen ex quo in cauſa, de qua diſceptabatur, mulier confecerat inventarium, ſed non ſolemniter, cùm deficerent ſolemnia, ad ipſorum confectionem admiſſa fuit: ex quo ſufficit in mulieribus ſimplex bonorum deſcriptio,Reg. Conſ, Staiban. *in Obſerv.ad Reſol.*168.*nu.*39. ubi ſic S.C. judicaſſe refert junctis Aulis; ita quoq; fuiſſet ad inventarii confectionem ſimiliter reſtituta, ſi de eo non conſtaret, ut eſt communis DD. ſententia, rerum judicatarum auctoritate roborata penes Io.Baptiſtã de Thoro *Compend.Deciſ. in verb. mulier hæres inſtituta à fratre, par.* 3.*& in Supplem.Deciſ.verb. reſtitutio in integrum an erit concedenda mulieri*,Cẽſal. *ad Peregr. de Fideicomm. d.artic.*35. *verſ.ſexto obſervo*, Reg.Conſil.Staiban. *Reſol.For.*95.*num.*40. *&* 41. *& in Obſer. ad Reſol.* 168. *num.* 44. 45. de Luca *ad Præſid. de Franch. d. Deciſ.*229. *num.*3. Octavium Caracciolũ *Deciſ.Sicil. 8.n.7.* Panſutum *Controv.Forenſ. cap.*34. *n.*29. 30.31. Paul. Chriſtineum *Deciſ. Belgic.* 290. *num.*3. *tom.*1. Phanuc. de Phanuc. *de Invent. in tract. Diverſ. quæſt.* 239. *num.* 21. & ex multis Gratian. *Diſcept. For. cap.*797. *num.* 19. 20. *lib.*4. & ego obtinui in S.R.C. in cauſa Cathatinæ,& Candidæ Saxo germanarum ſororum, cum Magdalena Renzi, ad relationem Regii Conſiliarii Io.Baptiſtæ Hodiernã; votantibus Dom.Reg.Conſiliar. Franciſco Rocco, & D. Io. Chriſoſtomo Vargas-machuca, ac Dominis D. Trojano Miroballo Duce Campi Mellis,& Ignatio Provenzali,tunc Regiis Conſiliariis, nunc meritiſſimis Regiam Cancellariam Regentibus: dum fuerunt dictæ ſorores de Saxo, etſi majores, admiſſæ ad confectionem inventarii qq. V.I.D. Joſephi, & Lutii Saxo eorum Avi, & Patris; ex capite tamen reſtitutionis in integrum, ex clauſula prædicta generali, prout in Proceſſu intitulato pro V. I. D. Barthoomeo Mangrella, cum Creditoribus dictorum de Saxo, in Banca Andreæ de Martino.

273 Qua clauſula ceſſante,non aliter, niſi ad privilegiatas perſonas, ut ſunt Pupilli, Minores,Eccleſia, Vniverſitates,& ſimiles, reſtitutio in integrum ſpectat; qua ſi uſi non fuerint, alterum ipſis com-
274 petit beneficium, ut illud quadriennii ad hanc reſtitutionem petendam; quo tamen elapſo, nullum aliud remedium particulariter conceditur uti privilegiatis: nam daretur proceſſus in infinitum, *l. fin. Cod. de tempor. in integr. reſtitut. l. quod ſi minor*, 25.*§. non ſemper, ff.de minor. cap.*1.*&* 2.*de tempor.in integr.reſtit.* Reg.Capyc. Latro *Conſult. Forenſ.*6. *nu.* 9. Reg.Conſil.Staiban. *in Obſerv.ad Reſol.*38.*num.*8. *& in Obſervat.*20. *num.*4. ubi *num.*12. refert determinaſſe S.R.C. Reg.Conſil.Hodierna *ad Surd. Deciſ.* 2. *num.*19.Giurba *Deciſ.*106.*num.*11.Fontanell. *Deciſ.Catal.*118.*num.*5. Scaccia *de Re Iudic. gloſ.* 14. *quæſt.*11. *num.* 77.
275 & donec incipiat terminus prædictus,eſt utilis, ex quo non incipit curre-

re;

re, nisi à die scientiæ læsionis, licèt mille transierint anni, *clem. 1. de Restit. in integrum*, cum aliis, allegatis á Reg. Consiliar. Marcello Marciano *Consil. 45. tom. 1.* & Regente Francisco filio *Disput. Forens. 85. num. 13.* Reg. Consil. Staiban. *dicta Observ. 38. num. 2. & seqq.* Reg. Reverter. *Decis. 328. vers. ulterius replicabitur, in med. & Decis. 573. vers. & si diceretur*, Reg. de Marin. *Resol. Iur. cap. 199. num. 10. & ad Reg. Reverter. Decis. 269. num. 2. & Dec. 408. nu. 5.* Reg. Consil. Prat. *Pract. Observ. 88. num. 80.* de Rosa *ad Consuetud. Neapolit. in tit. de restit. in integrum, in Consuetud. Pupillus, nu. 5.* Fontanell. *de Pact. Nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 2. per tot.* Cancer. *Var. Resol. lib. 2. cap. 1. num. 233.* Thesaur. *Decis. Pedamont. 134.* prout est continuus, & currit absque facto hominis á dicto die scientiæ, *d. l. fin. vers. quadriennium continuum*, Reg. Rovit. *Decis. 18. num. 5.* Reg. Consil. Staiban. *dicta Observ. 38. num. 7.* Reg. Consil. Prat. *dicta Observ. 88. nu. 9.* Alex. Trentacinq. *Var. Resol. lib. 2. tit. de Restitut. in integr. resol. 1. nu. 3.* Reg. Cõsil. Hodierna *ad Surd. Decis. 4. num. 9.* Maresc ott. *Var. Resol. lib. 2. cap. 98. num. 9.* Cãcer. *Var. Resol. dict. cap. 1. nu. 233.* Thesaur. *dicta Decis. 134. num. 9.* Fontanell. *de Pact. dicta claus. 7. gl. 3. par. 2. num. 7.* Leon. *de Præpar. Iudicior. Prapar. 24. par. 3.* Scaccia *de Sentent. & Re judic. d. glos. 14. quæst. 11. num. 76.* quibus de-

277 rationibus, non est expectandum per privilegiatum, ut tempus dicti quadriennii in totum, vel pro majori parte labatur: quoniam ei præscribitur, & amplius ad eum non admittitur; Petenda est itaque dicta restitutio infra dictum tempus, & quando incæperat, etiam infra idem tempus est terminanda, dummodo justum nõ adsit impedimẽtum, Goffred. noster hìc, Sforza Odd. *Cons. 60. num. 6.* Phanuc. *de Invent. quæst. 239. nu. 29.* Scaccia *loc. cit. num. 77.* Reg. de Marin. *ad Revert. Decis. 21. à num. 10. & decis. 269. num. 1.* Reg. Consil. Petra *in Comm. ad Rit. M. C. V. 260. à num. 47. cum seqq.*

Cæsar-nicolaus Pisanus.

Digitized by Google

RUBRICA SECUNDA.

De Iure Fundici.

RITVS I.

IVS Fundici de novis ſtatutis, quod eſt granorum quindecim per unciam, ſolvitur, tam à Civibus, quàm ab exteris, ſemel tantũ, & illi gabelloto, ſub cujus tempore fuit, & perficitur venditio; unde ſi in menſe Auguſti primæ indictionis, A, vel antea ponantur, & immittantur merces, B, in Fundico Domo Regia, & ſequenti anno vendantur, acquiritur jus gabelloto illius anni, quo venduntur, & traduntur, ut in ſequentibus hoc pleniùs dicitur.

RITVS II.

ITem, ſi ponantur merces alibi, quàm in fundico, de voluntate gabelloti, quod plerumque contingit, quando merces ſunt ſubtiles, & magni valoris; aut domus fundici non eſt benè clauſa, & ſit timor ibi merces pernoctare, debet gabellotus dare licentiam ponendi tales merces in loco tuto; qui requiſitus, & certioratus de quantitate mercium, & forſitan ſine juſta cauſa negauerit, C, poterit tunc dominus merces ipſas tenere in aliquo loco tuto, & ſecuro, abſq; pœna; aliàs portari, & immitti debent merces non fundicatæ, in fundico domo, D, regia, principaliter, ut dicitur ſub hoc colore inſtitutum fuit fundici jus, pro albergo, & hoſpitio, quia in regia domo ponuntur, cuſtodiuntur, & conſervantur merces, ſicut infra dicitur; E, benè fuit color: quia multùm eſſet carum hoc albergum; per quod patet, quod merces, ſemel fundicatæ, non debent neceſſariò in fundico immitti, vel poni, ut ſi extrahantur de illo loco fundici, & poſtmodum revertantur illuc: non enim intereſt Curiæ pro eo, quod jus fundici iterum ſolvendum non eſt.

R I-

A, Solutio fieri debet juxta venditionem, & non æxtimationem mercium *in regeſto notamentorum* 1482. *fol.* 207.

B, Mercibus immiſſis in Dohanam, ſolutis juribus, mercatores extrahere tenentur, *in Regeſto notam. Cameræ, annis* 1504. & 1505. *fol.* 22.
Vinum nanque, quod extrahitur per extra Reguum, ſolvit fundico grana 15. pro nova gabella grana ſexdecim, per la ſtipa gr. 5. ÷. *lit. Cam.* 3. *Junij* 1466.

C, Dohanerius poteſt diſpenſare, quod aliquæ merces non immittantur, ut per And. *in conſil. magiſtros veſtros fundicarios.*

D, Et quid ſi delator notificaverit merces Guardiano Turris Græci? ſi tamen eas non portaverit recto tramite in Dohanam, ſunt interceptæ, *in Regio notam.* 1499. & 1550.
Tamen ſi delator, qui non eſt dominus, poteſt præjudicare vero domino mercium, eſt etiam *in lib. notament. Cam.* 1499. *fol.* 98.
Eſt hinc in quæſtione, an ſi interceptum fiat ſub uno arrendatore, & in ſucceſſore novo, declaratur; ad quem debeat ſpectare, vide Boer. *Deciſ.* 5. Aym. Cravet. *conſ.* 212. *vol.* 2. Ac quomodo, & qualiter æquiratur jus dohanæ, & fundici; primo, vel ſecundo gabelloto, ſeu arrendatario, vide Goffred. in *Rub. de Jure Dohanæ*, & eſt caſus, qui in diem occurrit. Nota quod iſte Ritus eſt ſecundum diſpoſitionem præcitatæ *conſtitutionis Magiſtros veſtros fundicarios.*

E, Et ſic quaſi pro penſione ſolvitur jus fundici.

Digitized by Google

RITVS III.

PRo jure dohanæ ,F, vel aliorum jurium, ut Ponderaturæ, Exituræ, & ſimilium, non invenitur, ut immitti debeant merces in fortia, vel cuſtodia talium gabellotorum; immo ipſi debent vigilare, & ſcire commercia facienda de mercibus, & merces, quæ intrant locum, vel terram, ubi eſt Dohana, ut exigant jus debitum. Illi quoque qui occultant, & fraudant hoc jus, patiũtur pœnam, in hoc ſtatutam, quę quidem eſt, ut amittantur merces, quæ ſic occultantur, ut infra. Hæc verò, v3. Æs, Ferrum, ,G, Aczarum, Pix ,H, & Sal debent emi in fundicis ordinatis, & ſtatutis.

RITVS IV.

ITem per alias Terras ,I, iuriſdictionis ſuæ, Officiales de ſtatutis fundicis poſſunt pro commodo ſubjectorum portare, & portari facere de ipſis rebus, ut ſubditi emant pro uſu eorum, quantum eis ſufficeret ad minutum ,K, & inveniantur emere, ne cogantur ire ad longinquas terras fundicorum diſtantes, vẽdere in groſſum eſſet aliud fundicum ordinare, quod fieri non poteſt, de quo require infra Rubrica de officio Salis.

RV-

,F, *Merces, quę ſemel ſolvunt ius fundici, non debent de novo fundicari, niſi ad finem ſolvendi jus dohanæ, quod non fuit ſolutum tempore extractionis per ferias francas. Unde mercator non tenetur immittere merces in domum Regiam, ſi ſemel exivit, & ſolvit jus fundici. At Ritus iſte practicatur de directo per contrarium: quia ſi exivit per ferias francas, & redit Neapolim, tenetur iterum fundicare, ad finem, ut ſolvat, & non fraudetur jus dohanæ, & ita obſervatur indiſtinctè, aliàs fit ſequeſtrum, ſeu interceptum: quia aliàs hoc jus dohanæ nunquam poſſet exigi, licèt de rigore Ritus pro exactione illius juris dohanę non ſit neceſſaria immiſſio, quę fuit introducta pro albergo eantùm: Hodie verò, quia crevit malitia hominum, oportet ut fiat immiſſio, qua quidem facta, & ſoluto jure dohanæ, non debent merces in dohana remanere: quod ad præſens ſecus eſt: dum ſit immiſſio, & deinde venditio ad minutum pro civium vſu, & ſic fraudatur jus dohanę pro medietate per emptorem, qui eſt civis, quod non eſſet, ſi ſtatim tota merx extraheretur, quia totum jus dohanæ fraudaretur.*

,G, *Æs, Ferrum, Aczarum, Pix, & Sal, ſunt immittenda in fundicum, ut ex reg. litterarum partium 30. fol. 64. anni 1484. in Reg. Curia 4. anni 1456. fol. 143.*

,H, *In libro notamentorum Camera 1483. & 84. 26. Februarii fol. 42.* eſt ſic proviſum: *Viſo inſtrumento emptionis mille bariliorum facto per Franciſcum de Marcheſijs, per quod conſtat venditionem dictorum bariliorum debere illa conſignare in Civitate Caſtri Maris, & per conſequens ipſa barilia, eſſe in dominio ipſorum venditorum, & quia contrahentes cum Fiſco non ſunt immunes, licèt Fiſcus ſit immunis, proviſum fuit, quod onera dictorum bariliorum debent ſolvi à venditoribus ante traditionem ipſorum.*

,I, Quando quis emit ferrum in una Provincia, & ſolvit arrendatariis tertiam, portando illud ad aliam, cujus juriſdictio ſit alterius arrendamentarii ſolvit iterum tertiam, ut ex literis *Cam. die ultima Maij* 1508. *in par.* 31 *fol.* 201. Et hic nota, quod Ferrum, Æs, Aczarum, Pix, & Sal, non poſſunt vendi, niſi in certis fundicis, ut in Ritu, & in proviſionibus per retro-Reges deſuper expeditis, ut ſupra; verùm poſſunt, etiam pro commoditate populorum, conſtitui alii ſubfundici ab ipſis fundicariis, nempe qui habet fundicum Salis Salerni, poteſt in ſua Provincia ſubfundicare: ut ego vidi, quod in patria mea aderat ſubfundicum impetratum à quodam meo conſanguineo Franciſco Thebano cognato Ioannis Nicolai, & Scipionis de Vicariis Equitibus Salernitanis: quod non eſt in aliis mercibus, quæ poſſunt etiam vendi quocunque loco, & publicanus debet exigere jus ſuum, ubi venditur, licèt contrarium practicetur, ut ſupra.

,K, Ill. Princeps Biſiniani faciebat conficere pannos in ſua Terra Morani, quæ vendebantur ad groſſum, & ad minutum, Dohanerius Coſentiæ intendebat exigere ab emptore jus fundici: fuit replicatum, quod dum erant fructus feudales, non tenebatur ſolvere; quia aliàs eſſent duplici onere gravati: decreto R. C. anno 1484. fuit proviſum, *quod pro pannis, qua venduntur ad groſſum ab emptore, juxta dictum Ritum, non exigatur jus fundici, pro emptis ad minutum, vel ſi deferantur ad Terram, Reginm fundicum non habentem, in lib. notament. Cam. anni* 1484. *fol.* 48.

Digitized by Google

RVBRICA II.

De Iure Fundici.

SVMMARIVM.

Gabellarum nomina varia. num.1.

Gabellarum jus solvitur ab his, qui vehunt, vel deferunt bona non sui usus causa, & quandoque per transitum personarum. num. 2. aut pro capite tantùm, scilicet pro aliquo capite bestiarum. num.3.

Ecclesia non praestat tributum animalium, verùm non debet illicitum committere; aliter catastantur, quia fraus predicta Fisco non prajudicat. num.4.

Collecta dicitur munus extraordinarium, non autem potest dici tributum, num.5.

Collecta, qualiter solvantur? num.6.

Tributum est id, quod praestatur Fisco, nu. 7.

Emphiteuta Ecclesia, Civitatis, privati, &c. si non solvit, cadit à jure suo, num.8.

Dominium directum in concedente remanet, prout utile, in emphiteutam transfertur rei concessa, num.9. secus verò, quandoque, num. 10.

Clerici, & Veterani, non tenentur ad vectigalia, seu pedagia, gabellas, & similia, uti munera realia, & personalia. n. 11. & quare extendatur ad Clericos? num.15.69.91.102.

Pedagium, & gabella, jura regalia sunt. n.12.14.

Clerici tenentur ad onera regalia, quando bona ad ipsos sunt perventa talibus oneribus affecta, secus si libera, nu.13.

Vectigalia, cateraque supra enarrata jura, an de jure divino, & quo, regibus debentur? nu.16.

Principes, sive Reges, peccant in accipiendo tributa à subditis, si utilitatem populi non procurent, et contra statutam legem procedant. nu. 17.

Principes ponere debent gabellam, & vectigal cum justa causa, num.18.24.& 26. aliter peccant, num.47.

Principes, qui tenentur custodire iustitiam, si ex eorum defectu latrones crescunt, ad restitutionem redditus exacti tenentur, nu.19.

Rapina non committitur, si violenter exigitur quod de jure debetur, secus si indebitè, nu.20.

Ius pedagii reprobatum est à jure civili, & canonico, num.21.

Liberæ omnes res praesumuntur naturali jure, nisi contrarium probetur, num.22.

Homines liberi sunt ex naturali jure. n.23.

Vectigalia à Principe imponi possunt, & sine ejus consensu èxigi non valent. nu.25.27.30.& 53.& quando secus? num.29.

Regnum Sicilia non est subditum Imperio, sed Romanæ Ecclesia, nu.28.

Gabellæ, sine permissu Principis impositæ, sunt Extorsiones, num.31.

Gabella nova, & vetus, quæ dicatur? num.32.

Redditus, Ecclesiæ debitus, census appellatur, nu.33.

Rex in Regno omnia facit, sicut Dominus, nu.34.

Barones, habentes pedagia per præscriptionem longi temporis, cujus non extat hominis memoria, juste possident concurrente scientia, & patientia Regis, nu.35.& 38. etsi aliqui dixerint sufficere possessionem 30. vel 40. annorum, nu.37.

Præscriptiones removentur per Regni constitutiones, num.36.

Præscribuntur omnia, quæ sunt cõtra jus, per lapsum temporis, cujus hominum memoria non extat, aliter secus, nu.39. quo in casu valet allegari titulus, & probari possessio, num.40.

Tempus antiquum, cujus non extat memoria hominis, habet vim tituli, num.41.

Possessor fendi valet allegare titulum, scilicet concessionẽ, & probare possessionem 30. annorum, & præstationem servitii. num.42.

Titulũ allegare sufficit, et probare tantùm possessionẽ longissimi temporis immemorabilis, nu.43.45. dummodò causa tituli non sit falsa, num.44.

Receptum ex gabella imposita sine Principis authoritate, & ex causa justa, restitui an debeat, & an recipiens peccet? nu.46.& 48.

Consuetudo antiqua, de qua non sit memoria in contrarium, servatur in vectigalibus, num.49.

Exigens gabellam, atq; vectigal cum scientia esse impositam sine causa, aut injustè, vel quia sit notorium, est in peccato, & tenetur ad restitutionẽ, sicut imponens, nu.50.

Princeps non potest disponere contra jus naturale gẽtium, scilicet rerum dominia, dum non est dominus, nisi quantum ad protectionem, nu.51. secus si tẽderet ad communem utilitatem, quia est cum causa justa. nu.52.

Princeps an semper cum causa præsumatur in seipso gestis, sive mandatis, atque impositis facere? num.54.& 56.

Princeps non potest mutare jus naturale gentium. num.55.

Vectigal, cum causa impositum, cessante causa, cessare debet, nu.57.

Gabella, seu vectigal, de quibus rebus solvi debeat? num.58.60.65.66.

Ius fundici de omnibus mercibus solvi debet, praterquam de exceptuatis, num 59.

Ius fundici nunquam fuit exactũ in Regno de equis, & animalibus venditis, num.61.

Jura, Fisco non acquisita, spatio 20. annorum præscribuntur. num.62.

Præscriptio centenaria requiritur ad jus Fisco acquisitum tollendum, num.63.

Ius non exactum ex negligentia officialis, vel publicani, per alium exigi valet, nu.64.

Vectigalis præstatio est pro qualibet re, qua devehitur de una Civitate ad aliam, causa commercii, nec per rescriptum, nec per militiam quis excusatur. nu.67.& qui excipiantur? nu.68.

Clericorum bona gaudent privilegiis uti res Ecclesiæ ratione personæ. nu.70.124.

Digitized by Google

Clerici conjugati,an sint etiam exempti à præstatione vectigalis,& gabellæ? num.71.
Clerici dimittere debent negotiationes non conveniẽtes, aliter spoliantur beneficio, num.72. & immunitatis privilegio, num.107.
Clericis qua negotiationes prohibita sint? num. 73.
Clerici non gaudent immunitate,si causa mercimonii merces deferunt. nu.74.103. 106.
Emptor reddituum, aut aliorum Clerici, Regis, vel Baronis immunis, gaudet immunitate venditoris,in solvendo gabellam, num.75. distinguitur, num.76.78.79.80.82.84.86.
Collecta,imposita persona pro rebus,Clericum non excusat, num.77.
Privilegium, quod cohæret personæ, ad alium non transit;si verò si cohæret rei, cum ipsa re ad quencunque transit, nu.76.& 79.
Recipiens rem ex donatione,concessione,vel alio titulo, & causa, recipere,ac possidere videtur illo jure,quod est apud dantem, n.81.
Emptores Fisci non sunt immunes, ut Fiscus,à quo emerunt, nu.83.& 85.
Emens ab emptore Ecclesiæ, non gaudet immunitate, num.87.
Emptores Clericorum,vel Ecclesiæ frumenti,vini,& similium,ad finem contrahendi, tenentur solvere vectigal, nu.88.& 90.
Conditio rei mutatur,mutata persona, nu.89. prout etiam è contra, nu.127.
Clerici tenentur contribuere in impositione imposita pro reparatione,constructioneq;pontium,viarũ, murorum Civitatis,& similium,n.92.94.226. quia est causa necessaria,& publica.138.
Clerici non possunt cogi per seculares Indices ad contributionis solutionem pontium,viarum,&c. n. 93.& 95. nec pro refectione fontis, & putei publici,nu.96.
Conductores gabellarum ob pactum adjectum in locatione, quod valeant exigere à Clericis validè exigi non valent:, & si exegerint ad quam pœnam incurrant? nu.97.nu.102,104.
Officialis Regius,cogens Clericum ad solutionem gabellarum,etiam per capturam familiarium,in quam pœnam incidat? nu.98.105.
Imponens gabellam sine expressione, quod clerici ab ejus solutione immunes esse debeant, nullam incurrunt pœnam;secus, si exprimat, quod etiã à clericis solvi debeat, quia in excommunicationem incidit, tanquam violator libertatis Ecclesiæ,nu.99.
Contractus factus cum eo, qui habet potestatem condendi leges, vim legis habet,nu.100.
Lex, vel statutum dici haud potest quousque universaliter,& perpetuò non liget, nu.101.
Publicani,si illicitè, publicè, vel privatè,aliquem gravant, puniuntur,& extraordinariè obligãtur,num.108.
Excommunicationis absolutio exigenti indebitè gabellas à clerico non datur, nisi præcedat satisfactio de ablatis,nu.109.
Negotiator,quis nam verè dicatur? nnm. 110. 117. 121.
Commutatio rerum ad negotiatores solùm spectat,& quando? n. 111.
Negotiatio, quando dicatur licita,& honesta ? num. 114.
Emptor,quando licitè possit rem emptam cariori vendere?num.113.
Clerici nedùm debent abstineri à malis,sed etiam ab his, quæ habent speciem mali,nu.114.
Clerici debent abstineri à negotiatione,ob frequentia negotiationum vitia,& aliis de rationibus.nu. 115.
Pro re, de qua solvitur gabella, facta in territoriis Ecclesiæ ope negotiationis, an solvatur gabella, & passagium, sive pedagium? nu.116.sed quid, quando non est in proprio solo, vel territorio? num. 119.
Clericis negotiatio est interdicta, artificium verò nõ. num. 118.
Ferrum, quod effoditur ex vena existente in territorio Ecclesiæ,vel Clerici, loco fructuum, & reditus habetur,nu.120.
Clerici, prout non tenentur solvere vectigalia, ita etiam nec collectas,nn.122.
Collecta an solvenda sint à Clericis de rebus pervenutis eis ex causa successionis ? num.123. 126. 130.
Decima solvenda sunt à Clericis de propriis prædiis, non autem de illis Ecclesiæ, nu.125.
Obligationis conditio non mutatur, persona hæredis mutata, vel obligantis. nu.128.
Res transit semper cum onere suo, n. 129.
Collecta imposita,habito respectu ad capita,& non ad bona, personales esse intelliguntur; secus verò habita consideratione ad bona, nn.131.
Collectari haud possunt bona clericorum,licèt à laicis ad illos pervenerint, nu. 132. secus si tempore, quo à laicis possidebantur, collectis obnoxia erant, nn.133. 139.
Clericus possidens insimul cum fratribus laicis pro communi,& indiviso,non potest defendere fratres à solutione collectarum,nn.134.
Clerici,qui clericaliter vivunt,de jure Regni non coguntur communicare cum laicis in collectis,& aliis exactionibus,& gabellis,nec pro bonis ecclesiasticis,nec pro patrimonialibus, nnm.135. 137.
Clerici conjugati nullo privilegio gaudent, nisi quo ad forum, nu.136.
Privilegium Confratribus concessum,an intelligatur de illis,qui non assumunt habitum, vel eorum bona dant? nn.140.
Percutiens Confratres, qui assumerunt habitum, an sit excommunicatus? nn.141.
Percutiens Novitium in religione est excommunicatus, nu.142.
Cap.si quis suadente diabolo, *habet locum in omnibus, qui pro ecclesiasticis personis habentur, num. 143.*
Conversus secularis Ecclesiæ gaudet privilegio Cap. Si quis suadente Diabolo, *nn.144.*
Confiscationem, sive in interceptum, an incidãt merces

Digitized by Google

ces omnes, quæ vehuntur, tam licita, quàm illicita? nu. 145. 147. 150.
Licitum per illicitum an in interceptum incidat, & si licitum non delinquentis sit, sed alterius? num. 146. 148.
Factum unius socii præjudicat ipsi facienti tantùm pro sua parte, nu. 149.
Mercibus interceptatis, interceptatur, sive confiscatur cum eis equus, navis, & similia, quæ ipsas traducunt, num. 151.
Mulio, conducens salmam, & in ea nihil habens, non tenetur solvere vectigal, secus pedagium. num. 152.
Vecturalis, conducens res periculo domini, tenetur si res propter suum defectum pereunt, nu. 153.
Pedagia solvuntur, tam in mare, quàm in terra, & capiuntur merces in utraque parte incidentes contra vetitum. nu. 154.
Ex duabus salmis, quarum pro una fuit soluta gabella, & non pro altera, illa tantùm confiscatur, pro qua gabella non fuit soluta, nu. 155.
Ordinatio Regni prohibens argenti extractionem, non intelligitur militare in eo, qui vasa argentea, deservientia ad suum quotidianum usum, extraxerit, nu. 156.
Quomodo intelligantur illa verba ad suum quotidianum usum? nu. 157.
Qui metu hostium, aut impetu maris non servat locum navigii, aut itineris, ad nil tenetur, num. 158.
Si Rex imponat unum groſum pro qualibet salma, & exactores, duos pro qualibet accipiunt, licitum est de manu eorum fugere, num. 159.
Res, quæ venditur à publicanis, quia incidit in commissum, an possit emi, & retineri tuta conscientia? n. 160. *&* 161.
Res, quæ capiuntur à Fisco propter interceptum, & postea venduntur, possunt à Domino ipsarum emi, num. 162.
Emptio, quæ fit à Domino de rebus confiscatis, an dicatur vera emptio? affirmativè, nu. 163. *negativè, nu.* 164.
Bona prohibita deferri, antequam ad locum prohibitionis accedant, si capiuntur, confiscari non possunt, nu. 165.
Interpretatio loci, an sit prohibitus, vel ne, semper accipienda erit, ut reus absolvatur. n. 166.
Pœnitentia post deprehensionem factam nõ prodest, n. 167.
Pœna determinata in statuto non habet locum, nisi delicto consummato, nu. 168.
Tortura, ex quibus indiciis possit dari, tam de iure canonico, quàm de jure ff. quid verò de jure Regni? n. 170.
Tortura an possit dari per præsumptionem itineris, et actus prohibiti? nu. 169. *Affirmativè, nu.* 171. *negativè, nu.* 172.
Confiscatio navis ratione illicitarum mercium extenditur etiam in pecuniis, ibi repertis, nu. 173
Pecunia numerata non potest confiscari, nisi in statuto prohibitionis expressa fiat mentio, nu. 174.
Vectigalia, debita ex antiquo super aliquo prædio, solvi debent à possessoribus antiquis, qui prædium in alium transtulerunt, nu. 175.
Merces, quæ in duabus partibus consistunt, si una pars solverit vectigalia, altera non, illa, quæ solverit, non incidit in commissum. n. 176.
Pedagium solutum ab aliquo, non potest capi pro represaliis, nu. 177.
Represalia, concessa in Civitate Paduæ contra Mediolanenses, habent locum in Mediolanensibus transeuntibus per dictam Civitatem Paduæ, licèt habitent extra Mediolanum, n. 178.
Tolonea, & vectigalia pro eodem habentur, n. 179.
Gabella, seu pedagium, quod à transeuntibus solvitur, an sit onus reale, an personale? num. 180. 181. 182.
Ius non solutum Fisco ad hoc, ut præscribatur, requiritur centenaria præscriptio, n. 183.
Emens à Civitatibus, & Territoriis Tusciæ, & Lombardiæ jus colligendi pedagia, an possit licitè emere, & tunc sit dolus malus, & fraus? n. 184.
Scientia Principis an requiratur in præscriptione, quæ contra ipsum geritur? n. 185. *negat. n.* 186. *affirm. n.* 187.
Præscriptio Iuris an sit personalis, n. 188.
Vectigal privatum, quod debetur, an aliquis præscribere possit, qui illud solvere non debet? & videtur, quod non. n. 189.
Collecta, datia, & vectigalia non possunt remitti per Principis rescriptum. n. 190.
Munera quædam sunt personalia, quædam patrimonialia, quædam mixta, n. 191.
Qua divisione, ista munera inter se dividantur? nu. 192.
Dignitas, quæ ex officio provenit, an remaneat finito officio? n. 193.
Munus sordidum est illud, quod non habet dignitatem annexam, n. 194.
Munera sordida nunquam dantur hominibus in dignitate constitutis; Secus in muneribus sordidis, qui patrimonium respiciunt. n. 195.
Munera, si non habent, neq; honorem, neque utilitatem annexam, aliquis per dignitatem non excusatur ab illis. n. 196.
Mulieribus possunt munera imponi, quæ non habent neque honorem, neque utilitatem. n. 197.
Munera patrimonialia dicuntur illa, ubi vertitur sumptus. n. 198.
Patrimoniale munus, quomodo dividatur? n 199.
Collecta à quibus potest imponi, & in quo casu? n. 200.
Æxstimatio rerum, ad hoc ut imponatur collecta, potest fieri, tam in mobilibus, quam in stabilibus. n. 201.
Collecta non potest imponi in Ecclesiis, vel in Clericis, n. 201.
Civis habitans hic, & habens alibi possessiones, an cogatur solvere collectam? n. 203. 204. 205.
Excusatio ab isto munere nemini competit, n. 206.
Collecta in fundo dotali, à marito solvi debet. n. 207.
Munera patrimonialia, quæ ipsis rebus inducuntur,

Digitized by Google

qua divisione dividantur, num.208.
Munera mixta sunt illa, quæ imponunt onus personæ, cum sumptu, nu.209.
Ordinaria munera sunt illa, quæ habent certam, & ordinatam præstationem, num.210.
Munera, quæ neque à lege, neque à Senatus Consulto, neque Principis constitutione imponuntur, extraordinaria dicuntur, num.211.
In Munneribus non est gravandus unus pro alio, nu. 212.
Personæ illę, quæ sentierunt damnum, possunt repetere ab illis Universitatibus, & personis, pro quibus solverunt, seu coacta fuerunt ad solvendum, seu represalias passa fuerunt, nu.213.
Represaliæ fieri non possunt in hac Civitate Neapolis, num.214.
Possessio, largè sumpta, includit etiam industriam, num.215.
Possessionem non habens, nec industriam, vel artificium, cum lucro exercens, munus patrimoniale non debet solvere, num.216. secus in munere personali, n.217.
Formula appretii, quod fit in illis bonis, de quibus debent solvi collecta, num.218.
Ecclesia, vel Clerici non tenentur ad munera mixta, secus ad illa, quæ sunt merè patrimonialia, nu. 219.
Collecta mixtum munus dicitur, num.220.
Tributum, Annona, indictio, pensitatio, vel aliud simile, dicuntur onera merè, & totaliter regalia, num 221.
Onera Ecclesiis à nemine imponi possunt, & exigens ab ipsis collectas, debet duplum reddere. n. 222.
Clerici in casu magnæ necessitatis, possunt ad subsidia laicorum conferri, n.223.
Ecclesia tenetur in omnibus illis casibus, in quibus reperitur expressum de jure civili, num.224. Limitatur si canon expressè contradicat, num. 225.
Ecclesia non subest angaria, & perangaria, n.227.
Munera, quæ per solidum, & libram imponuntur, Ecclesiam non obligant, n.228.
Pauperes contribuere non debent in patrimonialibus id, quod pro rebus imponitur; secus in munere personali, n.229.
Aqua, aer, & mare, de jure naturali communia sunt, n.230.
Nemo debet duplici onere gravari, num.231.
Emphiteuta qui solvit censum, & similes, & qui solvunt redditum, debent etiam collectam solvere, num.232.
Indictiones temporaneæ solvuntur ab his, qui fructus percipiunt, num.233.
Indictiones sunt munera ordinaria, & canonica, nu. 234.
Feudatarius pro re feudali non solvit collectam, num.235. Secus in burgensaticis, nu.236.
Emphiteuta solvit collectam deducto jure emphiteutico, num.237.
Familiares, domestici, vasalli, & servientes Clericorum, à collectis non excusantur, n.238.
Mobilia feudatarii, quæ ad instructionē, vel impinguationem feudi deserviunt, collectis non sunt obnoxia, num.239. Limitatur in mobilibus causa commercii, num.240.
Res, quæ fructificant ex industria, vel artificio, notantur in appretio, num.241.
Feudatarius an teneatur contribuere pro lucro, quod percipit ex negotiatione, cum pecunia fructuum feudi? n.242. & 245.
Et an pro mercibus, quas permutavit cum fructibus feudi, & illorum pretium recepit? num. 243. 244.
Si res feudalis in casu licito vendatur, & de ejus pretio ematur prædium, feudale dicitur, si in feudo existat, num.246.
Donatione facta à domino feudi Tityo in feudum, ut de pecunia donata fructus accipiat, non tenetur contribuere in collectis, n.247.
In Collecta, quæ injustè ponitur, rationes super allata militare non debent, num.248.
Collecta justè ponenda est, ex cap. Papæ Honorii, nu. 249.
Collecta tempore Regis Guilelmi non erant, sed à Federico Imperatore originem habuerant, nomenque acceperunt, nu.250.
Collecta non potest instè imponi in hoc regno, & quarè? nu.251.
Quæstio de istis collectis semper fuit inter Regnicolas, & Regnantes, num.252.
Fiscales, quarè ab hac solutione collectarum se excusant? num.253.
Laicis contendentibus de istis collectis, multò magis, & clerici contendere debent, qui sunt exempti, num.254.
Laicus, tenens aliquam rem Ecclesiæ, collectam solvere debet, num.255.
Talea, & collecta, quæ imponuntur per Civitates, & dominos temporales illis, qui res possident, an obligent possidentes alibi? n.256.
Collecta munus mixtum est, secus verò patrimoniale, & ordinarium, ut Fiscales nostri inquiunt, num.257.
Collecta dicitur, quia à posessoribus colligitur, nu. 258.
Indictio est canonicum, & ordinarium munus, num. 259.
Collecta justè imposita, an possit Rex facere aliquem exemptum ab ejus præstatione? n.260. negative. 261. affirmative. 262.
Privilegium, quo conceditur alicui immunitas à muneribus simpliciter, non intelligitur de patrimonialibus, nec de illis, qui honorem habent, nisi expressa fiat mentio, num.263.
Civitas potest facere unum novum civem exemptum in suo præjudicio, num.264.
Reges hujus Regni possunt facere aliquem exemptū à collectis, dummodò clausula enarrata interveniant; secus verò in præjudicium successorū, num.265.
Feudatarius non potest conditionem feudi deteriorare, num.266. nisi in sui præjudicium, n.273.

Feu-

Digitized by Google

Feudum hereditarium nemo fraudare potest in præjudicium agnatorum succedentium.n.267.

Si Episcopi, vel Abbates habentes beneficium à Rege, illud propter eorum culpam perderent, eorũ vita durante revertitur ad Regem, post mortem, ad successorem.nu.268.

Feudum potest diminui, si diminutio fiat, non obstãte lege, nec in detrimentũ honoris Coronæ.n.269.

Rex, vel Imperator an possit donare demanium, & an homines de demanio possint donare? & videtur, quod non.nu.270. Limitatur quoad homines de demanio si consenserint, & longissimo tempore sic steterint.n.271.

Directus jurium fiscalium, maximè gabellarum dimitti non possunt, etiam per litteras regias, nisi in dictis litteris expressa fiat mentio.n.272.

Civitas Tributina, quæ tenetur quolibet anno certã quantitatem Romanis solvere. Si Romani concedunt aliquibus Tiburtinis, quod nõ teneãtur cũ aliis cõtribuere; tenetur solvere totũ.n.274.

Testatore eximente unum ex hæredibus ab onere, ceteri tenentur ad onus integrum.n.275.

Rege eximente aliquem à collectis, Universitati datur excomputum.n.276.277.

Immunis per privilegium Principis ex certa sciẽtia concessũ à solutione cujuscunq; collecta per suã Universitatẽ imponẽda, dempta illa, quæ imponeretur pro aquæductu, an si Universitas imposuerit gabellã pro alia causa, & postea in causã aquæductus illã converterit, teneatur ad solutionẽ?n.278.279.280.

Universitas, quæ beneficia aliis concesserit, si deinde beneficia alienaret, an illa alienatio censeatur de illis beneficiis? quod non.nu.281. limitasi expresse fit mensio alienationis.n.282.

Perfectum nunquam dicitur, nisi ex omnibus suis partibus constet.n.283.

Concessa generali immunitate à juribus, gabellis, &c. non intelligitur concessa immunitas à juribus, gabellis, &c. alii primo loco concessis.n.284.

Concessa Civitate, vel Castro, cum suis pertinentiis, an videantur concessa molendina?n.285.

Civitas, vel Insula, quæ ab omnibus directibus, & gabellis exẽpta sunt, an teneantur, si aliqua gabella ad utilitatẽ Regis imposita fuerit?n.286.

Privilegiũ concessũ à Rege favore Liparior̃ de gabellis introductis ad Regis utilitatem.n.287.

Mercatores privilegiati, qui tenentur cõparere coram eorum Consulibus in causis civilibus, non gaudent privilegio contra Fiscum.n.288.

Privilegia aliquibus concessa, non debent concedentes præjudicare.num.289.

Concessio privilegiorum Consulibus mercatorum non intelligitur cãtra jura fiscalia, nisi expressè Rex voluerit, & concesserit, non obstãte lege.n.290.

Præsidẽtes Regiæ Cameræ Sũmariæ nõ Neapolitani, an possint trahere in dictum Tribunal advenas? num.291.

Status personæ mutatur per dignitatem.n.292.

Jus fundici solvi debet, ubi perfecta est venditio, & quando dicatur perfecta?n.293.

Jus directus boni denarii, & alterius juris debiti, acquiritur in loco traditionis, non verò in loco contractus, vel solutionis pretii.n.294.

Merces, de quibus jus fundici solvi debet, eo non soluto, dicuntur perdita.n.295.

Civis Neapolitanus emens extra Regnum aliquas merces, si ibi intercedat traditio, non tenetur solvere dohanam; secus verò fundicum.n.296. limitatur Neapoli, quia non tradens solvet dohanam, & jus fundici.nu.298.

Correctio legum est evitanda.n.297.

Mercibus venditis à Cive Neapolitano, emptis ab extraneo, civis Neapolitanus relevatur à solutione fundici.nu.299.

Civis Neapolitanus emẽs merces extra Regnum ducendo eas Neapolim, si extrahat merces à fundico in apotecam, vel extra Regnum, vel ad terram fundicum non habentem, tenetur solvere jus fundici, ac si extraneus esset.n.300.

Fundicus est ille, in quo res fundicantur, ad hoc ut cognoscantur, & earũ valor extimetur.n.301.

Merces omnes necessariò immitti debẽt in fundicũ, idest in domum regiam, aliter incurritur pœna posita in Rubrica de jure flagelli.nu.302.

Mercatores fraudantes jus exituræ, & similium, debent puniri non ex capite Rubricæ de jure flagelli, sed ex alia pœna, tanquam fraudatores, juriumq; Curiæ.nu.303.

Officiales, gabelloti, & alii, qui non benè eorum officium administrarunt; puniri debent.n.304.

Jus fundici non solvitur pro mercibus in fundico ubi posita sunt, nisi ibidem vendantur, vel extrahantur ad locum ubi non est fundicus.nu.305. 307. sed extrahens si dixerit ad alium locum fundici merces asportare, teneatur idoneè cavere.nu.308.309. quid si mercator fuerit coactus ad solvendum jus fundici, in loco ubi non est fundicus?nu 310. & si merces fuerint consumptæ?num.311.

Jus refica majer, & refica minor dictum, quid sit, & quomodo solvendum?nu.306.

Fraudans directum, si vendit merces, an teneatur ad extimationem?nu.312.

Mercatores, qui res defraudatas vendunt, quarum dominium, & jus acquisitum erat fisco, tenentur de pretio ex eis recepto.n.313.

Gabellatus potest dicere mercatori ducenti merces, aut solvas hic, aut eas ad terram fundicum habentem, dummodò merces non sint consumptæ.num.314.

Dominium de rebus consumptis, non propriè dicitur acquisitum Fisco.n.315.

Merces ductæ in terram fundicum habentem, si ad fundicum non ducuntur, perduntur.n.316.

Jura odiosa extẽdi nõ debẽt de casu ad casũ.n.317.

Gabellatus in mercibus nimis expectare non debet: nam si postea consumentur, dicuntur consumptæ ipsius negligentia.n.318.

Merces, quæ non fuerunt traductæ in terram habentem fundicum, si postea vendantur, vel consũptæ sint, jus fundici pati non potest.n.319.

Mercator, qui dohanam, aut passaginm defraudavit, tenetur per quinquennium de mercibus, vel

Digitized by Google

vel pœnam solvere. num. 320.
Merces consumptæ solutioni non subjacent.n. 321.
Terra, fundicum non habens, sufficit, dummodò subsit alicui Terræ, fundicum habenti.n. 322.
Casalia, & Vici debent cum Civitate collectas solvere, & ejus consuetudinem servare.n. 323.
Fiscus ex temporis diuturnitate juvari non potest contra juris Divini, vel humani ordinationem, num. 324.
Peccatum majus dicitur, quantò diutiùs animam detinet alligatam.nu. 325. *nemo sanæ mentis ignorat.nu.* 326.
Contrahentes, vel entes a Fisco, Fisci immunitate non gaudent.nu. 327.329.
Rex concedens, vel vendat, videtur concedere, & vendere cum illo jure, quod habet.n. 328.
Statuta, Ritus, seu constitutiones Principis, servari debent inter suos subditos.n. 330.
Privilegium Fisci non datur in rebus à se venditis, num. 331.
Privilegium in Nundinis franchis datur in rebus, non verò in personis.nu. 332. 342.
Mutatio personæ facit etiam mutare conditionem rei.num. 333.
Fiscus vendens aliquas res alicui, non videtur teneri emptori de illa re, & quando?n. 334.
Servitus rei mihi servienti, quæ demum mihi pervenit à servitute extincta est, & liberata; ita quod si alteri à me venditur, pro libera transfertur.n. 335.338.
Hereditas vendenda, semper ad pristinum statum reducitur, nu. 336.
Emptor hæreditatis semper censetur, ut hæres proprius.nu. 337.
Res obligata pro juribus Curiæ, vel pro constitutionibus Principum, si ad Principem devenerit, liberata est.nu. 339.
Merces portatæ ad Nundinas franchas, & ibi non venditę, si aliò fuerint asportatæ, & postea vendantur in loco, ubi fuerint Nundinæ, juri fundici sunt obnoxiæ.n. 340.
Privilegium franchitiæ in nundinis datum est magis rebus, quam personis.nu. 342.
Mercator, qui infra tempus nundinarum Salerni recedat à vendẽdo, & solvat in Civitate Salerni, ubi non est fundicus, & caveat ire ad terram habentem fundicum, ita quod si nundinæ essent in terra, ubi non esset fundicus, & volens ibi vendere, sed postea vellet recedere infra tempus nundinarum Salerni, in ipsa Civitate Salerni non tenetur dare fidejussorem.n. 343.
De materia, quantitate, & pretio mercium deperditarum, quando aliter constare non potest, standum erit juramento mercatoris.n. 344.
Jus fundici solvitur de omnibus mercibus, exceptis rebus, in Ritu enumeratis.nu. 345.
Vectigalia, & gabellæ solvuntur secundum consuetum.num. 346.
Ubi Consuetudo in aliquo loco non apparet, neq; Ritus determinatio, recurrendum erit ad jus commune.num. 347.
Sericum, jus fundaci solvere non tenetur, & quare? num. 348.
Jus serici, ab extra Regnum ducti, est prò qualibet libra granorum decem, de illis portatis infra Regnum granorum quinque.nu. 349.
Bursa sericæ, ejusque fili, jus solvere non debent. num. 350.
Declaratio D. Andreæ de Isernia, *de quibus rebus jus fundici solvatur: n.* 351.
Dohanerii, & Gabelloti jus propria authoritate dicere non debent, sed mercatores vocare coram Magistris Rationalibus.n. 352.
Opinio Baldi, *quod Gabellotus possit merces propria authoritate capere, dummodò incidant in commissum.num.* 353.
Res, quæ incidunt in commissum, de facto capiuntur, & confiscantur.n. 354.
Gabelloti, qui de rebus captis jus prosequi debebant priùs coram Magistris Rationalibus, hodie prosequi debent coram Præsidentibus.n. 355.

1 Ulia ad declarationem Rituum Reg. Cameræ Regni Siciliæ citrà Farum, in quibus maximè jura gabellarũ, & vectigalium tanguntur, videndum est de ipsarum nominibus: quoniam varia sunt nomina, scilicet Vectigal, Pedagium, Tributum, Census, Pensio, & Gabella, & idem significãt, *ex glos. in capitulo quibusdam, §. præterea, extr. de verb. significat.* ubi *glos.* ponit de istis nominibus, & ibi etiam per DD. maximè *Domin. Franc. Paduanum, Cardi-*
2 *nalemq; Florentinum*, & hæc jura solvuntur ab intrantibus de iis, quæ vehunt, sive deferunt, non sui usus causa, & quandoq, solvuntur per transitum personarum tantùm, ut Ferrariæ, *Bal.*
3 *in l. sacrosancta, de Sacrosanct. Eccl.* dicit, quod Capitatio est, cum pro quolibet capite bestiarum solvitur certum quid; Tributum autem solvitur de prędiis; Vectigal autem solvitur de his, quæ vehuntur, *ut in d.l. Sacrosancta, & ff.*
4 *locati, l. pen. §. navem*, & sic Ecclesia non præstat tributa animalium. Verùm sub prætextu privilegii, non debet illicitum committi, & si facit contrarium in fraudem Fisci, poni rem committendam in æxtimo, ista tamen fraus nõ præjudicat Fisco, de quo in *d.l. Sacrosancta & in l. neminem, eod. titulo*, dicit *Bal.* quod Collecta,
5 proveniens ex extimo cõmuni, dicitur munus extraordinarium, non autem potest dici Tributum: quia non continet, quid uniforme certum; & dicit etiam, quod Subsidium, & Procuratio Legatorum, & Decima Papalis, magis accedant Collectæ, quàm Tributo, nisi expriment speciem, & qualitatem tributi: nam ex quo variantur, & non sunt uniformia, nec certa non possunt tributa dici; & qualiter autem Collectæ solvantur, ipse se remittit ad ea,
7 quæ dixit *in l. 1. §. quibus, ff. quod ejusque univ. nomine*, Tributum verò est, quod præstatur Fi-

sco;

Digitized by Google

8 sco, sed si Ecclesiæ, Privato, vel Civitati præstetur, tunc est differentia, quia illi, qui debent Pensionem, sunt conductores, & emphiteutæ, & si non solvunt, cadunt à juribus eorum, *ut in cap. potuit, extr. de loc. & l. vectigalia*, §. *non soluto*, *ff. de public.* & iste, qui sic concedit, habet
9 directum dominium, ut ille, qui recipit, habet dominiũ utile, ut *in l. 1 §. qui in perpetuum, ff. si ager. vect. vel emph. pet.* de quo plenè *in c. constitutus*, *de relig. dom.* quandoq; etiam ille, qui
10 transfert rem in alium, transfert omne jus, quod habet; vult tamen aliquid sibi solvi, & iste vocatur contractus censualis, ut per cessationem solutionis, etiam longissimo tempore non cadat à jure suo, *ut in d. cap. constitutus*, & notat
11 *Bar. in l. 1. ff. de publi.* ubi quæsivit, an Vectigalia, seu Pedagia, & similia sint munera realia, vel personalia, ubi dicit, quod sunt personalia, & ideò clerici, & veterani non tenentur ad ea, *Cod. de vect. l. fin. in gl. ext. de cens. cap. quanquam lib. 6.* & ideò pro animali solvit mulio, pro salma solvit dominus, *ff. locati*, *l. cùm in plures*, §. *pen.* secundum *Bar. in alleg. l. 1.* sed idem *Bar. in*
12 *l. 1. C. de mulier, & in quo loco, lib. 10.* dicit, quod Pedagium, & Gabella sunt jura realia; & tamen dicit, clericos ad ipsa jura teneri, verùm allegat *cap. clerici, de immun. Ecclesiast. in 6.* sed
13 ipsemet distinguit, quia quando patrimoniũ ivit ad clericos cum onere illo reali, tunc tenentur clerici, quia transivit cum onere suo; sed si ad eos ivit res libera, non posset gravari clericus, quia Gabellæ, & Pedagia non indicuntur rei liberæ. Et quia transivit per tuum territorium, tu vis eum costringere, hoc autem non potest fieri; & pro hoc facit, quod infra dicam, ubi plenè discutiam de clericis, quo ad istam materiam.

14 Sed adverte, quia *gl.* De Neapoli, posita *in cap. Regni*, dicit, quod hæc vectigalia merè, & totaliter est jus reale, & facit differentiam inter Collectam, quam dicit esse munus mixtum, sed Tributum, Indictio, Pensitatio, Vectigal, vel Annona, dicuntur onus totaliter, & merè reale, ita dicit ipse *in cap. item statuimus*, *quod possessorie*, quod factum fuit per Reg. Carolũ 2. in planitie S. Martini anni 18. sui Vicariatus, & secundum hoc non esset bona ratio *Bar.* ex qua dicit, quod Clerici non tenentur ad ista onera, ex eo, quia sunt personalia; quia, ut dictum est, non sunt personalia: sed realia, & ipse idem *Bar.* hoc videtur tenere in alleg. *l. 1. C. de muli. & in quo loco, lib. 10.* quod videtur verius,
15 & ideò est alia ratio, quod Clerici non teneantur, quia bona clericorum sunt obligata Ecclesiis, quod etiam tenet Dom. *Card. Flor.* & dicitur meliùs infra, ubi plenè de Clericis, quo ad istam materiam tractabitur.

16 Sed quæritur circa prædicta ex eo, quia proximè dictum est, quod præstantur jura prædicta Fisco, an hoc sit de jure divino, quod præstari debeant? & videtur, quod sic secundum Divum Paul. in *Epist. ad Romanos, c. 13. n. 1.* ubi *Omnis anima sublimioribus subdita sit potestatibus*: & subdit *num. 7. Reddite ergò omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* In quo loco dicit *D Thom.* quod ex illa littera patet, quod ex necessitate justitiæ tenentur subditi sua jura Principibus exhibere, *Matt. c. 18. n. 24.* ubi dicitur: *Oblatus est Regi unus, qui debebat decem millia talenta, &c. & in c. 22. n. 21.* ubi Veritas mandat *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*, & sic dum dicit littera in allegato *cap. 13. num. 7. Cui tributum*, scilicèt redditũ debetis, reddite tributum, quia Principi tribuitur pro universali regimine quo patriã in pace, & quiete gubernet, *Gen. c. 49. n. 15.* ubi dicitur: *Vidit requiem, quod esset bona: & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens*, & dum dicit littera *d. cap. 13. Cui vectigal* supplere debetis, *reddite vectigal*, quia scilicet redditur Principi in aliquibus locis de mercimoniis, quę deferuntur, & sic pro reparatione viarum, & custodia; vel Vectigal dicitur, quando datur Principi, quia per patriam devehitur, sicut sunt procuratores, & alia hujusmodi, secundum eundem *D. Thom.* & subdit ipse infra in eod. *cap. 13. n. 6.* ubi dicit: *Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes*, ideſt *hoc ipsum, pro hoc ipso* s. tributo recipiendo; & dũ littera dicit *servientes* scilicet Deo, & populo, quasi dicat unusquisq; de suo ministerio vivere debet, secundum illud *ad Cor. 1. cap. 9. num. 7. Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* ideò enim Principes nostri suo regimine Deo ministrant, & à populo debent tributa susçipere, quasi stipendia sui ministerii; non autem ita quod debeant sibi computari pro præmio: quia propriũ præmium principum est laus, & honor, ut dicit *Phil. Ethicorũ 5.* ut dixi supra in proemio *n. 10.* & hoc non est intelligendum de laude humana solùm, vel honore: quia tale præmium esset vanum, sed de laude, & honore divino, quĩ Principibus Gubernantibus debet exhiberi, *Sap. c. 6. n. 22.* ubi dicitur: *O Reges Populi, diligite sapientiã, ut in perpetuum regnetis*, quod pleniùs, & clariùs sup. in proemio posui; hujusmodi autẽ tributa accipiunt ad sui sustentationẽ, laborãt autẽ Principes ad omnium pacẽ, unde *1. ad Timot. c. 2. Obsecro igitur primũ omniũ fieri obsecrationes* & n. 2. *Prò Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam, & tranquillam vitam agamus*, & *Barruth. cap. 1. nu. 11. & orate prò vita Nabuchodonosor Regis Babilonis.*

17 Sed attendendum est, cùm tributa dicantur Regibus debita esse quasi laboris stipendium, dupliciter Principes peccare possunt, accipiẽdo tributa: Primò quidem, si utilitatem populi non procurent, sed solùm ad diripiendum eorum bona intendant, unde dicit *Ezech. cap. 34. Lac comedebat is, & lana operiebamini, & quod cras-*

Digitized by Google

erassum erat, occidebatis, gregem autem meum nõ pascebatis: Item aliquo modo peccãt Principes ex hoc, quod violẽter diripiunt supra statutam legem, quæ est quasi quoddam pactum inter Regem, & populum, Unde dicit *Micheas cap.* 3. *Audite Principes Jacob, & Duces domus Israel,* & posteà subdit *nu.* 2. *Qui violentèr tollitis pelles eorũ desuper ejs, & carnẽ eorũ desuper ossibus eorũ!* Item ad supradicta facit, scilicet quod Reges possunt hæc vectigalia recipere, per id quod habetur *Luca c.* 3. *ver.* 10. ubi Joan. Baptista interrogatus à publicanis, *Quid ergo faciemus?* respondit: *in n.* 13. *Nihil amplius, quàm quod constitutũ est vobis, faciatis.* Nõ enim ibi dãnat Joannes exactiones Principum, cùm fiscales interdum exigant pro communi utilitate pecuniã, & Principibus Mundi expedit Remp. in tranquillitate tueri, & pro eventu, & varietate rerum in provisionibus agendis, Regium Fiscum semper decet esse refertum, velut fons in sè continens originalẽ aquæ abundantiam, quæ diversis rivulis ad diversa loca diramat. Sed hi, quibus est exigere constitutum, nihil amplius exigant, quàm quod publica dictavit auctoritas. Nec sub consilio suasit Joannes publicanis, à Reip. exactione recedere, sed ipsam exercere secundum justitiam constitutam; indigemus gubernatione Principũ, & legum cõstitutione, ne malorum insurgat improbitas, ne insurgens prævaleat, ne succumbat innocentia non defensa, ne improbi perturbent Civitates cõstitutas: ne hominũ mores impunita iniquitate procedant, ex quo opportunè fit exactio fiscalium rerum, dum tamen sit vera, & justa intentio, & exactio exigentium, ne publica exercentes officia profundantur, ratione privati commodi, secundum *fratrem Simonem* Magnum Theologum, *in suo libro de Vita Christiana*, & sic concludendo dicas, quod jure divino, possunt Principes jura prædicta exigere. Intelligendo semper, ut in princ. dixi; & in primis duobus casibus supra positis, & enarratis, peccant Principes exigendo, scilicet non procurando utilitates populi, & si eorum facultatem extorquendo, quod etiam plenè posui in proemio, licèt ibi dixerim ad aliumeffectum,
18 in hunc locum replicavi. Verùm semper dicas, Principes quando volunt imponere vectigal, seu gabellam, debent ex justa causa facere, secundum notata per *Innoc. in cap. innovamus. cum similibus*, de quibus plenè pluries dixi.
19 Item ex prædictis dicas, quod Principes, qui tenentur custodire justitiam in terra, si pro eorum defectu latrones increscant, ad restitutionem tenentur: quia, ut dictum est, redditus, quos habent, sunt quasi stipendia, ad hoc instituta, ut justitiam conservent in terra, secundũ *Divum Tho.* 2. 2. *q.* 62. *in* 7. *arg.* Principibus verò publica potestas committitur, ad hoc quod sint justitiæ custodes, & ideò non licet eis, violentia, & coactione uti, nisi secundum justitiæ tenorem, vel contra hostes justè pugnando, vel contra cives malefactores puniendo; & quod
20 per talem violentiam aufertur, non habet rationem rapinæ, cùm non fit contra justitiam; si verò contra justitiam per publicam potentiam violenter abstulerint res aliorum, illicitè agunt, & rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur; & sic si à subditis exigunt, quod eis secundum justitiam debent, propter bonum publicum conservandum, etsi violentia adhibeatur, non est rapina; si verò indebitè extorquent per violentiam, rapina est, & latrocinium, unde dixit *Augustinus in* 4. *de Civit. Dei*: *Remota justitia, quid sunt Regna, nisi magna latrocinia? & Ezechiel. c.* 22. *ver.* 27. dixit: *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & avarè ad sectanda lucra. Micheas cap.* 3. *vers.* 11. *& Sophon. cap.* 3. *vers.* 3. Undè, & ad restitutionem tenentur, sicut latrones, & tantò graviùs peccant, quàm latrones, quantum periculosiùs, & communiùs cõtra publicam justitiam agunt, cujus custodes sunt positi, secundum eundem *Divum Thom.* 2. 2. *q.* 66. *art. ult.*
21 Item videndum est, an sint ista onera de jure approbata, vel reprobata? & videtur, quod de jure can. & civ. reprobatur exactio Pedagiorum, ut expressè dicit *tex. in cap. quanquam, de cens. in* 6. & dicit etiam notab. *Bal. in tit. que sint regalia*, & infra dicam, ponendo dictum *d. Bal.* &
22 quod sint prohibita, videtur probari ea ratione: quoniam omnes res à natura sunt liberæ, & tales præsumuntur, nisi contrarium probetur, ut *in l. uti frui* circa principium, juncta *glos. ff. si usufr. pet.* sic etiam & loquendo, quod solvan-
23 tur pro personis, cùm etiam homines à natura liberi sint, & libertas naturalis facultas ejus est, quod cuique facere libet, nisi vi, aut de jure gẽtium, vel civili prohibeatur, ut *instit. de jure*
24 *personarum*, & nisi decreto Principis novum vectigal cõstituatur, & cum causa, puta propter propriam paupertatem, ut in *l.* 1. *C. nov. vect. instit. non posse.* habetur etiam *in cap. innovamus*,
25 *de cens.* ubi dicitur, quod aliquis non potest nova vectigalia exigere sine consensu Regum, & Principum, aliàs communione Christiana
26 privatur, & dicit ibi *Innoc.* quod possunt Principes nova vectigalia imponere, sed peccant, si sine causa imponunt, sic etiam dicit per dictum *cap. super quibusdam in* §. *prætereà, de verb.*
27 *signif.* ubi dicitur, quod pedagia, guidagia, & salinaria non sunt permissa, sed interdicta intelliguntur, nisi à Principe, Imperatore, vel Rege, vel Lateranen. Consilii autoritate sint concessa, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cujus non esset memoria; & sic habes, quod à Principe possunt imponi, & secũdũ hoc intelligas, quod est dictum in principio hujus quæstionis, ubi dictum est, quod sunt prohibita, quod intelligas, nisi authoritate prædictorum,

Digitized by Google

rum, & ex causa sint concessa, & qui dicit *à Rege*, intelligit *Hostiens. scilicet a Rege Romanorum*, & sic ab Imperatore, ante, vel post coronationem, sed Dom. *Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia, circa princip.* dicit idem in alio Rege per plures, & bonas rationes, & idem tenet Dominus *Card. Flor. in alleg. §. præterea, cap. super quibusdam, de verb. signif.* dicens contra *Hostiens.* de facto servari: quia Reges, & Civitates inter suos subditos, & extraneas personas, per suum districtum transeuntes, imponunt, quod possunt sustinere, quando dicti Reges habent jura Regalia, vel quando non cognoscunt su-
28 periorem, sicut Rex Franciæ, *per cap. ven. qui fil. sint legit.* sic ergo, & tu supple, idem in Regno Siciliæ, quod non est subditum Imperio, ut expresè tenet *Andr. de Iser. de feud. num. 38. in proem. quasi circa finem, in præambulis suis*, & habetur in *cap. ego Ludovicus 63. dist. & in cap. validè 83. dist. 6.* hoc etiam sentit *text. in d. §. præterea*, ubi dicit *Imperatorum, & Regum, &c.* & idem in *d. cap. innovamus*, ubi etiam dicitur *ex consensu Regum*, scilicet Romanorum, ante incoronationem, sed illa proximè dicta est verior conclusio; quod habet etiam locum in Regibus, habentibus regalia, ut dictum est secundum *Card. Floren.* sed de Rege Siciliæ non est dubium, ut prædixi; &
29 dicas secundum Dom. *Andr. de Isern.* quod licèt Rex possit hæc vectigalia imponere, non debet imponere de novo pro conservanda justitia; quæ servari debet cum redditibus Regni sui, ideò præstantur sibi, & habet dohanas, & alia jura, ut habetur secundum *Apostolum ad Romanos cap. 13.* Undè sunt quasi stipendia, & Regibus ad hoc instituta, & ideò tenetur ille, qui percipit, custodire subditos ab incursionibus latronum, aliter isti tenentur, secundum *D. Tho. de Aqu. 2. 2. qu. 63. ar. 7.* circa finem, ut
30 supra dixi; & facit, quod habetur *in l. vectigalia, ff. de public.* ubi habetur, quod constitui nō possunt vectigalia sine Principis auctoritate, sivè Imperatoris præcepto, ubi dicit *Bar.* quod
31 per illam *legem*, dicere possumus, quod si quis fraudavit gabellam, non tenetur Deo, neque mundo, quia est gabella sine permissu Principis, itaque sunt extorsiones; quod credit ipse, verum in forensibus, secus in civibus, qui possunt sibi ipsis imponere legem, & gravamina, ut in bursam communem, *ut in l. 1. in fine, ff. quod cujusque Univer. nomine*, secundum *Bar.* & sic videtur, quod loquitur de gabellis novis, impositis sine consensu Principis, cùm dicit *Bar.* per istam *l. n. 27.* & tamen lex illa sic loquitur de gabellis impositis sine jussu Principis. De Civitatibus verò, quæ sibi ipsis imponunt, dicetur infra. Quæ autem dicatur gabel-
32 la nova, & vetus, cùm semper necesse habeat habere principium, si ergo, quæ de novo imponuntur, dicuntur nova, ergò omnes gabellæ sine peccato poterunt fraudari, ex quo dicuntur novæ à principio, cum non nascantur vetera; & ideò dicas, quod propriè gabella nova est illa, quæ illicita est, & fraudari potest; & dicitur illicita, quando constat, quod imposita fuit sine consensu Principis, & extat memoria, quod sic imposita fuit paucis annis retro, & sine justa causa; si autem non extaret memoria, quomodò, & qualiter imposita fuit, tunc non dicitur nova, nec propterea posset fraudari: nam esset gabella, & de cujus impositione nō est memoria, potest exigi per litteram in *dicto §. præterea*, ibi dum dicit: *Vel ex antiqua consuetudine à tempore, cujus non est memoria.*

Item de eo, quod dictum est proximè, quod Rex Siciliæ habet plenum dominium, & potestatem Regni, not. Dom. *Andr. de Isern. in Proœmio feudorum*, sed meliùs, & pleniùs, *in præambulis suis, in proœmio constitut. Regni*, ubi dicit, quod concedendo Regnum, burgensatica, & allodia, quæ erant tunc in Civitatibus Regni, ad Curiam spectantia, feudatariorum omnia sunt translata per Papam, qui retinuit censum, & infeudando recipiat Rex totaliter, non res singulares, quas habere debet liberas, sic Rex non sit simplicitèr infeudatus, cùm de eis nihil speciale actum sit, voluit enim Ecclesia, ut Rex esset subditus Papæ de Regno, undè id,
33 quod debetur Ecclesiæ, appellatur census, quod probat subjectionē, *extra de cens. cap. 2.* & omnia
34 agit Rex Regni, sicut Dominus: nam infeudat, revocat, cùm ea concedit ex causa, demania reddit in allodia, punit, ea quæ alius infeudatus non facit, sicut fuit tempore Federici, & aliorum Regnum, de quo plenè in allegato loco: cùm omnia facere possit, quæ non possunt sui feudatarii facere; sic ergò & imponere potest pedagia, ex causa tamen, ut dictum est, non ergò possunt sui feudatarii facere, ut notat idē *Andr. in alleg. const.* dicens quod in exactione novorum vectigalium, pedagiorum, valet præscriptio, cujus non extat memoria in contrarium, etiam sine titulo, vel jure alio; & secundum hoc dicere possumus, quod si tales Ba-
35 rones, vel Loca Regni haberent tale pedagium per præscriptionem, cujus remporis non extet memoria, posset dici, quod justè tenerent concurrente scientia, & patientia Regis; sed unū notatur singulariter, quod post multa idem Dom. *Andr. in alleg. constit. circa finem*, dicens: *Nam si dicat possidens, sibi per Principem concessum feudum, & se investitum fuisse, tunc si probat possedisse se, & servitium præstitisse per unum annum, sufficit: quia defertur ei sacramentum, ut in tit. de invest. inst. dominum, & vas. cap. unic. in fin.* sed ipse dicit: *Immo verum est, quod requiruntur tunc 30. anni, ut notatur, de consuetudine rect. feu. cap. 1. in princ.* quia ubi nititur concessioni, seu investituræ, qui probat per possessionem 30. annorum possedisse, tunc est præscri-
36 ptio titulata, quia *const. quadragenaria* removet præscriptiones, non autem removet dona-

Digitized by Google

tiones, & investituras præsumptas ex diuturnitate possessionis, & præstationis census, seu
37 servitii; & sic volunt aliqui intelligere, etiam in pedagiis, sufficere allegare authoritatem, & concessionem Principis, & probare possessionem 30. aut 40. ann. quod videtur tenere *Jo: And. in addit. ad Spec. in tit. de cons. poss. & proprietatis, §. circa quod etiam, sup. all.* Sed videamus pro Deo, an hoc sit verum in pedagiis? & mihi videtur dicere contrarium, quod non sufficeret longa præscriptio, etiam allegando concessionem, & probando possessionem;
38 sed semper dico, quod requiratur tempus, cujus non extat memoria: quoniam titulus non allegatur, nec probatur, quod sic probo. Nam
39 regula juris est, quod ea, quæ sunt contra jus, non præscribuntur, nisi dicto tempore, casus est, in *cap. 1. circa fin. de præscrip. in 6.* apparet per ea, quæ supra dixi, quod pedagia, & gabellæ nō sunt secundum juris ordinationem, & maximè naturalis, quo jure homines liberi sunt, &
40 res, *ut sup. allegatum est*; sic ergo res præscribi non possunt sine titulo, secundum jus; quomodo dicemus, quod sufficit allegare titulum, & probare per longam possessionem? præterea hoc probatur per casum legis, seu decretalis, ubi tamen vult, quod ista pedagia sint permissa, quando *ex constitutione Principum, consilio latenan.* sequitur, *vel consuetudine, cujus non extat memoria*; ita quod ubi dicit *consuetudine* supple, scilicèt præscriptio illo tempore, & sic omninò, cùm agitur de præscriptione, illa littera loquitur de tempore, cujus non extat memoria; & maximè fundatur, ex eo, quod contra ordinatam juris dispositionem procedunt. Pro hoc etiam facit, quod habetur *in cap. pervenit, extra de cens.* ubi dicit Do. *Card. Flor.* quod dicta allegatio, scilicet, allegando causam, & non probando, procedit, quando talis præsumptio non est talis, quæ oneret allegantem probatione tituli, sicut oneratur, quando jus commune est contra ipsum, *de præscrip. c. 1. lib. 6.* & sic videtur expressè sentire, quod quando jus commune est contra præscribentem, non sufficeret allegare causam, sed esset necessarium, quod aut probaret, aut fuerit in possessione, tempore, cujus non esset memoria: quia in tali tempore nō oportet exprimere causam specificam, quia
41 tantum tempus habet vim tituli, *ut in d. cap. 1. de quo in alleg. cap. pervenit*, nec hoc videtur tenere *And. de Isern. in alleg. const. quadrag.* quia
42 ipse transit ad alium casum, scilicet de præscript. seu, in quo ego idem dico, quod sufficit allegare concessionem feudi, & probare possessionem per 30. annos, & servitium præstitum: quia illud non est contra jus, quod præscribatur feudum formatum, puta feudum, quod tenebat Tityus à Rege, ego possum præscribere, ut ita ego, etiam à Rege tenear, per *cap. si quis per 30. annos. in tit. si de feud. fuer. controv. inter Dominum & vasal.* ubi expressè vult littera, quod possunt tenere rem, ut feudum per 30. annos possidendo, & servitium præstando: nam illud non est contra jus, nec contra libertatem juris
43 naturalis, ut est pedagium. Unum scias, quod est in quibuscunque casibus, ubi sufficiat allegare concessionem, & titulum, seu causam, & sufficeret probare possessionem per longi temporis spatium, & præstationem servitii, seu census, secundum quod DD. loquuntur, scilicet tam *Jo: Andr. in locis allegat.* semper intelligas, & dicas, quod debet specificare causam impositionis; Immo dicit *Host.* quod licèt non expediat, scilicèt in casibus, ubi sufficit alleganti concessionem probare causam, caveat tamen
44 petens, ne fingat causam falsam contra cōsciétiam, *de præscript. cap. fin. de Simon. cap. 32.* Ità notat ipse *Host. in cap. pervenit de cons.* Ità
45 quod caveant Advocati, & procuratores, ut sciant verè causam, & titulum fuisse, licèt causam non possent probare, quia tunc sufficit allegare, & probare possessionem per præscriptionem prædictam, tamen caveant, ne fingant causam; quia tunc, etsi obtinebunt litem, perdent animam, & sic videtur dicere: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* verba sunt veritatis, *Matth. cap. 16. vers. 26.*
46 Item quæritur, utrum illi, qui recipiunt jus gabellæ non impositæ authoritate Principis, & ex causa, teneantur illud restituere, quod receperunt, *ex Host. in summa. rub. de cons. sub §. ex quibus causis*, breviter dicamus, ut est dictum, quod si est vectigal impositum à Principe, & sine causa, peccat; sicut, & Papa non deponit Episcopum sine causa: nam sicut rem non aufert sine causa, multò minùs rem contingentem personam, arg. *ff. de pœn. l. inservorum, in fine.* Aliqui dicunt, quod in Papa non sit necessarium, quod causa exigatur: quia est proprietarius omnium Ecclesiarum; sed tamen dic, quod licèt in Papa sit potestas absoluta, & exercere possit eam præter juris ordinem; tamen non inde sine causa facere debet, ubi declarat *Host.* quia facere debet clave non errante; verùm dicit ipse, quod ille, qui exigit vectigal sine causa impositū à Rege, sine scrupulo potest exigere, secundum *Host.* quod intelligit *And. de Isern.* Idem quando inerat causa, puta, quia locus erat timorosus ad salvandos transeuntes, & propterea vectigal imponebatur, licèt non
47 esset expressum in impositione, aliàs esset contra *Innoc.* qui dicit peccare Principem, sine causa vectigal imponentem; quod verum videtur secundùm eundem, quantum ad Principem sine causa imponentem, scilicet quod peccat; quan-
48 tum verò ad exigentem videtur loqui *Host.* scilicet, quod non peccat: quia non debet curiosè exactor distinguere, an cum causa, sive sine causa sit impositum: quia simpliciter dicitur, quod talia sint prohibita, nisi à Rege, Impera-

Digitized by Google

peratore,vel lateranen. cõsilio sint permissa, ut
49 in *d.c.super quibusdam.§.preterea*,vel si est consuetudo antiqua, cujus non est memoria, *ff. de publ.l.si publ.§.in vectig.* ubi habetur, quod servatur consuetudo in vectigalibus, ubi tria exiguntur,scilicet vetustas,consuetudo,& concessio Principis, uno deficiente nõ acquiritur ius, de quo per *Bar.in alleg.l. si publi.in fine*, & infra dicam,ubi ponã not.*Bal.in tit.que sint regalia*,
50 sin autem exactor sciret,malè impositum, vel erat notorium; tunc imponens sine causa, & exigens peccarent,& rapina esset, & hoc,
51 quia contra voluntatem transeuntium aufertur,& suum,quod est de jure naturali gentium, scilicet dominiũ rerum, contra quod Princeps non potest disponere: non enim est Princeps Dominus, nisi quantum ad protectionem, in his etiam Papa non dispensat sine causa, *extra de justit.& jure c. quanto*, *cum gl.* ubi verò agitur de erogando suum,vel in eo,in quo non est alicujus præjudicium,tunc Princeps sine causa, & Papa dat indulgentias amplas sine causa, & valet,& est absolutus talis:quia nemini facit injuriam Vicarius Christi,si de Thesauro Ecclesiæ largitur,ultra quod debeat,nec debet esse oculus alterius in hoc, *ex Matth.cap.xx.D. Thom. in 4.sent.dist. xx.* secundum *D. Andr. de Isern.* qui tamen non allegat locum proprium,vbi *D. Thom.* hoc dicit.sed,ut dixi,tibi hoc dicit in al-
52 leg.loco,sed aliud est,quando jus alterius legerit Princeps,qui non potest sine causa, sed cum causa, maximè ob communem utilitatem, de quo plenè per eundem *And. in tit. que sint reg. vers.portus*,& super *vers.ripatica.* non allegando materiam in jure communi, quæ valdè extensa est in *l. & ex hoc jure gentium*,*ff. de justit. & jure*,& in *l.item si verberatum*,*ff. de rei vend. cum pluribus similibus*,quod non extendo:quia
53 potiùs laborioſum,& pompoſum esset; & sic ex his habemus,quod ab Imperatoribus, & Regibus potest imponi novum vectigal, & cum causa,& dixi exemplum, propter necessitatem, vel propter locũ timorosum, quod etiã ponitur in istis *Ritibus in Rubr.de Jure Passagii*,ubi etiã
54 dicam,sed circa hoc, cùm dicitur an Princeps faciat cum causa,vel sine causa, videtur aliqualiter insistendum,cùm idem *Andr.* dicat, quod semper intelligatur cum causa facere,hoc dicit *in tit.qua sint regalia*, *circa finem principii*, ergò frustra loquimur, an Princeps faciat cum causa,vel sine,cùm hoc semper intelligatur, secundum eundem *Andr.*& quomodo loquatur ipse *Andr.* scilicet,quod Princeps simpliciter faciẽdo intelligatur cum causa; sed intelligas, si tunc,scilicet,tempore impositionis,suberat causa,licèt non sit expressa in impositione, tamen sufficit, quod rei veritate erat causa;sed si nulla subesset causa, diceretur, quod intelligitur causa, hoc esset malum, maximè, cùm tendat ad sui Principis vtilitatem, & damnum aliorum,circa quæ non statur ejus dicto: cùm non possit de suo commodo testificari, ut expressè tenet idem *Andr. in tit. quæ sit prima causa beneficii,in §.itemque Dominus*, & sequitur etiam ipse *Andr. in alleg. tit. qua sint Regalia*, *circa*
55 *finem principii*, dicens, quod Princeps non potest mutare jus naturale gentium,dicens,sic debere intelligi jura de potestate Principis lo-
56 quentia,*ut semper cum causa faciat*, non dicit, ut semper cum causa præsumatur; sed quod facere debet cum causa; & sic intelligere debes dictum suum,ut ex suis notatis priùs, rectè intelligentibus ad hoc videtur facere *Ritus* prædictus hujus Regiæ Cameræ Summariæ, ut dicam in ipsis *Ritibus ad rubr. de jure passagii*, vbi dicitur, quòd *hæc solvitur in locis timorosis*, *ut guidentur transeuntes per hos dubios passus*; & sic apparet, quod cum causa imponitur, maximè dicta passagia,& propter quod dictum fuit, *ut transeuntes per hos dubios passus securè vadant*, vt in dicto *Ritu.*

57 Item quæritur, si impositum fuit vectigal cũ causa,& postea causa cesset, an ne revocabitur? & *Innoc.*dixit *in cap.quia plur. de imm. Eccles.* quod,si Princeps,Imperator,vel alius,sine causa facit constitutionem contra jus naturale, puta si dominium de unò ad alium transferatur sine causa,arguit *Innoc.*quod in foro judiciali nõ est servãda,ut per notata *in cap.qua in Ecclesiarum*, *de cost.* facit benè *l. ex facto*, *in primo respon-so*, *ff. de vulg. & pup. subst.* Quidam dicunt, quod in foro judiciali est servanda,sed primum verius,secundum notata per dictum *Card.Flor. in cap.quia plerique,de immun. Eccl.* sed quo ad propositam quæstionem,& materiam, quid dicemus, quando constitutio prædicta fuit facta cum causa, sed causa cessavit, ut proposui? *Innoc.* non dicit, quod cessabit constitutio, quia debet restringi ad eum casum,in quo *juſta* est,ubi causa justa,ibi est constitutio justa, quæ dat exceptionem Macedoniani per justam causam; sed si certum esset, quòd causa illa non subest,peccaret ille, qui exceptionem defenderet. Sed quidam (ut refert *Innoc.*) dicunt ex quo facta est constitutio ex causa justa, licèt causa cesset,servari debet, ex quo est generalis, quia non potuit, nec fuit expediens omnes articulos singulariter comprehendere,*ff. de leg. l. non potest*,nisi casus,qui à jure excipiuntur; primum placet, quod tenet etiam prædictus *Card.* quia proprium constitutionis est,quod sit justa *de constit.per tot.titulũ & in canon.erit antẽ 4.de constit.* cum ergo desinet esse justa, non est servanda, vel potest dici, & meliùs esset, secundùm *Card.* eundem Principem esse consulendum,in *cap. si quando de rescript.* & quod Princeps providebit; videtur benè, & notabiliter facere, quod notat Dominus *Andr.de Isern. in in tit. que sint regalia* super *verbo moneta*, ubi dicit, quod quando existente necessitate, ut puta bellum, fiat vilis moneta, & sic ex causa, cessante illa causa,tollitur illa moneta; sic in-

Digitized by Google

vectigalibus, quæ debent justis ex causis imponi, ut dictum est, cessantibus causis, cessare debent vectigalia; & de dicta nota Domini *Andreæ* faciam plenam mentionem in istis *Ritibus*.

58 Item videndum est, de quibus rebus debet solvi pedagium, seu gabella, vel vectigal, & dicas, quod quantum ad dirictum Fundici, expe-
59 ditum est infra *in Rit.* 18. vbi dicitur quod de omnibus mercibus debet solvi jus Fundici, præterquam de exceptuatis, & ibi in eodem *Ritu* ponuntur ea, quæ exceptuata sunt; quantum verò ad pedagia, de quibus recipiantur, & quãdo, *Ritus* dicit, quod recipiuntur secundum consuetudinem, de qua in dictis *Ritibus* dicemus, & maximè in *Rit. Rubrica de jure passagii*, ubi dicitur de lignaminibus, quæ veniunt de Sancto Severino ad Nuceriam, ad Castrum Maris de Stabia. Sed videamus de ipsis juribus, ut de vectigalibus, quo ad transeuntes, & trans-
60 ferentes bona, de quibus intelligatur, quod solvere debeant vectigal, *glossa* est, quod de omnibus rebus, quę negotiationis causa deferuntur, non autem gabella, seù vectigal de proprio victu, nec de eo, quod ad Fiscum portetur, nec de rutilibus instrumentis, sed si causa negotiationis portantur, benè solvitur, ut *in Universi*, C. *de vectig.* & si dubitatur, an negotiationis causa portentur, recurrendũ est ad indicia, & quod si est bonus vir, est maximum indicium, ut ejus juramento credatur, ut *in l. non omnes*, §. *à barbaris*, *ff. de re milit.* & quod not. *in clem. de cens. in gl.* quam vide, & de hoc etiam ponit *D. Andr. de Isern. in d. tit. quæ sint regalia* sup. *verb. ripatica* ubi dicitur, quod de õnibus solvitur, quę negotiationis causa vehuntur, ut in *l. licitatio*, §. *earũ rerum*, *ff. de public.* nisi de illis, quæ sũt specialiter exceptuata, *d. l. universi*, & *l. omnium*, *C. de vect.* & quia ipse Dom. *Andr.* intricatè loquitur, declaremus eum, ut rectè intelligi possit, & sic dicit ipse Dom. *And.* quod est hoc, quod lex dicit, non præstatur vectigal de eo, quod præstari non consueverat: cùm præstari, & debere præstari, sint paria; ergo non benè dicit, *non consueverat*, ex eo quia, si non consueverat præstari, tamen, quia præstari debuerat, dicetur teneri; quod sic patet, quia etiam si dimittatur, & non exigatur per officialem, nihilominus alius officialis succesor non prohibetur exigere, ut in *dicto* §. *earum rerum*, & dicas, quod in istis verbis *D. Andr.* vult dicere, quod intelligatur de his rebus, quæ consueverunt non præstare vectigal, vt quia non extabat memoria, nec poterat probari unquam de certo genere mercium fuisse solutum, nec præstitum, sicut in Regno Siciliæ de equis, &
61 animalibus venditis jus fundici nunquam fuisse exactum, & licèt dicatur *in Rit. huius tit.* non tamen extenditur ad prædicta animalia,
62 ex quo nunquam fuit solutum; & sic quando sumus in rebus, seu juribus, quæ non sunt acquisita fisco, præscribitur 20. annis, post constitutionem, & ordinationem fundici factam, itaquod si appareat, quod ante ordinationem fundici per annos 20. retro non fuit solutum, (ut dictum est de equis) tunc ordinatio fundi-
63 ci non extenderetur ad illud; seu soluto semel de jure quęsito fisco, si postea desinat solvi, tunc requiritur centenaria præscriptio, sicut in rebus acquisitis fisco in Regno Siciliæ, ut *constit. quadragenaria*, *lib.* 3. & tũc sufficit, solvi in alioquo loco post statutum, licèt in alio loco nõ sit cæptum exigi, nõ tamen videtur fisco præjudicare; & sic videtur intelligi *d.* §. *earũ rerũ in fin.*
64 & sic quod illud, quod ex indulgentia publica nus omisit exigere, alius exigere nõ prohibetur, etiam cùm omnia loca, & dohanæ Regni sint Regis, & Regi subsint, & quod sit in uno, prodest, & nocet in alijs, quæ sunt eodem modo, & intellige semper, quod non sit probatum, vel non costet, quod ante ordinationem per 20. annos retro fuerit solutum de certis mercibus: quia ad aliud non extenderetur ordinatio, ut dictum est; & sic debent intelligi di-
65 cta *D. Andr.* concludendo, quod de omnibus rebus negotiationis causa delatis, debet solvi vectigal, nisi sit consuetum non præstari; & tunc, aut loquimur de non consueto præstari ante ordinationem fisci, & tunc si per 20. annos constet, quod non fuit solutum, ad illud non extenditur constitutio fisci postea facta; si autem post ordinationem de certis mercibus non fuit solutum, tunc requiritur centenaria præscriptio, post quam inceptum fuit exigi; itaque ante centenariam præscriptionem non nocet fisco, si non fuit exactum. Immo non prohibetur exigere succesori, quod prædecessor omisit; sin autem centenaria præscriptio esset completa, noceret fisco, & exigi non posset, & ita intelliguntur verba confusa d. D. *Andr.* intellige semper, quod de præscritione deducuntur tẽpora bellorũ, in quibus justitia exerceri non potuit, de quibus per *Innoc. in c. auditis*, *de præscript.*

66 Sed quo ad quæstionem principalem, de quibus rebus debeat solvi vectigal; nam *gl.* habemus, quod de quibusdam solvi non debet, sed de reliquis, sic *gl. est in l. si publ.* §. *de rebus*, *ff. de public.* & ibi *gl.* dicit, quod si non præstatur vectigal, aliàs munificium, octava portio præstatur, & duas partes habet fiscus, tertia Civitas, vel municipium; sed de pœna dic, secundum
67 *Bal. in l fin. C. de nau. fen.* & dico etiam infra; dicit enim *glos. pred.* quod regulariter præstatio vectigalis, est de qualibet re, quæ devehitur de una Civitate in aliam, causa commercij, nec per rescriptum, nec per militiam quis excusatur, *C. de vectig. l. omnium*, & *l. ex præstatione*;
68 excipiuntur tamen illæ res, quæ mittuntur ad usum Præsidum, scilicet usum eorum, vel suorum procuratorum, idem est si ad usum cuiuscunque privati, *C. eodem l. universi*, *in princ. ff. de*

vec-

Digitized by Google

verborum significe. l. idem si ad usum fuerunt, ff. de usu, & habit. l. 11. §. 1. & l. pretium, §. praeter; idē de his, quæ deferuntur ad fiscum, vel gratio exercendi juris, *C. eodem l. universi*; idem in fiscalibus rebus, *ff. eod. tit. l. licitatio, §. fiscus*. Item naviculariæ excusantur; *C. eod. l. omnium in fine*. Item legati hostium pro rebus, quas de nobis ad suos licitè portant, *C. eod. l. allegatis*. Item excusantur, quod præscripserant non solvere, ut *d. l. publi. §. in omnibus, & l. licitatio, §. earum*. Item res paratæ exercitui excusantur, ut *d. l. licitatio, §. res*, quæ omnia habentur in alleg. *gl. d. §. de rebus*.

69 Item, quia dictum est supra, qualiter vectigalia imponi debeant, & de quibus rebus exigi possint; nunc videndum est de personis, à quibus exigi possunt, & imponi; & primò, an à Clericis possint exigi dicta vectigalia, & gabellæ? & præsuppono primò id, quod dicit *D. Tho. in c. 16. ad Romanos*, ubi dicit, quod ab hoc debito liberi sunt Clerici ex privilegio Principum, quod quidem æquitatem naturalem habet; unde etiam apud Gentiles liberi erant tributis illi, qui vacabant rebus divinis; legitur *Gen. c. 47. vers. 22.* quod Ioseph subjecerat Pharaoni totam Terram Ægypti præter Terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus, & statuta cibaria ex horreis publicis præbebant, & subditur ibi, quod ex universa terra Ægypti Regibus quinta pars solvitur, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac editione fuit. Hoc aute omninò æquum est; sicut Reges solicitudinem habent de bono publico in temporalibus, ita ministri Dei in spiritualibus, & sic per hoc, quod Deo in spiritualibus ministrant, recōpensantur a Regibus, quia pro pace eorum laborant, secundùm eundem *Thom. loc. cit.* Sed videamus quid de jure sit, de quo tetigi supra, & latiùs tangam istam materiam, & *Dom. Card. Flor. in clem. præsenti, de cens.* plenè de hoc tenet, quod Clerici non teneantur,

70 dicens, quod bona Clericorum gaudent privilegio, sicut & res Ecclesiarum, quæ bona non habent onus annexum, & sequuntur personā, tanquam accessoria; ideò gaudent privilegio personæ, quo ad forum; unde Domini temporales pro talibus rebus non possunt collectas imponere Clericis, *ut de immunit. Ecclesiast. cap. primo, lib. 6.*

71 Item, quid de Clericis conjugatis, non prætermittentibus divina officia, an teneantur ad vectigalia? dicit *Innoc.* in conjugatis, quod in non conjugatis prætermittentibus divina officia, & intendentibus negotiationi, ut *in cap. Nonnos*, & *cap. seqq. de cler. conjug.*

72 ita quod non conjugati monentur, *in dicto cap. fin. de vita, & hon. cler.* ut negotiationes non convenientes dimittant quas, si non dimiserint, spoliabuntur beneficio, quod habent,

73 Sed quæ negotiationes sint prohibitæ Clericis, adeout eas exercentes priventur, privilegio clericali, die, ut patet, ex *tex. in d. cap. fin. de vita, & honestate Cler.* dum dicit *secularibus*; & sic dicamus omnes negotiationes convenientes laicis tantùm esse interdictas Clericis, *ut in tit. ne cleric. vel mon. secularibus negotiis se intromitt. in rubro*, & *nigro*, & maximè *in cap. 1.* ubi enumerantur; quas etiam enumerat *Speculator in tit. de cler. conjug.* ubi dicit, non prohiberi clericis certas negotiationes honestas, quæ probantur in *dicto cap. 1.* à contrario sensu; *Archid.* verò dicit *in d. c. quanquam* super

74 *vers. deferunt*, quod si causa mercimonii deferunt Clerici merces, immunitate non gaudent;

75 & sic est arg. contra ēptores reddituū Clericorū, vel Regis, vel alterius Baronis, qui emptores volunt in his gaudere illa immunitate, qua gaudent Clerici, Rex, Baro in sua jurisdictione, volentes blandum, vinum, & alia, ex hujusmodi emptionibus obvenientia sine solutione transferre, prout illi, à quibus emerunt, quod non possunt facere; sed alii *DD. in dicto cap. quanquam*, & in *d. clem. præsenti*, referente *Bar.*

76 dicunt, quod aut est vectigal ordinarium ex persona Ecclesiæ, sive fisci, & non transit immunitas in emptorem; aut est vectigal extraordinarium, quod nō imponitur lege, Senatus consulto, vel Statuto Principis (istæ enim sunt extraordinariæ) & ista immunitas trāsit in emptorem, & ita dicunt isti *DD.* dicere *Bar. in d. §. mercatores, ff. de publ.* sed in rei veritate *Bar.* non sic dicit, sed hæc sunt verba *Bar. in d. §. ut puta Ecclesia Romana habet salmas in terra Romandiola; modò quidam emerunt salmas ab Ecclesia, & portabant Bononiæ, petebant in Civitate Faventiæ pedagium, illi dicebant, nos emimus ab Ecclesia, quæ non debet solvere*, & dicit ipse *Bar.* quod per ipsam legem §. *mercatores* fuit determinatū contra eos, non obstatibus *l. Ratilia, §. 1. ff. de contrab. empt. & l. Invitus*, 199. *§. penul. ff. de reg. jur.* quia trāseunt jura ad emptores, si cohærent rei, secus si personæ: quia tunc ad emptorem non transeunt, secundum *Dynum*; sed ipse *Bar.* dicit: *ego puto aliter distinguendum, nam aut est vectigal extraordinarium, scilicet quod non imponitur lege, Senatus consulto, vel constitutione Principis, ipsa enim sunt extraordinaria, ut C. de vaca. mu. l. 1. lib. 10. & ff. de vacat. mu. l. In honoribus, §. qui munneris*, & ista munera trāseunt ad emptorē, & sic *Bar.* nō dicit simpliciter, quod si est ordinarium, non transit ad emptorem, sed dicit *Dyn.* quod si est privilegium, quod cohæret rei, transit ad emptorem, secus si personæ. Nunc autem apparet, quod hoc vectigal impositū est rei, quia pro rebus trāseuntibus debetur, licèt sit inductū, quod Clerici nō teneā-

77 tur ad hoc vectigal, tamē inductū, siue indictū personæ pro rebus; sic dicimus de collectis, quæ imponuntur personæ prò rebus, & dicas circa Ecclesias, quod nullus ab angariis, & perangariis, etiam si sit Ecclesia, excusatur, *ut in l. neminem, C. de Sacros. Eccles.* ubi habes etiam secundùm

dùm *Bal.* quod Princeps debet semper munire, & expendere de marsupio suo, & si non sufficit imponere collectam Civitatibus; & dicit etiam, quod quando exercitus transit, pro victu conferunt prædia illius loci; & dicit etiam secundum *Gulielm.* quod in re, quæ traditur Ecclesiæ, potest imponi onus de solvendis collectis, secundùm *Innoc. de foro compet. c. verum*, & sic ratione pacti teneatur Ecclesia, quæ aliàs non teneretur, de quo in *d. l. neminem.* Nam privilegium Clericorum, quod propriè, & principaliter cohæret personæ, est immunitas fori, & excõmunicationis *can. si quis suadẽte*, & hoc verũ est, quod non transeat ad aliam personã; sed privilegium, quod datur rebus, licèt contemplatione Clericorum, prout plenè habetur *in cap. perpendimus, de sent. Exc. in rep. D. Card. Flor.*

78 & sic secundùm *Dyn.* ista immunitas transiret ad emptorem, propterea intelligendo rectè §. *mercatores* intelligitur id, quod dicitur, quod fiscus non est immunis, scilicet de vectigalibus, quæ debentur alteri; si verò deberentur sibi, scilicet Fisco, ille, qui emit ab isto fisco, esset etiam immunis, quia ipse fiscus à semetipso non potest exigere, quod tenet Dom. *Raphael de Cum. in allegato* §. *mercatores*, ita quod concluso est *Bar. in d.* §. *mercatores* juncta distinctione *Dyni*, quod aut est munus ordinariũ, quod est, quando à lege, Senatus consulto, vel constitutione Principis sit, & tunc, aut pri-

79 vilegium cohæret personæ, & non transit ad alterum, aut cohæret rei, & transit ad emptorem, aut est extraordinarium, & non transit.

Nunc ergo ad propositum, nostrum, quia hoc munus, & immunitas muneris imponitur rei principaliter, & non personæ, quia super rebus imponitur, & pro rebus conceditur immunitas principaliter, licèt ratione personæ, &

80 ideò secundùm distinctionem *Dyni*, quam sequitur *Bar.* transeat ad emptorem; sin autem Ecclesia, Rex, & Baro, habeãt certum redditum annuatim; puta salinas, & vendunt annuatim, seu pro certis annis; tunc dicas, quod etiam emptores non debeant solvere collectas, & vectigalia, sicut nec debebat Ecclesia, & Rex solvere; probatur hoc per dictum *cap. 1. de immun. Eccles. in 6.* ubi dicitur, quod non potest imponi quæcunque exactio Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis pro quibuscunque possessionibus; unde si ab emptoribus posset recipi, ergo à contrario sensu esset tollere privilegium Ecclesiis, & in divinum dispendium verteretur, & retraherentur Clerici, & Religiosi, forsitan per indirectum, à divinis: nam per hoc deveniretur contra voluntatem, & mentem legis attento proœmio *d. cap. 1.* ubi nititur Papa, quod immunitas Ecclesiarũ non lædatur, cùm laici plurimũ infesti sint Clericis; itaque sumus *in regula ultima lib. 6. de regul. juris*, ubi dicitur, quod qui verbis legis nititur, & contra legis voluntatẽ, in legẽ comittit, quod omninò prohibendũ est, & maximè per aliam regulam, quæ vult, cùm quis una via prohibetur, ad id alia via non debeat admitti: quia per hoc Clerici, & Religiosi non invenirent sic de facili emptores, qui fortè nollent emere cum hoc onere solvendi, & sic retraherentur per indirectum à divinis, dum fortè vellent per se recolligere dictos fructus: quia, aut nihil, aut parum redditus reciperent, aut si per se exercerẽt, à divinis retraherentur, quod est contrà mentem dictæ *decretalis primæ*. Pro hoc habetur una singularis nota *D. And. Isern. in 10. col. in tit. qualiter vasall. jurare debeant*

81 *fidelitatem*, ubi dicit, quod quando Rex concedit aliquam rem, vel donat, ille, qui recipit, etiam si sit Ecclesia, videtur recipere illo jure, quo est apud primum dantem; & sic in Regno Siciliæ de donis regiis debet cognoscere magna Curia, sicut de feudis quaternatis, subdens ipse *D. Andr.* quod sic deberet dici de Ecclesia, ut tenẽs ab Ecclesia teneat eodẽ jure, quo Ecclesia: quia jus publicum, & jus divinum æquipa-

82 rantur, *ut in Linter divinum*, *C. de Sacros. Eccl.* & videtur velle expressè, quod cùm Ecclesia non teneatur ad gabellas, & vectigalia, sic nec emptores reddituum ipsius Ecclesiæ, quod nota singulariter; sed restat respondere *ad* §. *mercatores*, quem in contrarium inducit *Bar.* & breviter intelligendo, ille §. non loquitur de eo, qui debet redditum recipere: quia si ille vendit, non potest aliquid recipere ab emptore, quia jus suum transtulit.

83 Item, quod si fiscus deberet recipere directum, & contraheret cum alio, non posset exigere à contrahente, quia reciperet à se ipso, & sic propriè intelligendus est *d.* §. cùm aliquis, puta locus, vel Civitas habet certum pedagiũ, quod Fiscus de negotiis suis non debet illud solvere; sed si fiscus contraheret cum alio, ille alius non est immunis, sed benè solvere tenetur, & sic sumus in alio casu, & si diceres: immo sumus in eodẽ casu, quia secundùm quod tu dicis, quando fiscus non tenetur solvere alteri, attamen contrahentes cum Fisco tenentur; eodem modo dicendum est de Ecclesia: quia si Ecclesia non teneretur, tamen teneretur, con-

84 trahens cum Ecclesia; sed respondet, ut dixi, quia per hoc omne privilegium immunitatis Ecclesiæ tolleretur per indirectum, quia Ecclesia eo modo necessè habeat contrahere, aliter retraherentur contrahentes; unde potest dici, quod §. *mercatores* loquitur de Imperatore, qui sibi ipsi, & subditis potuit imponere legem, nõ autem Ecclesiæ, & Clericis, nec tollere potest libertatem, & immunitatem Ecclesiæ, quod singulariter not. *tex. in cap. solitæ, de major. & obed.*

85 per hoc habetur *Ritus infra eodem*, ubi dicitur, quod fiscus non solvit de contractibus suis, si vendat, vel emat, sed contrahentes cum fisco; sic etiam si fiscus vẽdat id, quod emerat, de quo non solvebat, quia immunis, tamen emptor solvat

Digitized by Google

vat id, quod non fuerit solutum specialiter juris fundici, & sic *Ritus* ille intelligitur inter subditos Regis, inter quos potuit legem con-
86 dere, non tamen in Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis locum habebit; ita quod dico, quod *Ritus* ille non habet locum in Ecclesia, & Ecclesiasticis personis; propter quod advertāt Reges, & Domini, quia secundum quod dicit *Jo: Andr. in alleg. cap. 1. de immun. Eccl. lib. 6.* in hoc multùm peccant Itali, & ideò plagæ nō deficiunt, sed superabundant, & hoc dico in terminis, quando Ecclesia habet prædictos reditus, & sylvas, quod ipsorum emptores gau-
87 deant immunitate Ecclesiarum, quantum ad ipsum primum emptorem, sed non ad alium tertium, ut in simili in iisdem terminis dicitur in allata nota *D. Andr. de Isern.* qui dicit, quod ille, qui habet ab Ecclesia, utitur eodem jure, quo Ecclesia, non autem alius tertius, qui reciperet à recipiente ab Ecclesia, maximè si omninò dominium, & possessio civilis dictæ sali-
88 næ, & sylvæ remaneat apud Ecclesiam; secus dico, si Ecclesia, & Clericus vendat rem separatam, puta frumentum, vinum, ligna, & similia, quia hoc casu emptor si de illis contraheret, tenetur solvere vectigal, cùm illarum rerum nihil
89 remaneat apud Ecclesiam, ita quod tunc benè potest dici cùm mutatur persona, mutatur & conditio rei, *ut in l. Paulus, ff. de acq. haered. & in fin. C. de inoff. test.* ex quo totaliter transfusum
90 est omne jus in emptores, ac salinarum, & nemorum remanet dominium, ut dixi, apud Ecclesiam, itaque propriè dici potest, quod illi nomine Ecclesiæ faciant, licèt eorum utilitatem faciant; & hæc videntur servari debere, pro honore Ecclesiæ, & Dei, & ego etiam quantum-in me fuit, determinavi, dum esset quæstio inter monasterium S. Clarę, seu Corporis Christi Neap. quod Monasterium vendidit certas sylvas, & ab emptoribus petebant Puteolani gabellam pro portandis lignis Neapolim, primò portatis ad territorium Puteolanum, & ab inde portandis Neap. quia, ut dixi non debet solvi à dictis emptoribus, sicut nec monasteriū solveret, sed si emptores de lignis ipsis facerent aliquā negotiationē, & cum aliis contraherēt, quod illi alii tertii tenerētur, ex ipsa causa negotiationis, quam ipsi emptores facerent.
91 Item à Clericis, ut dictum est, non possunt exigi vectigalia, & gabellæ per prædict. *capit. quanquam, de Const. lib. 6. & in clem. præsenti,*
92 *eod. tit.* declarando secundum quod supra dixi. Item licèt Ecclesia, & Clerici non teneantur, ad collectas, tamen tenentur contribuere pro reparatione pontium, & viarum, *ad infrascriptionem*, *C. de Sacros. Eccl.* ubi habes, quod res Ecclesiæ tenentur ad refectionem viarum, & pontium; Ecclesia verò sola, ideſt ipse locus facer, sine aliqua possessione, quod non tenetur ad istam collectam, ideſt viarum, & pōtium; nec etiam Ecclesia Civitatis tenetur ad refectionem pontium figillatim intra Civitatem, quia Ecclesia nullius in bonis est, sed totę parochię reficit, & ideò possessiones steriles nō tenentur ad istam contributionem, quia illud est onus fructuum; sic etiā, & gabella, quę imponitur pro refectione plaustrorū, vel curruum, de iis, quæ portantur ad portum, solvitur, quia plaustra destruunt vias, & sic oportet, quod cōtinuè reficiantur viæ ex illa pecunia, & ideò sicut ad refectionem viarum tenentur, ita ad solutionem illius gabellæ, ex qua reficiuntur
93 viæ, ad hoc tamen non possunt cogi per seculares, *ut in cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 6* Item
94 an Ecclesia teneatur contribuere ad muros Civitatis? *gl.* respondit, quod non, sed Dominus *Isern.* dicit, quod si muri fiunt ad ordinationē Civitatis, Ecclesia non tenetur conferre, sed si fiunt ad necessitatem, puta propter bellum,
95 vel suspicionem belli, tunc Ecclesia tenetur contribuere, quod credit *Bal.* verum, si compellatur per Episcopum, & non per aliū
96 laicum; sed quid in refectione fontis, & putei necessaria ad usum hominum villæ? dic idem, quod in viis, ut notat *Specul. in tit. de Consibus, ver. dicendum*, ubi omninò vide, *& in cap. quanquam, de censib. lib. 6.* de quo per *Bal. in d. l. ad instructionem.*

97 Sed pone, quod Communitas imposuit gabellam, quod de omni sterio bladii, quod immittitur, solvatur certa quantitas pecuniæ, deindè Communitas locavit gabellam quibusdā, pacto adjecto, quod exigere possint, etiam à Clericis, & Religiosis, quo facto gabellarii petiebant à quodam Priore gabellam occasione bladii sui Monasterii in Castrum intromissi, quæritur an possint? & si non possunt, ad quam pœnam incurrant emptores exigendo, & exigendo Clericos ad solvendum? Item quæritur,
98 an Potestas, vel alii Officiales Castri, cogentes Clericos ad solvendum, & ex hoc capiendo familiares Clericorum incurrant pœnam? & quam? & super his omnibus consultus *Dom.*
99 *Card. Flor.* respondit primo respectu impositionis, quod propter impositionem factam, dicō non potest, quod imponentes incurrant aliquā pœnam: quia non fecerunt mentionem de Clericis, potuerunt enim imponere suis, si habebāt jura regalia, sicut possunt Principes; si autem, quando imposuerunt, expressissent, quod etiam à Clericis exigeretur, tunc ex tali statuto essent excommunicati, tanquam violantes libertatem Ecclesiæ, *de sent. excomm. cap. noverint, & cap. grave*; sed ex hoc solùm, quod expresserunt in contractu, non sunt propterea excommunicati: quia hoc est jure expressum, licèt ar-
100 gui possit, quod talis contractus factus cum eo, qui habuit potestatem legis condendæ, ha-
101 beat vim legis, secūdum quod notat *C. de legibus, l. digna vox.* Primum verius: quia propriè non potest dici lex vel statutum, cum universaliter, & perpetuò nō liget, *de constit. cap. 1. & 6. final.*

Digitized by Google

102 *s. final.* Ad primũ autem dubium, cùm quæritur, an gabellarii possint gabellã exigere à dicto Priore? respondet ipse *Card. Flor.* quod non: quia Ecclesia, & Clerici sunt immunes à talibus impositionibus, C. *de Sac. Eccl. l. sacrosancta*, & *de Epis. & Cler. l. de iis, & de immun. Eccl. c. 1. lib.* 103 *6.* & hoc respectu bladii, quod immittitur nõ causa negotiationis: si enim causa negotiandi, non gaudent immunitate, *d. c. 1.* à contrario, & not. *Specul. de immunit. Eccl. in fin. ff. de public. l. licitatio*, §. *mercatores*, & quod ibi not. *Dyn.* de eo, qui emit salinas Ecclesiæ, dicens eũ teneri ad pedagia solvenda, licèt *Bar.* videatur ibi aliter dicere; sed primum tenet *D. Card. Flor.* sed tu dic meliùs, & clariùs, ut supra proximè dixi, deducendo, & declarando dictum *Bartholi*, & aliorum, & secundum quod ibi est dictum teneas; sed in eo, quod dicit prædictus *Card. Florentinus* de portatis negotiandi causa, verum est, quod dixit, quod causa negotiandi, non gaudeant privilegio. Non enim favendum est Clericis in eo, in quo jura violant, negotiando enim, contra præcepta juris veniũt, 104 *Decretal. toto tit. nè clerici, vel monac. Secul. negot. se immisc.* Sed ad secundum quæritur, quã pœnam incurrant emptores, exigendo, & cogi faciendo Clericos ad solvendum? & dicit idem *Cardinal.* quod si cogunt faciendo capi Clericos, excommunicati sunt, *cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4.* si autem cogunt non facta injectione in personas, non sunt excommunicati, *de foro comp. cap. conquestus*; sed aliter cohereendi, quod dic, ut statim proximè dicã. 105 Quantum verò ad tertium, quod quærebatur de Potestate, vel de Officialibus cogentibus ad solvendum, videtur non facile dubium. Quædã enim jura videntur velle, quod exigentes collectas à Clericis, sint monendi, ut desistant, & reddant, quod receperunt, quod si non faciunt, sunt excommunicati, *de immunit. Eccles. cap. nõ minus*, & *cap. adversus*, & sic non ipso facto, cùm exigunt, vel ad solvendum cogunt, excommunicati sunt. Incontrarium verò, immo, quod ipso facto, sine ulla monitione sint excõmunicati, *cap. quanquam, de cens. lib. 6.* exigentes pedagia à Clericis pro rebus, quas non negotiãdi causa deferunt, sunt excommunicati, & Universitates Terrarum sunt interdictæ. Confirmatur hoc in *clem. præsenti, de cens.* vbi præcipitur diocæsanis, quod dictas sententias publicent, ad quod dicit dictus *Dom. Card.* quod diversitas titulorum solvit difficultatem, ut referamus jura præmissa ad suos titulos, & in proœmio decretalium, & ex hoc dicit, quod super alio provident *c. non minus*, & *cap. adversus*, & super alio dict. *cap. quanquam*: illa enim duo capitula, *non minus*, & *adversus* provident circa collectas, quæ continentur sub nomine munerum, ideò *in d. cap. non minus*, tractatur de muneribus ad sciendum ad quæ teneatur Ecclesia, & ad quæ non; sed *cap. quanquam* providet circa pedagia, vel guidagia, quæ continentur nomine vectigalium, & sub hoc vocabulo continẽtur datia, & gabellæ; unde in proposito gabella pro intromittẽdo vehendo, dicitur vectigal, quia datur pro bladio, quod inter vehitur; hoc autem vectigal, etiam autoritate Principis, à Clericis non est exigendum, ut notat *Host. in summa eodem tit. §. ex quibus caus. vers. & unquid laicus, & ver. quod si quis faciat deportari*, & sic locus est *cap. quanquam*, & ex hoc concludit, quod gabellarii exigentes, & Civitas, seu locus, & officiales compellentes, subiiciuntur pœnis *d. cap. quanquam*; & si quæris quare diversa pœna imponatur contra exigentes gabellas, quàm contra exigentes collectas? dic, quia imminet majus periculum in gabellis, quæ solvuntur ratione rerum, quæ deferuntur, nàm volens solvere, pateretur grave præjudicium deferendo, quia statim auferuntur res; quod secus est in collectis, quia Clerici possunt desistere faciliùs à solvendo, nec ita verisimiliter possunt damna incurrere, ex eo, quod non solvunt, 106 ut not. per dictũ *D. Card. in alleg. c. innovamus, de cens.* hoc etiam tenet *D. Petr. Anchar. in d. c. quanquam*, dicens, quod Clerici sunt immunes pro rebus, quas deferunt, vel transmittunt, non causa negotiandi; à contrario ergo sensu, si negotiandi causa, tenebuntur; sed ad hoc facit 107 *c. fin. de vita, & honest. Cler.* ubi Clerici negotiatores perdunt privilegiũ immunitatis post trinam monitionem, ergo non statim; solvitur secundum *Lap.* quod ibi post trinam monitionem perdunt privilegium in omnibus rebus suis, sed in casu nostro ante aliquam monitionem perdunt in rebus tantùm, quas causa negotiationis deferunt, vel deferre faciunt, & meritò, ut puniantur, in quo delinquunt; quãtum verò ad *d. cap. quanquam D. Petr. de Anchar.* dicit etiam, quod dicta pœna *d. cap. quanquam* 108 infligitur contra exigentes pedagia à personis Ecclesiasticis, similiter leges puniunt publicanos, ut si illicitè, publicè, vel privatè pœnis injuriarum obligantur, & extra ordinem puniuntur, ut *in l. licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de public. & eodem tit. l. 1. in princ. & l. pen. in fine*, *Cod. nova vectigalia institui non posse*, & plus credit ipse, quod pœnæ dictarum legum, non sunt sublatæ per pœnam *d. cap. quanquam*, ut *in l. 1.* §. *dixerit aliquis, de public. in l. quis*, *C. de sepulcro* 109 *viol. & in l. quoties, de act. & oblig.* Ita quod nõ fit absolutio ab excommunicatione, & relaxatione interdicti, nisi præcedat satisfactio de ablatis, & idem dicit *Io: Andr.* de satisfactione, & transgressione. Sed de ista transgressione, cui debet fieri satisfactio? & videtur, quod Prælato, per ea, quæ not. *17. q. 7. cap. si quis cõtumax*, quod placet *Archidiacono*, qui *Archid.* dicit, quod dictũ *c. quanquam* procedit, cùm injuria fit loco, si autem fit personæ, locum habet *decretalis parochianos, de sent. excomm.* sed *Archid.* dicit alia contra per *c. si quis in actio 17. q. 4.* ubi dicitur,

Digitized by Google

tur, quod ſatisfieri debet Eccleſiæ, & ita dicit *Io: Andr. in novella in cap. quanquam.*

110 Item, dictum eſt, quod Clerici, deferentes cauſa negotiationis, non gaudent iſta immunitate; videamus ergò, quis dicatur propriè negotiator? & dicit *Io: Andr.* poſt *Archid.* quod ille, qui rem emit, integram, & immutatam vendēdo lucratus eſt; ille verò, qui emit, ut habeat materiam aliquid operandi, non eſt negotiator, argumento 88. *diſtinct. d. cap. eiiciens.*

Sed circa proximè dictum de eo, quis dicatur proprie negotiator, & an poſſit rem integram, & immutatam vendere, & ſine peccato lucrari, vide plenè *Divum Tho: in ſua ſumma* 2.2. *q.* 77.

111 *art. vlt.* ubi arguit pro, & contra, concludendo, quod ad negotiationes pertinet communitatibus rerum inſiſtere, ut ait *Phil. in* 1. *pol.* duplex eſt rerum commutatio, una quæ dicitur naturalis, & neceſſaria, per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum ordinationem, propter neceſſitatem vitæ, & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiatores, ſed magis ad œconomicos, qui tenentur providere domui, vel Civitati de neceſſariis ad vitam; alia verò commutationis ſpecies denariorum eſt ad denarios, vel quaruncunque rerum ad denarios, non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, & hæc quidem negotiatio propriè videtur ad negotiatores pertinere, ſecundùm

112 *Phil.* ac prima commutatio laudabilior eſt, quia deſervit naturali neceſſitati; ſecunda autem juſtè vituperatur, quia quantum eſt de ſe, deſervit cupiditati lucri, quæ terminum neſcit, ſed in infinitum tendit; & ideo negotiatio, ſecundùm ſe conſiderata, quandam turpitudinē habet, in quantum non importat in ſui ratione finem honeſtum, vel neceſſarium lucrum, quod eſt negotiationis finis; ſin autem in ſui ratione importat honeſtum aliquid, vel neceſſarium lucrum, nihil tamen importat in ſui ratione vitioſum, vel virtuti contrarium, undè nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquem finem, vel neceſſarium, vel honeſtum, etiam ſi ſit negotiatio, tamen licita redditur; ſicuti cùm aliquis lucrum moderatum, quod negotiando quærit, ordinat ad domus ſuę ſubſtentationem, vel ad ſubveniēdum indigentibus, aut cùm aliquis negotiationi intendit, propter publicam utilitatem, ne ſcilicet res neceſſariæ ad vitam deſint, & lucrum expetit, non quaſi finem, ſed quaſi ſtipendium laboris, & videas eundem *D. Thom. alleg. loco*, ubi reſpondendo contrariis, multa bona dicit, circa iſtam negotiationem, & inter cætera, quod quando aliquis rem non mutatam cariori vendit, videtur præmium laboris accipere, & ſic de Clerico vendente, & emente dicendum eſt, quanvis, & ipſum poſſit licitè intendi, non ſicut ultimus finis, ſed propter alium neceſſarium, vel honeſtum.

113 Item, quod non quicunque, quod cariori vēdit aliquid, quod emerit, negotiatur; ſed ſolùm, qui ad hoc emerit, ut cariori vendat; ſi autem emit rem, non ut vendat, ſed ut teneat, & poſt modum propter aliquam cauſam eam vendere velit, non eſt negotiator, quanvis cariori vēdat: poteſt enim hoc licitè facere, quia in aliquo rem melioravit, vel quia pretium rei eſt mutatum, ſecundùm diverſitatem loci, vel emptoris, vel propter periculum, cui ſe exponit, transferendo rem de loco ad locum, vel fieri faciendo, & ſecundùm hoc, nec emptio, nec venditio eſt injuſta.

114 Item Clerici non ſolùm debent abſtinere ab iis, quæ ſunt ſecundùm ſe mala, ſed etiam ab iis, quæ habent ſpeciem mali, quod quidem in negotiatione contigit, & tamen propter hoc,

115 quod eſt ordinatū ad lucrum terrenum, cujus Clerici debent eſſe contemptores, tum etiam propter frequentia negotiationum vitia, quia difficilè eximitur negotiator à peccatis labiorum, *ut dicitur Eccleſiaſtic. cap.* 26. *verſ.* 28. Eſt etiam alia cauſa, quia negotiatio nimis implicat animum ſecularibus rebus, & per conſequens à ſpiritualibus retrahit. Vnde *Paul. Apoſt.* dicit *ad Timoth. Epiſt.* 2. *cap.* 2. *verſ.* 4. quod nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus: ut ei placeat, cui ſe probavit. Licet tamen Clericis, uti prima commutationis ſpecie, quę ordinatur ad neceſſitatem vitę, emendo, vel vendendo.

116 Item revertendo ad Canonicos, *DD. in d. cap. quanquam*, proſequendo materiam *d. cap. eiiciens* 88. *diſt.* dicit *Dom. Petrus*, quod per hoc concludit *Federic. de Senis* in quodam Monaſterio, quod habebat venam ferri in inſula Elbæ, fecit in illa fodi, & deferri per territorium Senenſe, ut fieret inde ferrum & venderetur poſtea, & lucraretur, & exactores gabellarum Senenſium petebant pedagium, Abb. dicebat ſe non teneri, quæritur quid juris? & breviter, quod teneatur videretur, quia ſic agendo negotiari videtur, ergo tenetur, ut dictum eſt. In contrarium facit, quod ſupra proximè dictum eſt, ſecundùm authoritatem *D. Thom.* & ſic ipſe ſcilicet *Federicus* conſuluit, dictum Monaſterium non teneri; immo plus ipſe dicit, quod, ſi

117 fratres emerent rudē materiam, puta venam ferri, ut facerent inde ferrum, non dicuntur ex hoc negotiari, quia ut dictum eſt, rem emptam non mutatam vendere, negotiari eſt; emere verò rudem materiam, & illam per artificium ad aliquam formam redigere, non eſt negotiari, & vocantur tales, magis artifices, quàm mercatores, ut lanifex, textor, aurifex, faber, & ſimiles, ut probatur *d. c. eiiciens*: unde negotiator nō dicitur in converſis *de verb. ſignif. c. forus*; ne-

118 gotiatio enim eſt Clericis interdicta, artificiū verò non, ut colligitur 88. *diſt. per tot.* & 82. *diſt.* & *de conſer. dict.* 5. *c. nunquam eorum*, quando

119 verò non in proprio ſolo venam ferri faciūt, ſed emunt, ut ferrum inde poſtea redactum vendant, conſultus Dom. *Petrus de Aneh.* reſpon-

Digitized by Google

dit, quod negotiatio ista artificio est mixta; sed si per magistros, & alios faciunt hoc fieri, tunc nulla versatur industria Clericorum, & ideò solvere tenentur; & sic limitat, quod dictum est proximè de fratribus ementibus venã; secus verò, si Ecclesia habeat venam suam, & alia ad hoc apta, & per operarios fieri faciat,
120 deinde vendat, sicut etiam in simili de frumento, & aliis redditibus recollectis in proprio solo, non tenetur solvere, ita de isto ferro, vel materia, quæ appellatione fructuum continetur, *ut l. divortio, §. si uni in fundo, ff. solu-*
121 *to matr.* & vide qod not. *in cap. fin. de vita, & honest. Cler.* per modernos, & quod not. *Bar. in l. legatis, ff. de leg.* 3. ubi declarat, quis dicatur negotiator, seu mercator, & an si semel tantùm emerit, vendiderit, dici possit ex hoc negotiator?

122 Item, quia dictum est, quod Clerici non teneantur ad vectigalia, declarando, quod supra dictũ est, an teneantur ad collectas? & sic domini temporales pro talibus rebus Clericorum nõ possunt collectas imponere Clericis, quod de-
123 clara, ut supra dictum est. Quid autem dicemus de bonis Clericorum per successionem eis acquisitis, an teneantur Clerici solvere collectas, & quid de bonis communibus? *Gaudin.* dicit videri, quod censeantur propria per *dict. clem. præsent. de postul. prela. cap.* 1. maximè si sunt indivisibilia, *argum. extra de appell. cap.* 1. & notat *in specul. de cohab. cler. & mul. vers. ad*
124 *hujus, & seq.* & quod dixi, quod Clerici habent privilegium in bonis propriis, sicut in bonis Ecclesiæ, de quo *in cap. fin. de vita, & honest. cler. in gl.* est verum, quo ad quædam, non autem pe-
125 nitus quod ad omnia: nam de propriis prædiis solvere tenentur decimas, de prædiis autẽ Ecclesiæ non, ut *in cap. 2. de decim.* secundùm unam lecturam; principaliter autem habent privilegium, quod non teneantur ad collectas pro bonis propriis, sicut nec pro bonis Eccle-
126 siæ, ut dictum est. Item, & quod dictum est, quando bona perveniunt ad Clericum ex successione patris, vel alterius laici, pro quibus laicus solvebat collectam, an teneatur Clericus ad ipsam collectam? & videtur quod non, *ut in C. de impon. lucr. descr. l. unica lib.* 10. à con-
127 trario, ubi dicitur, quod si personæ conditio non mutatur, nec rei statum mutare convenit, *Cod. de Episc. & Cler. l.* 2. *in princ. &*
128 *Auth. item nulla, de cens.* in contrarium videtur, quod mutata persona hæredis, non mutatur conditio obligationis, seu obligãtis, *ff. de reg. jur. l. hæredem, & l. qui, & l. non debet.* Item res
129 transit cum onere suo. Sed *Specul. de Clericis conjugatis, vers. ad hujus*, concludit, quod si
130 onus erat certum, & perpetuum, ut census, vel tributum, tenetur etiam Clericus, per hoc *cap. noverint, de jure patron.* & quod not. *Archid. in d. cap. de immunn. Eccles. eodem lib.* quod tenet *Io: And. in add. ad Specul in d. ver. ad hujus, Bar. ff. de munn. & hon. l. rescripto, §. finali*, aut onus nõ est certum, & perpetuum, & tunc refert *Spec.* ubi supra opiniones. Sed dic, quod quæstio pendet, ut videatur, de quibus oneribus sint istæ collectæ; si enim est onus personale, non transibit ad Clericum, si reale, sic, per prædicta; ubi dico,
131 quod potest esse munus reale, & personale, & mixtum; exemplum primum est in casu præcedenti, quando rei imponitur certum, & perpetuũ onus; exemplum secundum, ut si civibus imponitur collecta, habito respectu ad capita, & non ad bona, quæ possident, sicut in villis alicubi pro singulo capite solvitur tantum, sicuti tempore Regis Alphonsi Aragonum impositis foculatibus, qui pro capitibus imponebantur; exemplum tertium, quando imponitur collecta personalis, habita tamen consideratione rerum, ut quia plus diviti, quàm pauperi imponitur, *dict. cap.* 1 dic, ut in primò exemplo. De secundo dic, quod onus personale extinguitur cum persona, per prædicta. De tertio, est majus dubium: videretur enim idem judicandum de onere reali, sic interdictum censetur eodem jure cum actione reali, *de foro compet. cap. ex parte*; dic tamen, quod cùm tales collectæ principaliter imponantur personis, tendunt magis ad naturam oneris personalis. De hoc, quod collecta sit onus reale, vel personale, vide *supra*
132 *in princip.* ubi *all. gl. in c. Regni.* Aut quærimus de collecta non dum imposita, aut de imposita non dum soluta; primò casu, non poterit imponi Clerico ratione bonorum obvenientium à laico, ex quo mutata est conditio personæ.
133 Secundo casu tenetur Clericus, præsupponẽdo, quod pro collecta erant jam bona obligata, quia res transit cum onere suo, per jura supra ad hoc inducta; sed quid si Clericus habeat bona communia cum fratribus, vel nepotibus,
134 & per hoc velit ea defendere a collectis in totum? not. *Spec. in loco prealleg.*, ubi dicit, quod non potest ea defendere, etiam si bona sint indivisa, nam Judex ex officio dividet, *Cod. quom. & quibus qua. pars decurionum, l.* 1. *& 2. lib.* 12. *ff. de munerib. & honorib. l.* 3 *§. fin.*
135 Item circa collectas; videlicet an Clerici teneantur ad collectas? satis est dictum proximè, quantùm ad jura communia; sed in Regno isto Siciliæ habemus jura *capitulorum*, quæ principaliter servantur in Regno. Vnum est Regis Caroli II. tunc Vicarii patris sui Regis Caroli I. editum in planitie S. Martini, anno ejus 18. quod incipit *Item statuimus, quod Clerici, qui clericaliter vivunt, non cogantur communicare cum laicis in collectis, & aliis exactionibus, & sic de gabellis regalibus quibuscunque nec pro bonis Ecclesiasticis, nec patrimonialibus, nec de portionibus eos legitimè contingentibus*, &c. (98. Secundum ordinẽ *de Nigris*) & quod dicit *clericaliter vivunt*, dicit *gl.* Neap. ibi *ergo si non vivunt clericaliter, non competit eis hoc benefitium*, & de hoc dicam *in Ritu in Rubr. de non positis*, &

sub-

136 *ſubtractis,&c.*& dicit etiam ibi *gl.*quod conjugati Clerici nullo privilegio gaudent, niſi privilegio fori, ut eſt not. per *Io: Andr. in cap.*
137 *uti.de cler.conjug.lib.*6. & quod etiam dictũ eſt, quod ſi non clericaliter vivunt, non gaudent hoc privilegio, ſeu beneficio, *C. de Epiſc. & Cler.l.ſi qua per calumniam,& l.generaliter,l.* 1. *ff.de publie.*& cum iſto *c.*cõcordat *de immun. Eccleſiaſt.cap.*4.& dicit *gl.*etiam *in d.cap.Regni*, dum littera dicit: *nec cogantur de patrimoniali-*
138 *bus*,ſupple,ſi cauſa neceſſitatis imponantur, ut not. *Andr.de baru.C.de muner.patri.l.*2. *lib.* 10. & de hac materia dic, ut extra de *Immun. Eccl.cap.non minus,cap.adverſus de cenſ. cap.*1. *& cap.quanquam lib.*6.ſecundum *Nap. in gl. in cap.alleg.Item ſtatuimus,&c.* & de eo, quod eſt de bonis, quæ perveniunt ad Eccleſiam, eſt aliud *cap.* ejuſdem Regis,cujus tenor talis eſt:
139 *Item ſtatuimus,quod poſſeſſiones,& res, quæ nõ non ſunt aliis obligatæ, poſſunt à quibuſvis dari donari,vel obligari Eccleſiis,dum eidem poſſeſſiones, & res curiæ non teneantur in aliquo; ſi verò obligatio talis fuerit,propter quam datio, donatio, vel locatio de jure impediri non poſſet, tunc res, vel poßeſſiones ipſa prædictis titulis,cum ſuo onere ad Eccleſias transferantur* (99. ſecundùm ordinem *de Nigris.*)
140 Item eſt aliud *capitulum* Regis Roberti anno ejus quinto, (incipiens *Privilegia.* 200. ſecundum ordinem *de Nigris*:) quo ad laicos, qui aſſumunt habitum Religioſorum,an teneãtur ad collectas, pro bonis quæ tranſferunt ad Eccleſias? & in effectu poſt proæmium hoc dicit: *Nos itaque diligenti habito ſuper his, perpenſoque conſilio;advertentes proinde, quod confratres hujusmodi niſi ſe religioni probatæ õninò reddidcrint,ſupra Religioſum portantes habitũ,à ſecularibus evidentiùs diſtinguentem,bonorũ ſuorum retentione non facta, ſeu partis ad uſumfructum eorum, vel ſi cum uxoribus ſuis propriis in domibus commorentur,non ſint communiter à laicorum eximendi legibus, ſed juris communis ſubiiciendi regulis, & præceptis, devotioni veſtræ præſentium authoritate mandamus, quatenus ubi confratres, vel oblatos tales in veſtra Provincia reperiri contingat, qui(ut prædicitur)non omninò, & totaliter ſe cum monaſtico habitu, divinæ religioni reddiderint, de bonis aliquid retinentes in uſufructu, vel proprietate; vel cum uxoribus propriis commorantes,cùm ſub nuda appellationis velamine,& in fraudem accepiſſe munus hujuſmodi,oblationis rationabiliter judicetur,& continet eos effectus in collectis generalibus, ſubventionibus, & muneribus cæteris perſonalibus,& realibus, ſive mixtis, quæ univerſaliter imponũtur regni fidelibus(perſonarum,& facultatum conditione penſata)contribuere, reſpondere,ac parere devotè diſtrictiùs,quibus expediens fuerit,remediis compellatis;Cogentes ipſos eorum dominis ſatisfacere, reſpondere, & obedire pariter, de omnibus,in quibus illis, tam perſonaliter, quàm realiter tenentur, & debent;nec non,in civilibus, & criminalibus coram competentibus Judicibus citati reſpondeant, prout ad uniuſcujuſque officium dignoſcitur pertinere; Illos verò, quos oblatos legitimè vobis eſſe conſtiterit, & per dedicationem perſonæ legitimam, & expreſſam, nulla reſervatione bonorum, vel partis, aut uſufructus eorum facta modo debito religioſum portantes habitum, nec proprias in ſuis domibus retinentes uxores,in prædictis,& circa prædicta non moleſtantes indebitè,eos in exemptionis privilegio ipſis indulto à ſacris canonibus conſervetis; Dum tamen in bonis feudalibus, cenſualibus, & cæteris,quæ ante oblationem, ultimi ipſi tenebant ab aliis patronis,ſeu dominis illæſum, illibatum jus in omnibus, & per omnia conſervetur; Ac ubi oblati jam prædicti parentes habeant, aut liberos, aut nepotes ex eis,quos exheredare non licet,quibuſque debetur jure naturæ legitima, quanquam alias vera,& efficax procedat oblatio, cùm in bonis ipſam conſtituentibus legitimam,non ſubſiſtant, ab onere prædictorum munerum illos propterea volumus quomodolibet excuſari; Dignũ eſt enim,& rationabilis cenſura dejudicat, ut veris ſincera conceſſa proficiant, & ficta fallacibus non aſſiſtant; ſicque privilegium præſtetur juris alteri,ut in injuriam non tranſeat alieni.* Et poſteà ponitur publicatio dicti edicti, ut in ipſa littera, & ſequitur datum, quod intelligitur: Anno Domini 1313. die 27. Octobris undecimæ indictionis Regnorum noſtrorum anno 5. & hoc apparet per ſequens proximum *capitulũ*, quod incipit *Judiciorum.*

Sed videamus,an hoc *capitulum*,ſeu edictum bonæ memoriæ prædicti Regis Roberti,procedat de jure,& maxime Canonico, ita quod videamus, an privilegium conceſſum confratribus,intelligatur de illis,qui non aſſumunt habitum,vel ſua bona dant?& breviter dic, quod confratres,ſeu oblati, mutato habitu ſeculari, cenſẽtur Religioſi,& *gloſ.in cap.ut privilegia*, *extra de privil.* ſentit quod non, in eo quod dicit,quod iſti ex toto non debent habitum mo-
141 nachalem,ſed illius Religionis,ſed ſecundùm *Innoc.*etiam poſſunt aſſumere habitum prædictum, & profeſſionem. Sed an percutiens tales ſit excommunicatus? *Innoc.* dicit, quod non; ſed dic,ut ſtatim dicam. Sed ad cenſeãtur perſonæ Eccleſiaſticæ? *gloſ.* in allato *c. ut prvilegia*, dicit,quod ſic,largo modo, & ſic non propriè; *Hoſtien.*verò dicit,quod etiam,qui offerunt, ſe, & ſua Eccleſiis Cathedralibus,conventualibus, vel aliis ſecularibus, & in ſignum accipiunt certum habitum,cenſentur Eccleſiaſticæ perſonæ,de quo per dictum *in ſumma de regul.* §. 1. *verſ.quid de ruſtic.& Specul.de ſtatut.Monachal.* 26.& per hoc apparet, quod percutiens tales, debeat incidere in excommunicationem,contra id,quod proximè dixi, quod tenet *Inn.* pro quo facit,quia *c. ſi quis ſuadente* 17.*q.*4.loquitur de percutiente Clericum, vel Monachũ,

Digitized by Google

& isti non sunt Clerici, nec Monachi; sed pro opinione contraria, scilicet, quod sit excommunicatus, est *cap. Religioso*, §. 1. *de sent. excomm.* 142 *lib.* 6. ubi percutiens novitium in Religione, est excommunicatus, & tamen interim non est professus, unde ibi *glos. in verb. non ponit*, dicit 143 hoc esse, quia est Ecclesiastica persona, & sic vult, quod quicunque censeri potest Ecclesiastica persona, gaudet privilegio *Can. si quis suadente Diabulo*, 17. q. 4. pro quo inducit illa *glos. quisque*, ubi dicitur sacrilegium committi, cùm infertur injuria Ecclesiasticis personis, per hoc, 144 quod notatur *de sent. excomm. c. non dubium* in *glos.* quæ tenet conversos seculares Ecclesiarum gaudere privilegio *cap. si quis suadente*, quod tenet ibi *Hostien.* quando talis conversus est plenè translatus, ut quia mutavit habitum; & secundùm hoc in casu nostro, cùm isti mutaverint habitum, debent gaudere privilegio *d. c. si quis suadente*, quod puta æquum quo ad fratres, qui mutaverunt habitum, sed quo ad illos, qui tantùm dederunt bona sua, retento sibi usufructu, secus esset: licèt enim comparentur, intellige, quod comparantur cum effectu, de quo in hoc *text. supra allegato*; quo autem ad alios effectus, non, qui enim mutavit habitum, nullo jure potest censeri ex toto persona Ecclesiastica, sed qui mutavit habitum authoritate ejus, qui habitum illum tradere possit, benè potest censeri persona Ecclesiastica, per id, quod notatur per *Hostien. in d. vers. quod de rustic.* & procedit hoc intelligendo verba *cap. si quis suadente*, non strictè, cùm dicitur ibi *si quis in Clericum, vel Manachum*, pro quo intellectu optimè facit *glos.* in prædicto allegato *cap. Religiosi*; facit etiam ratio, quod in pœnis spiritalibus interpretamur potiùs, quod liget, quàm quod non, ut habetur *de scrut. c. unic. in glos. fin.* per hoc, quia excommunicatio est medicinalis, *de sent. excommun. c. 1. lib. 6.* nã inhærendo rigori, & veritati juris, dicendũ foret, nullum gaudere privilegio *Canonis si quis suadente*, nisi Clericus, aut Monachus, saltem animi distinctione ex habitu, Conversi, aut Religiosi censentur Monachi, quia profitentur, ideo gaudent privilegio dicti *Canonis*, & in *d. cap. non dubium*, & *cap. parochianos, eod. tit.* sed Confratres, de quibus *in d. cap. ut privilegia*, non possunt censeri Clerici, vel Monachi, per id, quod statim dicam, & sic de juris rigore, verius est, quod dicit *Innoc.* scilicet, quod non sint personæ Ecclesiasticæ, de quo per Domin. *Cardinalem Florẽt. in clem. præsenti, & per litteras de præben.* sed quo ad alia præter excommunicationem possunt censeri personæ Ecclesiasticæ, de quo plenè in allegata *Clem per litteras.* Item 145 ex eo, quod tractare incæpi materiam gabellarum, & vectigalium, in quibus dixi, Ecclesias, & Clericos non obligari, determinando, ut dixi, convenies fuit, & aptius, ut etiam dicecerem, an tales personæ tenerẽtur ad collectas, quod declara, ut supra dixi, tam de jure communi, quàm de jure Regni Siciliæ. Nunc verò revertendo ad dictam materiam vectigalium, 146 de quibus plura dixi: prosequendo, quæritur, si in salma, vel navi quædam res licitæ, & quædam illicitæ deferantur, an omnia publicentur? *Bar.* videtur dicere, quod non *in l. si publicanis*, §. 1. *& not. in cap. primo de cens. & in l. 1. C. de naut.*, sed *in l. cùm proponas, C. de incest. nupt.* videtur notare, quod confiscatur licitum, propter illicitũ, & est ratio, quod ubi cõfiscatur cõtinens, cõfiscatur etiã contentũ, ut not. *in d. l. cũ proponas, C. de incest. nupt. l. cum ancilla*, secundũ 147 *Iacob. de Aret. Cyn. & Bar.* qui dicunt, quod ista confiscatio rerum licitarum, non est ex vi abstractiva, nec ex continentia continentis, quia separatæ sunt, sed ex continentia delicti, ex quo venit generalis publicatio, quia est crimen capitale, sic dicit *Cyn. in alleg. l. & Bar. in l. commune*, §. *Dominus*, quod licitum debeat confiscari per illicitum, istud non videtur irrationabile, *ff. de public, l. si pu.* §. 1. *vers. si quis amplius.*

Sed *Bal. in alleg. l. cùm proponas*, dicit, quod statutum, & consuetudo diffiniri potest, & valet de jure, ut licitum propter illicitum confiscetur, quia illa pœna non imponitur personæ tam pro re, quàm pro avaritia, & civili audacia, *text.* notabilis est *in d. l. cùm proponas*. Judex autem ex suo capite, vel alius officialis fisci, nõ potest confiscare, nec incorporare licitum, propter illicitum, quia separatorum separata est ratio, *ff. de calumniat. l. fin. & de his, quib. ut indign. l. rescriptum*, non placet illa ratio *Cyn. & Bar.* quam dant *in dict. l. cùm proponas*, quia illa pœna requirit sententiam, quæ tamen non requiritur *in dict. l. cùm proponas*, sed de facto res capiuntur, & confiscãtur, *in d. l. cùm proponas*, in vers. *occupasse*, & *ff. de publican. l. commissa*, & *de jure fisci, l. Imperator*, nec etiam placet ratio *Jacob. de Aret. in d. l. cùm proponas*, quod sit ratione continentis, immo potiùs ex tenore legis, sive consuetudinis punientis, & ita debet intelligi *d. l. cùm proponas*, secundum *Bal.* Alii verò distingunt, & 148 dicunt, aut res erant quædam delinquentis, & quædam alterius, & illæ, quæ alterius erant, nõ confiscantur, *dicta l. cotem*, §. *Dominus*, nisi ille alter esse conscius delicti, *vt C. exactio. muner. l.* 149 *fin. lib.* 12. hoc facit ad probationẽ *Ritus.* 5. *rub. de fund. flagelli* ubi habetur, quod factum unius socii præjudicat ipsi facienti pro sua parte tantùm; *sed Ang. in l. publicanus, in princ.* notat licitum per illicitum non publicari, de quo se remittit ad *d. l. fin. de naut.* dicens, quod facit pro portantibus super mulũ, quædã cõtra vetitũ, ut ballam, & quædam non, ut pannos: quia non 150 publicantur panni, nisi statutum aliud disponat; sed ubi est pœna imposita, per quam bona omnia publicantur, tunc publicatur licitum ratione modici illiciti; & illud non est ratione modici illiciti, sed ratione capitalis pœnæ impo-

Digitized by Google

impositæ, per quam bona omnia vendicantur; Sed ubi non punitur capite, sed solùm res publicantur, tunc per illud modicum non publicantur aliæ res, ut *d.l.si publicanus*, §.1. secundùm *Ang. in l. eotem*, §. *Dominus*, *ff. eod.*

Tamen in quibusdam locis est consuetum, quod indistinctè confiscantur omnia, absque inquisitione, & valet talis consuetudo, secundùm *Bal.* quia in vectigalibus culpa est non explorare consuetudinem loci, *argum. ff. de publican. l. fundi*, §. *dictus quoque*, & hoc propter generalem consuetudinem, quia ubique consueverunt esse statuta super his vectigalibus præstandis, meritò propter cujuscunq; culpã res alterius confiscantur, & tenetur Domino ad interesse, *ut ff. de pignor. l. fin. in fine & ff. de pericul. & commodo rei venditæ, l. lectos, & de evictio. l. pignora, & l. jubemus, Cod. de Sacrosanct. Eccles. l. neminerint*. Et prædicta faciunt, secundùm *Bal.* ad quæstionem de domo, quæ propter ludum debet destrui, non propterea destruerentur res, quæ sunt in scamno, super quo luditur argumento *ff. locati, l. sed, & ædes*, §. *illud.*

151 Item pone, quod confiseatur farina, quæ portatur contra vetitum, nunquid confiscatur equus, qui portat, argumẽto *ff. de pen. legata l. nã quod liquidè*, *in princ.* est enim idem, quod dicimus de re confiscata, & mulo, & asina propter accessionem, arg. *ff. locati, l. sed, & ædes*, §. *si quis mulum*, & eodem modo confiscata est scafa, quæ erat servitrix navis, & ad ipsam legabatur; vel verius secundùm *Bal.* dic, quod in pœnis fit stricta interpretatio, unde res, quæ congruo modo separari possunt, absq; eorũ præjudicio separabuntur, & non confiscabuntur, & sic videretur, quod farina cõfiscata, nõ cõfiscabitur bestia, quod secus est in exemplis supra relatis.

Item pone, quod non sumus in contento, & in continente, sed sumus in salma, & in asino, si statutum dicat, quicunque fecerit contra vetitum, perdat asinum; nunquid etiam perdet, & salmam? dicendum est, quod non, secundùm *Bal.* quia contenti esse debemus pœnarum legalium, *ff. de verbor. oblig. l. sita stipulatus*, & è contra si debebat perdere salmam, nõ ideò perperdet asinum, quia statutum hoc modo dicit, ut *ff. de acquir. hæred. l. si servũ*, §. *nõ dixit Prator.*

152 Item *Bar. in l.* 1. §. 1. *ff. publican.* quærit, quid, si mulio, qui conducit salmam, nihil habeat ipse in salma, quis debet solvere vectigal? & videtur, quod non ipse mulio, quia nihil ipse vehit; & contra videtur, quod ipse, qui non veheret aliquid, nisi animal suum portaret, quid ergo dicemus? dicas, quod solvitur pedagium, & vectigal à Domino salmæ, quia in illa Civitate, qua vehitur, vadit, animal propter salmam, non salma propter animal, arg. *ff. de servit. rust. pred. l. qui sella. in princ.* & hoc, nisi expresè aliud diceretur in ordinatione gabellæ, ut dicimus in gabella Boni denarii Civitatis Neapolis, ubi Civis certo modo non solvit, sed ille, cujus est bestia, quando recipit salarium, quod dicas, prout habetur in dicta gabella Boni denarii, ad quam me remitto.

153 Item not. *Bal. in l. cùm proponas*, *C. de naut.* quod vecturales, qui portant res periculo Domini rerum, tenentur si res pereunt ex defectu ipsorum vecturalium, facit *ff. locati, l. videamus*, §. *qui vinum.*

Item si vecturales, causa fraudandi vectigal, passagium non faciunt per iter consuetum, hoc erit periculo ipsorum, secundùm *Bal.* & apparet ex eo, quod non tenent passagii stratam, sed divertunt ab ea, *text. est in d. l. cùm proponas*, ibi: *nec loco navigii servato*; & ex hoc apparet, quod ille, qui non tendit per locum consuetum, præsumitur ire contra vetitum, hæc enim faciendi causa tolli debet, *C. de decurion. l. ne quis, lib. ij. & de naut. l quod fisco, lib. eod. ff. de excus. tutor. l. non sum*, §. *animus*, *ff. de fals. l. eos*, §. *fin.* & videtur pro hoc facere, quod habetur in *Ritibus, in Rubr. de jure dohanæ*, dum dicitur: *qui transfugit dohanam, plateam, fugendo, ut non solvat jus, perdat merces, de quibus solvere debebat*, pro hoc facit etiam *Constitutio Regni Siciliæ lib.* 1. quæ incip. *Magistros fundicarios, in fin.* ubi pœna publicationis mercium punitur, qui modo quolibet jus fundici fraudavit, vel furari tentavit.

154 Item habetur *in d.l. cùm proponas*, quod pedagia ita solvuntur in mari, sicut in terra, & ita capiuntur merces, si sũt contra vetitum, in mari, sicut in terra; non tamen possunt imponi pedagia, nisi per dominum ipsius maris, puta per Principem, vel Regem, ut supra plenius dictu est per *not. in alleg. c. innovamus de cens.* vel per antiquam consuetudinẽ, cujus memoria in cõtrarium non extat: nam talis consuetudo poteſtatem Principis habet, ut not. *Cod. de agric. & censit. l. Domini prædiorum, lib.* 11. *& ff. de injuriis, l. sanè*, quæ ad hoc est notabilis, & sic intelligitur *ff. de public. l. publicanus*, §. *in omnibus*, & ibi vide, ut supra plenè dictum est.

155 Item præpicta inducuntur ad quæstionem de eo, qui non potest molere sine apodixa communis, & accepit apodixam pro una salma, & portat duas; vel non potest extrahere ultra districtum, nisi tres corbas frumenti, & extrahit quatuor; vel non potest extrahere, nisi pro suo victu, & extrahit pro suo, & alieno; quod solùm illud illicitum confiscatur, & ista est veritas, secundùm *Bal.* & secundùm hoc intellige, quod supra dictum est in illo articulo, ubi quæritur, *quid ergo sit in salma*, &c. quod etiam ibi idem videor sentire, secundùm *Bal.* licèt in fine dixerim, quod aut res omnes sunt delinquentis, aut non, & istud, quod hic dico, referas ad illud, & addit *Bal. in alleg l. cùm proponas*, in dubio, quod illa vetita, seu prohibita, non intelliguntur de eo, quod quis portat sui victus causa, vel suæ familiæ, ut notatur *in d.l. publicanus, & l. fin. ff. de publican. & de verbor. signif. in l. Censoria*

soria de vectig. & commiss. l. universi, & extr. de verbor. signif. cap. super quibusdam. per Bar. In hoc autem, quod portet vetitum in sui causa, aut usu, statur juramento suo, vel conjecturis, & verisimilibus, *ff. de re milit. l. non ōnis, §. à Barbaris, & C. unde vi, l. si quando*, ibi *taxationem, &c.* ad hoc facit, quod not. *in clem. fin. de cens. in glos.* quæ incipit, *à contrario*, quam *glos.* benè nota. Ad quem autem res pertineant, remittitur ad conjecturas; nàm si vecturalis portet salmam, non præsumitur, quod sit ejus, sed si esset unus mercator, præsumitur, quod salma sit sua, arg. *ff. locati, l. cùm plures, §. vehiculum*, & facit ad præ-
156 dicta *l. colonus, §. navem, eodem tit.* & propter prædicta, videtur posse determinari dubium, quod semel habuimus in Regia Camera Summariæ, quoniam secundùm ordinationem Regni est, quod quis non possit extrahere argentum extra Regnum; modo quidam de nostris, qui fuit Dominus Ioannes de forma de Pedemonte, Rationalis Regiæ Cameræ Summariæ, qui dum iret Romam propter Indulgentiam magni Jubilei, portabat secum certa vasa argentea pro usu mensæ suæ; dicebant autem aliqui, argentum illud esse deperditum; dicebam ego, & aliqui minimè esse deperditum: quia usus sui causa portabat, & sic determinatum fuit, pro qua determinatione faciunt jura, quæ supra dicta sunt.

Verùm adhuc est advertendum in fraudibus, quæ fieri possunt, quia secundùm hoc evenit, quod quidam extraneus, vel Regnicola, veniens Neapolim, fieri sibi faciat multa vasa argentea, quæ sunt ad usum hominum deputata; secundùm prædicta diceretur, quod hic extrahere posset, & sic multæ fraudes fierent, quæ fraudes tolli debent, *C. de cursor. publ. l. si quis lib. 12.* per hoc, quod dixi supra, ibi: *Item vecturales, quod causa, &c.* cùm causæ fraudandi
157 sint tollendæ, & ideò considero, quod si talis erat persona, quæ consueverat dicta vasa sui usus causa habere; & sic habebat, vel illi conveniebant secundùm sui status conditionem, tunc non facio dubium, quod non incidit in commissum, sicut fuerat de dicto Domino Joanne, qui dicta vasa argentea sui usus causa in domo sua propria habebat, vel etiam si aliqua, & necessaria honoris sui causa, etiam de novo facta extra Regnum portaret, & in hoc, nota verbum, *suis usus causa*; secus ergo, si alius, ad cujus conditionem non pertinebant, vel non erat talis, quod sic vivere solitus erat, vel esset magna quantitas, quæ excedebat usū suæ conditionis: quia tunc talia extrahere non posset, contra ordinationem Regni; & sic dicendum de lapidibus pretiosis, argento, & auro, distinguendo, secundùm modum, quantitatem, & conditionē personarum; Verùm in omnibus stari debet verbis expressis in ordinatione: quia ubi expressè loquuntur, statur eis: prædicta enim locum habent, ubi non expressè, sed simpliciter loquuntur.

158 Item, quia dictum est supra, quando quis nō transiit per consuetum iter, quod videtur fraudandi animo fecisse; nunc pono, quod quis metu hostium, vel impetu maris, non servet locum navigii, vel itineris, nunquid puniatur? dicas quod non: quia cessat ratio de civili audacia, quæ signatur in *text. d. l. cùm proponas, ff. si quis caut. judicio*, &c. *l. 2. § si quis, & ff. de publ. l. Cæsar.* immo idem dicas si hoc faciat causa sui juris conservandi, vel quia vectigal erat illicitum, quod fraudare non est peccatum: nam cessat ratio *d. l. cùm proponas*, quia dicit *avaritia*: illa enim non est avaritia, sed consilium, quod nemo tenetur jactare suum, *ff. de probat. l. cùm de*
159 *indebito* Itē, si Rex imponit unū grossum pro salma, & exactores de facto accipiunt duos, licitum est quocunque ingenjo fugere manus eorum, quia prædones sunt; sed omne damnum, quod accideret Regi, debet refundi per exactores, quorum vitio hoc accidit, *ff. de liber. caus. l. igitur. § fin.* secundùm *Bal.* in allega. *l. cùm proponas*, & hæc faciūt cōtra nostros gabellotos, & dohanerios, quia dirictus merciū perditur, vel mercatores non veniunt, propter defectum eorum, ob austeritatem, malam, & inhibitam tractationem, & ipsi tenētur Domino Regi reficere damnum.

160 Item, id, quod est captum propter fraudem pedagiorum, an possit ab omni homine emi, & teneri cum bona conscientia? *Joan. Andr.* & post eum *Petr. de Anchar.* ponunt hæc, loquendo generaliter, in rebus publicatis; & postea se extendunt ad speciem, & dicunt sic: Si per statutum publicetur res vendita, contra illud statutum, Utrum pura, & bona conscientia possit illa retineri à Communitate, Domino, vel Fisco post publicationem factam? dic, quod ubi contra tale statutum vendidisset is, qui verè, vel interpretativè fuisset ipse, vel ejus author de numero statuentium, vel statuto cōsensientium, satis pura conscientia videretur id tenere posse; sed si vendens non fuit talis, vel fuit statutum Domini habentis jurisdictionem, non tamen rerum habentis directum dominium, videretur secus: nam Dominus ille, licèt ex causa potuerit prohibere, & forsitan irritare contractum; non tamen videtur privare posse dominio rei, quod est de jure naturali, vel gentium, remittit se adnotata per eum, & *Innoc. in cap. quæ in Eccl. de constit. per Jo: Andr.* & dicit ibi *D. Petr.* quod ex notatis ibi in *novella* potest colligi contrarium, scilicet, quod statutum, editum ex causa legitima, potest tollere dominum, quod descendit à jure naturali, vel gentium, ut patet in vectigalibus, & bonis clericorum, quæ ipso jure transeunt, quo ad dominium, in fiscum, de jure civili, ut *in cap. cùm secundùm leges, de hæret. in 6.* & *in l. commissa, ff. de publican.* & vide, quod not. *in l. si mādati*, & per *Innoc. in cap. quia plerique de immunitate Ecclesiast.* & per eundem Dom. *Petr. in*

cap.

Digitized by Google

161 *cap. si propter, de rescript.* & sic habes ad quæstionem propositam, quod bona conscientia emi, & teneri potest res, quæ incidit in commissum, ratione vectigalium fraudatorum, de quo per Dom. *Andr.* & per Dom. *Petr. in cap. eos, de immunit. Ecclesiast. lib. 6.*

162 Item juxta prædicta quæritur, si res istæ, quę capiuntur propter vetitum, vendantur per Fiscum, seu officialem, nunquid possit dominus, qui istas perdidit? redimere, & dicit *Bar.* quod sic: nam quando res mea potest vendi me invi-
163 to, possum emere eam; sed secundùm *Bal.* dic, quod cùm res incidit in commissum, non est mea, aliàs non esset propria emptio, sed esset
164 quædam compositio, sicut cùm creditor vendit rem meam ex pacto, & ego redimo, non sum propriè emptor, *ff. de pignor. actio. l. debitor, §. primo*; bonis autem confiscatis, non est dubium, quod si voluerit dominus; potest emere, & emi facere, *text. est notab. in d. l. si mandavero, §. is cujus bona, ff. mandati*, & hoc servatur in Dohana Neapolitana, & sic mandatum pluries fuit factum, quod requiratur dominus mercium prædictarum, si vult illas redimere, & si vult, dentur ei pro minori pretio, quàm aliis.

165 Item, si quis cum mercibus prohibitis deprehendatur in via priusquam perveniat ad locum, ad quem non est licitum deferre, ut fertum, lignamina ttiremium, & similia, ut *in cap. ita quorundam, de Judicis*, nunquid illa bona sint in causa confiscationis? arg. quod sic, *de ser. fugit. l. si fugitivi*, ubi plenè per *Bald. & de adititio edict. l. 17. §. idem Celius*, argum. contra, quia redire poterat, & pœnitere, ut *in l. qui falsum, ff. de falsi.* & per hoc tota illa disputatio, quæ solet fieri *in l. si quis non dicam rapere*, scilicet, an puniatur delictum inchoatum, & non consumatum? & etiam ibi de hoc plenè not. *Bal.* & etiam *Guliel. de Cun. in d. l. si fugitivi*, ubi tenet, quod non prosit pœnitentia: format tamen quæstionē in terminis multùm strictis, cùm scilicet, est deprehensus in confinibus, & fatetur quod portabat ad locum vetitum; si autem hoc neget, & dicat, quod intendebat deferre ad locum non prohibitum, an sit sibi credendū? & dicit, quod Judex debet arbitrari, quod est verisimile, considerando viā, ubi repertus est, an sit recta ad locū, ubi asserit, quod volebat portare, subdēs quod, si est prope confines loci prohibiti, justè negare nō poterit *in l. qui sententiā, C. de pœn. Bal.* verò *in alleg. l. cùm proponas, C. de naut. fœn.* ponit istā quæstionē, dicens, quod ille, qui reperitur transiens, videtur commisisse delictum, quia per eum non stetit, ut *Cod. de serv. fugit. l. si fugitivi*, ubi etiam ipse ponit, quia de consuetudine est, quod in istis vetitis puniantur transgressores in via, quia fortè non possunt delicto consummato puniri. Pone exemplum, quod Barbarus de Sardinia portet fertum in Barbaria, nisi capiatur in via, non posset puniri: quia non solùm transgressio, sed mercimonium impositum punitur, si constet de animo transferendi ad loca prohibita, *ff. de publican. l. cotem, §. Dominus, in vers. imposuerunt*, secundùm *Rayner. de for.* & sic non obstat *ff. de falsi. l. qui falsum*, quia ibi non erat delictum cōsummatum, quia non habet formam in esse, cùm esset materia informis, sed pecunia debet esse formata, ut *ff. de contrah. empt. l. 1.* in casu autem nostro, erat delictum consummātum propter impositionem mercium illicitarum; & eodem modo respondent *ad d. l. si quis aliquid, §. fin. ff. de pœnis.*

Quidam dicunt, ut refert *Bal.* quod sunt cōsiderānda verba statuti; utrum dicat *si quis imimposuit*, vel *quis portaret*, vel *extraheret*, tunc sunt vera prædicta; secus verò si verba dicant, *si quis extraxerit*, quia tunc requiritur, quod facinus sit consummatum, propter verbum præteriti temporis, significantis perfectam extractionem, *ff. quod quisque juris, l. 1. §. hac verbā*, ad quod facit, quod not. *ff. de usufruct. l. arbores §. idē*, tractat in *glos.* quæ dicit lupus exit sylvā, nō tamē dixit exivit; nec potest dici, quod in statutis, maximè ubi punitur pœnā ipso facto, maleficium inchoatum, habeatur pro consummato, ut plenè per *Bal.* in allata *l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. in d. l. si fugitivi*, dicēs ipse *Bal.* quod non negat, quando aliqua pœnā extraordinaria debeat puniri, nam qui incipit delinquerè, non est sine crimine, *ff. de extraord. crimin. l. 1. circa fin.* & confirmatur hoc alia ratione, quia clausula, *& furtivè* refert ad locum prohibitum, arg. *ff. de furt. l. si quis præferendus, §. fin.* imponimus enim ei mediam pœnam pecuniariam, non autem principalem, nisi statutum loquatur per verba, quæ præcisè significant perfectionem actus, & dictam pœnam imponant, non ex interpretatione, sed ex regula juris cōmunis: nam cùm per statutum hoc sit genus maleficii, succedunt regulæ punientes, & breviter de ista quæstione tractatur per Doctor. in prædictis juribus, & *l. 1. l. si fugitivi, in l. si qui nō dicam rapere, & in l. cùm proponas*, & per Canonistas, secundùm *Petr. de Anchar. in c. quanquā, de cens. lib. 6* & in *clem. præsenti, eod. tit.* per D. *Card. Florent.* sed meliùs, & plenius dicas, secūdùm *Bald.* in alleg. *l. si fugitivi*, ubi sic concludendo dicit, videlicet: si quidam fateātur, quod portabant extra districtum, potest dici secundùm *Gulielm.* quod puniantur; Idem si negent, verùm capti sint in limine districtus, fortè per costodes, quia tunc nec negare sufficit, *C. de pœn. l. qui sententiam, & de probatio. l. sciant*, ibi *nihil inditiis indubitatis*, & idem putat *Bal.* quod minor pœna debeat tunc imponi, quàm si portasset, *ff. de extraordin. crimin. l. 1. §. fin.* sin autē in aliquo loco fuerit deprehensus, de quo ire poterat ad alium locum non prohibitum, puta in via eundi ad molendinum, & putat ex qualitate personæ, quæ talia consue-

vit

vit facere, vel non, ex qualitate loci, in quo deprehensus est, & ex qualitate rei, quæ portabatur, & ex similibus conjecturis, Judicem posse, & debere sententiam ferre condemnando, vel absolvendo, & quandoque pœnam mitigando, *ff. de re milit. l. non omnis*, §. *à barbaris*, *& ff. de pœn. l. respiciendum*, §. 1. *& l. aut facta*, *ff. de quæst. l. de minore*, §. *pen. ff. de edil. edic. l. quis sit fugitivus*, §. *apud Celsum*, ibi *in*
166 *cancella*, *&c.* in dubio in tali casu magis est procedendum ad absolutionem, quàm ad condemnationē, *ff. de pœn. l. absente*, & vide *Innoc. in cap. quia verisimile, de præsump.* ubi singulariter dicit; adverte tamen, quod ubi ex præsumptionibus proceditur, multùm debet Judex temperare sententiam, & maximè. ne condemnet, nisi rarò, & modicè, ad pœnam, nec ad pecuniariam, nec ad corporalem, quod benè potes colligere ex sententia *Salomonis, in lib. 3. Regum cap. 3. à vers. 16.* ubi licèt ex præsumptione adjudicaret uni mulieri filium; non tamen voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam erat justissimè condemnanda, si legitimè fuisset probatum contra eam, quod filium alterius subripuisset, & vide ibi *Innoc. & D. Thom. summ. 2. 2.* ubi ipse loquitur, quando Judex potest procedere, & judicare per præsumptiones, seu suspiciones? in *quæst. 60. art.* 3. quia ex levibus indiciis non potest procedere, ut ibi. Est autem triplex gradus suspicionis. Primus quidem gradus est, ut homo ex levibus indiciis de bonitate alicujus dubitare incipiat, & hoc est veniale, & leve peccatum: pertinet enim ad tentationem humanam: quia vita ista non dicitur sine tentatione, ut habetur *in glos.* super illud *primum ad Corinth. Pauli Apostoli cap. 4. vers. 5.* ibi: *Itaque nolite ante tempus judicare*. Secundus verò gradus est, cùm aliquis pro certo, malitiam alterius extimat ex levibus indiciis, & hoc si sit de aliquo gravi, est peccatum mortale, in quantum non est sine contemptu proximi; unde *glos. ibidem* subdit: *si ergo suspiciones evitare non possumus, quia homines sumus, judicia tamen, idest diffinitivas sententias, evitare debemus*. Tertius gradus est, cùm aliquis Judex ex suspicione procedit ad aliquē cōdemnandum, & hoc directè ad injustiam pertinet, unde est peccatum mortale: nam tunc Judicium suspicioſum directè ad injustitiam pertinet, quando ad actum exteriorem procedit, & tunc est peccatum mortale, ut est dictum; judicium autem virtutis pertinet ad justitiam, secundùm quod conferatur ad exterius judicium, ut actus interior ad exteriorem, sicut concupiscentia ad fornicationem, & ira ad homicidium, secundùm *D. Thom. in allegato loco*, & secundùm hoc intelligas *Innoc.* ut non loquatur de suspicione levi, quæ pertinet ad injustitiam, sed de suspicione, & præsumptione virtutis, sive veritatis, quæ pertinet ad justitiam, sicut fuit in dicta suspicione, & præsumptione Salomonis.

167 Item si quis post deprehensionem factam dicit se pœnitere, an prosit? videtur quod sic, *d. l. qui falsum, ff. de falsis*, & contra quod non, *ff. de edil. edict. l. quis sit fugitivus.* §. 1. *&* §. *idem Celius ait*: quia quasi præventus est, *ff. de judic. l. si quis postea*, & de *jure fisci l. edicto in princ. &* §. *idem autem*, secundùm *Gulielm. de Cun. & Nicol. de Mattarel.*

Adde tamen secundùm *Bal.* quod consideranda sunt verba statuti: nam, aut statutum lo-
168 quitur per verba significantia actum ex toto perfectum, ut quia dixit: *si quis extraxerit*, & & tunc pœna limitata à statuto, non punitur quis, nisi delicto cōsummato, sed tamē punitur extra ordinem: quia non est absq; delicto, licèt nō puniatur, quia deliquit, sed quia incohavit; & tunc, cùm non sit determinata pœna, punitur Judicis arbitrio, *de pœnis, l. hodie, & de effractoribus, & expilatoribus, l. 1. §. expilatores.*

Aut verò statutum loquitur per verba, quæ possunt significare, utrumque delicti tempus, idest, tam præteritum perfectum, quàm imperfectum, ut quia statutū dicit, *si quis extraheret*, ut *ff. de arbor. furt. cæsa l. cedere*, *ff. de jurisdict. omn. Jud. l. si quis id*, §. *quod si dum proponitur.* & notatur, *ff. de usufr. l. arboribus*, §. *de illo*, *Vers. idem tractat*, *in verb. amitti*, *in glos.* quæ dixit lupus exit sylvam, non tamen dicit exivit; & tunc siquidem certum est, quod deprehensus habuit animum consummandi delictum, quod potest esse certum per ipsius torturam, quia possunt esse præsumptiones ratione itineris contra eum, & ratione actus prohibiti, & ratione loci, arg. *ff. de edil. edict. l. quero*, §. *fin.* tunc debet puniri pœna statuti, nec debet Judex clementior esse lege, quia facit litē suā, *ut C. de spectaculis, & scen. l. nemo, lib. 11.* si autē nō animo certo, ut quia deprehensus poterat divertere ad plura loca, tunc moderāda est pœna, ex quo judicatur ex præsumptione, & ita intelligit *Bald.* dictum *Nicol. de Mattarel.* & si deprehensus dicit se pœnitere, non debet audiri: quia non debet esse sui arbitrii, post quam in laqueo est, *ff. de acquir. rer. domin. l. in laqueo*, aliàs sic dicere videtur legem, & judicium deludere, quod est absurdum, & hoc secundùm *Bal. in d. l. cùm proponas.* Ex prædictis verò dicēdum videtur, quod ille, qui portat merces in domo, & non in fundico, vel aliàs, non solvit dirictum, & sic esset delictum perfectum, non potest pœnitere, & portare merces ad fundicum, seu solvere dirictum, eò maximè, quia eo ipso, quod fraudavit, fuit acquisitum dominiū fisco, per not. *in l. quacunque*, *ff. de public.* & facit, quod dictum est supra *num.* 162.

169 Sed in eo, quod supra dixi, posse perveniri ad tormenta propter præsumptionem itineris, & actus prohibiti, & ratione loci, advertendum est, quod in Regno Siciliæ habemus *capitula*, & maximè condita per Regem Carolum Secundum anno Regnorum 6. & inter li-

cap.

Digitized by Google

cap. quod incipit *Tormentis insuper* (quod est
170 190. secundum ordinem *de Nigris*) ubi expresse prohibetur,ne quis tormentis aliquibus exponatur,nisi in crimine læsæ Majestatis, aut viarum disturbator existat;Ita quod contra tales ubique fama laboret, & sufficientia præcedant indicia,& nisi homicida sit,aut aliter delinquens enormiter in fraganti crimine deprehensus, & in tormentis ipsis, ubi eorum locus adfuerit, jus civile servetur, tam de criminibus, quàm de personis,& qualitatibus tormentorũ; & sic secundùm hoc *capitulum*, debent intervenire duo,ut habeat locum tortura, videlicèt publica fama de crimine, de quo inquiritur, & indicia.

Sed secundum alia *capitula* ejusdem Regis edita anno 12. nempe *cap.* quod incipit *tormenta*(& est 144.secundùm ordinem *de Nigris*) cum *cap.* sequenti, requiruntur tria, videlicet indicia,argumenta, & suspiciones; de jure verò *constitutionis* Regni,quæ incipit *si damna clandestina*, videntur requiri duo,videlicet unus testis,& quod sit homo malæ famæ; de jure verò *ff.ff.* requiruntur indicia, & quod sit suspectus *ff.de quæstionibus l.* 1. *in princip.* sed revertendo ad dicta *capitula*, quæ servantur, & servari debent in Regno,dicitur sic, tormenta juxta provisionem juris communis, præcedentibus indiciis legitimis, argumentis, & suspicionibus, volumus adhiberi,qualitate,& conditione psonæ,quæstionibus exponendæ diligenter inspecta in criminibus omnibus pœnam ultra relegationem infligentibus in convictos,& hoc *capitulum tormenta* videtur corrigere *capitulum tormentis* supra allegatum, quia hoc *capitulum tormenta* generaliter loquitur in omnibus casibus, in quibus habet locum tortura de jure cõmuni, dum tamen pœna inferatur ultra relegationem,sed istud *capitulum tormentis* loquitur strictiùs, & præcedit, & sic *capitulum tormenta* est posterius,& sic corrigit *capitulum tormentis*, quod ante præcessit. Et sic revertendo ad id,quod supra dixi secundùm *Bald.* non videtur posse procedere in hoc Regno Siciliæ, ubi non proceditur ad tormenta, nisi in criminibus pœnam ultra relegationem infligentibus in convictos; nunc ergo dicerem in istis, qui contra vetitum portant merces,qui deprehensi sunt in via ante quàm ad locum prohibitum perveniant, eo quod ex hoc habuerint animum delinquendi, quod poterit constare per torturam,secundùm *Bald.* satis esset contra
171 dictum *capitulum tormenta*: quia in illis est pœna perditionis mercium,nisi aliud per statutum exprimeretur; undè potest utrumque dictum salvari, quod si statutum ponit pœnam
172 ultra relegationem procedit dictum *Baldi*; si autem pœnam pecuniariam, & perditionis mercium,quod communiter est; tunc secundũ, *d. cap. tormenta* non proceditur ad torturam, maximè cùm etiam de jure communi, in causis pecuniariis non deveniatur ad torturam, nisi cùm aliter veritas haberi non potest, & tunc torquentur tantùm servi,& non liberi,nec statu liberi, *l.divus Pius,in princip.ff. de quæstion.* & unum nota secundum dicta *cap. Regni*, quod debet dari copia argumentorum, & suspicionum,propter quæ ad tormenta proceditur, super quibus habeat copiam reclamandi', alioquin nullus sit processus habitus contra ipsum, nullumque sibi præjudicium afferat confessio forsitan ex tormentis talibus subsequuta, quod *capitulum* incipit *habebitur quæstio*, & est statim post *capitulum tormenta* (nempe 145. secundùm ordinem *de Nigris*,) & hoc volui declarare,& ponere in hac materia,ne aliqui vellent per allegatum dictum *Bald.* reducere ad materiam istorum vectigalium passuum, quod quis non portet merces in certis casibus, & ad certa loca,& satis dictum est supra,quando, & quomodo puniatur, sed nunc revertamur ad ipsam materiam.

173 Item cùm confiscatur navis ratione illicitarum mercium, confiscatur etiam pecunia, quæ est in navi,*d.l.cùm proponas,C.de naut. fen.* ubi pecunia numerata fuit cum mercibus confiscata. Item comparatæ merces ex ea, & quæcunque alia;non tamen dicas,quod si statutum loquatur de mercibus,intelligatur de pecunia, *ff.de rerum permut. l.*1. *&* *de legat.*3. *l. si chorus* §.1. secundum *Bal.* in allegata *l. cùm proponas*, ex cujus dicto habetur, quod multoties de facto habuimus, quod cùm ordinatio, & statutum gabellarum, simpliciter loquatur, quod mercator perdat merces,si contra fecerit, non
174 habeat locum in pecunia numerata; nisi etiam expresse de pecunia loquatur, sicut dicit ordinatio Regni,quod quis non possit portare pecuniam extra Regnum, sub pœna perditionis, & confiscationis, tunc non esset dubiũ, quod confiscaretur pecunia per prædictã *l. cùm proponas*,quæ expresse loquitur,etiam in pecunia,& in mercibus ex ea comparatis.

175 Sed quando debent vectigalia exigi, an teneantur possessores rerum, an verò illi, qui fuerunt domini tempore,quo debebatur,vectigal, est *text.in l. Imperatores ff. de publican.* ubi dicit in vectigalibus ipsa prædia, non personã conveniri, & ideò possessores, etiam præteriti temporis vectigal solvere debent, licèt emptores actionem ex empto habeant contra venditores,si ignoraverint,ex quo dicit *D.Ang.* quod emptor prædii teneatur solvere decimas, *ex l. competit,C.de præscript.*30.*ann.*& *de cens.l. cùm possessor,& l.forma.*

176 Item habes secundùm eumdem *Ang. in l. flavia, eodem tit.* circa unam lecturam, quod si est res communis, & ego solvã vectigal pro parte mea, tu non solvas pro tua parte,propter tuum non solvere, mea pars non incidit in cõmissum; & hoc ideo,quia ista legalis obligatio est divisa per partes, secus si non esset divisa,

Digitized by Google

prout est obligatio hypotecæ *Bald.* si unus ex pluribus hæredibus non solvit, tota res incidit in commissum, secundum eundem in alleg. *l. Flavia*, & pro hoc ultimo facit Ritus 4. *sub Rub. de fundico flagelli*, quod quando mercatores habent merces communes, & aliqui exonerant, vel exonerare cæperunt, & aliqui non, non præjudicant aliis, sed pro sua parte sibi tantùm præjudicant: quia illi, qui exonerant, solvunt pro parte sua, quoniam res inter alios acta aliis non præjudicat.

177 Item, quod supra dictum est de pedagiis, quæ pro securitate præstantur, ponit notabilem notam *Bald. in tit. quæ sint regalia*, ubi dicit, quod qui solvit pedagium, non potest capi pro represaliis, secundùm *Odofred. Cod. ne fil. pro patr. in Auth. habita*, ubi remittit se ad *Odofred.* & hoc, quod dicitur de represaliis, An possit capi ille, qui non est civis oriundus, ut puta si
178 represaliæ fuerunt concessæ in Civitate Paduæ contra Mediolanenses, an habeat locum contra Mediolanensem, qui habitat Placentiæ, cum transiret per Civitatem Paduæ, de quo dicit plenè per *Bar. in l. Provinciales, de verb. signif.* ubi etiam se remittit ad tractatum suum, de represaliis, ubi concludit *Bar.* quod ubi est consuetudo, & usus, secundùm illum usum servari debet, qualitèr intelligatur civis, vel non; aliàs ille propriè dicitur municeps, qui subest muneribus, unde ergo si habitet alibi Florentinus, & subit munera Florentiæ per se, & per alios, ut pater, vel mater, licèt ibi moretur, Florentinus est, & haberent locum represaliæ, vt dicit ipse *Bar. in d. tract. in 7. principali quæstione in artic. ad secundùm quæritur.*

179 Item, quod toloneæ, & vectigalia, idem dicuntur, quia dicuntur à tollo tollis, quia tolluntur à transeuntibus, ratione boni publici, ut *l. 1. ff. de publican.* secundùm *Bald. in tit. prædicto, quæ sint regalia*, ubi etiam dicit circa finē, toloneæ, sive sint ordinariæ, sive repentinæ.

180 Item circa istam materiam passagiorum, & vectigaliū, pono unam notam *Bartholi* in *tit. de mulieribus, & in quo loco*, ubi quærit *circa finem*, passagium, seu gabella, quæ solvitur à transeūtibus, utrum sit onus reale, vel personale? & dicit, quod est reale, ut *l. 2. ff. de privil. veter.* sed tunc ultra dicit ipse in allegato *titulo de mul-*
181 *lier. & in quo loco*, Clericos teneri ad onera realia, ergo istæ gabellæ possunt exigi ab istis Clericis, cùm sit munus reale, *cap. Clerici, extra de immunit. Eccl. lib. 6.* & tamèn ipse, ut dixi, videtur contrarium dicere, nempe Clericos non teneri. Respondet ipse *Bar.* dicens, quod illud, quod dixit, quod ista munera patrimonialia exiguntur à Clericis, intelligitur, quando patrimonium ivit ad Clericos cum onere illo; sed si ad eos iviſſet res libera, non possent gravari, quia istæ gabellæ, & pedagia non indicuntur rebus liberis Ecclesiarum; & ideo, quia transeunt per tuum territorium, tu vis eos constringere, hoc autem non potest fieri, & hoc facit ad ea, quæ dicta sunt supra, ubi est dictum de Clericis, quod non teneantur ad gabellas, & pedagia, ex ea potissima ratione, quia bona Clericorum sunt plus obligata Ecclesiæ, ut benè dictum est supra, & facit etiam ad ea, quæ *Bar.* dicebat in *Rubrica, & in l. 1. ff. de publican.* quod
182 illa munera gabellæ, & pedagiorum, erant personalia, cujus contrarium ibi dicit: ita quod *Bart.* videtur concludere in allegato *tit. de mulieribus, & in quo loco*, quod Clerici teneantur ad munera realia, quod est verum dicit ipse, si sic obligata transierint bona ad Clericos, secus si libera transierint; tamen dic, ut pleniùs dictum est supra, ubi adduxi *Capitula* Regis Caroli II. tunc Vicarii in planitie Sancti Martini quæ incipiunt, unum *Item statuimus, quod Clerici* (quod est *cap.* 98. *secund.* ordinem *de Nigris*) & aliud capitulum incipit *Item statuimus quod possessiones, &c.* (& est *cap.* 99. secundū ordinem ejusdem *de Nigris*) & ad aliud de illo, qui habet possessiones alibi, quàm in terris, ubi habet incolatum, quod teneatur ad collectas, ubi sunt possessiones, habes aliud *capitulū* Regis Caroli Secundi anno 6. quod incipit, *In singulis Civitatibus* (quod secundùm præfatum ordinem est *cap.* 194.) de quo infra plenè dicemus; sed quantum ad propositum, an contra hoc possit præscribi, scilicet, quod pro possessionibus, quæ sunt in alieno territorio non solvatur onus fiscale? & certè habemus, quod quando probaretur, quod non solverunt à tempore, cujus non est memoria, possit præscribi, maximè secundùm jura Regni Siciliæ, secundùm quæ potest præscribi contra jus fiscale, quod tantum est dicere, non est memoria hominis, quantum dicere centum annis, cum ultra homines vivere non credatur, ut *in l. interdicimus, C. de sacros. Eccl.* & quod habetur in *constit. quadragenaria lib.* 3. licèt possit dici, quod hoc non est contra jura fiscalia præscribere: quia si pro possessionibus illis non solvunt possessores, non propterea dimittitur jus debitum fisco, & Curiæ Regiæ, immo diminueretur, cùm pro possessionibus debeant imponi, & æxtimatio fieri, ut *in cap. porrecta* Regis Caroli Secundi (quod secundùm predictum ordinem est *cap.* 199.) vel saltem per indirectum posset
183 impediri jus Curiæ, & Fisci, & ideo tutius est tenere, quod non longo tempore præscribatur, sed sit necessarium tempus, cujus non extat memoria, vel centenaria præscriptio, quod quasi idem est, & ita multoties practicavimus in Regia Camera Summariæ, & etiam tenui ego in multis quæstionibus, & potissimè cùm esset quæstio de prædictis possessionibus inter Civitatem Alifi, & Terram, seu Castrum Pedemontis, & licèt causa ipsa non devenerit ad sententiam, tamē ita determinatum erat intra me, & credo, quod retuli Cameræ, & ut dixi hoc practicatum fuit in pluribus quæstionibus.

Item

Digitized by Google

184 Item circa materiam passagiorum quæritur, utrum ille, qui emit à Civibus Terrarum Tusciæ, & Lombardiæ jus colligendi pedagia, possit licitè emere? & utrum sit dolus malus illa fraudare, ita quod in foro conscientiæ, vel veræ justitiæ fraudans teneatur? & videtur, quod vectigalium, & similium interdictum sit commercium, & tam illi, qui emunt, quàm illi, qui vendunt, sunt malæ fidei exactores, & furtum committunt: quia à transeuntibus rem alienam intercipiunt, quod nemo potest, nisi Princeps cum moderamine tamen, & non indistintè: hæc enim regalia sunt, ut *in tit. quæ sint regalia*, & ideò *Bal.* dicit, quod quædam Civitates hoc habent ex privilegio, & tunc possunt uti, sed non abuti privilegio; quædam habent ex pace Costantiæ, & idem; quædam verò ex præscriptione, seu propriùs loquendo, ex consuetudine, & tunc aut est præscriptum tanto tempore, quod ejus contrarii memoria non existat, & idem: quia talis consuetudo æquiparatur privilegio concesso à Principe ex certa scientia, ut extra *de verb. signif. cap. super quibusdam*, §. *præterea*, & not. *Specul. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* §. *quia verò, verſ. quid de collectis pedag.* aut verò est consuetudo minoris temporis, & non sufficit: quia talis consuetudo à lege dānatur, ut *in* 10. *I ex. feud. de pac. juram. firman.* §. *illicitas*: quia non habet causam continuam, cùm non semper homines transeant, qui pedagia solvunt, arg. *ff. de servit. urb. præd. l. foramen*, sed *Bald.* dicit, aut præscribitur contra aliquem, qui habet jus colligendi, & tunc præscribitur longissimo tempore, tamen requiritur ejus scientia, sicut in servitutibus, ut *C. de servit. & aq. l.* 2. ut plenè ibi per *Bal.* ubi etiam dicit secundùm *Innoc.* quod per consuetudines non præscribitur, nisi contra scientes: quia ex tacito consensu proveniunt, *de verbor. signif. cap. abbate*; aut præscribitur solùm contra transeuntes, & tunc requiritur tantum tempus, cujus memoria in contrarium non existat, & etiam quod sciat Imperator, vel ejus Locumtenens, ut not. *Bar. ff. de publican. l. ſi publicanus*, §. *fin.* quod dixit *Bal.* sibi non placere: quia constat per *d.* §. *illicitas* Imperatorem scire istos abusus, & quia nō præscribitur contra Cæsaream potestatem, *ut C. de præscript.* 30. *annor. l. competit*, sed præscribitur contra privatorum libertatem, & utilitatem, & ideò cùm non tangat Principem, ejus specialis scientia non requiritur, per ea, quæ not. *Hostienſ. de offic. ord. cap. conquerente*, de quo per *Cyn. & Jacob. Butr. Cod. nov. vectig. l.* 1. *&* 2.

185 Sed advertendum est in eo, quod *Bald.* videtur velle reprobare in eo, quod *Bar.* dicit quod requiritur scientia Principis, quando
186 contra eum præscribitur; & *Bal.* dicit, quod non est necessaria scientia Principis, per §. *illicitas* supra allegatum; in quo tamen mihi videtur advertendum, quod in præscribendo servitutes, requiritur scientia ejus, contra quem præscribitur, *in l. quoties, ff. de ſervit.* de quo pleniſsimè in allegata *l.* 2. *C. de ſervit.* si ergo sciret, & contradiceret, non est dubium, quod interrupta esset præscriptio: quia non esset sequuta patientia, quæ requiritur cum scientia, unde nunc *in d.* §. *illicitas*, licèt dicat Imperator *illicitas etiam exactiones, maximè ab Eccleſiis, quarum abuſus jam per longa tempora inolevit, &c.* & sic videtur scire Imperator tales abusus fieri, cùm sequitur postea, *per Civitates, & Caſtella omnimodo condemnamus, & prohibemus, & ſi facta fuerint, in duplum reddantur*; & sic dum prohibet tales abusus, & exactiones fieri, licèt dicat, quod fiant, non tamen patitur fieri, immo pro-
187 hibet, & punit, ita quod cum reverentia *Baldi* videtur, quod *Bar.* benè dicat, quod requiratur patientia, & scientia: quia, cùm sit dictum, quod in servitutibus acquirendis requiratur patientia, quæ colligitur ex scientia, ita quod utrumque requiratur, quod sciverit, & non contradixerit, in allegata *l. quoties*, aliàs sequeretur: quod Imperator faciendo leges, videretur approbare delicta, cùm sciat delicta fieri, & propterea leges condit, quia scit, & prohibet, ita quod scientia generalis non sufficit, cùm requiratur specialis consensus, & scientia circa aliquam rem certā, sivè actum, & pro hoc singulariter facit quod not. *Dom. Andr. de Iſern. in* 10. *collat. in tit. de prohib. feu. alie. per Lotharium, & DD.* ibi *in principio*, ubi dicitur de alienatione feudi facta sine consensu Domini; dixit ibi *gloſ. ſive tacitè, ſive expreſsè conſentiant*. Item *ſi eo præſente, & non contradicente*; ergo si contradixit, clarum est, ut supra dixi; & sequitur ibi idem *Andr.* nisi sciret ius suum duraturum. Et ex dicta prohibitione Imperatoris *in d.* §. *illicitas*, ut supra dixi, appareret, ipsum Imperatorem scire jus suum duraturum, & dicit etiam ibi *Andr.* quod videtur permittere ad patientiam inducentem consensū, & sic loquimur de sciente, & patiente, & subdit ipse, quod in Regno Siciliæ requiritur, quod fiat de speciali licentia, ut *in conſtit. Regni, conſtitutionem*, & sic non sufficeret generalis licentia; Item quod in hoc Regno Siciliæ non esset dubium, quod non sufficeret Regem scire, nisi ea pateretur, per hoc, quod not. *Jo: Andr. in addit. Specul. in tit. de cauſ. poſſ. & propriet. in* §. *puta*, referendo *Odofred.* omnes videri tenere opinionem *Bartholi*: dicens etiam, quod talis, qui vult pedagium recolligere, non solùm defendat se ex tempore, sed etiam alleget concessionem, & stipulationem: quia tunc sufficit, probare, quod longissimo tempore recollexit, ut ibi plenè per ipsum, ubi etiam arguendo multis rationibus dicit, quod facta concessione per Principem de novo pedagio in loco gravato aliis pedagiis, non valeret dicere, quod adiri posset ipse Princeps, ut revocaret gravamina, quia ignorabat talem locum etiam aliis

Digitized by Google

pedagiis gravatùm, & sic revocat, & restringit suum privilegium, & posset etiam adiri successor, per quem id revocari poterit, ut in allegato loco; & ideò videtur concludendo dictum *Bar.* esse verum non obstante *d. §. illicitas*, & maximè in Regno Siciliæ, quod requiritur expressus consensus, sicut dicimus in alienatione feudi, maximè cum habemus *capitulum Regni*, quod nullum jus potest occupari sine voluntate Regis ut in *cap. Regis Caroli. I.* quod incipit Prædecessorum nostrorum (8. secundum ordinem *de Nigris.*)

Nec obstat, quod supra *Bald.* dicit, quod non præscribitur contra Principem, sed contra homines transeuntes: quia immo per indirectum tollitur in hoc potestas Principis, quod talia jura imponi non possent sine licentia Principis; *ut in tit. C. nov. vectig. per totum*, & etiam ad Regem pertinet suos subditos à gravaminibus defendere, & ut dixi benè facit *d. cap. statuimus* de istis Civitatibus in Regno ponentibus pedagia, cùm secundum dictum *capitulum*, quod pertinet ad Regem, occupari non possit; & videas illud *capitulum.*

188 Item quæritur, utrum per istam consuetudinem, vel per illam præscriptionem acquiratur jus sibi soli, sivè universali, an solummodo personæ, puta Comiti præscribenti tale jus passagii? & videtur, quod ista præscriptio sit personalis, *ut ff. de servit. rustic. prad. l. pecoris*, & dicas, quod est realis, undè transit cum solo, & hoc apparet, quia non reperitur aliqua persona, cum qua finiatur; & nota, quod distinctio *Bar.* supra inducta, benè est vera, in quantum distinguit, aut volo præscribere jus jàm formatum in personam alterius, & præscribo longissimo tempore, quod intelligas sine titulo, sed cum titulo sufficeret præscriptio longi temporis: nàm ista præscriptio non est juri contraria, quia jus formatum est, & in esse deductum, & ut dixerim de publico: factum est privatum, & non requiritur scientia alterius, quàm illius, qui præscripserat: scientia enim transeuntium, non requiritur, quia non contra eos propriè præscribitur, cùm non interfit eorum, qui solvunt, an primo, an secundo solvant: facit quod not. *Innoc. extr. de majorit. & obed. c. inter. de rest. spoliat. c. olim, inter te*, & *d. c. conquerente, de offic. ordin.* cùm, etsi præscriberetur contra eos, præscriberetur contra incertas personas, quarum scientia impossibiliter esset; aut volo jus de novo formare, & præscribere contra libertatem transeuntium, tunc requiritur tempus, cujus contrarii memoria non extat; non tamen oportet probare de certa scientia Principis: quia tunc certum est ipsum scire, licèt in confuso, & in genere, ut supra dictum est, *per §. illicitas*, secundùm *Bal.* & sic videtur velle contra *Bar.* quod non requiratur scientia Principis, quando de novo vellet præscribere. Sed dic contrarium, ut supra dixi, & maxime in hoc Regno Siciliæ.

Quantum verò ad secundum, ubi quæsitum fuit, utrum sit dolus malus fraudare tale pedagium, & gabellam, & an teneatur de hoc in foro conscientiæ? de hoc *Bar. in l. vectigalia, ff. de publican.* ex quo *Bal.* non respondet, & ideò remittit ad *Bar.* sed *D. Petr. de Anchar. in cap. quanquam, de cens.* etiam se referendo ad *Bar.* dicit, quod si Cives pro suis necessitatibus hoc faciant, non solventes ipsam, peccant, secus in forensibus, de quo etiam vide *Innoc. in cap. plerique, de immun. Ecclesiast.* & *Butr. in l. fin. Cod. de vectig. & commiss.*

189 Sed quid dicemus, quando vectigal privatum est, & debetur, an aliquis possit præscribere, quod solvere non debeat? & videbatur, quod non: quia vectigalis præstatio non potest præscribi, *ut in l. comperit, Cod. de præscript. 30. ann.* cujus contrarium videtur notari *in l. licitatio, §. earum rerum, ff. de publican.* ubi habetur, quod ex consuetudine tollitur jus exigendi vectigal, sic ergo ex præscriptione quidam dicunt, quod *l. licitatio, §. earum rerum*, loquitur de præscriptionibus publicis, sed *l. comperit*, loquitur de præscriptione privata; vel dic, quod *l. comperit.* loquitur de tributo, quod solvitur in recognitione universalis dominii, ideò non potest præscribi, secundùm *Bar.* in allegato §. *earum rerum*; ubi quærit, quanto tempore debet esse cessatum? & videtur, quod à tempore, cujus non est memoria, ut in *d. §. earum rerum*, ubi dicitur *nunquam*; sed *Bar.* dicit, tu dicas, quod, aut exactio pertinebat ad privatum ex privilegio, vel consuetudine, & sufficit esse cessatum decem annis, *ut ff. de nundin. l.* 1. aut pertinebat ad fiscũ, aut ad Rempublicam, & tunc 30. ànis, *ut l. omnes, C. de præscriptio. 30. ann.* sed quid si privato competebat, & tanto tempore sit cessatum, ut supra quo ad unum, qui non solvit, an ab aliis non possit exigi, ut quia quidam privatus tanto tempore cessavit, cùm omnes alii solverunt? & dic, quod aut exactio pertinebat ad Rempublicam, & non prodest aliis, ut *C. de decurion. lib.* 10. *l. vacuatis, & C. de his, qui à Principe lib.* 10. *l.* 1. aut pertinebat ad privatum, & tunc in eo, quod non est exactum, præjudicat, ut *d. §. earum rerum*; & intelligitur *d. §.* quando publicanus exigebat ad utilitatem publicam, tunc potest præjudicare, sed in jure exigendi in futurum, non præjudicat: est enim unum jus exigendi ab omnibus, non diversa jura contra singulos, aliquando est exactum, aliquando nõ, dic ut notatur in *l. nõ videntur* 128. *de reg. jur.* secundùm *Bar.* in allegato §. *earum rerum*, sed quid contra fiscum? dic in Regno Siciliæ, quod requiritur centenaria præscriptio, ut in *alleg. constit. quadragenaria.*

190 Sed adverte in eo, quod dixi, quod potest præscribi contra jus vectigalis: nam secundum, quod habetur *in l. omnium, Cod. de vectigal.* ubi *text.* videtur sentire, quod collectæ, & datia nõ possunt remitti per Principis rescriptum, idem

in

in vectigalibus, *d.l. evacuatis*, secundùm *Bald. in alleg. l. omnium*, in tex. ibi. *conceſſa*; ſi ergo non poteſt remitti per reſcriptum Principis, ut in *c. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verb. ſignif.* ideò dicas, quod illud procedit, quando contra fiſcum præſcribitur, quo caſu non valet communis præſcriptio, nec reſcriptum faciens expreſsè mentionem, & quod derogat legi, ſecus de longiſſima, in cujus contrarium non extat memoria, maximè in Regno Siciliæ, ut dixi.

Sed pro declaratione prædictorum, quæ quotidiè in Regia Camera Summariæ practicantur, videlicet de muneribus perſonalibus, & oneribus, quæ imponuntur, tam maſculis, quàm fœminis de quibus *gloſ.* ponit diviſionem *ſuper Rubr. C. de munner. patrim. &c. & in l. voluntaria, C. de excuſat. tutor. & Guliel. in l. nemini, C. de Sa-*
191 *croſ. Eccl* & plenius *per Bar. in l. 1. C. de mun. & in quo loco*, dicens, quod munera, quædam ſunt perſonalia, quædam patrimonialia, & quædam miſta; & ad primum dico, quod munerum perſonalium; quædam habent honorem annexum, & appellantur honores; quædam habent utilitatem annexam, & appellantur munera ſordida; quædam non habent, nec honorem, nec dignitatem annexam, & iſta vocantur munera ſimpliciter. Circa primum de mu-
192 nere habente dignitatem annexam, dic, quod eſt honor, hoc eſt adminiſtratio Reip. cum dignitatis gradu; modo quæro, qui prohibentur habere honores, ut quidam, propter delictum, ut infames de jure, vel de facto, & non poteſt concedi mulieribus iſte honor cum adminiſtratione, ſed ſine adminiſtratione benè conceditur, ſic, & honores ſine adminiſtratione benè congruunt mulieribus; honores verò cũ adminiſtratione non reperitur in jure mulieribus concedi, niſi hodiè jure Canonico in Abbatiſſis Monialium, quæ ſunt Miniſtræ ſororum tertii ordinis Sancti Franciſci.

Item in mulieribus præexcellentibus, ut in Reginis, & Comitiſsis, quæ quando ſuccedunt in Regnũ, vel Comitatum, ex conſuetudine, vel privilegio dato, nõ obſtante lege, ut in Regina Ioanna I. & Secunda Hyeruſalem, & Siciliæ, &c. Et quæ dicantur illa munera, quæ habent dignitatem annexam? Pone exemplum, quando aliquis conſtituitur Judex, quibus Judicibus debemus honorem; ſed videmus, quod multa ſunt officia, in quibus nulla eſt judicandi poteſtas, & tamen habent honorem, & dignitatem annexam, & ſunt illi, qui ſunt de cubiculo Principis, vel agentes in rebus, & ſimiles; & ideò dic, quod illud officium habet honorem, & dignitatem annexam, & quod ſic reputatur in Civitate; unde poteſt eſſe, quod illud officium alibi reputetur honor, nec requiritur, quod habeat poteſtatem judicandi, ſed ſolùm ſufficit, quod ſic reputetur in Civitate. Verùm ubi non apparet qualiter in Civitate reputetur, dic, quod illud officium habet dignitatem, & honorem annexum, quod habet poteſtatem ſtatuendi per ſe cũ ſociis, ut dicimus in Decurionibus, qui ſunt in dignitate; vel ſi habet judicandi facultatem. Et eſt advertendũ, quod iſti honores non poſſunt indici, niſi Civibus, vel Incolis. Item quod vacatio ſimpliciter conceſſa nõ porrigatur ad iſta munera, quæ habent dignitatem, & honorem annexum.

193 Sed an talis dignitas remaneat finito officio? Dic breviter, ſi officium eſt temporale, non remanet dignitas finito officio, niſi aliud lege ſit expreſſum, facit quod not. per *Innoc. in cap. de multa*, 28. *in fin. de præben.*

194 Item ad ſecundum dic, quod aliud eſt munus, quod nõ habet in ſe dignitatem annexam, quod appellatur ſordidum, & eſt munus, quod conſiſtit in officiis vilibus, quorum multa nominantur *in l. maximarũ, C. de excuſ. muner. lib.* 10 & dic clarius ſecund. *Bar.* quod ſicut ille eſt honor, qui reputatur honor, ut ſupra dixi, ſic illud vile, quod reputatur vile; undè videmus multos valentes viros quærentes eleæmoſynam prò pauperibus, quod non eſt vile reſpectu cauſæ, & iſta munera ſordida nunquam indicuntur hominibus, qui ſunt in dignitate. Et hoc de
195 muneribus ſordidis merè perſonalibus; ſecus in muneribus ſordidis, quæ patrimonium reſpiciunt, ut in *d.l. maximarum*, & dicetur infra, dùm tractabitur de patrimonialibus, & miſtis, licèt aliis perſonis, etiam infamibus, poſſint iſta munera indici; & an minoribus poſſint indici? Videtur quod ſic, ſi poſſunt alia officia expedire; & ſic videtur in munere, quod habet in ſe adminiſtrationem, in quo ſi cõcederetur minoribus, eſſet periculum, propter imbecillitatem conſilii; & ideò dicendum non idem, quod in præcedentibus, ideſt, quod non poteſt concedi mulieribus. Dic, ut infra.

196 Item quo ad tertium, ſcilicet, quando aliquod munus eſt, quod non habet honorem, nec utilitatem annexam, exemplum quando non reputatur honor, nec utilitas, ut legatio, & ut eſſet ſuſceptor pecuniæ publicæ, & ab iſtis non excuſatur aliquis propter dignitatem. Item, nec propter infamiam. Item, nec propter minorem ætatem, niſi in adminiſtratione pericu-
197 lum verteretur. De mulieribus brevitèr, an poſsit concedi eis? Dicit *Bar.* quod putat mulieres capaces omnis officii, per quod earum pudicitia non lædatur, verbi gratia, ſicut poteſt proponi in Civitate unus medicus, qui judicet de vulneribus, ita poteſt proponi una mulier obſtetrix, quæ debet judicare, an mulieres eſſent pregnantes, aut non; corruptæ, aut virgines. Item ſicut poſſet proponi aliquis, ut denunciet maleficia, ita poſſet proponi mulier, quæ denunciaret aliqua maleficia, quæ ipſius pudicitiam non læderent; ab iſtis autem muneribus habent excuſationem multi ex privilegio

Et

Et an quis poſſit cogi ad duplex officiũ? Dic, ut *in l. 1. C. quemadmodum civilia munera, &c.* & an habeat ſalarium pro utroque? dicã infra, &c.

198 Item, quo ad ſecundum principale membrum, ſcilicet, quæ ſunt Munera Patrimonialia? & hic adverte, quia propriè dicitur hoc Munus Patrimoniale, ubi vertitur ſumptus; &
199 iſtud dividitur tripliciter: quia quandoque ſumptus imponitur perſonæ tantũ, nulla habita ratione, ſive contemplatione patrimonii: ut quando imponitur præſtatio per capita; quandoque imponitur perſonæ habita contemplatione patrimonii. Circa primum, quando imponitur per capita, de quo habes *in l. ætatem, ff. de cenſib. & C. de capitat. Civium l. 1. lib. 11.* & habetur in *rubr. de annon. & tribut. lib. 10.* & ab iſto non excuſatur aliquis, nec etiam propter ſexum, niſi aliter ſe habeat conſuetudo Provinciæ *d. l. ætatem*; & iſtam præſtationem debent facere ſolùm ruſtici, non autem Cives de jure communi, *C. de capit. civi. l. 1. lib. 11.* & iſta præſtatio per capita, debet imponi pro ſalariis Rectorum Civitatis, & iſtud munus debet ſubire, ubi eſt quis Civis, & incola. Quò verò ad ſecundum quando imponitur perſonæ pro rebus, habita contemplatione patrimonii, & iſta in vulgari appellatur *colletta*, ut dicit *gloſ. in l.*
200 *reſcriptum, in fin. ff. de muner. & honor.* & circa hoc primò quæritur, quis poſſit collectam imponere? & dic aut imponitur propter neceſſitatem Civitatum, & poſſunt ipſi Cives imponere; aut imponitur ad publicam utilitatem, & non poteſt imponi, niſi expreſſa licentia Principis interpoſita; unde ſi aliqua Civitas vellet imponere collectam, ut daret Principi, non poſſet de jure, ſed de facto ſic. Prædicta verò in Civitatibus, quæ cognoſcunt ſuperiores, ſed Civitates liberæ poſsũt imponere quoquomodo eis placet. Sed cui poteſt imponi collecta? dic Civibus, & incolis tantùm, *ut d. l. reſcriptũ in fin.* & ideò ſi forenſis poſſidet in territorio cujuſdam Civitatis, non poſſet ſibi imponi collecta: quia, cùm imponatur perſonæ, licèt pro rebus, & perſona non eſt ſubiecta, non poteſt ipſi imponi, ut *d. l. reſcriptum*; in eo, quod hic dicitur, quod Cives non poſſunt extraneis imponere collectam, facit ad declarationem *capitulorum boni denarii Civitatis Neapolis*, ubi dicitur *in 2. cap. de ſalmis*, quod de una quaque ſalma rerum quarumlibet aliarum, quocunque videlicet animali feratur à caſalibus proximis Civitatis ipſius, ſive aliunde remotiùs ad vendendum, ſingulis vicibus, denarii tantùm duo, verùm illud *capitulum* debet intelligi de Civibus, & pertinentiis Neapolis, & non de exteris, quia cùm non poſſet illis expreſsè imponi *per d. l. reſcriptum*; nec ergo tacite comprehenduntur, per hoc facit, quod in hoc *tractatu* dixi, ſecundùm *Angel. in l. inter debitorem, ff. de pact.* Fallit in uſurario. Item fallit in Civitate, quæ de hoc habet privilegium, aut vim privilegii, *ff. de aqu. pluv. arcen. l. hoc jure*, §. *aqueductus*. Item fallit in Civitatibus, quæ fecerũt ſua prædia tributaria per collectas; ſed tunc dicitur imponi rebus, non perſonis, & ideo cadit in ſubſequenti membro.

Sed qualiter imponatur iſta collecta? *gloſ. in l. 1. C. de apoc. public. l. 10.* dicit, quod imponitur magnis, & parvis per ſolidum, & libram, & cùm quis plus habet, plus ſolvat; fallit ſi imponatur ſalario Rectorum, uti proximè dixi; fallit etiam in caſu, quem ſtatim ſubiiciam. An autem iſtud munus dividatur in ſordidum, & non ſordidum? *Guliel. de Cuneo* dixit quod ſic, ut puta ſi imponeretur collecta pro redimendo aliquo à munere ſordido, diceretur munus ſordidum, aliàs ſecus; ſed de jure communi, munus non poſſet redimi pecunia, ut *l. munus, ff. de excuſ. muner.* tamen ſi hoc contingeret fieri authoritate ſuperioris, ut fatetur *Bar.* procedere dictum *Gulielmi*, & tunc ad iſtam collectam ſolvendã non tenerentur ij, qui nõ tenebantur ad munera ſordida, aliàs alter pro altero gra-
201 varetur, quod iura penitus abhorrent; & ſic tunc non imponeretur collecta per ſolidum, & libram, ſed tunc quæritur pro imponenda iſta collecta, quæ res æxtimabantur? dic, omnia mobilia, & immobilia, ut *l. forma, ff. de cenſ.* & qualiter iſta æxtimatio procedat? dic ut *l. 1. C. de Suſcept. præpoſ. & arcar. lib. 11.* & à quo tempore incipiat habere effectum talis æxtimatio? dic ut *in d. l. 1. in princ. C. de apoc. public. lib. 10.*

202 Item utrum collecta iſta poſſit imponi Eccleſiis, & Clericis? dic, ex prædictis apparet quod non: cùm enim debeat imponi perſonæ ſubditæ, ſed Eccleſiæ, & Clerici non ſunt nobis ſubditi, igitur, &c. & etiã eſt hodie de jure *auth.* declaratum, in *auth. item nulla communitas, C. de ſacroſ. Eccleſ.* de quo dic, ut ſupra pleniſſimè dictum eſt, an teneantur Eccleſiæ, & Clerici ad vectigalia?

203 Item quæritur, aliquis eſt Civis hic, & poſſeſſiones habet alibi poſitas, an cogatur hic ſolvere collectas? *gloſ. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco*, dicit quod non: quia ſecundùm hoc alibi ſolveretur tributum, & collecta, quod eſſe non debet; ſecundùm hoc ſequitur, quod ſi eſſet res, pro qua non ſolveretur tributum, vel collecta alibi, quod hic deberet ſolvi, & ita quidam intelligunt iſtam *gloſſam*, damnantes eam ſimpliciter; tamen *Bar.* dicit in *d. l. 1. Puto ego, quod gloſ. verum dicat: nam pro poſſeſſionibus*
204 *tributariis non oporet ſolvi collectam alibi, ut in l. privatis de excuſ. mun.* ſed ſi alibi non ſolveretur tributum, tunc dicit *Guliel.* aut imponitur collecta ab eo, qui habet juriſdictionem uniformem in omni loco, ut à Principe, & tunc debet quis ſolvere pro rebus, quas habet ubiq;
205 aut imponitur à Civitate, & tunc non poteſt extendi, ſeu recolligi collecta, quæ eſt pro rebus, quæ ſunt extrà territorium; tamen in Civitatibus Italiæ, cùm quælibet Civitas habeat conſue-

Digitized by Google

consuetudinem imponendi collectam, etiam forensibus posidentibus in territorio; non est dubium, quod pro rebus alibi positis, in Civitate originis, vel domicilii, nõ debet solvi, aliàs forsitan posset cõpelli, etiã pro iis, quæ habet extra territoriũ, *l. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis.*

206 Item quæro, quis excusetur ab isto munere? dic nullus regulariter, ut *in d. tit. de mulier. & in quo loco*, & in *l. patrimonium, C. quemad. civ. mun. induc.* & *de mun. patrim. l. 2.* fallit in actu Legentibus, ut *C. de profess., & medic. lib. 10. l. medicos*, & *ibi not.* fallit etiam in officialibus secundùm *Dyn. in l. 1. de immun. conceden.*

207 Item quis solvit collectam pro fundo dotali? & dicit *glos.* & benè, quod maritus, ut *glos. in d. l. 1. de mulier. & in quo loco, & ff. de usufr. l. hactenus, §. fin.* meliùs in *l. neque, ff. de impens. in reb. dot. fact.* cùm maritus percipiat fructus, ergo, &c. de istis muneribus realibus, & personalibus, & mistis dic, ut plenè *per Bar. in tit. de mulier. & in quo loco*, quod infra pleniùs particulariter declarabitur.

208 Item venio ad tertium, scilicet ad munera patrimonialia, quæ ipsis rebus indicuntur, & ista sunt triplicia, quandoque indicuntur ipsi rei, de eo quod est faciendum de ista re, sive in ipsa re, ut navis, & currus, vel equus vadat ad servitium Reipublicæ: hoc enim fit in re ipsa; quandoque ista munera imponuntur de eo, quod ex re percipitur, ut quod detur certa pars fructuum, ut *l. medicos, C. de suscept. præpos. & arcar. lib. 11.* quandoque imponitur ipsi rei de eo, quod non fit ex re ipsa, nec in re, neq; de eo, quod percipitur ex re, sed est ònino extra rẽ, & quãdo res debet præstare certã quantitatẽ pecuniæ annuæ, quãdo pecunia ex ipsa re non percipitur; de primo, & secũdo patet exemplũ, *ff. de Muner. l. munerum §. patrimoniorum*, & de tertio, exemplum, *ff. de usufr. l. hactenus, & C. de impon. lucr. descript. l. 1.* & in omnibus *legibus* tractantibus de tributis, seu vectigalibus, quod solvitur in pecunia, & differt istud tertium, à munere, quod imponitur personis pro rebus; nã ibi est obligatio presonæ, & per consequẽs omnis rei patrimonii, ut in *l. auferter, §. fiscus, ff. de jur. fisc.* & quod not. *C. de pœn. fis. l. 1. & de jur. privat. l. 1.* hic verò scilicet, quando imponitur rei, ut proximè dictum est, quælibet res tenetur quantum eam respicit, & non ultra, ut *in l. Imperatores, ff. de public.* & qui excusentur ab istis proximis muneribus? dic, nemo cujuscunque privilegii, vel dignitatis existat, ut not. C. *de exact. tribut. l. fin. & l. placet, C. de sacr. Eccles. & l. de iis, & l. jubemus, & l. 2. C. de navib. non excusan. lib. 11.* nisi quantum scilicet sit ex pressum specialiter, ut *l. 1. C. de Episc. & Cler.*

209 Item venio ad tertium principale, scilicet ad munera mista, & cùm supra vidimus de simplicibus, facilè cognoscitur compositum; sunt enim munera mista, quæ habent onus personæ cum sumptu, ut *l. munerum, §. mixta, ff. de munet.* Sed hic advertendum est: dixi enim supra, quod à personalibus quidam excusantur, ab istis patrimonialibus nullus; quid ergo fiet? utrum propter id, quod sapit naturam personalis muneris, excusabitur à toto, vel nihilo? breviter; quod si contingat aliquẽ non posse gravari ad personalia propter delictũ sive propter aliam immunitatẽ, semper fiat separatio: quia quantũ respicit personã non gravabitur, quantũ verò respicit sumptũ, seù patrimoniũ, gravabitur, ut *l. releg. §. fin. cũ l. seq. ff. de interdic. & releg.* & videtur casus *in l. maximorum, C. de excus. mun. lib. 10.* nam ibi ponuntur quædam munera sordida, quæ respiciunt sumptum, & laborem personæ, & sic sunt mista, à quibus excusarentur patrimonia quorundam, qui sunt in maximis dignitatibus patrimonialiorum, non excusarẽtur, licèt sint in dignitatibus minoribus; sed constat, quod omnis persona, quæ est in dignitate, prout personã respiciunt, excusatur à sordidis, ut *l. humilior, C. de Suscept. præpos. & arcar. lib. 11.* ergo apparet, quod existentes in dignitate non gravarẽtur ipsi, sed eorũ patrimonia.

210 Item quæro, cùm in jure sæpe fiat mentio de muneribus ordinariis, & extraordinariis, videamus, quæ sunt ista? *Guliel. de Cun. in d. l. neminem 11. C. de sacros. Eccles.* dicit, quod ordinaria sunt quæ habent certam ordinariam præstationem; inordinaria verò, quæ per accidens quandoque indicuntur, ut *l. ex eo, §. medicus, ff. de annu. legat. & l. & si per Prætorem, §. si fœmina, ff. ex quib. cau. major.* sed *in C. de vacat. muner.* videtur, quod illa sint extraordinaria, quæ non
211 imponũtur à lege, neque à Senatus Consulto neque a constitutione Principis, sed certè satis illa concordat cùm dicto *Guliel.*: quia quando imponũtur à lege, vel constitutione perpetua, tunc de necessitate habẽt certam, & ordinariam præstationem; sed ea, quæ imponuntur per accidens, non possunt habere præstationem ordinariam, & hoc modo fortè debet intelligi *l. 1. C. de indict.* quæ indictiones per singula lustra ante illam legẽ non imponebantur perpetuò, sed ad beneplacitum Principis: si enim hoc fuisset, sine dubio fuissent ordinariæ præstationes, sed quia non erant, ideò fuit necesse redigi in illam constitutionem.

212 Item in eo, quod supra *Bar.* dixit in *d. l. 1. C. de mulier. & in quo loco*, quod non debet in istis muneribus unus gravari pro altero de jure, quod verum dicit, in Regno Siciliæ servant collectores collectarum Regni contrarium, & malè: quia faciunt represalias pro uno castro, & pro pluribus, de quo per *Andr. de Iser. in*
213 *const. pacis cultũ lib. 1.* verùm nos practicamus in Summaria, quod illę personæ, quæ sensierunt damnum, possunt repetere ab illis Universitatibus, & personis, pro quibus solverunt, seu coactæ fuerunt ad solvendum, seu represalias passæ fuerunt, pro hoc, quod not. *in c. si culpę, extr. de injur. & damn. dat.* & quod not. *Bar. in l. stipulationum*

Digitized by Google

214 *tionum* 2. §. *item si, in fin. ff. de verb. oblig.* verùm, ne aliqui errent, hoc habemus in observantia, quod in hac Civitate Neapolis non fiant hæ represaliæ contra homines venientes Neapolim, nec capiantur pro collectis Universitatum ipsarum, quod satis videtur æquum, & etiam Regiæ Curiæ necessarium, & utile, ne retraherentur propterea homines in damnum etiam gabellarum, & aliorum jurium Regiorum, & de hoc an exacto subveniatur contra illum, cujus occasione sunt concessæ represaleæ? dic, ut *per Bar. in tract. represalearum in* 10. *princ. quæst. in art.* 2. ubi concludit, quod aut represaleæ sunt concessæ per Judicem, vel officialem, ut quia non faciat justitiam alius Judex, vel officialis, & tũc aut iste exactus est officialis, vel alius de populo; si officialis qui non facit justitiam faciendo aliquid injustum, aut negligendo faceret justitiam; & primo casu illi officiali non succurritur contra istum principalem debitorem; quando verò est exactus non officialis, sed alius de populo, tunc putat *Bar.* secundùm *Jac. de Aret.* quod iste captus solvens possit petere quod sibi cedatur actio contra istum principalem debitorem, ad similitudinem certi fidejussoris ejus, qui est exactus per hipothecarium, sed de consuetudine Neap. dic, ut dixi.

Ecce posui prædicta, quæ sunt *Bar. in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco lib.* 10. ut sciantur ea, quæ circa materiam munerum sunt de jure communi; sed in certis membris prædictorum notatorum per *Bar.* addam, quod in Regno Siciliæ servetur, & maximè notata *per D. Andr. de Isern.* & quæ etiã in *Capitulis Regni* habentur, & quæ in Regia Camera Summariæ etiam practicata sunt, & maximè circa collectas, quæ in Regno imponuntur, & exiguntur.

215 Et primo de possessionibus, pro quibus solvuntur collectæ: nam nomen possessionis largè accipitur, & si sit artifex in aliqua terra, & nullam possessionem habeat, solvet de artificio, & industria, sic & illi, qui fœnus exercent, ut *in tit. quæ sint regalia, super verb. & planstrorum.*

216 Item si quis non habeat possessionem, & nihil lucretur de industria, vel artificio, quia hic pauper est, & nihil habet, non solvet munus patrimoniale, quod pro rebus imponitur,

217 sed munus personale sic: quia persona tenetur, quicquid dicant fiscales, qui dicunt quod solvat pro aqua, & aëre, sic intelligunt *l. rescrip. in fine*; Sed malè intelligunt: quia illa lex dicit *pro agris, vel ædificiis, vel possessionibus*, ut habein *alleg. verb. & plane*; per hoc videas *capitulum Regis Caroli II.* quod incipit, *Porrecta culmini*

218 *nostro, &c.* (199) ubi ponit formam appretii bonorũ, pro quibus debet solvi gabella, sive collecta, ut fiat appretiũ per sex homines, scilicet, duos de majoribus, & ditioribus, duos de mediocribus, & duos de minoribus, appretiatores omnium bonorum mobilium, stabilium, & burgensaticorum, consideratione habita familiæ, de quibus commodum, & onus habent, pensatis etiam expensis, & industria hominũ, & cõditione eorundẽ, ut impositis, juxta facultatẽ ipsarũ contribuãt in collectis; & aliis de cætero imponendis, exclusis bonis feudalibus, & burgensaticis concessis per Regem, exceptis etiam Clericis, & bonis Ecclesiasticis, quæ in beneficium ab Ecclesiæ tenentur, & omnino videas *dictum capitulum* quia longum esset totum hic ponere.

Item in eo, quod dixit supra *Bar.* de imponenda collecta pro bonis, quæ quis habet in alio territorio, ubi non habitat, facta sunt *capitula Regni Regis Caroli II.* unũ quod incipit *in singulis Civitatibus, &c.* (194) ubi vult quod de bonis burgensaticis, quæ quis habet in alio territorio quàm ubi habet incolatũ, in generalibus subventionib. aliisque servitiis publicis conferant, ne alter alterius onera portet, & ibi etiam loquitur de appretio faciendo ãno quolibet de mense Augusti; sic etiã est aliud *capitulũ*, quod incipit *In Calẽdis Maii* (167) ejusdem Regis, de appretio faciendo; est aliud *cap.* D. Reginę Joãnę I. quod incipit, *ltẽ quod Iustitiarius, & officiales*, (275) quod vult, quod non procedatur contra Universitates super appretio non renovato, nec ad pœnã, nisi in casu, quo aliquis de Vniversitatibus conqueratur, quæ *capitula* videas.

219 Item in eo, quod dicit *Bar.* quod collecta non potest imponi Ecclesiis, seu Clericis, & facit differentiam, an munera ista sint mista, & tunc non teneantur Clerici, & Ecclesiæ, sed quando sunt merè patrimonialia, teneãtur etiã Ecclesiæ, de hoc etiã habemus *capitulum Regis Caroli II.* tunc Vicarii (98) quod vult, quod Clerici, qui clericaliter vivunt, non cogantur communicare cum laicis in collectis, & aliis exactionibus quibuscunque, nec pro bonis Ecclesiæ, nec patrimonialibus, de portionibus eos legitimè tangentibus, & idem videtur sentire *allegatũ capitulum, Porrecta*, ubi primo dicitur: *de bonis omnibus Baronum, & Ecclesiarum, &c.* & postea subditur: *Exceptis etiam Clericis, & bonis Ecclesiasticis, quæ in beneficium ab Ecclesiis tenent*, & sic videtur fieri differentiam inter bona Clericorum, & bona Ecclesiarum per *capitula*: dum dicitur *exceptis etiam Clericis*, & postea subditur, *& bonis Ecclesiasticis, &c.* quod etiam videtur tenere *glos. in d. cap. Porrecta*, quod clariùs habetur in *d. capitulo Statuimus, quod Clerici, &c.* facto in planitie Sancti Martini.

220 Item in eo, quod *Bar.* dicit, quod collecta est munus mistum, *glos. Domini de Neap. in cap. Regni*, quod incipit *Item statuimus, quod possessiones, &c.* (99) Regis Caroli II. dicit quod tri-

221 butũ, indictio, pensitatio, vectigal, vel annona, vel aliud simile, est onus merè, & totaliter reale, & collecta non est onus reale totaliter, sed mistum, & allegat leges, seu legem, quam *Bar.* allegat, scilicet *l. rescriptum, in fin ff. de mun.*

&

Digitized by Google

& honor.& ſic etiam de jure communi, non poteſt imponi Clericis, ſeu Eccleſiis, ut dictum eſt ſupra ſecundùm *Bar.* quia cùm non ſint perſonæ ſubditæ, non poteſt imponi, & habetur etiam in jure communi *in auth. Item nulla Communitas, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

222 Item pro proximè dictis habemus duo *cap.* in jure Canonico *de Imm. Eccleſ. c. non minus,& c. adverſus*, ſcilicet quod nō debēt imponi onera Eccleſiis,& quod exigens collectas ab Eccleſia duplū reddere debet, & Cęſareo *de pac. jur. firm. cap. hac edictali*, §. *illicitas*,& quod Eccleſia non debet adſtringi angariis,& dicitur angaria, munus purum,& perangaria munus miſtum, & quæ ſunt mera, & milita ſupra habuiſtis ſecundùm *Bar.*& quod Clerici non tenentur ad foſſata, vel expeditionem ad foſſata, quia munus eſt perſonale,& ſordidum,& etiam ibi habes, quod bona Clericorum gaudent eadem immunitate ac bona Eccleſiarum, & dicuntur bona Clericorum eſſe pauperum.

223 Item quod in caſu magnæ neceſſitatis, poſſunt Clerici conferri ad ſubſidia laicorum.

Item quid, ſi Eccleſia habet poſſeſſiones, ratione quarum debetur perſonale munus, vel patrimoniale, vel militare? dic, ut *Inn.* in *alleg. c. non minus*, quod hoc præſcribat Eccl. arg. *c. ſi Epiſ. 23. diſt. 18 cap. ſæpe. 23. quæſt. 8. ff. de public. l. Imperatores*; dicit tamen *Innoc.* quod Eccleſia non ſubit iſta, tanquam munera, ſed quia ex pacto, vel quia tenet rem ad hoc obligatam, pro quo facit *de decimis c. paſtoralis*, & faciunt hæc ad ea, quæ habentur *in c. Regni Regis Caroli II* quod incipit, *Itē ſtatuimus, quod poſſeſſiones, &c.* (99) ubi tractatur materia de re, quæ pervenit ad Eccleſiam, cum quibus junge hoc dictū *Innoc.* quia tollit multa contraria, & declarat illud, quod dixi ſupra ſecundùm *Bar. in fin. ſuæ notæ d. l. 1. Cod. de mul. & in quo loco.*

224 Item dic ſecundùm *Card. Florent.* in *alleg. c. non minus*, ubi dicit, puto verius, quod in omnibus caſibus, in quibus reperitur expreſſum de jure civili, Eccleſias teneri, quod teneantur etiam inconſulto Romano Pontifice; nec obſtat *c. adverſus*: quia ibi providetur contra gravamina extraordinaria, ideſt quæ propter aliquid accidens per Principem ſecularem imponūtur; aliàs ſi *c. adverſus* intelligeretur generaliter de omnib. munerib. multæ leges corrigerētur, quod nō eſt dicendū, arg. *de elect. c. Eccleſiæ il. 2. Indecretis & c. cùm expediat, eod. tit. lib. 6.* nā

225 leges habent vim Canonum, ſi canon ſpecialiter non contradicit, *de nov. oper. nunciat c. 1.* & ex hoc putat ipſe, intelligendū eſſe *gloſ.* &

226 *d. c. non minus* quod dicit Eccleſiam teneri ad refectionem pontium, itinerum, & murorum, ſi fiunt pro neciſſitate, ſecundùm eum in alleg. *c. non minus*, & ſecundùm *And. de Iſer.* Clerici ſunt exempti à collectis per conventiones in conceſſione Regni Siciliæ factas, de quo *in tit. quæ ſint regalia ſuper verb. & extraordinaria.*

227 Item dicit *Innoc.* quod Eccleſia non ſubſit angariæ, & perangariæ, etiam de ruſticis, & colonis poſſeſſionum Eccleſiæ; non tamen excuſantur in adventu Principis, & dic ſecundùm *Doctores in alleg. cap. non minus*: quia ſi res eſſet obligata antequam perveniret ad Eccleſiam, quod tunc Eccleſia teneatur, etiam de munere patrimoniali, & concordat in eo, quod dixi ſecundùm *Bar.* in alleg. *l. 1. Cod. de mulier. & in quo loco, in fine lecturæ ſuæ*, & facit quod habetur in *alleg. c. Regni*, quod incipit, *Item ſtatuimus quod poſſeſſiones, &c.* (99) & ſic cōcludūt in allegato *c. non minus, in fine*, quod Eccleſiæ non tenentur ad aliqua munera, niſi ad illa, de quib. in lege civili cautū reperitur, nec canon contradicit, & hoc reſpectu munerum nō patrimonialium, ſeu non realium: ad realia nanque tenentur, ſecundùm quod proximè dixi, de quo plenè per *DD. in alleg. cap. non minus*, & ibi videas ubi ponuntur multa bona, & breviter refero quod in facto ſæpe contingit, ut ſi in aliquibus locis pro ſingulis capitibus perſonarum, vel animalium, vel pro molitura, ideſt macinatura ſolvit quilibet in menſe tantum, quia ad hæc non tenētur Eccleſiæ, *Cod. Sacroſ. Eccleſ. l. Sacroſancta*, & eſt etiam munus, quod imponitur

228 perſonæ pro rebus, & dicitur collecta, vel talea, quæ inponitur per ſolidum, & libram, ad hæc non tenetur Eccleſia, *ut de Immun. Eccleſ. c. 1. & c. clerici*, & *de cenſib. cap. quanquam lib. 6.* quod dic, ut plenè ſupra dixi, & eſt tertium munus patrimoniale, quod imponitur rebus, nō intuitu perſonæ, quod dic ut per *D. Cardin. Flor.* in *alleg. cap. non minus*, quæ omnia plenè ſupra dixi, & deducam, maximè quæ in hoc Regno Siciliæ ſervantur.

229 Item proſequendo predicta, ponam omnia, quæ in hoc Regno Siciliæ practicantur ſecundùm *Dom. Andr. de Iſer.* quæ ipſe in diverſis locis ponit, maxime *in tit. quæ ſint regalia, ſuper verb. & plauſtrorū*, ubi dicit, quod pauperes nō contribuunt in patrimonialibus, quæ pro rebus imponuntur, ſed ſecus in muneribus perſonalibus; & dicitur inops, & pauper, qui nec locum poſſidet, nec lucrum facit de artificio, vel induſtria: nam abſurdum eſt dicere, quod pro aqua ſolvat, & aquam habeat venalem,

230 quia naturalis juris communia ſunt aqua, aēr, arenæ, & mare.

231 Item in Regno Siciliæ feudatarii non ſolvunt collectas, quia debent ſervitium pro feudo, & non debent duplici onere gravari, *ut in alleg. loco ſuper verbo, & plauſtrorum.*

232 Itē emphiteuta, qui ſolvit cenſū, & ſimiles, qui ſolvunt redditū, ſoluūt etiā collectam: quia indicitur pro rebus, & pro modo facultatum uniuſcujuſque, tamen cùm extimabitur res, in appretium deducitur id, quod ſolvit pro re illa, & pro aliis fructibus illius rei ſolvet, & in extimationem, & in appretium venient, de quo *in alleg. loco ſuper verb. & plauſtrorum.*

Digitized by Google

233 Item indictiones temporariæ solvuntur ab iis, qui percipiunt fructus, de quo habes *in alleg. loco super verb. & plaustrorum*, & ibi etiam habes, quod bona non dicuntur, nisi deducto ære alieno.

234 Item indictiones sunt munus ordinarium, & canonicum, à quibus non excusantur tenentes quoquo titulo, *ut in alleg. loco*, & etiam prædia Cęsaris.

Itē nullus etiā personaliter exemptus in cōtribuendo excusatur in iis, quæ à patrimonio inducuntur, nec etiā milites veterani, & alii quovis jure exempti, de quo in *alleg verb. & plaustr.*

235 Itē quod feudatarius pro feudali re, nō solvet collectam, etiam deducto valore servitii, nisi habeat burgensatica præter feuda: quia tunc

236 pro burgensaticis solvet collectas, & habes rationem diversitatis, quia pro burgensaticis, non verò pro feudo solvet, quia pro feudo uncias 20. solvet, & pro servitio uncias decem cum dimida in Regno Siciliæ; sed jure feudorum est tertia pars fructuum; sed pro re emphiteutica solvitur modicum, sicque gravatur in uno, relevatur in alio; & sic emphiteuta solvit collectas deducto jure emphiteusis, &

237 quia feudatarius vadit de persona, & emphiteuta solvit tantùm censum, & durius est servitium feudatarii, quàm emphiteuticarii.

238 Item quod non excusantur à collectis familiares, domestici, servientes, & vasalli Clericorū; & licitè dicas collectam esse munus ordinariū, quod quidam dicunt; alii verò dicunt, quod quando imponitur collecta injustè, non est munus ordinarium.

239 Item de mobilibus, quæ habet feudatarius, ut animalia non ociosa, quæ sunt ad industriā, & instructionem feudi, ut boves ad laborādum, nō solvet collectam, & de pecoribus ad impinguandum feudum; pro aliis verò mobilibus, &

240 aliis repositis ad commercium, & maximè pecunia etiam ad non negotiandum, sed causa pretii reposita, non censentur feudalia, & pro iis contribuit in collectis, de quo *in alleg. verb. & plaustrorum.*

241 Item alia, quæ fructificant ex industria, vel artificio, vel alio quæstu, deducuntur in apretium, ut si negotientur, vel aliàs lucrentur, de quo in *alleg. verb. & plaustrorum.*

242 Item quod ex fructibus de feudo perceptis, & de pecunia redacta de venditione fructuum feudi negotiando lucratur; videtur esse feudale illud, quod lucratur ex illa pecunia, & sic fructus ex feudo percepti sunt feudales, & de istis non contribuent, etiansi de istis negotiarentur, de quo *in supradicto verb. & plaustrorum, Bar. in l. 1. Cod. de cast. pecul. lib. 12.*

243 Item si de fundo feudi habet vinum, quod permutet cum pannis, aut contrahendo de vino illo, recepit pannum in pagamentum, & pretium, sicut de vino, quod est fructus feudi non contribuit, ita & de merce, quam percepit

244 loco pretii vini, aut aliorum fructuum; Item quod percipitur loco alicujus rei, debet habere eandem conditionem, quam habet id, in cujus loco illud recipitur; sed secus, si vendidit fructus feudi, & merces illas, quas in permutationem, vel pagamentum recepit, vendat, quia tunc contribuit pro mercibus illis venditis; &

245 idem si de pretio recepto ex fructibus feudi, emit aliquid non feudale, vel de ipso pretio negotiatur, aut rem comperat burgensaticam: quia tunc contribuit, de quo *in alleg. verb. & plaustrorum.*

Item, si miles armatæ militiæ emit, vel negotiatur, de pecunia redacta ex venditione fructuum feudi, est suum, etiansi non ematur ab alio; sed non erit feudale illud, quod non est acquisitum favore militiæ, seu feudi, quia nihilominus contribuet, nisi de illo emisset feudū, quia tunc idem erit, si de quacunque pecunia rem aliquam feudalem emisset, quia tunc pro ista re feudali non contribuet, de quo *in alleg. verb. & plaustrorum.*

246 Item si venditur res feudalis in casu licito, non dico fructus, ut proxime dictum est, & de pretio illius rei feudalis emit prædium, tunc id emptum de pretio rei feudalis venditæ, erit feudale, si in feudum habeat; sin autem non habeat in feudum rem illam burgensaticam emptam, contribuet in collectis, ex quo non facit ille servitium militare de ipsa re, de quo *in alleg. verb. & plaustrorum.*

247 Item si Dominus donat Tityo decem uncias, ita quod de fructibus ipsius pecuniæ recipiat usumfructum, & illud habeat in feudum, proinde est, ac si prædia in feudum dedisset, ut de fructu pecuniæ, ex quo illud habet in feudum, non contribuet in collectis, de quo *in alleg. verb. & plaustrorum.*

248 Item quod dictum est de collectis, procedit quando collecta justè imponitur, ut si de voluntate subditorum, aut in casibus, in quibus est usurpatum, sicut de Barone dicitur, ut in *tit. quæ sint regalia, d. cap. Vnico, super verb. & extraordinaria.*

249 Item hoc de collecta justè imponenda patet ex *capitulis Papæ Honorii* ad relevamen Regnantis, & Regni Siciliæ, de quo *in allegatis verb. & plaustrorum*, & *extraordinaria.*

250 Item quod tempore Regis Gulielmi non fuit collecta, sicut dicitur per antiquos Regnī Siciliæ: quia Imperator Fridericus, qui depositus fuit, primo cæpit imponere collectam, & primum nomen fuit adinventum, & deinde nominata est collecta, de quo *in prox. loco, & verb. extraordinaria.*

251 Item in *capitulis Regni Siciliæ* ab inclito *Rege Carolo Primo* factis, continetur, quod debeant subditi vivere, sicuti tempore Regis Gulielmi, ergo non potest dici, quod collecta justè imponatur, quantum ad Deum, & veritatem: nam quilibet Rex Siciliæ jurat, inter

alias

Digitized by Google

alias conventiones prædictas, subditos secundùm statum Regis Gulielmi tenere, & secundùm prædicta non potest conscientiam suam Rex abscondere, quin habeat malam fidem, & propter Sacramentum tenentur Reges Siciliæ subditos tenere secundùm Statum Regis Gulielmi, & curare, & facere, ut sic teneantur, & prohibere ne fiat contrarium, nec ipsi facere debent id, quod alios prohibere tenentur, de quibus *in alleg. verb. & extraordonaria.*

252 Item de istis collectis semper fit inter Regnicolas, & Regnantes, quæstio, licèt non expressa, tamen tacita murmuratio non cessat, & tacita murmuratio interrumpit quodammodo præscriptionem apud Deum, ut patet in illo, quem Diabolus allegabat, multo tempore peccasse, ut legitur de miraculo *Beatæ Mariæ Virginis*, in *alleg. verb. & extraordinaria.*

Item ex prædictis habes, an sit præscriptum per Reges in istis collectis? quod apparet, quod non, de quo in *alleg. verb. & extraordinaria.*

253 Item quod fiscales, qui dicunt de ista collecta, se excusant, quod hoc dicunt tanquam Patroni fisci, & Domini, & pro defensione sua allegant, quod sunt in possessione, seu quasi; sed cùm violenta, & injusta possessio sit, non potest eos tueri; tamen quicquid sit de jure civili inter illos, qui habent pares, & qui possunt habere, & habent copiam Judicis, benè illud posset dici, & arcerentur, ut fures per talem possessionem; de quo in *allegato verb. & extraordinaria.*

254 Item cùm laici contendunt de collectis, multò magis & Clerici, qui expresse sunt exempti, per conventiones in concessione Regni factas, de quo in *alleg. verb. & extraordinaria.*

255 Item & quod laicus solvit collectam de re, quam tenet ab Ecclesia in emphiteusim, de quo in *alleg. verb. & planstrorum*, quod dic, ut dixi supra.

256 Item quod taleæ, & collectæ, quæ imponũtur per Civitates, & Dominos temporales, pro modo rerũ, & possessionũ, inducuntur possessoribus, qui habent ibi, & pro modo possessionũ, quas possident, & tenent alibi, cũ alibi habeant incolatum, & alibi possessionem, de quo in *alleg. verb. & planstrorũ*, & dixi supra plenè per *Bar.* adiungendo, & coniungendo *capitula Regni* maximè illud, quod incipit, *in singulis, &c.* & dic, ut supra dixi.

257 Item quod dicunt fiscales nostri, quod collecta, est patrimoniale, & ordinarium munus, quia indicitur omnimodò personis pro rebus, de quo in *alleg. verb. & extraord.* sed dic, ut supra, quod est munus mixtum, quod imponitur personis pro rebus, & plene supra dixi, & maximè secundùm *glos. de Neapol.* in sæpè *alleg. cap. item statuimus, quod possessiones, &c.*

258 Item ideò vocatur collecta: quia colligitur à possessoribus pro modo facultatum, & collecta in effectu idem videtur, quod indictio,

259 quod est Canonicum, & ordinarium munus, & dicitur indictio, quia indicitur eodem modo, sicut dicimus, & census, quia verba inspicimus, de quo in *alleg. verb. & extraord.*

260 Item & circa hæc videndũ est, an Rex possit facere aliquem exemptum à collectis, etiam posito quod justè imponantur? & *Bal. in alleg. l. omnium, C. de vectig.* dicit per rescriptum Prin-

261 cipis non posse remitti collecta, nec vectigal, idem tenent *Doct. Canon. in Clem. præsenti, de censib.* ubi dicunt, quod nec per rescriptum, nec

262 per militiam excusantur, per *dictam l. omniũ*; Fallit in casibus notatis *in l. si publicanus*, §. *fin. ff. de pub.* videtur probari *in l. vacuatis, C. de Decur. lib.* 10. & breviter per *Ang. in l. inter debitorem, ff. de pact.* & colligendo illud, quod dicit *Bar.* in *alleg. l. vacuatis*, & *in l.* 2. *de jure. Immun.* dicit ipse, quod certum est, quod per Principẽ, seu per legem, dari potest immunitas ab omnibus oneribus etiam realibus; verùntamen scias, quod omnia privilegia per Principem cõcessa sint revocata per *C. de his qui à Principe vacationẽ acceperunt l.* 1. *& de Decur d. l. vacuatis*; Civitates etiam concedunt immunitatem aliquibus subditis, & non valet pactum, ut *d. l. vacuatis*, & maxime si ista immunitas concederetur à muneribus patrimonialibus; si verò ista immunitas conceditur alicui, qui de novo vult effici, vel efficitur Civis, tunc potest fieri, & est servãda, de quo in *d. l.* 2. *ff. de jure. immun.* & ibi per *Bart.* & tunc hæc immunitas potest concedi Doctoribus, & Medicis, per Decuriones, hoc est per Ordinem Civitatis, aliis non potest concedi per illos, & sic requiritur ad munera generalia, ut *C. de decretis decur. l.* 1. *lib.* 10. & qualiter debet concedi hæc immunitas? dic specialiter, & distinctè à muneribus realibus, & personalibus, ordinariis, vel extraor-

263 dinariis: nam si concederetur simpliciter immunitas à muneribus, non haberet immunitatem à patrimonialibus, & non intelligeretur de muneribus, quæ habent honorem, unde de iis expressa mentio fieri debet; & ideo dicit *Bar.* ubi supra, quod sit cautus impetrans talia privilegia, & etiam *Bar. in alleg. l.* 2. *de jure Immunitatis* dicit, quæ sunt munera extraordinaria, & ordinaria, de quo plenè dictum est supra, & etiam per *Bart.* in *alleg. l.* 1. *C. de mun. & in quo loco*, in *l. licitatio*, §. *mercatorem, de pub.* & dicit ipse *in d. l.* 2. quod munera ordinaria sunt illa, quæ imponuntur à Principe, vel Rege, ut *l.* 1. *C. de vacat. Publici muneris lib.* 10. & ideo putat ipse, quod collectæ, quæ imponũtur à lege municipali, lata in Civitate super hoc à toto populo, dicatur munus ordinarium, & idem putat de iis, quæ imponuntur à Papa Clericis, vel ab Imperatore aliis, sed collectæ, quæ imponuntur à Prioribus, vel Magistratibus Minoribus tabellariis, qui habent super hoc authoritatem dicuntur extraordinariæ, ut *l. in*

Digitized by Google

honoribus, §. *qui muneris*, *ff. de vacat. & excusat. & in l. unic. C. de vacat. publ. muner.*

Et sequitur ibi *Bar. in d. l. 2.* utrum Civitas, quæ hoc privilegium habet, Prioribus, Magistratibus, &c. possit per legem suam revocare? & dicit quod quando istud privilegium transivit in formam pacti, vel conventionis, non potest revocare, ut *in l. semel. ff. de decr. ab ordin. faciend.* & ibi *glos.* tangit, & *Bart.* in *allegat. l. 2.* remittit se ad repetitionem *l. omnes populi.*

Item adverte ad prædicta in eo, quod est dictum, an Rex vel Imperator, possit facere aliquem exemptum à collectis? vbi tam per *Bar. in d. l. vacuatis. & in d. l. 2.* & in *l. omnium*, *de vectigalib.* quàm per *Angel. in d. l. inter debi-*
264 *torem*, videtur esse conclusum, quod non, nisi in privilegio fieret specialis, & expressa mentio, & diceretur non obstante lege, ut per *Bart. in dict. l. 2.* sed Civitas benè posset facere uni novo Civi in sui præjudiciũ, *d. l. inter debitorem.*

265 Nunc est videndum, an Rex hujus Regni Siciliæ possit hæc facere, & maximè in præjudicium successoris? & *Dom. And. de Iser.* qui est maximæ authoritatis in hoc Regno, dicit *in titul. de capit. qui cur. vend. in* §. *similiter* quod in iis functionibus, censibus, vectigalibus, tributis, & redditibus civilis annonæ, & hujusmodi sunt prohibitæ diminutiones, remissiones, donationes, pari ratione in servitiis feudorum pro Republica tuenda introductis, ubi & semper contra hanc generalem prohibitionem, privilegium, & rescriptũ non valet, ut *C. ne rei dominicæ l. fin. & C. de vectigal. l. omnium*, sive sit ad petitionẽ alterius concessum, sive motu proprio, *C. de petition. bonor. sublatis lib.* 10. *l. fin.* §. *pari forma*, *& de fundis patrimonalib. lib.* 11. *l. omnes*, & eo ipso sunt impetrata, & data per obreptionem, *Cod. Ne rei dominicæ dict. l. final.* etiam si scienter fieret à Principe: quia etiam si expresse diceretur diminuere servitium, non valeret ut privilegium, tunc etiam præscriptio non valeat in istis *Cod. de fund. patr. lib.* 11. *l. fin. & de præscript.* 30. *anno. l. competit*, non ergo plus valebit tacitũ in se, quàm expressum, *ff. ad munic. l. Lucius*, §. *penult. & de pac. l. itẽ quia*, *C. solut. matrim. l.* 2. nisi diceret, non obstante lege: nam nullus potest, & maximè Princeps successori præjudicare, *C. de legib. l. digna vox. & ff. de leg.* 3. *l. si quis*, *in principio*, & sic circa hunc finẽ videtur sentire *Dom. And. de Isern.* quod valeret privilegium immunitatis à collectis, si diceret: non obstante lege, sed certè quantum ad hoc Regnum Siciliæ omninò tenere debes, quod, si Rex concedit immunitatem alicui super collectis, hæc concessio valet in præjudiciũ ipsius concedentis: de quo *in tit. de investituris de re alien. fac.* §. *quid ergo in final.* & hoc cla-
266 rum. Nunc ergo sequitur, quod feudatarius non potest conditionem feudi facere deteriorem, ut dicit *tex. in d. tit. de Investit. de re*
267 *alien. fac.* non enim potest feudatarius aliquid facere in fraudem agnatorum, qui succedere debent in feudo: potest enim meliorare, & non deteriorare sine voluntate Domini, aut agnatorum, sicut in fructuario dicitur, sic etiam & in filio, de quo in *d. tit. de investit. de re alien. fact. in* §. *e contrario*, & habetur in *tit. per quos*
268 *& fiat investitura*, §. *sed & res*, pro hoc habetur etiam *text. in* 10. *collat. in tit. de Capit. Corrad. in* §. *item si clericus*, ubi dicitur, quod, si Episcopus, & Abbas habet beneficium à Rege, & propter suam culpam perdet, eo vivente revertitur ad Regem, & post mortem Prælati, ad successorem; de hoc etiam quando delictum Prælati noceat Ecclesiæ, dicitur per *Bal. in* 10. *collat. in in fine suorum præambulorum*, ubi omnino vĩdeas quia pulchra verba dicit; sed ponã ea quæ ipse dicit *in d.* §. *item si clericus*, *de Capit. Corrad.* ubi primò dicit, quod propter culpam Prælati contra Dominum, perdat Ecclesia feudum Prælato vivente, sed post ejus mortem revertitur ad successorem; sed ipse dicit hoc est mirabile: nam regulariter nos dicimus, quod aut delictum Prælati est in faciendo, & non præjudicat Ecclesiæ, aut in omittendo, & tunc præjudicat, sicut videmus in quolibet alio administratore, ut notatur *C. de excep. & præscip. Ladversus*, & supra dictum est, quod Ecclesia patitur damnum propter delictum Prælati indistinctè ipso vivente secundùm eum, quia in feudis tradita est à jure certa forma circa pœnæ impositionem, unde jura Ecclesiæ hic silent, ut *in cap. delictum personæ, de reg. jur. lib. 6.* & ratio specialis potest esse Regis privilegium Reipublicæ utilitatis favore, & propter naturam feudi: nam de rigore juris deberent privari feudo simpliciter, sed favore Ecclesiæ est introductum, quod recuperet mortuo Prælato, qui commisit felloniam; & idem dicas si Ecclesia habeat alia, quàm Regalia, & à minori Domino: quia idem erit quod supra dictum est, & idem in alio Prælato, quàm Episcopo, vel Abbate, & sic delictũ administratoris ab officio separatũ, non nocet Domino, *C. de ser. fug. l. quicunque*, secus si sit adeo connexum, quod non possit cõmitti nisi administrationis nomine, ut in *l. Pollæ C. de his quib. ut indig.* & dicas, quod propterea Ecclesia non privatur proprietate propter delictum Prælati, secundùm *Bal.* qui tenet contra *Jacob. de Belvis.* de quo videas *Bald. in d.* §. *itẽ si Clericus*; sic ergo si immunitatẽ collectarum posset facere alicui, nõ est dubiũ, quod præjudicaret successori, & deterioraret feudum; hoc etiã facere nõ potest, ut prædixi, ergo talis immunitas concedi non potest, ut successori præjudicet, sibi autem benè præjudicare potest sua vita durante: nam ut etiam habetur per eundem *Andr. in. Const. Regni*, quæ incipit *Constitutionem lib.* 3. ubi dicit, quod valet conteactus factus ad augmentationem feudorum,

secus

Digitized by Google

secus ad diminutionem, ut in *tit. de revocatione feudorum, & rerum feudalium*, in verb. *Minuendis, & in §. præterea, de capitulis Corradi*, & sicut etiam prohibetur alienatio rerum feudalium, ita jurium, & servitutum, & reddituum, ut gallinarum, & similium, quod in feudo habetur; usufructuarius tamen benè concedere potest fructuum perceptionem, & vendere omnes fructus totius temporis, quo apud eum erit res feudalis, & si moritur interim aperto feudo Domino, omnes obligationes pereunt, de quo in *d. cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frideric.* & ex his videtur, in hoc Regno Siciliæ esse concludendum, Regem non posse alicui immunitatem concedere à collectis in præjudicium Domini feudi, successorum, agnatorum, sed in sui præjudicium, & sua vita durante, sic, per prædicta, & quantuncunque ex certa scientia, & non obstante lege fieret, nisi accederet voluntas Domini, & agnatorum successorum, & hæc omnia habentur in præallegatis juribus, & per *text.* & per *Andr. de Isern.* & hoc etiam expresè posito, quod collectæ illæ justè recipi possent, de quo plenè dictum est supra: quia si teneremus, quod injustè exigerentur, dubium non procederet, quia nec prædecessor, nec successor possent exigere, etsi nullum esset immunitatis privilegium, pro hoc etiam facit, quod notat *Andr. de Isern. in tit. de capitulis Corradi*, §. *similiter*, & etiam *in tit. de prohib. feud. alien. per Frideric.*

269 *cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, &c.* nec etiam Dominus feudi, ubi dicit, quod potest diminuere, si dicat non obstante lege, & subsit etiam causa, & non sit in detrimentum honoris Coronæ, quod dicitur, ut etiam supra dictum est; sed tamen dubium remaneret in aliis juribus, censibus, tributis, & reliquis, in quibus pariter diceretur, quod non possent diminui in præjudicium successoris, ut plenè dictum est, & de istis etiam collectis, an hodie recipi possint justè, non obstante collatione Regni, in qua dicitur, quod debent tractari vasalli secundùm statum Regis Gulielmi, dicam plenè, (Deo Duce) *in titulis de subtractis, & de computis, &c.* & circa hæc junge ea, quæ statim dico in sequenti, & illa secundùm ista intelligas.

270 Item prosequendo *Dom. Andr. de Isern.* circa materiam proximè dictam, an Rex, vel Imperator possit donare, vel diminuere? *ipse in tit. de prohib. feu. alien. per Frider. in d. §. præterea Ducatus*, ponit istam quæstionem latè: an Rex, vel Imperator possit donare demaniũ Regni, vel Imperii, & an homines de demanio possit donare? ubi refert opiniones, dicens, quod aliqui periti Regni Siciliæ dicunt, quod non, cùm sint deputata pro vivere Regi, & non debeat extẽdi manus ad iniquitatem, auferẽdo bona subditorum, & tyrannidẽ exercẽdo; est enim auferenda eis talis occasio, & in iis rescriptum, & privilegium donationis præsumitur subreptitiũ, & nõ valere, quorum numero sunt panes civiles, gabellæ, Dohanæ ad victum Domini ordinatæ, *C. de fun. patr. l. omnis, lib.* 11. præsumitur quidem etiam si non probetur, subreptitium juris præsumptione, aliàs non esset in eis speciale; unde Honorius Papa voluit, Regem Siciliæ abstinere ab alienatione demaniorum, ut evitaret gravamina subditorum, ex quo in pactis, & conventionibus Regni inter Romanam Ecclesiam, & quondam Regem Carolum videtur expressum in *Constitutione, dignum*, ubi de speciali dono Regio Regni conferuntur demania; ideo ipse *Dom. Andr.* circa hæc dixit, videtur tenendum illud, quod habetur in *cap. intellecto, extra de jur. jurand.* etsi in grave præjudicium Regni, & dignitatis Regalis hoc fieret, & dignitas Regni in eo graviter læderetur, & sic intelligitur *dicta Constitutio dignum*, si in modicum, vel rarò, itaut non diminueretur honor Coronæ, & ubi non diminueretur enormiter redditus Regni pro substentatione, & victu Regis deputata posset alienare, & donare, per ea, quæ habentur in *alleg. cap. intellecto*, & per *Hostiens. in summ.* quæ prædicta intelligas secundùm quod dixi in *proxima quæstione*, an Rex possit eximere aliquem à collectis? & per ea, quæ ibi dicta sunt, declara hæc, quæ nunc dicuntur, scilicet quod non posset conditionem feudi deteriorare in præjudicium successoris, & Domini, non consentientium, sed in sui præjudicium sic.

271 Et sic etiam in eo, quod supra quæsitum fuit, an possit hominem demanii donare? ubi post multa videtur sentire *Andr.* quod non, nisi consenserit homo ille, & longissimo tempore sic steterit; tamen dicas, & videas, ut ibi, ubi dicit, quod in Regno Siciliæ demania sunt Civitates, Castra, bona alia, ut Dohanæ, gabellæ, regalia retenta per antiquos Reges in possessione, & dominio suo: nam Dohana, &c. donata, & concessa aliis, dicuntur demania, & inter demania, & dominium est differentia, sicut inter genus, & speciem: nam quicquid est in demanio, est in dominio, non tamen convertitur, ut colligitur in *d. Constitut. dignum*, sicut arrogatio, & adoptio, sed non convertitur: nam illæ, quæ excadunt quotidie in Fiscum, quod est multis ex causis, sunt in dominio Principis, sed non in demanio, posset tamen Rex donare demanium ob publicam utilitatem militi strenuo, si non haberet quid aliud donaret, cùm & tunc alienare posset res privatorum, sed remitto te, ut plenè videas in *allegato cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, per eund. Dominum Andream.*

272 Et sic ad prædicta faciunt *litteræ quondam* bonæ memoriæ *Regis Roberti*, in quibus continetur, quod dirictus jurium fiscalium maximè gabellarum dimitti non possunt, etiam per litteras Regias, nisi in ipsis litteris fiat expressa men-

Digitized by Google

mentio, quod Rex habuit consultationem cum Magistris Rationalibus, &c. ut in ipsis continetur; & cùm dixerim, quod tales immunitates, & gratiæ non valent in præjudicium successorum in Regno, sed in præjudicium Regis concedentis feudatarii, sic propterea emanavit consuetudo, & observantia Regiæ Curiæ, quod talès gratiæ, & immunitates non observantur per successores in Regno, nisi fuerint per ipsos successores confirmatæ, & sic practicamus, & observamus in Regia Camera Summariæ, & plus quod non confirmatur per Cancellariam, nisi cum forma, scilicet, *si, & prout, & quatenus in possessione persistunt*, pro quo etiam facit *capitulum Regis Caroli II.* Vicarii (101) quod incipit, *item statuimus, quod privilegia, & jura concessa Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, à Catholicis, & antiquis Regibus Siciliæ, & in quorum possessione sunt, serventur illæsa; de illis verò in quorum possessione non sunt, fiat eis sine difficultate justitia in Curia competenti*; & sic quando non sunt confirmatæ per successorem, nec fuerunt in possessione, non observantur, pro quibus benè faciunt supradictæ rationes, quod feudatarius omninò non potest deteriorem conditionem facere, nisi in sui præjudicium, & non successoris.

273 Item præsuppositis prædictis, & quod possit Rex facere aliquem immunem à collectis, ponam unam quæstionem, quam *Matthæus* ponit *in Clem. præsenti, de censib.* & sic Civitas Tiburtina tenetur quolibet anno in certa quã-
274 titate Romanis exolvenda, nunquid si Romani concedant aliquibus Tiburtinis, quod non teneantur cum aliis contribuere, an teneatur Civitas solvere totum, & integrum? & videtur, quod sic, ut *C. de Decur. l. vacuatis, lib.* 10. nam privilegium concessum singulis, non extenditur ad Universitatem, *ff. de rer. divis. l. in tantum*; & *Spec. in tit. de cens. §. nunc dicendum, ver. quod si Universitas*, tenet contrarium, dicens, quod Universitas relevabitur pro parte illorũ, *C. de pact. l. creditori*, & sic contra jus, vel utilitatem publicã, *l. fin. ff. de leg.* 1. & *de alim. leg. l.* 3.
275 pro prima parte facit, *ff. de leg.* 1. *l. ab omnibus, in princ.* ubi si testator eximit unũ ex hæredibus ab onere, cæteri tenentur ad onus integrum, & ibi dicit *Bart.* quod si Comitatenses tenentur solvere salarium Potestati, & postea eximitur aliqua Villa, cæteri tenentur ad salarium integrum, de quo in specie *ubi supra in addit. Spec.* per *Jo: Andr.* & dicas, quod, si istæ collectæ debentur ex contractu, si creditor liberet aliquos de Universitate, liberatio cedet in commodum Universitatis: non enim potuit illos liberare, nisi in sui præjudicium; & ad illud, quod dicitur, scilicet, quod illud, quod conceditur singulis, non extenditur ad Universitatem, dic, quod procedit, quando est tale quid, cujus commodum, & incommodum non deberet resolvi in singulos de Civitate; secus quando resolvitur, ut in casu nostro: quia id, quod debebat Universitas, recolligebatur à singulis, pro hoc, quod notat. *de test. cap. cùm venisset*; si autem collectæ debentur ab Universitate alicui, tanquam superiori, tũc videtur, quod jure supetioritatis possit aliquem eximere, sicut Papa eximit aliquos à procurationibus, quæ debentur legatis, ut in *tit. de cens. cap. cum instantia*, ubi de hoc casu exemptio singularis non proderit Universitati per prædicta; si tamen multi eximerentur, ita quod grave præjudiciũ generaretur Universitati, non tenerent tales exemptiones, tanquam tendentes ad noxam, *de decimis, cap. suggestum*, de quo etiam per *Dom. Card. Florent. in cap. accedens, de præben.* in *alleg. Clem. de præsenti*. Sed certè nos practicavimus in Sum-
276 maria, & semper determinavimus, quod quando Rex eximit aliquem de collectis, excõputat sibi Regi, ut si Universitas tenebatur ad centum pro collectis, & Rex aliquem eximit, cujus portio fortè ascendebat ad decem, quod Universitas non teneatur, nisi ad nonaginta; secus si illa persona erat aliàs exempta de jure:
277 quia tunc non computabitur cum Universitate in collectis, quia si plus eximit, habetur, ac si non fuisset in Universitate quoad collectas, & sic Universitas ad integram collectam teneretur; quod secus est quando Rex eximit, & dicam infra in *Rubrica de excomputis*.

278 Item circa hoc quæritur de tali quæstione: Quædam Villa habebat ab Imperatore, seu Rege, immunitatem concessam ex certa scientia, quod non teneretur solvere collectam aliquam, per Civitatem suam imponendam, excepta ea, quæ imponeretur causa aquæductus, qui est privilegiatus, ut *l. fin. ff. de Rivis*, accidit, quod Universitas imposuit collectam pro stipendiariis, tandem statuit illam collectam converti in
279 aquæductum, quæritur, an Villa teneatur? *Bald.* istam quæstionem format *in tit. de pac. juram. firm. in §. Judices, & §. conventicula, circa finem*, ubi arguit pro, & contra, multis rationibus, & dicit ipse: *Considero enim, quod multum refert, utrum illud, quod originaliter est ordinatum ad aliquem finem, accidentaliter convertatur in alium usum, an verò præcedente nova dispositione, sequatur novus effectus; primo casu taliter est in conversione, qualiter est in origine, ff. de donat. int. vir. & uxor. l. si donatæ, §. si sponsus, ff. de pact. l. juris gentium, §. adeo: secũdo casu inspiciatur nova dispositio, ff. de contrah. empt. l. pacta convẽta, §. Paulus*, &c. cũ ergo hic, non fuit de novo facta, seu imposita collecta, sed fuit ordinatum, quod illa quantitas in alium usum converteretur, & ad illam quantitatem non fuit per prius illa obligata, nec verba se habent ad obligandum de novo, & sic non habent se ad novam dispositionem, sed solùm ad rem dispositam, & sic non teneretur Villa, quæ reperitur sortita jam exemptionis effectum, immo veriùs non inclusa in dictione, ex qua pendet obligatio;

Digitized by Google

tio; est ergo hic origo, & perseverantia ejusdē immunitatis: secundò considero verba, aut est modus novus, sed non nova obligatio, & immunitas perseverat; aut est nova obligatio, & novus modus, & tunc secus: quia nova indictio est sub ultima dispositione, *ff. locati, l. cùm in plures, §. lege dicta*, de quo plenè per *Bald. in alleg. loco*, ubi videas, quia ibi respondet contrariis, & ad istam quæstionem facit, quod notat *D. Andr. de Iser. in tit. de cap. qui Cur. vend. §. similiter*, ubi dicit, quod vacat privilegium mutato nomine muneris: nam quod caret nomine, caret effectu.

280 Sed dici potest, quod non mutatur nomen muneris: quia gabella erat, & gabella est; sed mutatur causa dispositionis: quia primò, gabella illa, seu redditus gabellæ, convertebatur in stipendiarios, nunc verò convertitur in aquæductum, & sic eadem remanet gabella, sed non propterea ejus redditus extenditur, & convertitur in primam causam, sed in secundam.

Item quia quotidie in Camera Summariæ habemus quæstiones, quæ occurrunt propter concessiones, & immunitates Regum, quæ tanguntur per *Bald.* & alios *in d. c. 1. de capitaneo qui Cur. vend.* & tetigi in *Ritu de jure Dohanæ*,

281 ubi dicitur, quod si Capitaneus in Curti sua beneficium militi dedit, postea vendit Curtim simpliciter, non habita mentione de beneficio, an beneficium cedat in venditione? & respondetur quod non, nisi de eo nominatim actum

282 sit: nam vendita universitate, non videntur vendita ea, quæ priùs aliis sunt concessa, & ab ipsius Universitatis corpore separata; si autē tota Curtis, vel major pars alteri esset infendata, tunc debetur venditio exinaniri, & evacuari, ut *ff. de contrh. empt. l. domum*, & arg. *ff. de fundo instruct. l. fūdus, qui locatus*, & sic habes, quod vendita Curia, non intelligantur vendita feuda, quæ intra Curiam sunt, & aliis erant concessa, nec ipsum jus vasallorum; sed contra hoc est: quia vendita Curia, videtur vendita cū suis juribus, & pertinentiis quibuscunque, ut *C. de bon. vacan. l. si quādo 2. lib. 10. & ff. de act. empt. l. creditori, in principio, & § final.* Curia enim est nomen universale, & quicquid Dominus in Curia tenet, & Curiæ annexum est, nomine Curiæ significatur: quia in vniversali sermone omnia veniunt, nisi specialiter excipiantur *ff. de verb. oblig. l. quicquid, & C. de dot. promiss. l. fin.* præterea talia feuda pars Curiæ sunt, & solo cedunt, *ff. de contrah. empt. l. in modicis.* Præterea beneficium videtur inesse Curiæ tanquam pars in toto; ergo Curia vendita, & tradita, etiam beneficium videtur esse venditum, & traditum, aliàs non videretur Curia tradita, parte retenta, *ff. de dol. l. & eleganter, §. non solùm, & ff. de verb. oblig. l. qui vsumfructum, in princip.*

283 Item non est aliquid perfectum nisi ex omnibus suis partibus constet, *ff. de orig. jur. l. prima* Item de toto fuit agitatum, unde nihil debet detrahi, alioquin ad nihilum redigeretur venditio, argumento *ff. de contrah. empt. l. in lege*; sed in contrarium videtur casus expressus in *alleg. cap. 1. de capitan. qui Cur. vend.* sed aduerte secundùm *Bald.* ibi, quod quædam sunt, quæ consueverunt vendi, & ista includuntur in vēditione generali, nec debet res diverso jure censeri, ut *ff. de usucap. l. enm, qui ædes*; quædam sunt, quæ non consueverunt vendi, sed cum Universitate transferuntur, ex potestate, quam habet venditor jure proprio, ut *ff. de contrah. empt. d. l. in modicis*; quædā sunt, in quibus opertet, quod venditor habeat licentiam à superiore Domino specialem, & ista non includuntur quantum ad alienationis effectum, ut *in dict. cap. 1.* tamen si venditor fuit sciens, tenetur emptori quanto minoris esset empturus, *ff. de action. empt. l. Julianus.*

284 Sed per prædictum *capitulum* pluribus vicibus determinavimus in Summaria, quod in generalibus immunitatibus, non includuntur ea, quæ Rex aliis concessit; ut ecce Dominus Rex concessit mihi unum membrum gabellæ Dohanæ, & aliorum fiscalium jurium, postea fecit aliquem exemptum ab omnibus juribus gabellæ, an sit exemptus à juribus gabellæ mihi priùs donatæ? & certè determinatum fuit pluries, quod non, maxime in Civitatæ Puteolorū, & Universitate Cavæ, & etiam in aliis terris: Et quia concessit Rex Universitati Cavæ immunitatem ab omnibus juribus gabellarum, an intelligatur de juribus, & gabellis noviter impositis per Universitatem Neap. & ad usum ipsius Universitatis? & certè determinatum fuit, quod non: & hoc maximè, quia non erant Curiæ, nec ejusdem nomine, quia convertuntur in utilitatem Universitatis Neap. de quibus solvunt ipsi Regi pro suis necessitatibus.

285 Item, si Rex concessit Marchioni Civitatē, & castrum, cū suis pertinentiis, utrum videantur concessa molendina Civitatis? de quo plenè per *Bald. in alleg. cap. 1.* in quo postea concludit, quod translata Civitate, & jurisdictione in dominium Marchionis, molendina, quæ sunt peculium Civitatis, apud ipsam Civitatē remanent, & non videntur translata, sed jurisdictiones, quæ pertinent ad ipsum concedētem, videntur translatæ, & dicit ipse *Bald. Ego idem in molendinis dico, quod in jurisdictione, si molendina erant in dominio concedentis, sicut ipsa Civitas, secus si ad ipsam Civitatem pertinebant jure privato, si verba hoc patiuntur: nam si de sola Civitate facta esset mentio, molendina, quæ erant extra Civitatem, non veniebant in concessione, ut d. l. nam quod liquida, §. sicut penus, ff. de penu legata, & cap. si Civitas, de sent. excom. lib. 6.*

286 Item illud, quod dictum est in illa quæstione, quam firmat *Bald. in tit. de pac. jur. firm. in §. judices, & §. conventicula*, quæ posui supra ibi, *Item circa hos quæritur de tali quæstione: Quadā villa,*

Digitized by Google

villa,&c. quæ ibi dicta faciunt ad quæstionem, quam quotidie habuimus,& habemus in Regia Camera Summariæ, & maxime propter immunitatem illorum de insula Liparis, qui ab antiquo habent,quod sint exempti de omnibus dirictibus,& gabellis,etiam Civitatum Regni positis,& ponendis; modò per Civitatem Neap. authoritate,& voluntate Regis posita fuit certa gabella, seu datium, cujus utilitas debet in Regis utilitatem converti, an ad istam gabellã teneantur Liparoti? & videbatur, quod sic: ex quo Rex non potuit eos liberare à Juribus, ad alios pertinentibus, cùm privilegium ad id nõ extendatur,per notata per *D. And.de Iser. in tit.de prohib.feud.alien.per Frider.post.princ.*quia, licèt pecunia, quæ ex dicta gabella colligitur, perveniat ad Regem; tamen propria utilitas est Civitatis Neapolis,cùm Cives pro subsidio, & adjutorio Regis promiserunt certam pecuniam Regi, ut faciliùs haberetur, illum modũ invenerunt, ut authoritate Regis ipsa Civitas aliquam gabellam,seu datium imponeret, unde dicta promissa pecunia solvatur,& sic potiùs dicitur pecunia, & utilitas Civitatis: quia,& si gabella non esset, teneretur Civitas ad promissam pecuniam; & sic Immunitas Liparotorum non debet extendi ad jus privatorum. Tamen veritas est, quod cùm præsens quæstio aliàs esset in dicta Regia Camera inter prædictos Liparotos, & Universitatem Civitatis Salerni, etiam de gabellis impositis per ipsam Universitatem Salerni, fuit determinatum pro ipsis Liparotis, quod non tenerentur, etiam de impositis per Universitatem,& quæ erant Universitatis; sic etiam inter Universitatem, & Civitatem Cajetæ,& ipsos Liparotos, fuit determinatum, dum esset quæstio super certo jure exituræ olei, & sic etiam dicere debemus in hac præsenti quæstione de gabella imposita per Universitatem Neap. Regia authoritate, quod sint Liparoti exempti, attento tenore ipsorum privilegiorum; & pro prædictis facit præallegata quæstio *Bald.* ubi in themate dicit,quod si ex certa scientia concesit Imperator, seu Rex, quod non teneatur Villa solvere collectam aliquam per Universitatem suam imponendam,excepta ea, quæ imponeretur causa aquæductus, & sic apparet ex isto themate, quod fuit exceptuata gabella aquæductus, & sic format quæstionem, quod si Civitas non tenebatur ratione privilegii in collectis,stipendiorum,quid ergo si illa collecta stipendiorũ, sit mutata in aquæductum, an teneatur dicta Villa? ergo ex dicto themate apparet, quod si dictæ Villæ esset concessum simpliciter, quod non teneatur ad aliquam collectam impositam, seu imponendam, tunc dubium non procederet,etiansi imponeretur gabella pro aquæductu, cùm ab illa ratione sui privilegii erat exempta,& hoc etiam in eadé quæstione sentit idem *Bald.* ubi dicit, quando de novo fuerit imposita dicta gabella, quod tunc teneretur dicta Villa: & hoc ideo, quia ab illa gabella aquæductus non erat exempta, immo expresè exceptuata in privilegio: secus enim sentire videtur quando Villa ab omni gabella, & collecta esset exempta, ut expresè intelligenti apparet ex determinatione dictæ quæstionis.

287 Præterea pro prædictis facit cùm ipsorum Liparotorum privilegium ipsos privilegiat de omnibus gabellis,& Regiis,& Civitatum: nam omnia dicuntur à Rege imposita: cùm etiam talia vectigalia, & gabellæ imponi non possunt,etiá pro necessitatibus Civitatũ, sinè authoritate Regis,*C.vetig.nov.inst.non posse l.1.& 2.* quia cùm Rex primò concesit privilegiũ,non potuit cõcedere Civitati privilegiũ imponendi gabellam in præjudicium illorum, qui non tenentur ad gabellas: illa enim à Regibus facta esse dicuntur,etiansi authoritas ejus impartitur,ut*in l.1.§.quæ omnia,C.de veter.jur.enuc.*& hoc maxime in præsenti casu Civitatis Neapolis, ubi pecunia perventura ex dicta gabella, debet in fisci utilitatem converti:nam dixit lex nostra,quod vectigalia illa dicuntur publica, & fisci,quorũ utilitas ad fiscũ convertitur,ut in *l.inter,§.publica,ff. de verb.signif.* nec curamus, an primariò, vel secundariò perveniat aũ fiscũ, cùm pervenire dicatur sive directè, sive indirectè perveniat, ut in *l.perveniſſe,ff.de verb.signif.* & ita videtur standum esse determinationi, seu determinationibus retro temporibus factis in dicta Regia Cammera Summariæ, cùm immunitas à collectis, & juribus, quæ exiguntur propter res,& personas, transeuntes, & venientes, dicatur magis reductio ad jus illius, cui conceditur, quàm dicatur auferre jus exigentium, cùm jus de facili rem ad suam naturã reducat;cùm enim dictum sit pluries,quod hoc est contra jus naturale,cùm personæ, & res de jure naturali liberæ esse debent, &c. Et de hoc quære tam in *præambulis*, quàm in *Ritibus*, ubi plenè dixi,quicquid sit, omninò stare debemus supra determinatis per dictam Regiam Cameram.

288 Et quia in dicta Regia Camera Summariæ multoties controversiam habuimus, cum mercatoribus Venetis, Januensibus, & Florentinis, quia dum essent vocati in dicta Regia Camera in causis tangentibus fiscum, & Regiam Curiam,& principaliter,& incidenter,allegabant eorum privilegium fori Consulis, & petebant se ad dictum Consulem remitti: quoniam parati erant coram dicto Consule juri stare,maximè cùm per Reges,& antiquos,& novos hujus Regni Siciliæ confirmata erant eorum privilegia, quod non poterant conveniri civiliter, nisi coram dicto Consule, quibus non obstantibus determinatum semper fuit, & ego semper dixi, quod eorum privilegium non extenditur contra fiscum; & credo, quod hoc de jure etiam sit tenendum: non enim videtur Regem contra se ipsum

Digitized by Google

ipſum privilegium conceſsiſſe , quod optimè
289 facit *cap. cum inſtantia*, cum ſua *gloſ. de cenſ.* ubi dicitur,quod Papa,& Eccleſia Romana non privilegiat contra ſe ipſam , & dum dicit ibi gloſſa *non ſolet Romana Eccleſia contra ſe ipſam privilegiare*,dicunt ibi *Doctores*, & maximè *D. Cardinal Florent.* quod nec etiam Imperator, allegat *Cod. ſi contra jus,vel utilit.publ. l.fin.* ubi non valet reſcriptum, ſive ſit annotatio, ſive ſit pragmatica Sanctio,contra publicam utilitatem conceſſum . Hinc eſt, quod ſi Papa privilegiat aliquem privatum,vel aliquam Religionem,ne veniat ad ſe,vel ne poſſit excommunicari ; dicerem , quod non poſſet , & quod non debet extendi ad familiã Ciſtercientium , qui pretendunt tale privilegium non permittẽdo Monachos ad Curiam ire,pro hoc facit,quod notabiliter tenet *D.Andr.de Iſer. in tit.de conſuet.recti feudi §.ſacramentũ,cum ſequenti*,ubi dicit , quod ſi Imperator dixerit,in omnibus cauſis debere jurare, non intelligitur de ſuis,& quod eſt dictum in ſimili,*in tit. hic finitur lex*,§.*fin.*de illo,qui tenetur cõtra omnes, quod non intelligitur de ſe , & ex iis defendi-
290 mus illam determinationem,quod illa privilegia Conſulum Mercatorum non intelliguntur contra jura fiſcalia , niſi expreſsè volverit Rex,& conceſſerit, non obſtante lege : quia tunc ſibi ejus vita durante prejudicaret , ut in ſimili diximus conditionibus, & modis, & immunitatibus conceſſis: quia intelliguntur contra ſe ipſum concedentem,niſi eſſent confirmata,quod declara , ut ſupra dixi in *præambulis*
291 Sed ex iis inferimus ad aliam quæſtionem quotidianam,& ecce ponamus: Quidam florẽtinus , qui ſecundùm privilegium eorum conueniri debet coram Conſule, factus eſt Præſidens Cameræ Summariæ, vult ratione ſui privilegii,ſcilicet Præſidentium, convenire alium florentinum in Camera Summariæ, ex quo de *Ritu* habemus quod Magiſter Rationalis , & Præſidens (quod eſt idem hodie) poſſunt in in agendo ſuos debitores vocare in Camera Summariæ, ſic etiam & ipſi a ſuis creditoribus ſunt conveniendi in Camera Summariæ;modò florentinus ille conventus opponit, quod non vult reſpondere coram Præſidentibus, ſed corã ſuo Conſule, & ſic,e contrario, ſi florentinus vult convenire florentinum Præſidentem , & vult ipſum trahere coram Conſule, & non coram Præſidentibus, an poſſit ? & dici poſſet in omnibus, quod magis ſit ſervandum privilegium Magiſtrorum Rationalium , quod antiquius fuit,& inductum in favorem totius Collegii, & Curiæ , ut dicunt Regiæ litteræ,quia illa ordinatio facta fuit , ne Officiales retraherentur ab obſequiis fiſcalibus , & Reipublicæ ; pro hoc facit una notabilis nota *Jo: Andr.in addit.Spec.in tit. de fid. inſtrum.in materia exequutorum, in verb.ſed coram quo* ubi ponit quæſtionem,quod templarii,& hoſpitarii habebunt privilegia de percipiendis legatis indiſtinctè relictis ad pios uſus, an tollatur tale privilegium per diſpoſitionem exequutorũ, qui diſtribuerunt,quod tale hoſpitale haberet tantum,& tale tantum ? & breviter concludit, quod privilegium illud non tollitur per diſtributionem exequutorum; pro quo facit notabilis notatio *Dom. Andr. de Iſer. in titul.ſi de*
292 *feu. defunct. content.ſit*, §. *ſi quis deceſſerit*, ubi dicit, quod propter dignitatem ſuperveniente mutatur ſtatus, & qui primò tenebatur pro ſe ſervire, non tenetur ſuperveniente dignitate, ſed ſerviet per alium , ſic & in caſu, cùm hic,qui primo erat ſimplex , & privatus florentinus,& poſtea factus Præſidens , quæ dignitas eſt in noſtro Regno , non videtur conveniens,ut ſub Conſule reſpondeat.

293 Et revertẽdo ad *Ritus*,habes ex 1.*Ritu*,quod ibi debet fũdicus ſolvi,ubi perfecta eſt vẽditio, & dicitur pfecta venditio,quãdo fuit facta traditio , & in loco traditionis acquiritur jus dirictus,nõ in loco contractus, & ſolutionis pretii , ut infra in *rubrica de jure Dohanæ* . Et ſi traditio fuit facta Neap.debet ſolvi jus fundici
294 Neap.& boni denarii,& alterius juris debiti; ſi ergo non ſolvit , veniunt merces perdendæ, præterea hoc videtur eſſe determinatum per *Ritum Dohanæ*, etianſi civis Neapolitanus
295 emiſſet extra Regnum , & extra Regnum erant traditæ: nam dicit *Ritus* , quod non ſoluit Dohanam,ſed fundicum;ſecus ſi traditæ fuiſſent Neapoli: quia tunc tradens ſolveret
296 Dohanam,ſupple,& ipſe civis fundicum , & ſic Civis venieńs Neap.deberet ſolvere fundicũ per prædictũ *Ritũ*, qui eſt in fine *rubricæ, de jure Dohanæ*: ad hoc enim factus videtur *Ritus* ille , & ſic voluit dicere , ſcilicet quod Civis Neapolitanus, ſive emat Neap. ſive extra Regnũ, non ſolvet Dohanã,ſed fundicum;in quo eſt advertendum,quia ſequeretur , quod Civis ipſe cum applicuerit Neapolim , deberet ſolvere fundicũ, quod videtur contra *Ritũ*,infra *hac eadem rubr.* 5. ubi dicitur,quod quis non cogitur fundicare, ideſt jus fundici ſolvere,niſi vendat , vel extrahat merces ad locum non habentem fundicum : non enim videtur veriſimile , quod compilator iſtorum *Rituum* voluiſſet corrigere,quod *Ritus* in tam brevi volu-
297 mine eſſent contra ſibi ipſis contrarii : quoniam legum correctio vitanda eſt, ut *l. præcipimus,in fine C.de appell.* & quia propriũ eſt, leges legibus concordare,ut *in l.2.C. de inoff. donat.* & ideo dicendum eſt,verum eſſe, quod Civis, qui emit extra regnũ , veniens Neapolim, debet ſolvere fundicũ,ſupple,ut concordet cum *d.Rit.*5. quãdo vendit, vel extrahit ad locũ nõ habentẽ fundicũ, ſed tũc remanet dubiũ:quoniã dicitur infra in *Rit.*7.quod hoc jus fundici ſolvitur ab ẽptore,& in loco,ubi facta eſt tradi-
298 tio; ſi ergo Civis Neapolit. portavit merces Neapolim ab extra regnũ, & vẽdidit Neapoli,

Digitized by Google

non ipse solvit jus fundici, sed emptor; quomodo ergo intelligerētur hæc, quæ ad invicem contradicere videntur, nisi vellemus dicere, quod aut emptor, vel venditor sunt extranei, & tunc ab emptore solvitur jus fundici, aut venditor est Civis, & emptor extraneus, & tunc
299 dicitur, quod habeat locum *Ritus* 5. infra *de iure Dohana*, *Vers. Die* 19. ex quo Civis relevatur in hoc, quod non soluit Dohanam, gravatur ergo in hoc, quod solvat fundicum, aliàs quomodo intelligeretur dictus *Ritus*, qui vult, & expresè dicit, quod Civis Neapolit. emens extra regnum veniens Neapolim, debet solvere fundicum, & non Dohanam? ita quod verba *Ritus* expresè respiciunt ipsum Civem venditorem, maxime cum in fine *dicti Ritus* dicatur, quod extraneus tradens Neap. merces Civi Neapolitano, ipse extraneus solvet jus Dohanæ, quasi vellet dicere, quod Civis solvet jus Fundici, & sic ab emptore solvetur; ecce quomodo contrarii sunt *Ritus de jure fundici* propterea *dict. Ritus de jure fundici* dicit, quod, si quis portet, & vadat ad terram fundicum habentem, solvet fundicum, ubi vendidit, scilicet in terra fundicum habente; sed si extra Regnum, cogitur fundicare, unde extrahit; & sic videtur sentire, quod à venditore solvatur fundicus, quod est contra *Ritum prædictum in principio*, & ideo putarem meliùs esse dicendū adhoc, ut jura juribus concordentur, quod jus fundici solvatur ab emptore; & alii *Ritus*, qui dicunt, quod ille, qui vendidit res, vel extraxit, debet solvere, intelliguntur non de persona vendentis, sed de mercibus ipsis, pro quibus debetur fundicus: quoniam merces ipsæ sunt obligatæ; & si dicatur, quod quis non cogitur fundicare, nisi vendat, vel extrahat, ideſt dicere, quod merces non teneantur ad fundicum, nisi vendantur, vel extrahantur, & tunc, si vēduntur debet solvere emptor fundicum; si verò extrahuntur ad terram non habentem fundicum, vel extra Regnum, & tamē extrahens debet solvere, licèt non sint venditæ, & sic etiam intelligitur *dictus Ritus de jure Dohana*, *vers.*
300 *Die* 19. volens, quando, si Civis Neapolitanus extra regnum emat merces, & portet Neapolim, si ipse extrahit merces à fundico portando in apothecam, vel aliò, vel extra regnum, vel ad terram non habentem fundicū, ipse Civis solvet fundicum, ac si esset extraneus, & in hoc nulla fit differentia inter Cinem, & extraneum; Dohanam autem nullo modo solvat, & sic etiam intelligitur finis *dicti Ritus*, ubi dicitur, quod si extraneus mercator tradat Civis merces, ipse extraneus solvat Dohanam, sed Civi emens solvat fundicum; & sic intelligitur principium illius *Ritus*: quia non est verisimile, quod inter se ipsum contradicat, & hoc est dicere, quod si Ciuis Neapolitanus emat extra regnum, & portet Neapolim, solvet fundicum in casibus supradictis, & sic Civis si emat ab extraneo Neap. eodem modo Civis solvet fundicum, tanquam emptor, & extra-
301 neus solvet Dohanam. Et dicitur fundicus quasi domus, in qua fundicantur merces, ideſt cognoscuntur, & æstimatur ejus valor, & solet dici iste homo est fundicatus, ideſt benè cognitus, benè examinatus, bonus, vel malus sit, & sic dicuntur res fundjcatæ, ideſt cognitæ, quales, & qualiter sint, & quanti valeant, ut sciatur jus, quod Curia habere debet secundùm valorē ipsarū mercium, ut habeat grana quindecim pro qualibet uncia.

Itaq; *Rit.* 2. vult dicere, quod mercatores quātum ad jus ponderaturæ, exituræ, & similium non solutum, non propterea teneantur ad penam, si ponderant, & similia alia non fecerunt, ex eo, quia est onus gabellatorum, ut ad ipsos gabellotos pertinere debeat vigilare, & scire merces, quæ intrant locum, vel terram, ubi est Dohana, & sic exigant jus debitum; illi verò, qui occultant, & fraudant hoc jus, patiuntur pœnam in hoc statutam, de quo videas infra *in rubrica de fundico flagelli.*

302 Itaquod intellectus *Ritus* 2. 3. ita esse debent, quod merces omnes necessariò debeant immitti in fundicum, ideſt in domum Regiam, aliàs, si fraudant, puniuntur pœna posita in *dict. rubr. de fundico flagelli*, & aliqui antiqui dicunt, quod est quadrupli, in qua pœna quadrupli intelligitur implicitè sors principalis, secundùm antiquam consuetudinem, & observantiam Dohanæ Neapolitanæ, secundùm quod inveni in una apostilla in origina-
303 li libro; sin autem mercatores fraudassent jus exiturę, & similium, non propterea intelligas, quod sint exempti à pœna: immo tenentur pœnis, pro ut dicā in *allegata rubr. de fundico flagelli*, & dixi plenè in *preambulis de pœnis fraudantium jura gabellarum*, & sic quod hic dicitur, quod quantum ad jus exiturę, &c. non debent immitti in fundicum, non propterea intelligas, quod si non immiserint, & non solverint jus debitum, sint immunes: quia tāquam fraudatores jurium Curiæ, debent puniri, non ex eo tantùm capite, quod non posuerunt in fundico, sed ex alio capite, quia jus exiturę, & similium non solverunt; & quod dicit, quod gabelloti debent vigilare, &c. verū dicit, ut sciant jus Curiæ debitum, & exigere possint, & ad hoc tenentur: si enim non facerent, essent in culpa, non sollicitè suum officiū exequendo; ergo hæc culpa non noceret Curiæ; absit cùm jura dicent, quod quando unus officialis non exigit, alius exigere non prohibe-
304 tur, ita quod hic est sensus, quod officiales, & gabelloti debent esse solliciti, ut sciant merces, & valores, nihilominus si per negligentiam ipsorum, portantes merces defraudant, & ad Curiæ notitiam postea perveniunt, Curia prosequetur jus suum, quod est quadruplum, ut dixi, & dicam in *allegata rubrica de*

Digitized by Google

ea de fūdico flagelli, & ideo melius eſt, quod intelligatur illa ultima particula, *illi quoque, qui occultant, & fraudant hoc jus*, ſcilicet omnium prædictorum, tam fundici, quàm exituræ, & similium, *patiuntur pœnam in hoc ſtatutam*, quasi vellet dicere, quod officiales, & gabelloti debent eſſe ſolliciti, ut dictum eſt de mercibus, & ſequitur ibi *illi quoque, &c.* quasi dicat, & si non ſunt officiales ſolliciti, illi tamen mercatores, & portatores, qui occultant, & fraudant hoc jus, ſcilicet prædictarum mercium, *patiuntur pœnam in hoc ſtatutam*, ut dixi.

RITVS V.

NEmo invitus, A, merces ſuas cogitur fundicare, niſi vendat ibi; & ſi non vendat ibi, & ſunt merces, quas velit extra Regnum portare, ſolvet jus fundici. Idem ſi infra Regnum portet ad terras fundicum non habentes. Si ad terram aliam fundici infra Regnum velit portare, non ſolvet ibi, unde eas extrahit, ſi ibi non vendit, ſed in loco fundici, ad quē portat, et ibi vendit; debet tamen cavere idoneè, ut merces ipſas, quas de fundico extrahit, portet ad alium fundicū, ad quē dicit velle ire cum eis; Per hoc excluditur fraus malignorum gabellatorum, nam fundicarii videntes merces portari ad alium fundicum, qui ſunt emptores gabellę, pro modico facerent apodixas, per quas confiterentur, totum jus fundici eis integraliter fuiſſe ſolutum, in fraudem, & damnū illius fundici, ad quem merces portantur, & ubi merces venduntur, & ubi jus fundici eſt integralitèr perſolvendum, in damnum etiam Curiæ: quia quantò plus integraliter dirictus Curiæ ſolvitur, tantò magis gabella vendita augmentatur, & licitatur, & ad licitationem, & augmentum homines provocantur. Sed ſi bona fide, non in fraudem, veram, vel præſumptam, venderentur merces, puta Piſcariæ, ubi eſt fundicus, & ſolvat, quia ibi ſolvere tenetur; ſi veniat Neapolim non ſolvet de mercibus ſemel fundicatis. Sed ſi merces veniſſent ab extra Regnum, puta de Venetiis, & exoneraret vaſſellū in loco, ubi non eſt fundicus, & ibi venderet, tunc ibi fundicus non ſolvetur: quia non habet ille locus fundicum, & ſi fuiſſet ibi exactus, nō prodeſſet: Quin ſi infra, vel extra Provinciam eſſent merces invētæ, exigatur de eis jus fundici ab illo mercatore per fūdicariū, in cujus loco, ſeù territorio fundicū habente merces non fundicatæ repertæ ſunt, licèt ille locus, ubi ſunt venditæ, ſubſit fundico alicujus, quantū ad quædam, ut infra dicitur, maximè in rubrica de fundico flagelli. Et ſi ibi conſumptæ fuiſſent, B, merces, in nullo loco ſolveretur hoc jus, ut dicitur infra, ſi non conſumptæ, ſed tantùm emptæ, quando pervenerūt merces iſtę ad locū, ubi eſt fundicus, ibi ſolvetur.

Digitized by Google

A Hodie ritus iſte, non procedit niſi in perſonis frãchis, in cæteris aliis practicatur totũ contrariũ: quia indiſtinctè, quilibet tenetur invitus fundicare, & ſolvere jus fundici, etiam quod non vendat, quando extrahit. In privilegiatis verò, qui non ſolvunt jus fundici, practicatur iſtius ritus diſpoſitio, quod teneantur cavere de portando merces ad terram fundicum habentem, & hæc practica eſt introducta ex proviſionibus Cameræ in regeſto.

Et adverte infraſcripta diſpoſita in hoc ritu, loqui quando extrahuntur merces non contractatæ in fundicis provinciarum, & portantur in fundicis Neapolis, Gactæ, & Caſtrimaris, quod non debet ſolvere in provinciis calabriæ, ſed in prædictis fundicis.

Eſt nec non ad hunc ritum, & ejus practicam videre optimas litteras Cameræ, quibus cavetur, quod immittentes merces ab extra Regnum in fũndicum Trani, ſi ibi ſolvit, & apoca conducitur in fundicum Tarenti, tenetur ibi ſolvere, & nõ in fundico Trani: eſt quia nemo cogitur fundicare, tum etiam quia acquiſitum ſemel jus fiſco, non tollitur, niſi centum annorum præſcriptione, ut in alio Ritu, quod incipit ſolvitur jus fundici, (*qui eſt 7. in hac rubrica* 2.) ſi publicanus exigere non prohibetur non obſtante quod etiam ſolitum fuiſſet ſolvi in primo fundico: quia Ritus prohibet fraudes, & intereſſe Curiæ. *Littera Camera 14. Novembris 1464. in regeſto executoriarum 26. fol. 148.*

Sunt, & aliæ litteræ in hoc ejuſdem Regiæ Cameræ *ſub data 7. Julii 1497. in Regeſto litterarum Curia primo fol. 142. 143. & fol. 209. & alia in Regia Curia 10. fol. 128.* & in regeſto partium *26. fol. 53. ſub data 26. Junii 1477.* ubi meliùs, & plenius. Vide alias litteras *in Regeſto parlamentorum 17. fol. 14. 78. & 85.* expeditas *23. Martii* eodem Regeſto *fol. 68.* ubi ſunt aliæ litteræ *dicti anni 1478.*

Sequuntur etiã nõnullæ aliæ litteræ ſequẽtis tenoris *editæ 13. Auguſti 1476. in Regeſto Curia 7. f. 96.* & in diverſorũ *1. f. 571.* directæ Vicecomiti, & Credẽzerio Aprutii. *Che le robe, e mercantie, che entrano in d. Provincia d'Abruzzo, tanto per mare, quanto per terra, per qualſivoglia perſona ſe cõtratterãno, tãto per fiera, quãto fuor di fiera; o vero che paſſaranno per ſua giuriſdittione per andare in terra, dove non ſono fundici, pagati haverrãno li deritti, debbano d. robe bullare, con la bulla di piombo, & far le polize nelle quali ſi notano le robe, mercantie, & il prezzo quanto ſono ſtate ſtimate, & quello hanno pagato, fando di ciò far buono, che trovandoſi ſenza bulle ſiano pigliate per intercette; & che le bullate ſi faccino gratis.*

B Et ita practicatur.

305 *Nemo invitus merces ſuas cogitur fundicare* .i. jus fundici ſolvere, *niſi vendat ibi* ſcilicet in fundico, in quo nunc poſitæ ſunt: quia, ſi vendit ibi ſolvere debet jus fundici, ſed ſi non vẽdit merces ibi, vbi ſunt, ideſt in loco fundici, ubi poſitæ ſunt, & velit ipſe mercator ipſas merces portare extra regnum, tunc ſolvet jus fundici in loco, ideſt fundico, à quo extrahere vult; & idem dicas ſi vult portare infra regnum ad terras fundicum non habentes, ſcilicet, quod ſolvet jus fundici in ipſo fundico, à quo extrahere vult.

306 Eſt etiam aliud jus, quod nominatur reficę major, & reficæ minor, in quo præter jus fundici ſolvitur illud jus reficæ, ut quando extraneus cum ſalmis per terram portat merces Neapolim, & extrahit eas per mare, ſolvit fundicum de eis, & reficæ tarenum unum, & tertiũ; & ſi per mare veniunt, & cum ſalmis portent ad terram fundici, ſolvitur reficæ, & dat fidejuſſores de eundo ad fundicum; & ſi portat ad non fundicum, ſolvet jus fundici, & reficæ, de quo in *rubrica* infra *de jure refice*; ſi verò mer-
307 cator ipſe velit portare dictas merces infra regnum ad aliam terram fundici, tunc non ſolvet ibi, ideſt in fundico, unde eas extrahit, ſi in dicto fundico nõ vendit, ſed ſolvit jus fundici in loco fundici, ad quem portat, ſi ibi vẽdit;
308 tenetur tamen mercator ipſe *cavere idoneè, ut merces ipſas, quas de fundico extrahit, portet ad alium fundicum, ad quem dicit, velle ire cum eis; per hoc* ideſt iſtam cautionem præſtandam, *excluditur fraus malignorum gabellatorum, & fundicariorum*, ex eo quia fundicarii videntes merces ad alium fundicum portari, quia fortè ſunt emptores ad pretium gabellæ prædictæ *pro modico facerent apodixas, per quas confiterentur totum jus fundici eis integraliter fuiſſe ſolutum, in fraudem, & damnum illius fundici, ad quem merces* ſecundò *portantur, & ubi merces* poſtea *vendantur* tanquam jus fundici ſolutum ſemel integraliter in primo fundico, à quo extractæ ſunt merces; & ſic non eſſe ſolvendum iterum in fundico, ad quem poſtea deferuntur; & ſic magnum damnum haberent emptores, qui fortè emerunt ad pretium in ſecundo fundico, ad quem merces ſecundò delatæ ſunt, & hoc non ſolùm eſſet damnum emptorum, immo etiam Curiæ: quia quantò plus dirictus Curiæ integraliter ſolvitur, tantò magis gabella vendita augmentatur, & licitatur, & ad licitationem, & augmẽtum homines provocantur: qui vult dicere, quo ad primum fundicum, quia minus recipit, & ſic minus jus apparet productum, vel per ventum fuiſſe illo anno, & alii detraherentur ab augmentando, vel licitando; & ſic etiam quo ad ſecundum fundicum, ad quem deferuntur poſtea, ex quo nihil habebit pro jure fundici, & ſic modicum apparet perveniſſe ex ipſo fundico, & per conſequens homines non eſſent ita prompti ad augmẽtandum, & licitandum; itaquod ex illa fraude magnum provenire poſſet damnum Curiæ, ſive ex primo fundico, qui modicum recipit lucrum, ſive ex ſecundo, qui nihil recipit. *Sed ſi bona fide, non in fraudem veram, vel preſumptam*, & ſic habes, quod ſufficit præſumpta fraus, *venderentur merces, puta Piſcarie, ubi eſt fundicus, & ſolvat, quia ibi ſolvere tenetur* ſi poſtea veniunt merces Neapo-
309 lim, non ſolvet de illis mercibus: quia ſemel fuerunt Piſcariæ fundicatæ. *Sed ſi merces veniſſent ab extra regnum, puta de Venetiis, & exoneraret vaſcellum in loco, ubi non eſt fundicus, & ibi venderet, tunc ibi fundicus non ſolvetur: quia ille locus non habet fundicum*; ſin autem
310 fuiſſet coactus ad ſolvendum, licèt ſolvere non teneretur, non propterea proderit ſibi quin de mercibus invectis infra regnum, vel extra provinciam merces ipſæ eſſent invectæ, exigatur de eis jus fundici ab illo fundicario, in loco, ſiue territorio fundicum habente, ubi merces ipſæ non eſſent fundicatæ, & ibi repertę ſint, ſupple nihilominus exigere jus fundici, licèt mercator fuerit in primo loco exactus, ex quo in primo loco, ubi non erat fundicus, non debebat ſolvere, licèt ille locus, ubi sũt vẽditæ, & ubi non erat fundicus, ſubſit fundico alicuius quantum ad quædam, & ibi dicitur maxime in *Rit. fundicus flagelli, &c.* ſi verò merces conſumptæ fuiſſent indicto primo loco, ubi non

Digitized by Google

non erat fundicus, tunc in nullo loco ſolvere-
311 tur hoc jus, non in primo, quia non erat fundicus; non in ſecundo, ex eo quod non eſt, ut dicetur infra in proximo *Ritu*; ſi verò non eſſent conſumptæ in primo loco, ubi non erat fundicus, ſed tantùm indicto loco merces eſſent emptæ, tunc quando pervenirent merces ipſæ ad locum, ubi eſt fundicus, ibi ſcilicet in fundico ſolveretur, ſupple non obſtante, quod in primo loco fuiſſet coactus ſolvere, vel ex eo, quod ibi fuiſſent venditæ, quia iis non obſtantibus ſolveretur fundicus in loco fundici, adquem poſtea pervenerunt prædictæ merces.

RITVS VI.

ITem ſi quando intrant merces de extra Regnum per mare, puta & vadant ad terram non habentem fundicum, intercipiat merces Secretus, & dicat: caveas, ut ad terram fundici vadas, aliàs, ſolvas hic, cùm de omnibus mercibus fundicus ſit ſolvendus, antequam vadant ad terram non habentẽ fundicum; videtur, quod poſſit hoc etiam dicere poſtquam pervenerunt ad terram fundicum non habẽtem, & poſt quam ſunt emptæ, idem videtur, quia non ſunt exfundicatę, ſed eis conſumptis; non propter rationem, quę dicitur in Rit. Rub. de fundico flagelli, unde ſufficit, quod locus ille ſubeſt alii fundico: nam idem jus eſt in acceſſorio, quod eſt in principali.

312 Item ad hoc adverte, quia ſimpliciter intelligendo videtur ſentire, quod mercator fraudans dirictus, ſi vendit, non tenetur ad æxtimationem, quod contrarium dixit in quæſtione Juliani Cortii, ut infra poſui de *jure flagelli, & Dohanæ*; ſed adverte, quod hoc dubiũ, quaſi per iſtum *Ritum* ſolvitur: quia facit differentiam inter venditionem, & conſumptionem: quia ſi ſunt venditæ nihilominus gabellotus exiget dirictum, ſecus quãdo eſſent conſumptæ; ita quod videtur facere differentiam, quando mercator fraudans vendidit merces
313 fraudatas, quarum jus, & dominium erat acquiſitum fiſco, tunc tenetur mercator ad æxtimationem, ſeu pretium, quod recepit; ſin autem mercator ipſe conſumpſiſſet certo modo utendo mercibus ipſis, vel alio modo, tunc eſt differentia, an fuerint portatæ merces in terram, ubi erat fundicus, & tunc etiam dicitur
314 idem; ſin autem in terras, ubi non erat fundicus, tunc gabellotus habet tantùm hoc ſpeciale, quod poteſt dicere mercatori: ſolve hic, vel porta ad terram habentem fundicum, & hoc quando non ſunt conſumptæ; ſin autem eſſent conſumptæ, hoc gabellotus dicere non
315 poſſet: quia non poteſt dici propriè acquiſitum eſſe dominium fiſco, cùm non fuerit in
316 terra fundici; & jura volunt, quod quando merces portantur in terram, ubi eſt fundicus, tunc perduntur, ſi non portantur ad fundicũ;
317 & jura iſta odioſa non debent extendi, ut pluries dictum eſt, & habetur infra *de jure Dohanæ*; vndè hic *Ritus* ſolùm hoc inducere vult, quod ſi gabellotus invenit merces in terra, nõ habente fundicum, tunc dicat: ſolvas, aut vadas ad terram fundici; ſed ſi merces eſſent con-
318 ſumptæ, hoc dicere non poſſet; nec debuit gabellotus adeo expectare, unde eſt ei imputandum, ſi negligentia, aut culpa ipſius gabelloti eſſent conſumptæ; pro quo facit *l. fin. in §. ſi quis profeſſus, ff. de public.* ubi ſi propter factum publicani res non incidit in commiſſum, poterit tamẽ ſatisfieri fiſcus ex bonis publicanorum, vel fidejuſſorum; pro hoc facit infra *de fundico flagelli*, ibi: *quod non eſt in aliis caſibus*, quaſi velit dicere, quod ſi Secretus non intercepit, vel ſi cavere non fecit de ſolvendo, vel eundo ad terram fundici, & poſtea merces eſſent
319 venditæ, vel conſumptæ, quod ampliùs non poſſet jus fundici petere de dictis mercibus;
320 quod ſecus eſt in aliis caſibus, ſcilicet quando mercator fraudaverit Dohanam, vel paſſagiũ: quia tunc etiam poſtea uſque ad quinquennium teneretur de mercibus prædictis, vel de pœna, ſecundùm quod præconizatum fuerit, quod dic, & ut dixi in *dict. rub. de fundico flagelli*, ibi: *item quod dicitur hic*; & ſic nota differentiam de mercibus conſumptis, & non conſumptis, ſcilicet portatis in terram non habẽtem fundicum, & mercibus fraudatis; ſi autem
321 eſſent conſumptæ, quia tunc non ſolvetur de conſumptis, quia de eo quod non eſt, ſolvi non poteſt, per hoc, quod dicitur in *dicta rubr. de*
322 *fundico flagelli*; unde ſufficit, quod locus ille ſubſit alii fundico: nam idem jus eſt in acceſſorio, quod eſt in principali, hoc vult dicere hic finis, qui obſcurè loquitur, ſcilicet, quod ſi merces vadunt ad locum, non habentem fundicum, ſive ibi extent, ſive ibi venditæ, quod non

Digitized by Google

non sint consumptæ, potest Secretus dicere, continuò, aut solvas hic, aut caveas ire ad terram fundici, & licèt hic locus non habeat fundicum, tamen potest hic solvere, seu teneri, si venditæ sunt: quia hic locus, licèt non habeat pro se principaliter fundicum, habet tamen fundicum cui ipse subest, & sic si esses in loco principali fundici, deberes ibi cavere, aut solvere si essent venditæ, sic & in hoc loco, ubi non est fundicus, debes cavere, aut solvere, si sint venditæ; quia sicut esset hoc in principali fundico, ita esse debet in accessorio, ideſt in loco, qui subest principali fundico, & sic intelligas, quod habes infra in *rub. de jure exitura Rit.* 3. in provisione facta per magnificos Rationales, quæ incipit *die* 19. *Julii* 12, *indictionis* ubi eodem modo loquitur de Gaeta, & Trajetto, prout in præsenti *Ritu* dicitur, quod aut venditur in terra fundici cùm transit, aut vadit extra Regnum, quod dic, ut ibi, ut hic supra declaratur.

RITVS VII.

SOlvitur ,c, hoc jus fundici ab emptore ,D, & sic in loco, ubi fit venditio, & traditio merciũ, ut supra, & infra dicitur; si ergò in loco fundici, ubi fit venditio, nascantur merces, unde fundicus petitur, solvitur ibi, illa ratione, quia ibi venduntur, & semel fundicatis mercibus non solvitur post jus idem: ,E, ut si Gaetæ emam pannos cannapacios, & portem Neapolim; quia Gajetæ fit venditio, ibi solvitur fundicus; unde & si alibi quàm Gaetæ essent merces, & non vendantur ibi, ubi sunt, sed cõveniret de vendendo Gaetæ, acto, ut merces veniat Gaetã, & ibi fiat vẽditio, & traditio, solvetur Gaetæ jus fundici, quũ ibi fit, & perficitur vẽditio, sicut pleniùs dicitur infra de jure Dohanæ ,F, Vlterius tamen semel mercibus fundicatis, non solvitur. Si verò extra territorium Gaetæ, putà Trajecti nascantur merces, quanvis terra Trajecti sit de jurisdictione Dohanæ, & fundici Gaetæ, quoad quid; sicut quoad ferrum, picem, àzzarum, sal, & hujusmodi, videlicet ut de eis homines Trajecti de fundico Gaetæ emant, & emere debeant, tamen quoad omnia alia non est Trajectum subjectum Gaetæ: quia non est vicus, aut Casale Gaetæ, nec cum Gaeta contribuit in oneribus.

,C, Ad declarationem hujus ritus, vide litteras Cameræ *sub die* 22. *Junii* 1473. *in partium* 9. *fol.* 66. & litterarum Regiarum *fol.* 50.

,D, Est ratio, quia vectigal sequitur rem, *l. debet, ff. de ædilitio edicto ubi glos. interlinealis.*

,E, Et ita practicatur; licèt hodie sint divisæ Dohanæ Provinciarum Calabriæ ab arrendamento Dohanæ Neapolis: quia merces, quæ ibi nascuntur, & venduntur, ibi solvunt fundicum; quod intellige, si nascuntur in loco Dohanæ, seu in territorio illius loci, secus si extra territorium loci Dohanæ nascuntur merces: quia Dohana vicinior adstringeret, quod ibi solvatur jus fundici, quod debet solvi in loco, ubi est destinata merces ad vendendum. Verùm si transit per locum Dohanæ, potest adstringere mercatorem, quod caveat de eundo ad locum destinatum fundicum habentem, & ita practicatur, & debent intelligi verba sequẽtia istius Ritus, quod convicinus potest esse sub jurisdictione Dohanæ.

,F, Quando venditor est immunis, an etiam emptor, à quo dictum jus fundici solvitur, cùm semel debeatur, vide litteras *in regesto litterarum parlamentorum* 38. & 42. *fol.* 13. & *fol.* 264, immo ad declarationem istius ritus videas provisiones R. C. S. *sub die* 13. *Novembris* 1468. *in regesto Curiæ* 7. *fol.* 7. & alias litteras Cameræ *sub die* 9. *Julii* 1542. *in parlamento* 21. *fol.* 59. per quas ad hujus dubii decisionem devenitur.

323 Et sic habes ex isto *Ritu*, quod vici, & casalia debent solvere collectas cum Civitatibus, & pro hoc facit etiam infra eadem *Rubrica de jure fundici* ubi dicitur, quod vici, & Casalia servant consuetudinem Civitatis.

Et hæc faciunt ad ea, quæ quotidie habemus in Summaria de terra Novi, que est in Provincie Principatus citra, quæ est Ducis Sueſſæ, in quibus videtur, quod casalia sunt aliter taxata.

RITVS VIII.

ET ideo de talibus mercibus natis Trajecti non solvitur Gae-

Digitized by Google

Gaetæ prædicta ratione, quia Trajectum non eſt ſub Gaeta quantùm ad hoc; nec etiam ſolvet Trajecti, ubi emit: quia terra Trajecti nõ habet fundicum, & ſi Trajecti conſumentur merces ,G, ſimiliter non ſolvet; ſed ſi tranſeat ad aliam terram non habentem fundicum cum prædictis mercibus natis Trajecti, ſicut ad terram Sugii, ſimiliter nõ ſolvet fundicum; ſi verò portet, & vadat ad terrã fundicum habentẽ, ſolvet fundicũ, ubi vẽdit, in terra ſcilicet fundicum habente. Sed, ſi extra Regnum, cogitur fundicare unde extrahit, id circo ſi per mare, vel territoriũ Gaetæ, vel per Gaetam tranſiret, quia non vendit ibi, ſed trãſit ad terram aliam fundicum habentem, non ſolvet Gaetæ, ſicut ſi merces aliundè portatæ forent Gaetam: ſufficeret enim Gaetæ cavere, quod iret ad terram fundici, ſi Gaetæ non vendat; at ſi per Gaetam tranſiret ad terram fundicum non habentem, ut Sperlungam, itèrum ſolveret jus fundici in Gaeta.

,G. Merces ergo, quæ naſcuntur in jutiſdictione Dohanæ, ſi ibi conſumantur non ſolvitur jus fundici: idem ſi exeunt, & vadunt per juriſdictionem: quia nulla moleſtia poteſt inferri, dummodo non attingant Dohanam, vel territorium Dohanæ: tunc enim tenetur ſolvere jus fundici, ſi ibi vendit; ſi autem non, etiam ſolvit: quia cogitur invitus fundicare, niſi ſit privilegiatus, in quo practicatur Ritus, quod nemo invitus cogitur fundicare; & ſic tenetur cavere de eundo ad fundicum, & non poteſt precisè conpelli ad ſolvendum ibi, ut ſupra dictum eſt. Item advertè, quod hoc non procedit in bonis, quæ veniunt ab extra Regnum: nam ſemper, quod ſunt in juriſdictione Dohanæ Neapolis, practicatur, quod bona intercipiantur, ac ſi eſſent in territorio, ut infra hoc Ritu ſequenti in finalibus verbis, ante Rituum de fundico flagelli.

RITVS IX.

PAſſagium ,H, verò, ſolvitur ubi eſt paſſagium conſuetum, & non alibi; & ſolvitur ſecundùm diverſos mores, quando tranſeunt merces per terram habentem paſſagium, licèt ibi non ſolvant fundicum, vel Dohanam, ſicut in Caſtro maris pro vino, & leguminibus emptis in Nuceria, & in Santoſeverino, aliiſq; terris vicinis, quæ devehuntur Neapolim per Caſtrum maris, ſolummodo tranſeundo, ſolvitur tunc paſſagium conſuetum.

,H, Vide ad hoc proviſiones Regiæ Cameræ *in Regeſto Curiæ* 10. *fol.*272. *& in Regeſto litterarum Curiæ* 11. *fol.*74. ac alias proviſiones Cameræ 15. *Ianuarii* 1468. *in Regeſto Curiæ* 6. *fol.*218.

Litteræ Capitaneo Caſtri maris, quod faciat mandatum platearüm, & gabellotis Schafati, ut nullo modo exigant jura plateæ à trãſeuntibus extra territoriũ eorũ juriſdictionis, ex quo exegerunt dicta jura à tranſeuntibus per pontem de Perſica in præjudicium Dohanæ Neapolis, etiam contra formam Ritus: nec non, quod compareant in Camera ad ſolvendum pœnam à Ritu ſtatutam; *expedita* 10. *Martii* 1478. *fol.*109.

Et qualiter Univerſitas Caſtri matis de ſtabia teneatur reparare pontem della Perſica. *Vide litteras Camera expeditas* 21. *Novembris* 1486 *fol.*38.

Hinc, quidem de terra Angri, frumentum emptum Neapoli tranſeundo per dictum paſſum Caſtri maris, vexit certam frumẽti quantitatem in dictam terram Angri pro ejus uſu, recuſabat ſolvere jus paſſagii, per Cameram in anno 1462. fuit proviſum quod ſolvat *in Curia* 3. *fol.*166.

Et quid ſi ante nundinas, conducantur merces, & tempore ipſarum venduntur, vel extrahuntur, & alia ad materiam; declarationem, & practicam iſtius Ritus, vide proviſiones Cameræ expeditas 15. Januarii 1468. *in Curia* 6. *fol.*218.

Ad iſta verba *in Regeſto litterc. lauſar:* 1. *f.*78. *anni* 1477. Camera mandat, quod ſervetur Ritus, & non aliud quod reperitur per abuſum, *& in litterarum Curiæ* 1. *fol.*142 *&* 143. *anni* 1497.

Bona autem non vendita, quæ remanent in nundinis, & illa quæ ſolverunt, vel non ſolverunt, vide litteras Camere expeditas 30. Auguſti 1452. *in Curia.*3.

Decreto Cameræ 1541. & 1542. fuit proviſum, quod Regia Curia manuteneatur in poſſeſſione exigendi jus fundici in nundinis Luceriæ de mercibus, quæ veniunt ab extra regnum, *in quaternentorum Camera dictorum annorum* 1541. 1542. *fol.*271.

Sed de materia paſſagii, vectigalium, & gabellarum, pleniſſimè dixi, & ibi omnino vide in *præambulis* ne iterum bis idem hic replicẽ.

RITVS X.

SI vendantur merces in terra fundici, quãdo ibi eſt mercatũ, &

Digitized by Google

& nundinæ franchæ, non ſolvitur inde quicquam: quia ex quo dominus remiſit infrancando, perinde eſt, ac ſi ſolviſſet: ſatisfactum enim accipimus, quemadmodum voluit creditor ille, ſcilicet cui debet ſolvi, & ſic ſi is remittat, ſolutum ſibi videtur.

RITVS XI.

UNde ſi aliò portantur merces ipſæ venditæ in illis nundinis franchis, non ſolvitur pro eis ulterius: nam jus fundici ſemel ſolvitur, ſicut pronũciatũ fuit de jure; ſed contrarium ſervant Dohanerii, 1, cùm de jure, non quod fit, ſed quod fieri debet, ſervandum eſt, * licèt Fiſcus ſervat ſolitum, quia pro comodo ſuo, & ſi cõtra legem.

*l. illicitas, ff. de offic. Præſid.

1. Et ita practicatur, quod merces venditę in feriis ſoluunt demũ jus fundici: quia immunitas feriarum eſt reſpectu juris fundici, ut eſt etiam in bonis venditis per fiſcum, ſicut dicitur in Ritu; & ſic merces, quæ venduntur, & veniunt per mare de extra regnum in forum Salerni, licèt ibi vendantur, tamen demum ſolvunt jus fundici, dum primum vadunt in territorium fundici.

324 Nec propterea fiſcus juvari poteſt ex temporis diuturnitate in ipſis, quæ contra juris divini, & humani ordinationem fiunt: quia, cùm ſemel jus, quod ipſe impoſuit, habuerit, ſeu ſua voluntate ſibi ſarisfactum fuerit, idem in habendo magis prædo, quàm juſtus exactor
325 dicetur; & ſic tantò majus eſt peccatum, quantò diutius infelicem animam detinet al-
326 ligatam: hoc enim nemo ſanæ mentis ignorat, *c. fin. extra de conſuet.* & licèt fiſcus, ut dicit *Ritus*, ſervet ſolitum, ex eo quia ſit pro commodo ſuo; tamen hoc ſervari non debet, maximè, ut dictum eſt, cùm ſit contra legem expreſſam, cùm etiam quando ſumus in his dubiis, volunt etiam jura Imperatorum, interpretationem fieri contra fiſcum, cùm dicat lex: *non puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum faciat*, & reſpondit, & debent officiales certiorare Regem, & ipſi non faciant; ſed ſi Rex vult, dicant, quod malè facit, & ipſe Rex faciat, prout placebit Deo: quia ſi acceptum habet Regem inſpirabit, ut faciat ſecundùm Deum, aliàs relinquet ſuæ voluntati, & dicit ſic Rex: *anima mea in manibus meis ſemper: legem tuam non ſum oblitus*, ut in *pſal.* 118. *verſ.* 109. & ſi diceretur per malos Dohanerios, & officiales, quod poſſunt exigere, ex eo quia remiſſio fuit facta ratione loci, ſcilicet, ubi erant nundinæ, tunc ceſſat ille favor, ſeu privilegium: cùm merces ipſæ inveniãtur in loco, ubi non extenditur privilegium; certè hæc ratio iniqua eſt: quoniam illa immunitas licèt detur ratione loci, tamen datur pro rebus, quæ illuc vehuntur; unde cùm acquiſitũ ſit privilegium rei, ampliùs tolli non poteſt, etianſi expreſsè Princeps vellet, ut in per *Innoc. cap. cùm in Eccleſiarum, de conſtitut.* & quod latiùs habetur per *Canoniſtas in cap. perpendimus, de ſent. excomun.* cùm ergo fundicus pro rebus exigatur, quod apparet, quia pro valore rei ſolvitur tantũ pro uncia, puta quindecim; ſi ergo res illa libera eſt, & ſic reducta ad jus naturale, quo res liberæ ſunt, jus exactum, iterum nõ exigetur: quia dici poteſt: *Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* juxta verbum Veritatis, *Matt. cap. 16. verſ. 26.* ſed revertendo ad *Ritum*, ſequitur ibidem.

RITVS XII.

UNde ſi fiſcus emiſſet pro ſe, qui immunis eſt ab omni præſtatione, ſi alii venderet illas merces, non deberet habere jus fundici, ac ſi eſſet ſolutũ, ex quo à lege ſcripta remiſsũ eſt, * ſed quia contrahentes cũ fiſco non ſunt immunes, ut etiam dictum eſt infra in rubrica de excomputis; ideò fiſcales largè intelligũt, cũ licèt Fiſcus non ſolvat, quia nõ debet ſolvere, tamẽ ementes ab eo non ſunt immunes, cõtra quod eſt, quod dictum eſt de ementibus in nundinis franchis de jure, licèt Dohanerii non ſervent in multis locis, ſecus ſi

*ff. de publican. l. licitatio, §. penul.

ad

ad nundinas franchas portatæ merces fuerint, & ibi nõ fuiſsẽt venditæ : nam ſi aliò portentur ad vendendum, vel poſt nundines ibidem vendantur, ſolvetur fundicus in loco, ubi fiet de illis venditio, & traditio.

327 Licèt fiſcus non ſolvit, quia non debet ſolvere; tamen ementes ab eo non ſunt immunes; contra quod eſt, quod dictum eſt de ementibus in nundinis franchis de jure, licèt dohanerii non ſervent in multis locis; ſed adverte in eo, quod ſupradixi: quoniã nõ videtur, nec de jure humano, nec divino, id fieri poſſe, nec cùm fiſcus infrancat, nec cùm ipſe tanquã francus emit: quia ſic tranſire debent ad aliũ cum eodem privilegio fiſci; nec §. *mercatores* obſtat: quia rectè illum intelligendo, intelligitur id, quod dicitur cùm contrahens cum fiſco non eſt immunis, ſcilicet à vectigalibus, quæ debentur alteri: ſi enim debentur ſibi, ille, qui emeret ab ipſo fiſco, eſſet etiam immunis: quia ipſe fiſcus à ſemetipſo non poſſet exigere, quod tenet *Raphael de Cum. in dicto* §. *mercatores*, &
328 facit una nota ſingularis *Dom. And. de Iſer. in tit. qualiter vaſallus jurare debeat fidelitatem*, ubi dicit, quod quando Rex concedit aliquam rem, vel donat, ille, qui recipit, etianſi ſit eccleſia, videtur recipere illo jure, quo eſt apud Principem dantem, & licèt quantum ad hoc ſit factus certus *Ritus in rubrica de excom-*
329 *putis*, ubi dicitur, quod fiſcus non ſolvit de contractibus, ſive vendat, ſive emat, ſed contrahentes cum fiſco, etianſi fiſcus vendat id, quod emerat, de quo non ſolverat, ex eo quia erat immunis; tamen ſolvat emptor, cùm non fuerit ſolutũ ſpecialiter jus fundici; tamen quia *Ritus*
330 eſt, & ſic cõſtitutio, & ſtatutũ Principis ſervabitur inter ſuos ſubditos, & alios laicos contrahentes, de quo plene dixi in *præambulis*, ubi etiã dixi, quod *Ritus* ille nõ comprehendit Eccleſias, eccleſiaſticaſque perſonas, in quæſtione an à clericis poſſit exigi vectigal? &c. tamen quantum ad propoſitum, non recedas ab eo, quod dixi de eo, qui emit in nundinis franchis, quod res illæ liberæ ſunt à fundicis:
331 quia multũ diverſum eſſet, quãdo fiſcus emeret unam rem, & poſtea venderet, quia tunc non datur privilegium pro re, ſed ipſi fiſco; ita quod res illa in ſui natura non eſt liberata, ſed fiſcus liberatus eſt ratione ſuæ perſonæ, quia dicitur fiſcus non ſolvet pro contractibus; ſed
332 in nundinis dicitur, quod res, ſeu perſonæ, quæ portant res, non ſolvent pro rebus; ita quod datur propriè privilegium rei, & non perſonæ; & licèt *Ritus* ſervetur in ſuis terminis, tamen quoad coſcientiam dicere poſſumus, quod de jure non procedat: nam ſi jure naturali omnes res ſunt liberæ, ut in *l. uti frui* poſt *principium*, ubi *gloſ. ff. ſi uſusfr. pet.* nunc ergo à principio res illa jure naturali libera erat, & demum Princeps imponit onus, & ſic obligata res illa efficitur pro juribus Curiæ impoſitis; cùm ergo poſtea illa res perveniat ad Principẽ liberata ab illa obligatione, etiam ex conſtitu-
333 tionibus Principũ, & ex mutatione perſonæ mutatur conditio rei, *l. Paulus, aliàs per procuratorẽ*, 89. *ff. de acquir. hæredit. l. fin. C. de inoff. te-*
334 *ſtam.* ſi ergo alius privatus poſtea emit rem illam à fiſco, videtur emere rem illam liberam, & ſic non videtur teneri pro re illa; pro hoc
335 induco *legem* ſingularem, quæ vult, quod ſi ego habeo poſſeſſionem, cui poſſeſſioni altera poſſeſſio ſervit, & illa, quæ debet ſervitutem ad me pervenit, extincta eſt ſervitus; & ſi ego poſtea alteri concedo poſſeſſionem, non propterea ſerviet meæ poſſeſſioni, ſed erit libera, niſi expreſsè dixiſſem quando tradidi, caſus eſt in *l. ſiquis ædes, in principio, ff. de ſervit. urban. præ-*
336 *dior.* quod tamen ſecus eſt in hæreditate vẽdita, in qua reducitur jus ad priſtinum ſtatum, *l. ſi ei, ff. communia prædiorum*: quia quando factus ſum hæres ab eo, cujus prædium mihi ſerviebat, & poſtea illam hæreditatem vendo,
337 remanet priſtina ſervitus: quia habetur, acſi emptor hæreditatis eſſet hæres; ita quod totũ jus hæreditatis ad ipſum activè, & paſſivè trã-
338 ſit, *l. 1. C. de hæred. vel act. vend.* Nunc ad caſum noſtrum, ſi res tua mihi ſervit, & res tua pervenit ad me, extincta eſt ſervitus; quod ſi poſtea ego alteri do, vel vendo poſſeſſionem illam, tranſit libera, *d. l. ſi quis ædes*; ſi ergo in pro-
339 poſito, cùm res ſit obligata pro juribus Curiæ, ex conſtitutionibus Principum, & poſtea res pervenit ad Principem, libera eſt, & ſi poſtea Princeps alteri vendit, videtur libera, & ſic ad nihil debet teneri emptor, per jura, & rationes ſuperiùs dictas; niſi diceres de ſtricto rigore illud procedere, ſcilicet, quod emptor non ſit liber à juribus Curiæ, ſic inducendo: nam cùm dicis, quod libera erat res illa ſecundùm jus naturale, poſtea effecta eſt obligata ſecundùm conſtitutiones Principum; ſic etiam dicas, quod eadem authoritate, poſt quàm pervenit ad Principem, & erit de poteſtate ipſius Principis, sic etiam obligata authoritate ejuſdem Principis, qui sic expreſsè voluit, faciendo, vel conſentiendo, vel authoritatem præſtando in *Ritibus* prædictis, ubi expreſsè sic vult: si enim non eſſet *Ritus*, ſtaretur predictis, & dictæ notæ *D. And. de Iſer.* quod etiam probatur à simili per *textum in l. ſi quis ædes*, ubi res non transit ſecundo, cum ſervitute, quæ primo habebatur, niſi expreſsè dictum fuerit; ſic ergo cùm lex ſic vult, quod ipſe fiſcus emens ſit liber, expreſsè voluit, quod emptor non ſit liber, quicquid ſit, *Ritus* ſic ſe habet; ſed verius videtur, quod

Digitized by Google

ad bonam conscientiam servetur nota *D. And. de Iser.* cum adjunctionibus prædictis.

340 Sed revertēdo ad eundem *Ritum* sequitur, *sexus si ad nundinas frāchas portatæ merces fuerint, & ibi non fuissent venditæ: nam si aliò portentur ad vendendum, vel post nundinas, ibidem vendantur, solvetur fundicus in loco, ubi fiet de illis venditio, & traditio*, scilicet in loco, ubi fuerunt nundinæ, & ibi erat fundicus: quia si post nundinas ibi vendantur, solvi-

341 tur fundicus, ex quo res illæ non erant franchæ, nisi durantibus nundinis, nec acquisiverant privilegium franchitiæ: quia solùm illæ sunt franchæ, quæ erant ibi venditæ; ita quod duo requiruntur, quod portentur illuc merces, & quod ibi vendantur; ita quod ibi venditæ, sunt franchæ per totum Regnum à jure fundici, licèt dohanerii servent contrarium, & malè, ut supra dixi, & revertendo ad *Ritum* sequitur,

RITVS XIII.

PRæterea infra nundinarum tempus, si velit mercator recedere, quia non potest, vel non velit ibi vendere, satis videtur, quod fundacarii illius terrę possint dicere: Des fidejussores de eundo ad terram habētem fundicum, vel solvas hìc: quoniam si sunt nundinę frāchæ, sunt frāchæ quo ad merces, quæ ibi venduntur,

342 Et sic hoc facit ad idem, quod supra dixi, quod privilegium, & franchitia data est magis rebus, quàm personæ, sequitur in *Ritu*.

RITVS XIV.

SEd quando itur, ⁂, ad nundinas franchas, ubi est fundicus, sicut Salerni, non cogitur ad aliquid, nisi ut vadat Salernum, qui locus fundici est, si quidam vadat infra tempus nundinarū frācharum: nam licèt sit remissum tunc ipsum jus ex indulgētia regia, conditio tamen loci, quæ non mutatur, est, ut sit terra fundicum habens.

⁂, Die 29. Maii 1565. fuit decisum in Camera juxta Ritum, quod quando merces vadunt Salernū, & dant cautionem de eundo ad fundicum, non possunt cogi ad solutionem, etiam, quod vadant tempore feriarum, ut in libro notamentorum dicto die, & die 3. Junii 1572. decidimus in Camera, quod quando eunt ad terram fundicum non habentem tempore nundinarum, debeant solvere, quando transeunt per fundicum juxta ultima verba hujus Ritus, ad cujus materiam, & quando dirictus exigantur pro mercibus intrantibus in Regnum, vide Capitula extractionis, cum litteris Cameræ expeditis 17. *Februarii* 1444. *in Camera* 14. ++ 45. *fol.* 201. *& alis in Camera*, 1448. *&* 51. *fol.* 185. *sub die* 5. *Decembris* 1450. *& in Cam.* 9. 1452. *&* 1453. *fol* 121.

Nec non vide pulchras litteras aliàs expeditas anno 1497. directas Vicesecreto Calabriæ, & officialibus Dohanæ Neapolis in Regesto litterarum Curiæ 1. fol. 142. & 143.

Et si tangit territorium per mare, vel per terram, vide fides seu testimoniale officialium Dohanę Neapolis fol. 88. & etiam litteras Cameræ expeditas 6. Junii 1459. in Regesto Curiæ 5. fol. 52.

343 Et ideo si infra tempus nundinarum ipse velit recedere, & non vendere, aut solvat in terra Salerni, ubi est fundicus, aut caveat ire infra regnum ad terram, ubi est fundicus; ita quod si nundinæ essent in terra, ubi nō est fundicus, & nollet vendere ibi mercator, sed vellet recedere infra tempus nundinarum, & ire Salernū, nō cogitur fidejussorē dare, de eundo ad terram fundici, sed sufficit, ut vadat Salernum, in quantuncunque ibi sunt nundinæ, quia dicitur ire ad terram fundici: quia ut dictum est, licèt sit remissum ipsum jus ex indulgentia Principis, tamen conditio loci non est mutata, quia nihilominus remanet Salernum terra fundici.

RITVS XV.

BEneficia enim Principum debent esse mansura, & à qualibet diminutione extranea, multò fortiùs si iret Salernum ante tempus nundinarum francharū: nō enim interest Curiæ, nā mercator conservabit merces in Salerno, donec venerit tempus nundinarum frācharū, & tunc eas vendet, & nihil solvet.

RI-

Digitized by Google

RITVS XVI.

SI verò nundinæ franchæ fint in loco,ubi non eſt fundicus,ſicut Averſæ in Feſto Sancti Ludovici,& Venafri in FeſtoSancti Michaelis, quantùm ad jus fundici ſolvendum ubi vẽduntur merces , non eſt ſub fundico illa terra; licèt quantùm ad ferrum, azzarum,picem,ſal,& hujuſmodi,ſic,ut ſupra dictum eſt.

Sed quantùm ad jus fundici non eſt ſub fundico,ut ſupra dictum eſt de Trajecto,& Cajeta.

RITVS XVII.

ET ideò ſi de Neapoli vadat mercator Averſam ad nundinas franchas,ſolvet fundicum antequam recedat : quia non vadit ad terram fundici ; ſed ſi de Magdalono, vel Capua, ubi non eſt fundicus, vadant tunc merces Averſam, quæ natæ ſunt Capuæ,vel Magdaloni,in nullo loco ſolvet fundicum : merces enim,quæ naſcuntur in contrata,& in loco,ubi non eſt fundicus,ſi ibi, vel in alio loco conſumantur,& vendantur, ubi fundicus non eſt,nihil ratione fundici ſolvitur;ſed tunc demum quando ad locum fundici portantur , vel illuc tranſirent per mare , vel per terram per territorium ejus,ut ſupra dictum eſt.

In libro communi,& originali ſequitur *Ritus* incipiens *fundicus flagelli* , qui ſuo loco poni debet ut in *rubric. de fundico flagelli* : quia alia ſpecies fundici eſt , & ideo ego ſic pono;dimiſſo igitur dicto *Ritu* incipio à ſequenti , qui incipit *ſolvitur jus fundici,&c.*

RITVS XVIII.

SOlvitur,L, jus fundici de omnibus mercibus, excepto de animalibus , & poſſeſſionibus alicubi etiam de lignaminibus,alicubi de biſcotto non ſolvitur, nec de pane empto, nec de victualibus quibuſcunque ſolvitur ; item de pecunia campſa, argento , vel auro vendito non ſolvitur fundicus , nec de perlis , nec de lapidibus pretioſis, & ſic nec de annulis,& de aliis ornamentis auri , vel argenti, ubi ſunt incluſæ gemmæ ,M, & lapides pretioſi.

,L, Ad hunc ritum vide *conſtitutionem* Regni *Magiſtros noſtros fundicarios , de officio Magiſtri fundic.* ubi dicitur præter res in novis ſtatutis fundicari mandamus,& ibi *Andr. de Iſer.*

,M, De iſtis tantùm gemmis debet ſolvi vectigal : quia merces ſunt,*l.2.§.cum in eadem ff.ad legem Rhodiã de jactu,* Sed alia ratione poſtea non ſolvunt vectigal:quia ſunt pro vſũ,*Paul.de Caſtr.d. l.2.d.§.cum in eadem.*

RITVS XIX.

ITem de ſeta non ſolvitur:quia habet jus ſpeciale ; eadem ratione , nec de veſtibus , & burſis ſericis,ſed de filis ſic , & de operibus filorum ; unde ſi in burſa ſerica ſunt fila(communiter enim hæc , & alia opera ſerica fieri non poſſunt ſine filo) ſolvitur fundicus ,N, de valore filorum,de quo ſtatur Sacramẽto venditoris , ubi ſeparari non

Digitized by Google

poſſunt, & aliter valor filorum ſerici ſciri non poteſt, licèt de jure, eò quod ſit de ſeta, & de filo non debet ſolui.*

* ut ſ. de am. 20, & arg. l. 20, & l. & ſi nõ ſit §. Perveniamus.

N, Hodie indiſtinctè ſolvunt jus fundici iſtæ merces quantuncunque ſint laboratæ ex ſerico, & non attenditur ampliùs illa prima materia, vide plenè in Regiæ Cameræ 2. *fol.* 109. *anni* 1465. ubi latè deciſum per litteras Regias, & Cameræ.

De ferris verò laboratis, & virgis ferreis, quæ immittuntur in fundicum Barŭli, & venduntur, quæ forma ſit tenenda, & ad evitandum fraudes, & de iis quæ immittuntur, & contractantur ſimiliter in fraudem in Provinciis Barii, Hydrunti, & Baſilicatæ: adeas *litteras Cameræ* cum inſerta *forma decretorum*, & *alias litteras ipſius ſub* 29. *Novembris* 1543. *in Regeſto partium* 2. ad inſtantiam Lucheſini arrendatoris dictarum, Provinciarum.

De lignaminibus poſtea, vide *litteras Cameræ ſub* 12. *Julii* 1468. *in litterarum clauſ. Curiæ fol.* 35. Et inſtruct. *in Curia* 7. *fol.* 109. factas ſuper dirictibus exigendis in Dohana Turris Octavæ *ſub die* 4. *Septembris* 1516.

344 Et ex hoc videtur, quod in caſibus, in quibus non poteſt verè ſciri pretium mercium, vt quia deperditæ, vel alio caſu, ſive defectu mercatoris, ſtatur juramento ipſius mercatoris vendẽtis; verùm in hoc attendenda eſt conditio ipſius, ſecundùm materiam, & quantitatem mercium, & ita volunt jura, de quo maximè *per Andr. de Iſer. in* §. *Sacramentum.*

245 Sed adverte ubi in *Ritu* dicitur, quod jus fundici ſolvitur de omnibus mercibus excepto, &c. & ſic oportet ſtari huic *Ritui* quoad jus fundici; ſed quo ad jus vectigalium, & ga-
346 bellarum, dicit *Ritus*, quod ſervatur conſuetudo ſecundùm diverſos mores, ut habetur ſupra in *Rit.* 9. qui incipit *paſſagium verò ſolvitur*, & dic de iis, ut plenè dixi in *præambulis*, ubi dixi *Item de quibus rebus debet ſolvi, &c.* & totum illud hic poni debet: quia unum debes præmittere in hac materia, quod habetur infra *in Rubrica de jure Dohanæ in Rit.* 4.
347 ubi dicitur, quod in omnibus ſpectatur conſuetudo, ſcilicet ubi, quando, quoties, & quid ſolutum eſt in talibus, quæ ſi non apparent, recurre ad præmiſſa, & ad jus commune, & ſic ſemper teneas, quod ubi non eſt determinatum per hos *Ritus*, nec per conſuetudinem apparet, debes ſtare juri communi, & ſic ubi non apparet dequibus rebus debet ſolui paſſagium, ſecundùm *Ritus*, & conſuetudines, recurre ad jus commune, & ideo ponas totam illam notam, quam poſui in *præambulis*, ibi *Item de quibus rebus debet ſolvi paſſagium.*

348 Item adverte in eo, quod dicitur in *Ritu*, quod de ſeta non ſolvitur jus, quia habet jus ſpeciale, & vult allegare, quod habetur infra
349 in *rub. de jure ſetæ* ubi dicitur, quod ſeta delata in Regno de partibus extra regnũ, præter jura fundici, & Dohanæ, quæ ſolvuntur ſcilicet pro aliis mercibus, ſolvi debent per delatorem pro qualibet libra ſetæ grana decem: nam videtur, quod *ille Ritus, ſeu rubrica de jure ſetæ* ſit cõtrarius expreſsè huic *Ritui*: ſi in hoc *Ritu* dicatur, quod de ſeta non ſoluitur jus fũdici, & ibi in *rubrica de jure ſetæ* dicitur, quod præter jura fundici, & Dohanæ, quæ ſolvuntur ſicut pro aliis mercibus ſolvitur jus fundici, & Dohanæ, ita, & pro ſeta, quod non eſt dicendũ; quod in tam brevi opere ſint deciſiones expreſsè contrariæ; & ideo dicendum eſt, quod iſta dictio *præter* exponitur hic excluſivè, quaſi velit dicere *præter jus Dohanæ, & fundici* ſcilicet, quod ſolvere non debet, *ſolvat grana decem, &c.* ita quod non tenetur ad jus Dohanæ, ſeu fundici, ſed tantũ ad grana decem; & quod hæc dictio *præter* poſita in *dicta rubrica de jure ſetæ* veniat excluſivè, probatur benè ſecundùm *Bart. in l. 1. ff. de pignor. act.* ubi dicit ipſe, quod quando dictio *præter* apponitur partitus contentorum ſubmiſſis exponitur excluſivè; ſic cùm hic loquatur de juribus debitis pro mercibus, & ibi dicatur ſubmiſſis, & non expreſſis juribus fundici, & Dohanæ, ſed tantùm exprimit jus ſingulare, ſcilicet grana decem pro libra, ut dicendo breviter *ſolvat grana decem pro libra præter jus fundici, & Dohanæ* ſupple, *quod ſolvere non debet*, cùm ſit ſubmiſſum quantum ſit ipſum jus fundici, & Dohanæ ſolvat grana decem: non enim dixit, quod ſeta præter jus fundici, quod eſt grana 10. & Dohanæ, quod eſt 18. quod ſolvere non debet, ſolvet grana decem: quia tunc poſſet dici, quod deberet omnia jura prædicta ſolvere, quod eſſet benè abſurdum, & ideo ſubmiſſis partibus contentorum ſcilicet non exprimendo de jure fundici, & Dohanæ, licèt tantùm expreſſit de granis decem pro libra, propterea neceſſarium eſt dicere, quod dictio *præter* ſtet excluſivè, ut eleganter notat *Bart. in d. l. 1.* & ad hoc facit ratio, quæ ponitur in præſenti *ritu*, ubi dicitur, quod non ſolvitur pro ſeta, quia habet jus ſpeciale: quaſi velit dicere, quod non dupplici onere gravetur, & ſemper hoc, tempore meo, practicatum fuit, quod jus fundici, & Dohanæ non fuit pro ſeta ſolutum, & hoc de ſeta, quæ veniat ab extra regnũ, ſed quando venit à partibus infra, ut puta à Calabria, tunc ſolitum eſt ſolvere grana quinque pro libra, & ita ſervandum eſt, ſecundùm conſuetum, ut dictũ eſt.

350 Item quod dicitur de burſa ſerica, & filo, non habemus multum inſiſtere, nec tranſire ad materiam juris cõmunis pro determinatione, & quod cedat minus majori, de quo in titulo *ff. de acq. rer. dom. & inſtit. de rer. diviſ. & l. 1. de rei vend.* quia ex quo ſic placuit Principi, non habemus ultra judicare, ut *inſtitut. de jure naturali, gentium, & civili,* §. *ſed & quod Principi.*

RITVS XX.

ITem de operibus, quæ fiunt de mercibus, & pannis fundicatis

catis nõ ſolvitur fundicus: quia non niſi ſemel; vnde factores caligarum habent oſtendere à quo emerunt pannos, vnde ſunt factæ caligæ, ut ſi venditor ſolvit fundicum, ipſæ non ſolvat, aliàs ſic, ſicut ſi caligæ factæ venirent de extra Regnũ, quia ſolveretur fundicus, ideo in his omnibus inſpiciatur conſuetudo: Nam de ferro, o, cujuſcunque conditionis, generis, ſeu ſpeciei, ſicut dicunt antiqua ſtatuta, quantum ſit jus ferri, & quantum Azzari, Vomerum, & Picis, dicitur infra in Rub. de jure Dohanæ, & de jure decini. De alio ferro laborato, ut de clovis acutis, & de ferris equinis, dicunt dohanerii, ſolvi debere jus ipsũ quando laboratura eſt minus, quàm valet ferrum laboratum, ſi verò plus, vel ſit opus ſtagnatum, ſolvitur aliter, & alio certo modo, ſicut ſciunt Gabelloti ferri: In his ſpectatur conſuetudo, ut ſicut moris eſt ſervetur. Alicubi ſi quidem de armis non ſolvitur fundicus, ſicut de enſibus, cultellis, panceriis, cerbelleriis, & ſimilibus habent Dohanæ certas leges, ac ubi capitulum exprimit ſolvi debere, quod indulgentia publicanus omiſit, alius exercere nõ prohibetur. Statutum dicit ferrum cujuſcunque generis laboratũ, & conflatum, nihilominus ferrum eſt, vel ſaltem eſt merx, & tanquam de merce ſolvitur fundicus: quia idẽ ſtatutũ dicit merciũ cujuſcunq; generis, &c. Sed earũ rerum vectigal quarum nunquã præſtitum eſt, præſtari non debet, *, * & tamen lex dicit de omnibus, quæ cauſa negotiationis portantur, debẽtur, * unde ſatis videtur, in hoc ſervari ſolitum, & conſuetum, maximè quando ſpecialiter nõ exprimitur, ut de ferro laborato; Sed ſi quandoque ſolutum eſſet, & deinde aliquo tempore, ex Indulgentia officialis, ſi nõ ſit ſolutum, quod exigi poteſt, nõ nocet indulgenia publicani, * Quando verò nunquam eſſet præſtitum, præſcriptum eſſet eo modo, ſicut aliis juribus præſcribi poteſt: quia in non quæſitis contra Fiſcum viginti annis præſcribitur, ſi tanto tempore poſt ſtatutum, hoc jus nõ fuiſſet exactum, * & ſic intelligitur illud, quod dicitur earum rerum, quarum nunquã vectigal eſt prẽſtitum, ſi nihil præſtitum fuit dicto tempore * ſecus ſi cepit exigi poſt ſtatutum, ita quod eſſet queſitum jus fiſco; tunc annis centũ, præſcribi deberet, ut ſi centũ annis poſt ſtatũ nõ fuiſſet exactũ, * ita quod ſi in una terra Regni exactum eſſet, licèt in alia non, fiſco non

* ut ff. de publicã. l. licitatio §. earum.

* Cod. de Vectigal. & commiſ. l. univerſi, & l. omnium §. ſi quis, in fine.

* ut in d. §. earũ in fine.

* ff. de diverſ. tẽp. præſcript. l. in omnibus.

* ut dict. §. earũ.

* ut in Conſtitutione quadrigenaria.

præ-

Digitized by Google

præjudicaret, quaſi ſufficiat incipi in aliqua terra, eo quod totum Regnum ſubeſt Regi, & uni, eidenque Monarcæ, quod fit in vicino loco attenditur, * Inde vici, & caſalia ſequuntur conſuetudinem civitatis, & ſubditi, & ſuffraganei Metropolitanã cõſuetudinẽ. Hoc nõ ſervabitur in propoſito: quælibet enĩ Dohana habet aliquos ſuos ritus malos, quod contra rationem eſt, non producitur. * Satis erit morẽ contra jus, ſicut eſt fundicus, ſervari ubi eſt, vel Dohana, quibus compellitur homo ſolvere id, quod nõ eſt convẽtũ, ſeu conſuetum, licèt iniqua lege ſit inductum, quia ſervatis his, quę in oppido, &c. * quia mores oneroſi non extenduntur; ſed tantũ mores, & conſuetudines laudabiles, & rationabiles: Sicut Gaetæ, & in Caſtro maris non ſolvitur Anchoragiũ, Neap. & Salerni ſolvitur, & ſic obſervandum erit, & ſervari, ubi ſolitum eſt, & ſic de ſingulis, adde quę dicta ſunt circa hoc infra in rub. de jure Anchoragii.

* per ea quæ dixit Innocẽtius extra de offi. Archid. cap final. de cenſib. c. ſepiſſime, & cap. ſuper eo, de cognat. Spirituali, c. ſuper eo.

* ff. de legibus, l. quod vero.

* Cod. de ædificat. priv. l. an in totum; Et ſecundum Innocent. in dicto capitulo.

RITVS XXI.

FErrum, Azzarum, & æs, & alia metalla laborata non debent capi per Secretos, & alios officiales occaſione prætenſa, quia non eſt inde ſolutũ jus fundici; ſic nec carnes, caſeus, et coria ſalita, quia non eſt de ſale fundicorum illius cõtratæ, ubi prędicta venduntur, ſuper quo facto ſunt plures patentes literæ Regiæ cõtinentiæ infraſcriptæ.

Robertus, &c. ,Q, Secretis, Gabellotis, ſeu Credenzeriis, & univerſis officialibus noſtris, per *Regnum* ubilibet conſtitutis, præſentibus, & futuris, &c. Pro parte nonnullorum de locis quampluribus *Regni* noſtri, & ſpecialiter talium pauperum mercatorum fidelium, querelæ multiplices ad noſtram Curiam pluries pervenerunt, quod iidẽ mercatores de una Provincia per eandem, vel per aliam Provinciã *Regni* noſtri deferentes, & deferri faciẽtes opera ferrea, azzaria, ærea, coria animaliũ ſalita, carnes ſalitas publicè cauſa commercii ad vendendum, vos officiales veſtrique Miniſtri, quiſque ſcilicet in juriſdictione ſua, capitis, & arreſtatis ipſa pro libito aſſerentes, opera, ſeu merces eaſdem laboratas, & ſalitas non eſſe de ferro, Azzaro, ęre, & Sale Dohanarũ, & fundicorum juriſ-

,O, De Biſcotta loquitur etiam hic *Ritus*, & decidit materiam, & quoad extrahentes biſcottum, vel panem, & quando in partibus Regni naves onerant, vel diſcedunt, & capiunt panaticam; & ſic biſcottum, vel panem, ad quam rationem ſecundùm numerum nautharum, & pro quibus diebus dari debet; & ſic nota, quod iſte *Ritus* loquitur per infra Regnum: nam eſt alia proviſio quando extrahitur extra regnum, & ſic una alteri non contradicit, cùm quælibet in ſuo caſu loquatur.

,P, Quando, & qualiter poſſit præſcribi immunitas contra fiſcum ab exactione diricuum, loquitur *Andr. de Iſer. in Conſtit. quæ ſunt regalia, §. Veſtigalia, num. 14.*

351 Et pro declaratione illius dicti *D. Andr.* vide, quod pleniſſima declaravi in *præambulis*, ibi *item de quibus rebus debet ſolvi, &c.* ubi plenè declaravi dictum *D. And.* poſitum *in tit. quæ ſint regalia, ſuper verb. ripatica.*

Digitized by Google

jurisdictionis veſtræ prædictæ, & ipſos propterea multipliciter moleſtatis, compellentes eos, plerunque redimere ſe à vobis de hujuſmodi indebita vexatione illata; ſuper quo opportunę noſtrę proviſionis remedio ſuppliciter implorato, nos, prædictos ſubjectos noſtros circa præmiſſa indebitè gravari nolentes, fidelitati veſtræ ſub pœna unciarum auri 20. à veſtrum quolibet, qui, & quoties ſecus fecerit, irremiſſibiliter exigendam, & noſtræ Curiæ applicandam, Mandamus expreſsè, quatenus mercatores ipſos, & miniſtros eorum ejuſdem Provinciæ, vel alterius, jamdicta opera, & merces portantes publicè cauſa commercii ad vendendũ aut emptores operum, & mercium jamdictarum occaſione præmiſſa, vel alia ſimili adinvẽta, aut obtenta forſan aliquoties per abuſum, non impediatis, aut in eorum commerciis moleſtetis, nec eadem opera, & merces capiatis, aut arreſtare quomodolibet præſumatis; cũ præter exactionem pœnæ jamdictę, ſi cõtrafeceritis capiendo, aut arreſtando eadem, vel eos ad redimendum ſe à vobis, ut prædicitur, compellendo, teneri de violentia vos volumus, ſicut ſi privatus quilibet vim inferret. Et durante veſtro officio, vel eo finito legitimè accuſari, ac ad omne damnum, expenſas, & intereſſe, læſo, & damnum paſſo teneri, & cum pœna ſtatuta, prout expedit, condemnari. Sed ſi in fraudem veſtram, & noſtræ Curiæ in operibus, & mercibus ante dictis, aliquid per eos committi, aut commiſſum eſſe creditis; commiſſores ipſos fraudis trahatis in causã coram magnificis magiſtris Rationalib. Magnæ noſtræ Curiæ, Neapoli reſidentibus, aut competentibus judicibus aliis; eoſque de fraude commiſſa rationabiliter convincatis, ut de fraude conſtito ſecundùm jura, & Ritus Dohanæ, debitam pœnam luãt. De commerciis autem, & contractibus, qui, & quoties per eos fient in jurisdictione veſtra, de operibus, & mercibus antedictis jus Dohanæ noſtræ Curię competens, quilibet veſtrum, cujus, vel quorum intererit, exigere ſtudeatis. Ius quidem fundici non ſolvitur, niſi ſemel, & ad illum gabellotũ jus ipſius fundici, ſeu dirictum ferri, Azzari, & æris exigere pertinet, in cujus juriſdictione primũ prædicta opera laborantur, non tamen ut gabellotus eadẽ opera, ſeu merces eaſdem retineat, aut authoritate propria capiat, cauſa prætenſa, quod non eſt emptum, aut fundicatum in fundicis,

cis, & Dohanis juriſdictionis ipſius, ſed ad oſtendendum jus, quod eis credũt competere ratione fundici, forſitan, ut aſſerunt, non ſoluti, conveniant, ut ſupra dicitur, prædictos mercatores, ſeu laboratores prædictorum ferri, Azzari, & æris, ac de jure ſuo oſtendãt, & probent, ne ab illis injuriarũ naſcatur occaſio, qui jura ſervare tenaciter sũt aſtricti. Præſentes autem litteras, &c. Datas Neapoli, &c. ſub parvo ſigillo noſtro per Magiſtros Rationales, &c. Anno Domini, &c. die 21. Octobris decimetertiæ indictionis Regnorum noſtrorum anno Sexto.

Q. Ad declarationem iſtius *Ritus*, vide pulchras *litteras Camera ſub die* 3. *Julii* 1525. *in Regeſto litterarum partium* 41. *fol.* 152. & *alias* in *partium* 7. *f.* 26. *die* 28. *Maij* 1513. de ferro cũ ære cõnexo.

Hic *Rex Robertus* mandat, quod, ſi mercator portet merces laboratas de ferro, vel coria ſalita, aut carnes ſalitas, non poteſt Secretus merces prædictas intercipere, & cogere mercatorem, quod doceat jus fundici fuiſſe ſolutum, de ferro, & de ſale; ſed quod ipſe gabellotus probet ſibi incumbentia in R. C. & interim merces non retineat; ſed ſoluto jure Dohanæ ſint, liberæ quo ad jus fundici.

352 Ex hoc apparet, quod Dohanerii, & Gabelloti, non poſſunt ſua propria authoritate jus dicere, quando credunt habere jus ſuper mercibus, ſed debent mercatores vocare coram
353 Magiſtris Rationalibus; Sed *Bald. in l. fin. C. de nautic. fœn.* videtur dicere, quod poſſunt ſua authoritate capere: cùm incidant in commiſſum; ſed cum iſtis *litteris Domini Regis Roberti* concordat etiam *Ritus* 8. *in rubri-*
354 *ca infra de jure Dohanæ*, ubi etiam dicitur, quod jus, quod prætendunt habere gabelloti, proſequãtur coram Magiſtris Rationalibus, & hoc tenendum eſt in Regno: quoniam hic *Ritus* pro lege obſervatur; verùm, ſi in fragranti gabellotus inveniret fraudantem gabellam, incidiſſe in commiſſum, benè poſſet incontinenti capere bona, & interim tenere, donec diſcutiat coram Magiſtris Rationalibus poſtea, & quod capiat abſque alia ſententia, facit *text. in d. l. fin. C. de nau. fœn.* ubi res, quæ inciduntin commiſſum, de facto capiuntur, & confiſcantur, ut in *dict. l. fin. ff. de publ. l. com-*
355 *miſſa*, *ff. de jure fiſci*, *l. Imperatores*, & ſic *Ritus* procedat quando non inveniuntur in fragranti, ſed gabelloti tunc debent jus ſuum proſequi coram Magiſtris Rationalibus hodie Preſidentibus.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Præſtatio, pro rebus, quæ immittuntur, vel à Civitate extrahuntur, ſub vectigalis nomine continetur. num. 1.

Præſtationes omnes, & recognitiones, in fiſci beneficium tendentes, vectigalia appellantur. num. 2.

Præſtationes prædictæ, ut rectè impoſitæ dicantur, & exigi valeant, juſta cauſa concurrere debet, conjunctim cum poteſtate mandantis impoſitionem; itaque hoc jus inter regalia adnumeratur. num. 3.

Iura vetera Dohanæ, ac regales impoſitiones omnes ex juſta cauſa impoſitæ fuerunt. num. 4.

Iura, & novas impoſitiones introductas per Imperatorem Fridericum, abſque cauſa juſta (dicunt aliqui) fuiſſe introductas. num. 5.

Friderici Imperatoris mores, & per eum geſta exarantur per Summum Pontificem Innocentium IV. num. 6.

Ius fundici introductum fuit ſub colore, ut merces magis tutè conſerventur in domo regia. num. 7.

Ius fundici in quantum fuit impoſitum? num. 8.

Ius fundici ſolvitur pro illis mercibus, quæ aliud non ſolvunt jus. num. 9.

Ius fundici quando ſolvitur, & quomodo pro mercibus in Regno natis, & pro illis, quæ ab extra veniunt? num. 10. 12.

Dohana Neapolis uti caput, major fundicus nuncupatur, & præeminentiam habet quo ad hujus juris exactionem. nu. 11.

Ius fundici ſolvitur pro immiſſione, non autem pro contractatione mercium, itaq; ipſo ſemel ſoluto ſunt liberatæ. nu. 13.

Ius fundici reale eſt, & cedit in damnum emptoris. num. 14. 16.

Venditio rerum, & contractatio pro perfectis habentur, ob ipſarum traditionem factam, translatumque dominum. num. 15.

Ius fundici etiam à perſona immuni ſolvi debet: quia ob fundicationem factam, eſt acquiſitum jus, quod eſt ſolvendum ab emptoribus, & amitteretur quando mer-

Digitized by Google

merces asportarentur ad locum, fundicum non habentem, num. 17.
Ius fundici, vel gabella solvitur in loco contractationis, nō autem translationis, sive asportationis. num. 18. 20.
Contractus venditionis validitatis non habetur ratio si res in loco contractus non existit. num. 19.
Ius fundici, vel gabellæ Gabelloto debetur, non tempore immissionis, sed extractionis rerum, & contractationis, num. 21.
Rerum emphiteuticarum caducitas, remissivè, num. 22.
Munus ordinarium, ejusque præstatio quid, & quid extraordinarium. n. 23. 44.
Munus ordinarium est reale, & ad omnes transit. num. 24. *nemine excepto. nu.* 25.
Emptor agere valet contra venditorem, ob onus existens super re, venditore conscio, ad omne id, quod interest, vel quāti minoris, non obstante pacto ad aliquid non teneri. num. 26.
Emptor rei tanquam liberæ, quæ re vera alicui oneri sit obnoxia sciente venditore, criminaliter agere potest contra illum ex stellionatu. num. 27.
Emptor, qui non invenit rem liberam, prout fuit enarrata, ex capite falsæ assertionis á contractu recedere potest, num. 28. 30. *& restituere rem, & pretium rehabere, si non liberatur. num.* 32.
Contractus ex dolo irritari potest. nu. 29.
Rem præstat habere liberam, quám obnoxiam. num. 31.
Creditor, sive emens annuos introitus ad formam Bullæ ob rem submissam, de cujus fructibus sit facta venditio, liberam non repertam, pro contractus rescissione agere valet ex capite falsæ assertionis. nu. 33. 35. *licèt super fructibus rei, omnia onera, vel annui introitus sint capiētes, & creditores sint cauti. num.* 36. *sed in contrarium est magis communis opinio. nn.* 37. *& sic decisum num.* 38. *ac resolvuntur contraria. nu.* 41. 43.
Pactum rescissorium in casu falsæ assertionis validum, & juridicum est in cōtractibus venditionis annuorum introituum. num. 34.
Creditores, agentes pro contractus rescissione ex capite falsæ assertionis, ob onera in rebus submissis inventa, debent esse cauti verificando bonorum insufficientiam. num. 39.
Contractus ex capite falsæ assertionis illo in casu rescinduntur, etiam data bonorū submissorum ubertate, quo ad omnia submissa onera, si aliter creditor certioratus de oneribus, non fuisset contracturus. num. 40.
Stellionatus crimen in dolo consistit, quo cessante, deficit. num. 42.
Munera ordinaria, & extraordinaria tribus distinguntur modis, in Personalia, Realia, & Mista. num. 45.
Munera personalia quæ? num. 46.
Munera Realia, & mista, quæ nam sint? num. 47.
Munera mista quandoque extraordinaria, sunt, & sub collectarum nomine veniunt. num. 48.
Munera merè realia, & ordinaria, decrescente Populo Romano sublata fuerunt, sed imponebantur juxta necessitates, & præcipuas occurrentias. nu. 49.
Munera per Imperatorem Fridericum introducta, & sub collectarum nomine exacta in hoc Regno usque ad tempus Regis Alphonsi Primi fuerunt. nu. 50.
Impositio carolenorum decem pro qualibet fumante indicta per Regem Alphonsū Primum, in locum munerum impositorum, per priùs ordinaria erat. nu. 51.
Collectæ, cæteraque impositiones pro extraordinariis habentur, & personis pro rebus indictæ. num. 52.
Collectæ, & impositiones indictæ personis pro rebus, non habent certitudinem: quia quolibet anno possunt crescere, & minui. num. 53.
Impositiones, & collectæ indictæ personis pro rebus, ipsis mutatis ex possessione in aliis, cessant, & libera bona effecta sunt. num. 54.
Persona mutata, rei qualitas pro mutata etiam habetur. num. 55.
Ecclesiæ, Clerici, Ecclesiasticæq; personæ, quibus translata sunt bona prædicta ex justo titulo, & causa, omni fraude, & dolo remoto, ab his non realibus, & extraordinariis laicalibus impositionibus eximuntur, nil obstante, quod tempore, quo á laicis possidebantur, allibrata, & catastata fuerunt. n. 56. 153.
Laicus, cui à Clericis, vel Ecclesia immobilia

Digitized by Google

translata sunt, collectari debet. n. 57.
Ecclesiæ semper sunt exemptæ pro bonis, quæ eis pervenerunt à laicis, quum in eis nulla fraudis suspicio cadit. nu. 58.
Clerici, etsi clericaliter vivunt; præter bona quæ possident ad titulum patrimonii, vel ex titulo successionis, quo ad reliqua non eximuntur. nu. 59.
Præscriptio locum habet in Regno, nil obstante quod in eo proceditur, sola facti veritate inspecta. num. 60.
Præscriptio ad instar rei judicatæ, litisque finitæ, per viam exceptionis opponi potest, & quare? num. 61.
Exceptio præscriptionis duplex est, & opponi potest in vim dilatoriæ ante litis contestationem; post verò incontinenti, in peremptoriam. nu. 62.
Præscriptionis exceptio impeditiva est processus ad ulteriora. num. 63.
Præscriptionis exceptio quando dubia, & illiquida, ad merita causæ reservatur. n. 64. & quare? num. 65.
Reipublicæ interest, ut lites breviter terminentur. num. 66.
Præscriptio, plenum tribuit jus, & dominium: & cum bona fide procedens, veritatem firmat. num. 67.
Præscriptio in tẽporis cursu fundatur. n. 68.
Tempus diuturnum aliquando damnum affert. num. 69.
Possessio, etsi diuturna, cum malafide, nihil operatur. num. 70. 74.
Præscriptio haud datur sine possessione legitima, & continua. nu. 71. etiamsi ex postfacto mala advenerit fides, bonam interrumpens. num. 73.
Initium in omnibus actibus attendendum est. num. 72.
Præscriptio etsi immemorabilis, vel centenariæ si cum mala fide est, haud prodest. num. 75.
Regalia possideri non possunt absque titulo. num. 76.
Possessio, titulo non vestita, non prodest in possessorio, habente admistam proprietatis causam. num. 77.
Possessio nunquam prodest ad finem manutenendi signanter contra Fiscum titulo non ostenso. num. 78.
Fiscus juris ordine servato agere debet contra privatos, nec potest eos de facto à possessione auferre, & privare. nu. 79.
Iuris ordo, ne dum inter privatos, verùm etiam in fiscalibus causis servãdus est. num. 80.
Possessor, à possessione reiici per Fiscum haud potest, nisi priùs convincatur. nu. 81.
Possessores opponentes immemorabilem, privandi haud sunt, lite pendente, à possessionis manutentione. num. 82.
Regalia præscriptibilia minimè sunt, cùm ex concessione possideri possunt. num. 83.
Præscriptio annorum 30. in regalibus, & demum aucta ad 60. prodest, & quomodo? num. 84.
Titulus, ex lapsu temporis 30. & demum 60. annorum possessionis, præsumitur adfuisse. num. 85.
Scientia officialium in præscribendo, Regi quando noceat? nu. 86.
Præscriptio infrà centenariã contra Regem non datur. num. 87.
Possessor docto de centenaria, & immemorabili, ne dum cogi nequit, aut perturbari; sed nec etiam tenetur titulum ostendere, dum pro titulo habetur, nu. 38. 90.
Immemorabilis, vel centenaria pro titulo, privilegio, & concessione habetur. num. 89. & supplet omnium solemnitatum defectum. num. 91.
Titulus defectosus in solemnitatibus, ex cursu temporis immemorabilis, vel centenariæ suppletur. num. 92.
Assensus Regius ob cursum tanti temporis præsumitur adfuisse. num. 93.
Præscriptio contra privatum sufficit esse annorum 30. nu. 94. secus contra Regem suumque Regium ærarium, nisi annorũ centum. num. 100. & 113.
Immunitas non solvendi onera communia, neque collectandi, ex præscriptione acquiri valet. num. 95. 103. si lapsum sit tempus annorum 40. num. 96. licèt admittat probationem in contrarium. nu. 97. non obstante, quod non intervenit interpellatio cum denegatione ex parte illius, qui in possessione immunitatis se asserit. num. 99. 103.
Descriptio in catasto non facta, probat intentionem negantis se teneri ad contributionem: & pro quanto tempore? nu. 98. 103.
Præscriptio non habet locum adversus præstationem publicarum functionum, quæ præstantur in signum recognitionis Imperia-

Digitized by Google

*perialis dominii,& Regis.nu.*100.113.
*Præſcriptio haud datur in jure negativo reſpectu actuum meræ facultatis,& à voluntate dependentium, niſi ſequuta explicatione,& contradictione.nu.*101.
*Præſcriptio actionum altiùs tollendi,& ædificandi,nunquam datur, niſi actu, & contradictione ſequuta.num.*102.
*Bona,quæ extra locum poſſidentur, in cataſto faciẽdo ubi poſſeſſor manet, minimè, ex lege communi, ſunt deſcribenda, & allibranda, & quare? nu.*104. *ſed contrarium ex communi conſuetudine. num.*105. *ſi in loco rerum ſitarum non per cataſtum, ſed per gabellas vivitur. num.*106.
*Vniverſitati domicilii non acquiritur jus,& ſi per mille annos accataſtaverit bona exterorum poſſeſſa in locis,ubi vivebatur per gabellas, & mutato hoc modo ad illud per cataſtum vivendi, in ſuo, non autem in cataſtis locorum rerum, accataſtanda ſunt.num.*107.109. *ſi inter has Vniverſitates domicilii, & rerum ſitarum nulla adſit communitas, ſive promiſcuitas. num.* 111. *Nam ſi ſecus, præfertur illa, in qua poſſeſſores habent incolatũ, ſive domiciliũ. n.*112.
*Vivendi modus per gabellas, aut per cataſtum,eiuſque mutatio, ſive variatio,in mera Vniverſitatis facultate conſiſtit. num.*108.
Poſſeſſores ex poſſeſſionibus, quas habent extra locum domicilii, allibrantur quo ad onera miſta, non autem perſonalia, & ad perſonale ſervitium tangentia.n. 110.
*Impoſitiones indicta ex præciſa neceſſitate, ipſa ceſſante,deficere debent.num.*114. 119.
*Cauſa finalis in impoſitionibus indicendis, ante omnia inſpicienda eſt.num.*115.
Cauſa ceſſante,& effectus ceſſare debet. nu. 116.
Cauſa ſive ratio,quæ inductiva fuit ad obligandum,ſive impoſitionem indicendum ſi defecerit, omnia corruunt; cùm cauſa ad non cauſam reducta ſit. num. 117. *etianſi ex poſtfacto, reducta ſit ad modum, quo initiari haud potuiſſet. num.*118.
Impoſitio,indicta ex una cauſa, quæ poſtea jam ceſſavit, ſubſtineri valet ex alia concurrente, quæ ſufficiens eſſet pro indictione facienda, ſi indicta non inveniretur.nu. 120. *etianſi nulla explicatio facta ſit ab imponente; ſi à civibus, vel ſubditis prima cauſa ceſſante,a ſolutione,ejuſque præſtatione non ſit defectum.num.*121.
Impoſitiones,pro una cauſa indicta, quare perpetuentur, etianſi cauſa ceſſet? nu. 122.
*Cataſti liber an probationem faciat, nedum quo ad poſſeſſionem bonorum in eo deſcriptorum,verùm etiam quo ad dominium? num.*123. 125.128.
*Collectarum ſolutio, eiuſque profeſſio, ſicuti poſſeſſori nullum affert præjudicium, ita etiam non eſt ſufficiens ad dominiũ tribuendum.nu.*124.
Cataſti liber inter Vniverſitates, & allibratos fidem,ac probationem facit. n. 126.
*Cataſtum, ſi ab eo appellatur, aut revideri inſtatur, & mandatur per Iudicem, hoc tamen pendente,exequitur. n.*127.
*Cataſta quare inventa? nu.*129.
*Cataſta probant bona deſcripta adfuiſſe, & eſſe penes deſcriptos,eorunq; dominium, & quare? num.*130.*& maxime in antiquis. num.*131. *ſi probatio in contrarium facta haud ſit.num.*132.
*Cataſti allibratio fieri debet habito reſpectu ad certum valorem rerum, earunque fructuum, deductis omnibus oneribus. num.*133.
*Creditori actio haud acquiritur ex confeſſione oneris enarrati per allibrantem in cataſti confectione.nu.*134. *ſed contrarium.num.*136.
*Verba enunciativa,quando non ſunt apta ad crediti, & dominii directi probationem? num.*135.
Barones pro bonis à feudo independentibus, non ſunt exempti ab accataſtatione,uti bonatenẽtes,& quo ad ea, inquibus bonatenentes contribuere tenentur. num. 137.140.
*Barones pro feudalibus bonis non ſunt accataſtandi,& quare? num.*138.
*Feuda plana,& de tabula, eorũque fructus, non ſunt accataſtanda, ex quo poſſeſſores adoham ſolvunt.num.*139.
Habitans in loco non originis,an in domicilii loco contribuere teneatur, & adnumerari? n. 141.145.

Digitized by Google

Domicilii locus, origini non præfertur in obtinendis contributionibus in muneribus ordinariis, & de quibus Vniversitas portat onera. num. 141, *secus in extraordinariis, & personalibus, in quibus præfertur domicilii locus. num.* 142.

Civis originarius unius loci, alibi habitans, in loco domicilii ex causa habitationis contribuere tenetur annuos carolenos quindecim, & ad cætera onera extraordinaria. num. 143. 145.

Bonatentia solvi debet à Cive originario alterius loci in loco, in quo habitat, de omnibus bonis in loco habitationis existentibus. num. 144. *etiansi bona dotalia sint. num.* 147. *& quando non ad bonatenentiam ex dictis bonis dotalibus, sed ad onera, tam ordinaria, quàm extraordinaria contribuere teneatur? num.* 148.

Civis originarius alibi habitans, si in loco originis nihil solvat, & ibi non est numeratus, & si in loco domicili numeratus etiam non sit, nihilominus in dicto domicilii contribuere tenetur ad omnia ut cæteri Cives. num. 146.

Mulieres unius loci nuptæ cum viris alterius loci, etsi efficiantur de virorum foro, & origine, non tamen earum bona eximuntur à solutionibus onerum ordinariorum, & extraordinariorum, sed quando? num. 149. 152.

Civis ex sua propria voluntate, non potest à propria, & originaria patria eximi. num. 150.

Vidua, viduitate durante, non amittit esse de origine viri defunti. num. 151.

Bona, quæ ab Ecclesiis possidẽtur, ecclesiastica sunt, non autem illa, quæ à Clericis, & Ecclesiasticis personis possidẽtur. n. 154.

Clericorum bona, non gaudent privilegiis, ecclesiasticis bonis pertinentibus. nu. 155.

Clericorum bona gaudent ecclesiasticis privilegiis, si ipsorum personæ sunt contemplatæ, ipsa quoque bona accessoriè, & in consequentiam. num. 156. *secus si è contra. num.* 160.

Clericorum bona, quæ ad titulum patrimonii ad eos pervenerunt, pro ecclesiasticis habentur, & fruuntur privilegiis. num. 157.

Clerici litigantes pro bonis ad titulum patrimonii, habent nedum privilegium fori electionis perhorrescendo potentiã adversariorum, num. 158. *verùm etiã primum, & secundum beneficium ad pinguiùs probandum. num.* 159.

Clerici super bonis patrimonialibus, licèt non ad titulum patrimonii, coram ecclesiastico Iudice sunt conveniendi. nu. 161.

Matrimonii contractatio nullum obstaculum clericali caracteri affert, neque per eum amittuntur clericalia privilegia. num. 162.

Matrimonii genus, sanctum, incontaminatũ, purum, pretiosum, & honorabile. num. 163.

Clericus contrahens cum unica, & virgine matrimonium, caracterem non amittit, si habito, non dimisso, in divinis servitiis inservit. num. 164. *etiam quo ad forum, tam in civilibus, quàm incrimi nalibus causis. nu.* 164.

Clerici conjugati, clericali privilegio fruũtur in criminalibus, non autem civilibus causis, & in omnibus aliis, in quibus pro laicis reputantur. num. 166. 194. *consuetudine in contrarium non vigente. num.* 167.

Clericus, matrimonio contracto cum muliere à se priùs stuprata, gaudet ut conjugatus. num. 168. 171.

Stuprum est virginalis integritas corrupta, virgineusque flos amissus, atque virginitatis, thesaurus audaciter ablatus, ob sequutam illicitam defloration em. nu. 169.

Stuprum committitur ex copula habita cum vidua honestè vivente. num. 170. *sed ex generali consuetudine, haud punibile voluntariè commissum. num.* 176.

Matrimonii subsequutio habet retrotractionem ad initium copulæ, ac si in illo tempore fuisset contractum. num. 172.

Pœnæ à jure Canonico determinatæ contra Clericos stuprantes, de quibus intelligantur? num. 173.

Pœna stupri absque vi, de jure civili, quæ nam sit? num. 174. *de jure verò divino, atque canonico, nubat, vel dotet, & servatur, civile sublato. num.* 175.

Stuprantes in multis casibus eximuntur à pœna dotationis, vel matrimonii cõtrahendi cum deflorata. num. 177.

Stuprator eximitur à pœna nubendi, vel dotandi, si deflorata demum sit passa rem ha-

Digitized by Google

habere cum alio.num.178.180.
Separatio etiam quo ad thorum, habet locum ob adulterium ab uxore commissum.n. 179.
Pœna violenti stupri.num. 181.
Stuprum violentum etiam dicitur ex interpetrativa vi, puta ex blandis verbis, persuasionibus, promissionibus, & similibus.num.182.sed contrarium. nu.189.
Promissiones, verba blanda, persuasiones, & similia in mulieribus doli capacibus semper intervenire solent, & quare, etsi non sunt dissentientes? nu. 183.187.
Amor excusat à pœna ordinaria delinquẽtem amoris causa.num.184.186.
Amator insano, furioso, & ebrio aequiparatur.num.185.
Stuprum violentum dicitur quousque facti repugnantia intervenit, in corpore mulieris, sive persona coactivè.n.188.
Clericus, matrimonio contracto cum unica, & virgine, mortua uxore, valet habitum reassumere.num.190.
Reassumptio habitus per Clericum dimissi causa matrimonii contracti cum unica, & virgine, ea defuncta, fieri potest propria authoritate, num.191.
Effectus impedimenti durant pro tempore, quo causa dicti impedimenti viget. num.192.
Clericum conjugatum offendens, incidit in pœnam canonis si quis suadente diabolo.num.193.
Clerici conjugati, omnes honores, & onera, quibus cæteri cives laici astringuntur, subire debent, & solvere.n.195.
Clerici conjugati, in gubernio civitatis eligi possunt, & tenẽtur subire omnia onera, & honores personales, prout cives laici.num.196.
Liquidatio instrumeuti contra Clericum conjugatum fieri debet coram ecclesiastico, non autem Regio Iudice. nu.197.198. 206.
Pœna perjurii, in quam ãtiquitus in liquidatione instrumenti incidebatur, amputationis manus erat.num.199.
Liquidationis instrumenti causa, attẽta pœna, in quam inciditur, criminalis est. num. 200.202.205.
Subrogatus, illius naturam sapit, in cujus loco subrogatur.num.201.
Iudices M.C.V. in maleficijs, in causis liquidationis recipiunt, & subscribunt comparitiones de sero, quæ à debitoribus producuntur, & ad omnes alios actus procedere valent.nu.203.
Procuratores per debitores citatos in liquidatione istrumenti, non constituuntur, sicuti in criminalibus judiciis.n.204.
Clerici Coniugati, de quibus criminaliter tenerentur, si civiliter venirent conventi, coram Iudice Ecclesiastico conveniẽdi sunt.nu.207.
Vxores Clericorum coniugatorum foro Ecclesiastico gaudere nequeunt in criminalibus, etiansi civiliter ageretur, nu. 208.sed in contrarium.num. 209.213. etiam post virorum mortem, viduitatem servantes.num. 216. & objecta resolvuntur.num.214.
Coniuges ex matrimonii vi sunt duo in unũ. num.210.
Vxores appellantur sociæ humanæ, et divinæ domus.num.211.
Vxoribus maritorum privilegia, honores, dignitates, & forus, correlatiuo modo, communicantur, & comprehensivè cõpetunt.num.212.
Vxores in quibus casibus uti frui haud possint personalibus privilegiis viris competentibus? nu.215.
Vidua, dicitur esse in matrimonio viduitatẽ servans.num.217.
Vidua, in viduitate existens, gaudet omnibus immunitatibus, privilegiis, exemptionibus, quibus fruebatur in vita viri decujus dicitur etiam familia, & origine. num.218.
Mulieres exteræ civibus Neapolitanis, vel privilegiatis nuptæ, viduæ effectæ, & in viduitate existentes, non sunt pro exteris reputandæ, & non comprehenduntur sub dispositionibus, & statutis, de exteris disponentibus.n.219.
Clerici conjugati in illis casibus, quibus subsunt Iudici laico, ab eodem possunt carcerari.n.220.contrarium. nu.221.
Mercaturæ, emendo, & vendendo sunt difficiles, quia in eis facilè peccatur mendaciis, & periuriis.n.222. 227. multaque damna afferunt, dependentia à mercatorum fraudibus, & avaritia. n.223.
Clericorum genus avarum est, quia vitio occæcantur.n.224.

Cle-

Digitized by Google

Clerici negotiatores ad instar pestiferorum ⌣ *anfugiendi sunt. n. 225.*
Clerici tanquam destinati divino cultui, ab eo distrahi haud debent, & proinde à negotiis secularibus debent abstinere ⌣. *n. 226.*
Clericis negotiationes, & mercaturæ ex sacris Canonibus prohibitæ sunt. n. 228.
Clerici ex negotiationibus, & mercaturis, privantur multis clericalibus privilegiis, & fori exemptione, atque subsunt laicalibus legibus, & statutis, & prout laici reputantur. n. 229.
Clerici tenentur ad solutionem gabellarum, & omnium aliorum onerũ ex negotiationib. quas perficiunt, & pertractãt. n. 230. si per tres monitiones præcedentes reperiuntur admoniti, ut à negotiationibus desistant. num. 231. sed contra. num. 232.
Negotiatores, qui nam sint, & qui mercatores? n. 233.
Vendens rem emptam specie mutata, an ⌣ *mercator, vel negotiator sit? n. 234.*
Clericis artificia exercere nõ est prohibitum, sicut negotiationem, & mercaturam. n. 235. sed quãdo, & quomodo? n. 237.
Clerici gaudent immunitate gabellarum, quo ad ea, quæ ab eorum artificiis dependent. n. 236.
Clerici deferentes, aut immittentes ob eorum vsum. sunt immunes à solutione gabellarum. n. 238. & statur eorum juramẽto. n. 239. probatione tamen in contrarium non concurrente. n. 240.
Clerici 'gaudent immunitate gabellarum, si requisita observent à Conciliis disposita, aut nõ deferant cum fraude, n. 241. de quibus Iudex ecclesiasticus est competens. num. 242.
Iudex laicus potest arrestare bona clericorũ negotiationi subjecta, ob solutionem ⌣ *gabellarum, & similium, n. 243.*
Clerici quo ad debita contracta causa negotiationis, & mercaturæ, non gaudent beneficio capit. Odoardus, de solutionib, n. 244.
Vnica negotiatio non facit mercatorem. nu. 245.
Clericus, si vnicam negotiationem facit, non amittit privilegiũ immunitatis, & cætera clericalia: quia pro negotiatore nõ habetur. n. 246. neq; incurrit in pœnas à canonico jure determinatas, nu. 247.
Clerici, Ecclesiasticæque personæ, vendentes quæ ex causa eorum vsus emerunt, & non solverunt gabellam, immunitate ⌣ *gaudent: quia non est negotiatio, num. 248. & quando secus? num. 249.*
Clerici, ecclesiasticæque personæ, sunt immunes pro fructibus ab eorum prædijs recollectis à solutione gabellarum in eorum venditione, immissione, extractione, & contractatione, n. 250. sed jus fundici solvitur, uti onus ab emptore ⌣ *debitum, n. 253.*
Clerici, Ecclesiasticæque personæ, asportantes fructus, ab eorum predijs recollectos, in alium locum, vt cariori pretio vendant, immunitate gaudent. n. 251.
Clerici, Ecclesiasticæque personæ ex fructib. territoriorũ possessorum causa afflictus, immunitate gaudent, si constat, ad afflictum processisse, non causa industriæ, & negotiationis, n. 252.
Ius fudici solvitur ab emptoribus, non autẽ à venditoribus mercium, & bonorum ⌣ *juri fundici subjectorum. n. 254.*
Clerici, Ecclesiasticæque personæ, vendere ⌣ *haud possunt vltra pretium taxatum, etsi à seculari potestate, num. 255. 260. & possunt cogi facere laicos ad eorum beneficium vendendum. n. 257.*
Clerici, Ecclesiasticæque personæ obligantur ordinibus emanatis à seculari potestate, tendentibus ad publicam, communemq; utilitatem, ex naturali jure omnibus obligativo, nemine excepto, n. 256.
Pretium datum in taxa à potestatem habente, justum dicitur, n. 258.
Vendens ultra pretium taxatum, furtum ⌣ *committit, n. 259.*
Clerici, à quo Iudice cogendi sint ad vendendum juxta pretium taxatum à Potestate laicali? n. 261.
Clerici extrahere haud possunt extra Regnũ aliquid, etsi sit de fructibus eorum prædiorum, absque licentia Domini Proregis, aliter interceptantur, n. 262.
Extractio, ut licitè fieri valeat extra Regnũ, quæ requirantur, etiansi extrahentes clerici sint, & Ecclesiasticæ personæ? num. 263.
Clerici, negotiantes per interpositas personas, an incidãt in pœnas impositas per canones? n. 264.

Æqua-

Digitized by Google

Æqualitas in correlativis ſervanda eſt, num. 265. ſi eadem concurrit ratio, nu. 273.
Extenſio de caſu ad caſum in correlativis datur, & quare? n. 266.
Correlativa ad imparia non judicantur, ſed ad paria, num. 267. ſi eadem ratio concurrit, n. 273.
Venditor, & emptor ſunt correlativi inter eos. n. 268.
Emptores bonorum Clericorum gaudent venditorum privilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, nu. 269. 272. 276. 278. ſed contra, nu. 274. 281. 283.
Gabellarũ oneris ſolutio pars pretii eſt, n. 270.
Res libera majori valent pretio, quàm gabellis obnoxiæ, n. 271.
Immunitatis, & exemptionis privilegium à gabellis, pedagis, & ſimilibus, etianſi directum ſit ad perſonas rerum contemplatione; attenditur id, quod principaliter fuit contemplatum, non autem quod in conſequentiam evenit. n. 275.
Emptoribus competunt privilegia realia: quia cum re ipſa tranſeunt. n. 277.
Fiſcus à ſolutione onerum, & gabellarum ſemper eſt immunis, non obſtante generali ſubjectione, n. 279.
Emptores rerum fiſcalium, non ſunt immunes, prout eſt fiſcus. n. 280. ſed quando ſecus? n. 281. 283.
Venditores ſervare tenentur omnes qualitates, & conventiones, in contractu venditionis adjectas, n. 282.
Conductores prædiorum eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum, deducta rata fructuum, quæ ſolvitur cauſa affectus, quo ad reliqua ad ipſos ſpectantia, non ſunt immunes, n. 284.
Conductores feudorum, an ſint immunes à ſolutione gabellarum, & ſimilium, prout feudatarii? n. 285.
Clerici, eccleſiaſticæque perſonæ, an gaudeant immunitate ſolutionis impoſitionum cauſa communis, & publicæ utilitatis, ſicuti in reparatione pontium, viarum, & ſimilium? & quatenus teneantur, à quo Iudice ſint cogendi? n. 286.
Exactores rerum fiſcalium, & publicarum communitatum, aut conductores, Publicani appellantur, n. 287.
Publicanorum officia antiquitus in magna erant æxtimatione, ſed non ita demum, & quare? n. 288.
Exactores, ſive gabelloti, publicanique, exigentes ultra præfinitam quantitatem perſolvendam, quibus plectantur pœnis, tam ſi civiliter, quàm ſi criminaliter agatur n. 289. 292. & graviùs ſi reiteratè patraverint hoc crimen. n. 294.
Criminali intentata actione, de civili agi permittitur incidenter quo ad partium intereſſe refectionem, n. 290.
Iudex in maleficiis incidenter cognoſcere poteſt de civili cauſa; quo ad partis intereſſe refectionem à reo faciendam, nu. 291.
Exactor, gabellotus, ſive publicanus, plus exigens præfinito, infamis efficitur, num. 293.
Exigens indebitum, ut non præfinitum, capitali pœna plectendus eſt. n. 295.
Officialium delicta enormiora reputantur aliis à privato patratis. n. 296. 310.
Negligentia officialium punibilis eſt, n. 297.
Officialium delicta eadem ſunt in committendo, ac in omittendo. n. 298.
Officiales ob crimina, commiſſa ex commiſſione, vel negligentia, quandoque in pœnam privantur officiis. n. 299. omni diſtintione remota ſi ex benevolentia, aut pretio officia habuerunt, n. 300. 302.
Officia ſemper conceduntur, & intelliguntur data cum clauſula donec, & quouſq; promotus fideliter ſe geſſerit, *& ita ac ſi cum pacto adjectionis in diem, aut legis commiſſoriæ, n. 301.*
Officialis quandoque pendente inquiſitione, officii exercitio, & adminiſtratione privari poteſt, n. 303. 305. 307. etſi extra officii adminiſtrationem, & exercitium deliquiſſe accuſetur. n. 308.
Argumentum de tutore ad officialem valet, in de quo agitur caſu privationis ab exercitio. n. 304.
Infamia ex pœna haud infertur, ſed à cauſa, ob quam ipſa irrogatur pœna. n. 306.
Privatio, ac ſuſpenſio ab officii adminiſtratione ex officialis delicto, locum habent, tam in officialibus annalibus, quàm perpetuis, n. 309.
Officialium delicta ab indultis, ex Principis indulgentia, ex caſuum occurrentia excluduntur, niſi expreſsè includantur. n. 311.
Officiales, ſuſpenſi ab exercitio, & adminiſtratione officii, ſi demum abſoluti ab inqui-

inquisitione, in exercitio sint restituti, an, quando, & quomodo recuperent fructus, emolumenta, & salaria? n. 312.

Officialium nomen generale est, ita quod datur omnibus, aliquid exercentibus, nu. 313.

Officiales propriè sunt illi, qui jurisdictionem exercent, & ita strictè intelliguntur, n. 314.

Officialium delicta, etiam extra officium cõmissa, à M. C. V. tantùm cognosci possunt, nu. 315. etiansi Baronales sint, nu. 316.

Officialium delicta, qui largo modo sub nomine officialium veniunt, ab ordinario Iudice, etsi Baronales sint, cognosci debent, & puniri. n. 317.

Magistri actorum baronales, delinquentes, à Curia Baronis sunt cognoscendi in eorum delictis, tam extra, quàm in officio patratis, n. 318.

Officialis privatio ab administratione officii pendente inquisitione, ad instar exceptionis dilatoriæ, opponi debet ante litis contestationem, n. 319.

Obligationis conditio non mutatur, ex mutatione hæredis, vel obligantis personæ, num. 320.

Clerico possidẽte in communi cum laico, laicus contribuere tenetur in omnibus oneribus prout cæteri cives pro sua portione, relicta immuni portione clerici. n. 321.

An creditor clerici, pro consecutione sui crediti, possit convenire debitores laicos dicti clerici debitoris, prout & ejusdem colonos, emphiteutas, & similes coram Iudice seculari? n. 322.

Creditor recta via agere, & convenire valet debitorem sui debitoris, tam executivè, quàm hypothecariè, n. 323.

Debitor solvendo creditori creditoris sui, jussu Iudicis, & præcedente ejus tuitione, factaque oppositione, liberatur, nil obstante si omnia suo creditori non denunciaverit, & ipsum requisiverit, n. 325. 328. at quod erat per eum debiturum, ex sua mora debebatur. n. 329. & contraria quomodo intelligantur? n. 335.

Iudici fit injuria, si ejus ordini non obeditur. nu. 326.

Dolus, atque omnis fraus cessat, si jussu Iudicis fit, & per eum mandata observantur. n. 327.

Mora principalis creditoris, respectu ejus creditoris, cum illa debitoris sui, quoad se mutua compensatione tollitur. n. 330. & 333.

Delicta paria mutua compensatione auferũtur. n. 331.

Mora ultima magis nocet, n. 332.

Debitor sponte solvens creditori indubitabili sui creditoris, eo invito, aut ignorante, liberatur, n. 334. & quomodo intelligantur in contrariũ sentientes? n. 335.

Laici, habitantes in communi cum clericis exemptis ab onere hospitandi, ipsi quoq; eximuntur. n. 336.

Monachi, sive Religiosi, haud dicuntur illi, qui Religionem ingressi sunt, nisi facta professione. n. 337.

Novitii novitiatus tempore non pro veris religiosis habentur. n. 338.

Novitii, novitiatu perdurante, cum habitus susceptione, gaudent privilegiis ecclesiasticarum personarum. n. 339.

Novitii sunt immunes à collectarum, gabellarunque solutione, quo ad bona per eos legitimè possessa, eorunque fructus. nu. 340.

Novitii gaudent beneficio fori ecclesiastici, tam in civilibus, quàm in criminalibus causis. n. 341.

Novitium percutiens, incidit in pœnam Canonis, siquis suadente diabolo. *num. 342.*

Novitius, novitiatu durante, feudum non amittit. n. 343.

Novitius quo ad ea, quæ tendunt in ejus dãnum, & perniciem, pro religioso, & ecclesiastica persona, non habetur. n. 344.

Novitio, moriente infra annum probationis, ejus successio regulatur secundùm consuetudinem Neapolitanam, *cùm pro laico habeatur, n. 345.*

Novitium decedentem in novitiatu, attento actu ingressus, aliqui tenent, uti religiosum obiisse. n. 346.

Monasterium, ob mortem novitii, excluderet proximiores, si pro Religioso haberetur. n. 347. 349.

Dispositа in Auth. mulier, & Auth. ingressi, *habent locum in religioso professo mortuo, & non in alio, n. 348.*

Novitii ante professionem possunt disponere, tam per contractum inter vivos, quàm ultimarum voluntatum, & Monasteria

hoc

Digitized by Google

hoc reparare nequeunt, num.350.
Novitii, omnia rehabent de dispositis causa ingressus, & professionis. n.351.
Novitii non videntur desiisse à dominio, & possessione bonorum, n.352.
Novitius, decedens in novitiatu, disponendo, tenetur disponere secundùm consuetudines *hujus civitatis, num. 353.*
Novitius, disponens tempore ingressus, vel ante professionem per duos menses, an secundùm consuetudines *teneatur disponere, si in monasterii beneficium non tendit, sed extraneorum? n. 354.356. 359.362. 363. 368. si in religione capaci professionem emiserit, aliter verò, in incapaci, n.375.*
Proximiores infringere haud possunt dispositionem, factam à novitio in beneficium monasterii, quo ad medietatem antiquorum bonorum, nu.355.
Consuetudines Neapolitanæ, *quæ vocant proximiores, habent locum quo ad dispositiones mortis causa, ultimæque voluntatis, non autem in contractibus inter vivos n.357.*
Dispositiones, quæ à novitiis fiunt per duos menses ante professionem, pro mortis causa habentur, etsi civiliter decedant. nu.358.
Patre, aut Matre existente in medio, consuetudines Neapolitanæ *tam quo ad successiones testatas, quàm intestatas, quo ad ipsos, non habent locum, n.360.364.*
Avo, vel Avia existente in medio, nõ habent, quo ad ipsos locũ consuetudines Neapolitanæ, *nu.361.*
Proximiores in gradu lineæ illius, à quo bona perveniunt, vigore consuetudinis *succedunt simul cum ascendentibus, à quibus non excluduntur.365.*
Fœminæ concurrunt, vigore consuetudinis, *ad partes faciendum, licèt non admittantur, dum ipsas ad fratres utrinque coniuntos transmittunt, nu.366.*
Successores plures esse possunt in una successione, in quà ex diverso jure perveniũt, & vocantur à jure, nu.367.
Clerici, Ecclesiasticaque personæ tam activè, quàm passivè haud ligantur consuetudinibus Neapolitanis, *n.369.*
Clericus, Ecclesiasticaque persona valet disponere in beneficium extranei, proximiore excluso. n.370.
Laicus valet disponere in extraneũ, excluso clerico, vel ecclesiastica persona, n.371.
Proximiores clerici ab intestato defuncti, vigore consuetudinum *succedunt cum distinctione bonorum, nu.372.*
Clerici, tam in successionibus ab intestato, quã ex testamento laicorum, quo ad bona antiqua non succedunt, sed ipsis sublatis, ad sequentes in gradu bona antiqua spectant. n.373.
Clerici, tunc admittuntur ad successionem in bonis antiquis, à laico defuncto relictis ab intestato, vel ex testamẽto, quãdo alii laici in æquali gradu cõcurrunt, & dispositionem infringunt, etiam ad fœminæ, vel remotiorum exclusiõnem. num.374.
Vtile infirmatur per inutile, secundùm subjectam materiam, individuitatis causa, num.376.
Vtile infirmatur per invtile, etiam in divisionem patientibus, si tamen sub incertitudine existunt, n.377.380.
Insolutum datio, ultra verè debitum facta, in totum rescinditur, si pro parte verè non est debitum, & quare? n.378.
Creditori invito aliud pro alio solvi non potest, n.379.
In extractionibus, licita per illicita incidunt in commissum, nu.381.390. sed quando secus? n.383.
Navis, ob illicita quibus cum licitis onerata reperitur, in commissum incidit unà cum his omnibus, num.382. in contrarium verò quando? num.384.
Navis, quæ venit cum mercibus absque expeditionibus, unà cum mercibus cadit in commissum, num.385.
Navis, si non adhuc à portu exivit, non incidit in commissum ob onerationem rerũ illicitarum non expeditarum, aut plusquam expedita mercatori fuerunt concessa extrahi, num.386. 388.393. si de dolo, & scientia dominus navis non convincitur, n.389.
Merces oneratæ absque dirictuum solutione, aut plures de concessa extrahi, in commissum cadunt, etsi navis à portu exitum haud fecerit. nu.387.
Licita onerata, à sciente illicitarum onerationem ab alio factam, amittuntur, secus si ignoranter, n.391.
Locator navis, aut animalis, si ignoraverit,

Digitized by Google

esse illicita asportanda, ad nihilum tenetur, & non amittit navem, vel animal, secus si scienter, num. 392.
Monetarum extractionis delictum, pro patrato, & consummato ex quibus præsumitur, tam per mare, quàm per terram, num. 394.
Inventus per infra Regnum cum rebus extrahi prohibitis, vexari haud potest, si non constet, verè fuisse exiturũ, n. 395.
Inventus cum rebus extrahi prohibitis, antequam accedat ad confines, non incidit in pœnas statutas, & an valeat pœnitentia, ut non discedat? nu. 396. 398.
Principium in delictis inspicitur: nam fine sequuto, pro formatis, & consummatis intelliguntur, nu. 397.
Pœnæ contentæ in Regis Pragmaticis vitantibus extractiones, non habent locum, nisi delictis consummatis. n. 399.
Interceptum dicitur, si extrahens rem extrahi prohibitam, invenitur in confinibus, si per extra, nu. 400. sin verò per infra, si propè fines loci prohibiti, n. 402.
Pecunia ab extero immissa, ad locum destinatum impendendi, aut negotiandi causa, extrahi potest non obstante Regia Pragmatica, num. 401.
Inventus per inusitatam viam, & locum insolitum, non præsumitur id fecisse, nisi animo fraudandi, & interceptum committendi, num. 403.
Merces, vel bona interceptata si vendantur, per gabellotos, &c. emi possunt à domino, num. 404.
Delicta puniri, Deus mandavit, & valde reipublicæ interest, num. 405.
Tortura irrogatur ad veritatem indagandam in defectum probationis criminis, n. 406. & subsidiarium remedium est, n. 430.
Probatio criminis, ex tortura dependens, privilegiata esse colligitur, nu. 407.
Tortura, est medium valdè rigorosum ad veritatem indagandam, & aliquoties est fallax, nu. 408.
Confessio, per tortum facta in tormentis, debet ratificari, aliter non habet vim probationis, num. 409.
Tortus ratificare debet confessionem in tormentis factam, extra locum, & aliquo elapso tempore, ut ei noceat, aliter secus, num. 410. 414. & condemnari nequit, num. 412.
Confessus sponte haud dicitur, ex confessione facta in tormentis, num. 411.
Tempus unius diei 24. horarum transire debet post torturam, ad ratificandam cõfessionem, num. 413.
Tortura, non sequuta ratificatione, sed negatione, reiteratur, n. 415. 417. & quãdo? num. 416. 465.
Tortura ultra tres vices reiterari non potest, n. 418.
Tortus ter, & non ratificando, extra ordinẽ puniendus est, num. 419. & quando secus? n. 422. sed alii dicunt, esse sub fide jussione de se præsentando relaxandum, num. 420.
Tortus ter, & si non ratificaverit, si magnus malefactor sit, ab ordinaria non excusatur, num. 421.
Tortura quando repetuntur, quantum debeat tempus transire? num. 423.
Tortura, ultra horam non debet esse in gravissimis, n. 424.
Tortura media horæ, pro gravi reputatur, n. 425.
Turturæ pœna, maior deiudicatur obtruncatione manus, num. 426.
Iudices, in quæstione inferenda, debent esse oculati, num. 427.
Tortura inferri non debet, nisi cum magna causæ cognitione, n. 428.
Iudex, ineptè torquendo, in syndicatu tenetur, & si grave damnum illatum est, antè inquiri potest, num. 429.
Tortura dari valet, congruis concurrentibus indiciis, num. 431. 434.
Indicia sunt signa adminiculativa, & delicti demonstrativa, n. 432.
Iudex, superiori resistere debet, mandanti inferri torturam, si indicia non concurrunt, num. 433.
Confessio facta in tortura, indiciis ad quæstionandum non concurrentibus, non nocet, & de ea non habetur ratio, etsi ratificata deinde sit, num. 435.
Tortura non infertur, nisi in casibus, in quibus haberet locum pœna ultra relegationem, num. 436. 438.
Tortura dejudicatur præparatoria ad naturalem, vel civilem mortem, n. 437.
Tortura non habet locum, quando pœna patrati delicti pecuniaria est, nu. 439. vel sublata sit criminalitas, nu. 442.
Tortura in controbannorum delictis, quorum pœna

pœna eſt amiſſio bonorum, & ſolutio aliquarum pecuniarum quantitatum, non habet locum, num. 440. *& quando ſecus? num.* 441.
Socius criminis, qualiter torqueatur? n. 443.
Indiciorum copia, ſive capitula, ante torturã reo danda ſunt, n. 444.
Tortura nemini inferri valet inaudito, & defenſionibus haud factis, nu. 445. *&* 447.
Defenſio eſt de jure naturali, & auferri nequit, nu. 446.
Tortura ex proceſſu informativo, odioſa eſt, num. 448.
Tortura ex proceſſu informativo inferri poteſt à M.C.V. ob præeminentiam, qua tamen non vtitur ſic de facili, nu. 449.
Tortura ex proceſſu informativo, inquibus delictis dari poſſit, & quæ concurrere debeant? num. 450. 452.
Defenſiones non ſunt auferendæ, & à tortura incipere. n. 451.
Neapolitanus, & Caſalenſis torqueri non poteſt ex proceſſu informativo, & quãdo contra? nu. 453.
Tortura ex proceſſu informativo à Regiis Audientiis mandari poteſt, quod inferatur, & quare? num. 454.
Tortura ex proceſſu informativo per Baronalem Curiam *mandari minimè poteſt, num.* 455.
Appellatio haud conceditur à determinatione facta tacitè, vel expreſsè per Tribunal, ſive Iudicem, cui competit hæc præeminentia torquendi ex proceſſu informativo, & tali quæſtioni non eſt locus, num. 456. 461. *contrarium, num.* 458. 460.
Appellatio à mandata tortura reo competit, & concedi debet, num. 457.
Appellatio habet locum à decreto torturæ, etianſi procedatur ad modum belli, nu. 459.
Appellari valet à decreto denegativo torturæ, quando per priùs à determinatione de quæſtionando fuerit per reum appellatum, & obtentum, num. 462.
Tortura illata, ex proceſſu informativo, an repeti valeat, tam ante, quàm poſt defenſiones? n. 463. *& quid contra Neapolitanum? num.* 464.
Torquendi ſi plures ſint, à quo incipi debeat? & quid ſi adſint fœminæ? n. 466.
Torquendi ſi ſint pater, & filius, à filio incipi debet, n. 467.
Diſpoſitiones doloſæ, fraudolentæ, læſivæ, & ſimiles, irritantur, & reſolvuntur, nu. 468.
Feudatarius in vita diſponere poteſt de feudis, etſi filii exiſtant, num. 469. *omni fraude ceſſante excluſionis ſucceſſorũ, num.* 473.
Feudatarius, uſque ad quam quantitatem valoris feudi poſſit in ultima voluntate filium ſucceſſorem gravare, inbeneficium extranei? num. 470. *& quid filio, aut deſcendente nõn exiſtente, ſed extraneo in ſucceſſione feudali vocato? num.* 471.
Hares in feudalibus, gravatus ultra feudorem valorem, ad illud plus non eſt ad ſtrictus, neque adſtringi poteſt, etianſi inveniatur, qui velit emere feuda pro quantitate gravata, num. 472.
Aſſenſus ſuper alienatione denegari haud poteſt, quando feudatarius alienans habet ſucceſſores, & quando ſecus? nu. 474.
Conſuetudines Neapolitanæ *non habent locum in diſpoſitionibus inter vivos confectis, omni fraude ceſſante, ſed tantummodo mortis cauſa, & ultimarum voluntatum, num.* 475.
Diſpoſitiones factæ in fraudem vocatorum à conſuetudinibus, *quibus præſumptionibus, & cauſis verificentur? n.* 476.
Diſpoſitiones factæ cum fraude excludendi proximiores vocatos à conſuetudinibus *non in totum, ſed pro medietate, de qua non poterat diſponi, irritantur. num.* 477.
Vendito fundo, quæ ſub ipſa venditione comprehendantur? n. 478.
Merces, & bona omnia, de quibus jus fundici, & cætera alia iura ſoluta non ſunt, in commiſſum incidunt. n. 479. *in beneficium arrendamenti defraudati, num.* 481. *ſi verò multa ſint jura fraudata, cedunt in beneficium prævenientis in captura, ſolutis aliis arrendamentis, eorum dirictibus, num.* 482.
Tranſactiones, compoſitioneſque pœnarum, in quibus incidunt committentes delicta controbannorum, & intercepta, ad fiſcum ſpectant, num. 480.
Dominium rerum in controbannum intercep-

Digitized by Google

tarum, non acquiritur ipso tunc intercipientibus, vel fisco, sed est penes dominum ipsarum rerum, n.483. usque ad tempus commissi contrebanni, num. 492. contrarium, num.488.

Dominium haud transfertur, nisi ex traditione facta cum justa, et juridica causa, num.484.

Dominium acquiri valet ex usucapione, & præscriptione, num.485.

Dominia auferri non possunt, nisi ex consensu tacito, vel expresso dominorum, num. 486. aut legis dispositione, ex qua res traditur, num.487.

Hypotecæ omnes, atque onera, super mercibus, aliisque rebus in interceptum, sive in controbannum incursis, ipso tunc pro resolutis habentur, num.489.

Domini merciam, & rerum in controbannum incursarum, ipso tunc amittunt ipsarum dominium, cum resolutione ad initium, ante eorum acquisitionem, ac si nunquam ab eis acquisita fuerint, nu. 490. sed in contrarium, num.491.

Hypotecæ resolvuntur, quousque revocatur res, sive fundus ex necessitate pacti, sicuti in emphiteutica re, vel ex pacto de retrovendendo, & in similibus casibus; non autem voluntariè, n.493.

Creditores hypotecarii domini mercium, rerumque, in controbannum incursarum, excludi haud possunt à fisco, sub prætextu, quod eorum hypotecæ sint resolutæ, n.494.

Fiscus in bonis controbannatis, non habetur loco hæredis, & quare? n.495.

Creditores in actione personali, an satisfieri valeant super bonis, incidisse in commissum, declaratis? n.496.

Creditor, etsi in personali actione, super bonis defuncti, legatario præfertur, n.497.

Bona hypotecæ, vel actioni personali obnoxia in casibus præmissis, quibus transeunt, cum dictis oneribus transferuntur, etiamsi in fisci beneficium, n.498.

Fiscus, pro expensis erogatis pro capiendo & in sequendo crimine sum, an creditoribus eiusdem præferatur? num.499.

Pœnæ commissi intercepti contra hæredes, intercepto, sive controbanno declarato, exequi valent, n. 500.

Hæres interceptati, & controbannati, ultra vires hæreditarias, pro pœnis in fisci beneficium, non tenetur, etsi inventarii beneficium non habeat, n. 501.

Crimen controbanni quomodo, & pro quanto temporis spatio præscribitur? n. 502.

Fiscus an agere valeat ad pretium rerum in controbanno contentarum, ipsis non existentibus, neque inventis? n. 503.

Creditorem, & debitorem quem esse non permittitur in jure; nam actio, & passio in eodem subiecto, dari haud potest, n. 504.

Hypoteca, & obligatio super re propria dari non potest. n. 505.

Res, sive fundus domino, & possessori servire non permittitur. nu. 506.

Servitutes in proprio fundo existere non possunt, n. 507.

Fundus, sive res aliena, alicui serva, si ad eundem demum pervenerit, ipso tunc liberata est à servitute, n. 508. 510.

Vsusfructus, consolidatus proprietate, ipso tunc extinguitur, num. 509.

Fundus liberatus à servitute, ex quo ad illum, cui serviebat pervenerit, deinde ab eodem in alium translatus, cum servitute non transit, sed liber, nisi expressè sit dictum, n. 511. si aliter fundū dominans, accessus, ingressusque haberi haud potest, nisi per ipsum servientem, n. 512.

Servitutes, quando acquiri, amitti, et præscribi possint? remissivè, num. 513.

Hypotecarum, cæterorunque jurium, & actionum confusiones, remissivè, num. 514.

1 PRÆSTATIO illa, quæ fit pro rebus, quæ immittuntur in Civitatē, vel ex illa extrahuntur, etsi à civili jure, juxta Gasparis KlocKii doctrinam mox alleg. haud cognita, solaq; ex inveterata consuetudine, vim legis obtinente, introducta; nō alio decoratur 2 nomine, nisi Vectigalis, prout de omnibus cæteris præstationibus, ac recognitionibus, eò fortiùs, si in fisci be- 3 neficiū tendunt; dummodo tamen justa præcedente causa imponatur; aliter hujus oneris præstatio cunctis de populo adjungi haud potest; sicut foret, si imponatur, ut ex ea relevetur Principis Monarchia ab aliquibus oneribus, aut prò ipsius monarchiæ conservatione; vel his semotis, si ad publicam, communenque

Digitized by Google

neque utilitatem respiciat, ac taliter exigatur, & expendatur: nam si secus, ut cessaret justa causa ad id inductiva, nedum de injustitiæ impositione appareret, ejusque insubsistentia; verùm etiã in tuta non existeret conscientia exigens, nil obstante quod de potestate mandantis impositionem costaret: nam conjunctivè requiritur justæ causæ ad impositionem imponendam concursus, *l.* 1. §. *hic titulus*, ubi Glossa *in Verb. Pendant, ff. de public. & Vectig. l. inter publica*, 17. §. *publica vectigalia*, *ff. de verborum, & rerum significatione, l. etiam*, 13. ubi glossa *in verb. etiam vectigale, Cod. de prædiis minor. l. universi*, 5. *l. ex præstatione*, 7. *l. à legatis*, 8. *Cod. de Vectig. & commiss. l.* 1. §. *interdum*, *ff. de loco publ. fruendo*, Goffredus noster *hic num.* 2. 3. Afflict. *in Rubrica tit. quæ sint regalia, num.* 11. Reg. Moles *Decis. R. C. S. tit. de Dohana Menepec. Apulea*, §. 3. *num.* 9. Reg. Rovit. *in Rubric. Prag. de Vectig. nu.* 6. Reg Sanfelic. *Decis.* 285. *num.* 8. *p.* 2. Pres. Ganaver. *decis. R. C.* 4. *num.* 59. Cevall. *cõmun. contra commun. quæst.* 578. *nu.* 18. 20. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. Avend. *de exeq. mand. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. 5. & ex multis Amaya *super Cod. tit. de Annon. & Trib. l.* 3. *à num.* 27. Fajard. *alleg. fiscal.* 13. *num.* 6. 7. 38. 39. 40. Petr. Greg. *Syntang. jur. lib.* 3. *cap.* 3. Regner. Systinus *de Regalibus lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 1. *usque ad* 8. *num.* 35. 43. *& á nu.* 47. *usque ad* 50. Christoph. Besold. *Discurs. politic. cap.* 4. *num.* 13. *vers. quid ordinaria, &c. per totum* Gaspar Klockius *de Erario lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 24. ubi Chrysost. Pellerus, *nu.* 25. Idem Klockius *lib.* 2. *cap.* 69. *& in Tract. de Contributionibus cap.* 3. *num.* 114. ita quod inter regalia iura Imperator *in cap. unico, sub tit. quæ sint regalia* adnumeravit; *&* per Pontificem Innocentium III. *in cap. super quibusdam*, §. *præterea, de Verb. signif.* Reg. Moles *decis. R. C. S.* §. 6. *memb.* 1. *in princ.* Reg. Rovit. *in Rubric. Prag. de Vectig. num.* 5. Reg. Consil. Rocc. *resp. dec.* 22. *num.* 7. *tom.* 2. *& in tract. de officiis rubric.* 17. *num.* 3. Fajard. *loc. cit. num.* 9. Gaspar Klockius *in dicto cap.* 3. *nu.* 543. ex quo non ab alio, nisi à Principe costitui potest, ab ipsoque etiam exigi, *l. vectigalia*, 10. ibi *vectigalia sine Imperatorum præcepto, neque Præsidi, neque curatori, neque curia constituere, neque præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet, ff. de public. & vectig. commis. l.* 1. *& l. non solent*, 3. *& toto titulo Cod. vect. nova inst. non posse, cap. innovamus, de censibus, dicto cap. super quibusdam*, §. *præterea*, Reg. Moles *in dicto memb.* 1. *num.* 3. Amaya *ubi supra, à num.* 5. *&* 29. Cevall. *loc. cit. num.* 19. Parlad. *loc. not. num.* 2. Regnerus Systinus *dicto cap.* 6. *num.* 15. Besol. *ubi supra cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 79. Klockius *dicto cap.* 3. *à num.* 113. *& cap.* 19. *num.* 543. 4 Si modo, prout diximus, juridicè ex justæ causæ concurrentia imposita sit, prout habentur omnia illa vetera jura Dohanæ, ac regales impositiones, de quibus dixit And. de Isernia *in Regn. Constit. Quanto cateris, vers. de illis nõ vult, quod* 5 *ecclesia recipit decimas*; non autem de novis impositis, statutisque regalibus impositionibus, quarum ope, populi gravati fuerunt per Imperatorem Fridericum, ipsas pro non juridicis habendo, & ex malis ablatis; inter quas novas, statutasque impositiones in hoc Regno introductas, ac determinatas exigi per 6 præfatum Fridericum Imperatorem, de cujus gestis, moribusque colligitur ex exaratis per Summum Pontificem Innocentium IV. *in concilio lugdunens.* ad perpetuã rei memoriam *in cap. ad Apostolica dignitatis*, 2. *de sent. & re Iudic. in* 6. And. de Isernia *loc. sup. cit* Reg. Moles *in decis. R. C. S.* §. 6. *de jure Dohanæ, mem.* 2. *num.* 3. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 191. *nu.* 7 22. *lib.* 2. fuit hoc introductum jus, scilicet fundici, à cõmuni jure non cognitũ, sub quæsito tamen colore, ut à mercatoribus merces magis tutè servari, & custodiri possint; ideoque deponi debuissent, ac deberent in loco Regio determinato pro hospitio dictarum mercium, prout colligitur *ex const. Regn. magistros fundicarios*, & notat ibi And. de Isernia *in prin.* Reg. Moles *in loco prox. alleg. nu.* 2. Balzar. *in ead. constitution Magistros fundicarios. nu.* 1. Reg. Capyc. Latr. *dicta decis.* 191. *num.* 22. Reg. Galeota *controversens. cap.* 46. *ante num.* 1. *& in num.* 10. 8 11. *& cap.* 47. *nu.* 8. *lib.* 1. Et sic prætextu

præ-

Digitized by Google

præfati hoſpitii Regiæ domus, & commodi, ſtatuit, ut pro qualibet uncia mercium, ſolvantur grana quindecim, quæ aſcendunt ad rationem ducatorum duorum cum dimidio pro qualibet centena, *Rit. 1. in princ.* And. de Iſer. *in d. conſtitutione, magiſtros fundicarios, in princ.* Regens Moles *loc. cit. num. 7. 8.* Balzar. *in loc. not. nu. 2.* Reg. Capyc. Latr. *ubi ſupra* & decrevit *R. C. S.* prout *in Arreſt. 7. de*
9 *recollectis per* Reg. de Marinis, cujus juris exactio, diſtinctè tamen obſervatur: nam etſi dictus jus de omnibus mercibus ſolui deberet, ex quibus tamen aliud non ſolvatur, Reg. Moles *loc. cit. nu.*
10 17. Verùmenimvero, cum altera diſtinctione regulatur, prout eſt de illis mercibus, quæ in noſtro Regno naſcuntur, ſed in loco non habente fundicum; ſi tamen in eodem contractentur, vendanturque, ab ipſoque haud extrahantur, vt vadant in locum, ubi ſit fundicus, dum etſi tranſeant per locum aliquem fundici, de hujus juris ſolutione non habetur ratio; ſin verò merces ortæ ſunt in loco, territorioque fundicum habente, & in iſto caſu, ſi in eodem loco, ac tenimento contractantur, atque venduntur, nulli dubium eſſe poteſt, quin ad hujus juris exactionem procedi valeat. Nam, ſi ibi non vendantur, nullaque fiat contractatio, verùm ab eo extrahantur, aſportandi cauſa, vel extra Regnum, aut in loco, ubi non ſit fundicus, à ſolutione juris prædicti non eximuntur merces ipſæ, priùs quám ab eo loco amoveantur, ſive extrahantur: nam ſi veniunt aſportandæ in locum, in quo ſit fundicus, hoc non ſolvitur jus, ſed per dominum cautio præſtari debet de faciendo realiter prædictam aſportationem in dictũ locum enunciatum, fundicum habentem, ne aliquis congeretur invitus,
11 ſuas fundicare merces; quod tamen limitatur in Dohana hujus noſtræ fideliſſimæ Civitatis, nil obſtante, quod per dominum aſportari prætendantur in locũ fundicum habentem, ope ejus præeminentiæ, uti Majoris fundici, & capitis omnium cæterorum hujus Regni deſtinatorum, pro majori facilitate, &
12 commoditate; quo verò ad illas merces, de quibus ſolvitur jus fundici, quæ in Regno non naſcuntur, ſed ab extra immittuntur, ac aſportantur, regulantur hoc modo: nempe ſi eorum aſportatio, à domino, ſive mercatore deſtinata ſit facienda in locum, ubi ſit fundicus, & regulantur ſicuti dictum eſt, de illis mercibus, quæ ibi naſcuntur; ſin autem in locũ, qui non habet fundicum, & in eodem ſunt conſumendæ, vendendæ, ac contractandæ, nullo modo ſolvitur hoc jus; attamen ſi per locum, ubi ad eſt fundicus, pertranſire debeant, ad differentiã illarum, quæ in loco, fundicum non habente, natæ ſunt in Regno; per Secretũ arreſtari valent, dominuſque, vel mercator coarctari, vel ad ſolvendum in ſuo fundico jus prædictum, vel ad cavendum de faciendo iter ad locum fundici: quoniam de his omnibus mercibus ad extra immiſſis, fundici jus eſt ſolvendum, ante quàm vadant in locum, fundicum non habentem *Rit. 6.* Reg. Moles *dec. R. C. S. d. §. 6. memb. 2. à n. 21. uſq; ad finem*, And. de Iſer. *in dict. conſtitutione, Magiſtros fundicarios, verſ. item mercatores*, Reg. de Marinis *ad R.* Rev. *dec. 314. n. 3. 4. 5.* & decidit R. S. C. *in Arreſt. generalib. recollectis per* R. de Marinis, 44. &
13 87. ita tamen per unicam ipſius ſolutionem, quia merces fundicatæ fuerunt, liberatæ perpetuò ſunt ab hoc onere, ex quo pro ipſis rebus præſtatur, quæ fundicantur, non autem pro contractatione ipſarum, alter toties deberetur, quoties contractarentur; ſed non eſt ita: quia ſemel, quando à fundico extrahuntur, & ſi factæ vnica, aut plures contractationes ſint, §. *cogites, in fine, Auth. de Mand. Principum, l. 1. C. de annon. lib. 10. Rit. 1. 7. 11.* R. Revert. *dicta dec. 314. in princ.*
14 Reg. Moles *loc. cit. num. 12. 13.* & ſi uti onus à conventione contractus dependens ratione rei, penitus alienus ab ipſarum traditione, conſignationeque facienda à venditore in emptoris beneficium, non cederet, niſi in emptoris damnum, quia reale, Reg. Capyc. Latr. *loc. cit. num. 22. in fine*, ab ipſoque ſolvendũ,
15 quia ope emptionis, ac facta in ipſius beneficium rerum venũdatarum traditione, dominium in ipſum translatum eſt, ipſarunque rerum effectus eſt dominus, & poſſeſſor: quoniam nulli dubium eſt, propter conventionem initam ex omni parte perfectam, inter dominum rerum

Digitized by Google

rerum in fundico existentium, ac ipsarum emptorem fit contracta perfecta venditio, etiam cum translatione dominii in emptorem, ut nos *in præcedenti*
16 *rubrica diximus, à n. 171.* inde ab emptore ipso, domino effecto, omnia solvenda sunt onera, quæ pro ipsis rebus extrahendis, asportandis, vehendis, ac pro ipsarum transitu, & similibus solvenda sunt, prout in propris terminis vectigalium determinavit I. C. in *l. cùm plures, 63. §. vehiculum, ff. locat. l. debet, 27. §. quid ergo, ff. de ædilit. edict. l. locatio 9. §. mercatores autẽ, ff. de Public. & Vectig. & Rit. 7. 11. infine* Goffred. noster hic *à n. 296. in fine, cum seq.* R. Consl. de Boctis *in Rubrica ff. de public. & Vectig.* Regens Capyc. Latr. *loco. cit. num. 23.* Io. Baptista Batius *in addit. ad* Afflictum *in dicta constitution. magistros fundicarios, lit. B.* Reg. Moles *ubi supra, num. 10. 11.* Reg. Revert. *dicta dec. 314.* Reg. Consl. Rocc. *resp. decis. 32. num. 5. lib. 1.* Scoppa *ad decis.* Gratian. *20. nu. 4.* Ciarlin. *controu. for. cap. 22. num. 5. p. 1.* Fachin. *Contr. For. lib. 11. cap. 58. in princ. vers. similiter*, & *vers. contrariam sententiam, propè finem,* Ansald. *de iurisdict. p. 5. tit. 4. cap. 1. num. 68.* Garsia *de expensis, & melior. cap. 18. num. 46. propè finem,* Regner. Systinus *de Regalibus dicto cap. 6. num. 139.* Thesau. *decis. Pedam. 164. num. 4.* Parlad. *Rerum quotid. cap. 3. §. 7. num. 5. lib. 1.* Larrea *Alleg. fis. 57. nu. 12. 13. 21. & per totam, lib. 2.* Alex. *consil. 51. lib. 3.* Ant. Faber. *in Pandectis in dicto §. vehiculum,* Bened. Carpsou. *defin. Forens. p. 3. const. 38. defin. 20. num. 2. 3. & 9. tom. 2.* & *Proc. Iur. tit.*
17 *25. artic. 5. §. 9. num. 51.* itaut si fundicatio facta est ab immuni, à quo etiam veniunt extrahenda per locum fundicum non habentem, etsi solvi per eum debetur jus hoc, ea tamen ratione, quia per infundicationem factam, aut ex alia ratione, *desuper* ad notata in *n. 14. & 15.* est acquisitum jus hoc exigendi, ab emptoribus ipsarum rerum solvendi, quod amitteretur ope asportationis faciendæ in locum, fundicum non habentem, ab ipsoque extrahendæ; etsi immunis est, solvendum pro illis tamen futuris emptoribus, quorum propriè onus est, ex desuper exaratis in puncto juris, & declaravit R. C. S. *in Arrest. generalibus re-*
18 *collect. per* Reg. de Marinis *Arrest. 8.* ex quibus rationibus in loco illo, in quo contractantur, sive ad ipsarum venditionem, traditionemque proceditur, licèt in
19 aliam extrahantur, quia quo ad contractus validitatem venditionis, non habetur ratio de rei in contractus loco non existentia, *ex l. 1. Cod. de contrab. emp. l. magis puto, 5. §. illud, ff. de rebus eorum qui sub tutel. l. si fundus, 6. ubi* Glos. *in verb. gestum, ff. de euiction.* Alex. *Consil.*
20 *457. vol. 2.* quo ad solutionem vectigalis, sive huius fundici juris de alio extrahendo: quia ille locus contractus attenditur, in quo perfectionatur, tam venditio, quàm traditio, quia ibi fundicatæ sunt, in cujus consequentiam, excutionẽ, ac firmitatem, gabella debetur, Batius *ubi supra* Reg. Revert. *dicta Decis. 314.* Alex. *dicto Consil. 51. & dicto consil. 49. lib. 5.* Decius *dicto Consil. 457. vol. 2.*
21 aliàs non acquireretur hoc jus in beneficium illius gabelloti tempore extractionis à fundico, sed illius, in cujus fundico, tempore immissionis erat, quod vetitum est, prout disponitur per *Rit. primũ* & declaratum fuit, per R. C. S. *in Arresto generali, de recollectis per* Reg. de Marinis 7.

Ad num. 8.

22 AGitur de caducitate emphiteuticæ rei, ex defectu canonum solutionum, de qua scripsimus in *nostris observationibus ad Allegat. Io: Vincentii de Anna* (quarum primus Tomus in promptu est, & quamprimum Deo favente, thypis mandabitur, *Obser. 3. à nu. 43.* ubi omnia, quæ ad materiam possunt occurrere, benigne, ac studiosè lector habebis, tam quo ad dominium directum, quàm quo ad utile.

Ad num. 11. 15. 69. 91. 102.

23 MVnerum præstatio duobus modis dividitur, in ordinariam scilicet, & extraordinariam; ordinaria enim dicitur, quæ à Principe indicta est alterum non recognoscente superiorem, vigore tamen alicujus ordinariæ inducti-

væ

væ causæ tractũ successivum habentis, cum certa uniformi, ac definita quantitate præstandi, variationi non suppositа, itaut ab indicta nunquam variari possit; diciturque ordinaria, propter ipsam certam ordinariam præstationem, ex juribus concordantibus, quæ allegantur à Regente Carolo Tapia *in rubrica ff. de Constit. Princip. cap.* 4. *à num.* 39. Gaspare Klockio *de contribut. cap.* 2. *n.* 5. Gregor. Tholos. *syntagm. jur. lib.* 3. *cap.* 7. & Io: Petr. Actol. *Resol. Forens.* 89. *nu.* 20.

24 cujus præstatio, uti consistens in certa, ac definita pecuniarum quantitate, singulis annis solvenda, non ad bonorum possessorum personas reflectendo, sed ad bona; rebus ipsis indicta esse desumitur, ut Imperatores Diocletianus, & Maximinianus declaraverunt *in l. indictiones*, 2. *C. de Annon. & Tribut. lib.* 10. Itaq; bona ipsa efficiuntur tributaria, & hoc onus est reale, & sic transeunt cum one-

25 re ad quemcunque possessorem vadant, etsi Ecclesia, vel Ecclesiastica sit persona, Niger in *Clementina de vita, & honestate Clericorum in Verb. privilegium, nu.* 172. Reg. Revert. *Decis.* 227. *à vers. pro huius dubii*, ubi de Marinis *num.* 2. Ciarlin *Controver. forens. cap.* 103. *à nu.* 21. *vsque ad nu.* 25. Io: Petr. Actolin. *ubi proximè*, Christophorus Pellerus *Observat, sive Addit. ad* Gaspar. Klockium *de Ærario cap.* 8. *nu.* 30. *lib.* 1. Tondut. *quæst. & Resol. Canon. cap.* 30. *num.* 8. & Vlpian. *in l. Iulianus* 14. §. *idem Iulianus, ff. de*

26 *Action. empt.* expressè mandavit, nullo favente pacto, in venditoris beneficium in fundi venditione adjecto, ad aliquid non teneri: valeret enim emptor agere ob onus in re existens tributi præstatione venditore conscio, ad omne id, quod sua interest, & si extra rem, Reg. Lanar. *Consil.* 73. *num.* 24. *& vers. ad idem*, Reg. Consil. Staib. *Resol. Forens.* 186. *num.* 4. *lib.* 2. at quanti minoris, emptor ipse fuisset empturus, adversus venditorem, *l. si minor.* 9. *Cod. de Action. emp. l. quoties, ff. de ædilit. edicto.* Gloss. *in l. qui uti*, 90. *in fine, ff. de verb. signif.* Ant. Faber in *Ration.*

27 *in dicto* §. *idem Iulianus*: quia tacuit quod sciebat, aut scire poterat, ob quod si criminaliter agatur, stellionatus crimine tenebitur, Viscont. *Concl. Iur. dec. in verb. debitor vẽdens*, Reg. Consil. Staiban. *Resol. For.* 184. *n.* 20. *lib.* 2. pro libera re ipsa vendita; cũ si oneri obnoxia reperiatur, & quod venditori erat notum, ob occultationẽ, mutationẽq; veritatis cum tertii damno, pœna falsi tenetur vẽditor ex *tex. in l. si à debitore*, ubi Gloss. *ff. de falsis*, cum aliis DD. allegatis à Regente Capyc. latro *infra allegando* Staiban,

28 *dicta Resol.* 184. *num.* 19. Et ex capite falsæ assertionis rei non liberæ pro libera emptor à contractu emptionis valet recedere, ipsunque rescindi, ac resolvi facere, ex dolo concurrente, ex parte venditoris, scientis, rem liberam haud

29 esse, cuius doli ratione, contractus irritatur ex *juribus, determinationibus, ac DD. sententiis*, per nos allegatis in *præ-*

30 *cedenti Rubrica, num.* 119. ac etiam ex defectu voluntatis: nam, si hoc sciviset, haud emisset, *l. cùm ejusdem, ff. de ædilitio edict. l. ex empto*, § *si quis virginem, ff. de*

31 *action. emp.* cùm multũ præstet, rẽ liberã habere, quàm oneri obnoxiam, *l fin. C.*

32 *de Pact. inter emp. & vend.* restituendo fundum, vel rem emptam venditori, à quo repetere solutum ex pretii causa, si à venditore á tali onere res ipsa non liberatur, *l. creditor* 54. §. *prædium, ff. de Action. emp. l. ex iis prædiis*, 5. *C. de evict.* ubi Gloss *in verb. ex empto.* & alia, communiter recepta, *in l. si rem.* 29. *Verb. agentem, ff. de eviction. l. emptorem* 12. §. *quis autem, vers. sed in suprascriptis, ff. de action. emp.* ac ex argumento, quod desumitur à dispositis per I. C. *in l. cum hereditate*, 55. *ff. de acquir. vel amittend. hered. l. si quis aliam. ff. de solution. l. cùm plures* 72. *ff. de euict. l. si duos, ff. de contrab. empt. l.* 1. §. *causa huius, dicta l. cum eiusdem*, §. *interdum. ff. de ædilit. edict.* & determinavit S. R. C. penes Reg. Capyc. Latr. *decis.* 147. *lib.* 2. Rot. Roman. apud Marescott. *var. Resol. cap.* 90. *nu.* 5. 6. *lib.* 1. *& cap.* 19. *nu.* 7. *lib.* 2. Gratian. *discep. for.* 175. *à nu.* 23. *Decis.* 46. *post. tract. Cencii, de censibus*, Card. Seraph. *Decis.* 724. & docent Præsid. Merlin. *contr. forens. cap.* 46. *num.* 17. *lib.* 1. Præsid. de Amato *Consil.* 58. *à num.* 6. *& Consil.* 66. Reg. de Marinis *Resolut. Iur. cap.* 195. *nu.* 18. *in medio tom.* 1. Reg. Consil. Rocc. *Resp. decis.* 69. *lib.* 2. Reg. Cons. Hodier. *ad Surdũ dec.*

Digitized by Google

dec.165. Galter.*de Liquid.iſtr.2. primæ partis. Advertat ad debita,& cauſas,&c. n.62.*Reg.Conſil. Staiban.*Reſol. Forenſ.* 184.*à n.*70.*& in Obſer.ad dictã Reſol.n. 26. & Reſol.* 186. *tom.* 2. Gizzius *ad* R. Capyc. latr.*d.dec.*147.*ubi etiã* Manfrel. *nu.2.*Scoppa *in obſer. ad* Gratian. *Deciſ.* 13.*n.3.* Carena *Pract.Reſol.*210.*à n.*11. Cutell.*de Donation.tract.*1.*diſcur.*1.*particul.unica,num.* 82. 83. *tom.*1. Mercul. Merlin.*de Pignor.lib.*4. *tit.*5. *quæſt.* 154. Mangil.*de euiction.quæſt.*39.*num.*13.14. & ultimò Ioſeph Vrceolus, qui late ſuo more pertractat materiã,& decisũ fuiſſe teſtatur *in tom.*2.*Conſul. Foren. c.*65.66. & obtinuimus per S.R.C. mediante diffinitiva ſententia, promulgata ad relationem Regii Conſiliarii Pauli Iannettaſii,ſub die 10.Iulii 1684.in banca magnifici Donati Cuſtolo, contra curatorem hæreditatis Iacentis quond. Gratię Balſano, in beneficium D. Annę Mariæ Sançes y Veglia, uxoris ſingulariſſimi domini mei,Spectabilis Regentis, Don Lucæ de Iacca y Niño, Equitis ordinis Calatravæ, viri eximiæ, & admirabilis doctrinæ, nemini ſecundi, ut experientia oſtendit,ex geſtis,nedum pro tempore, quo moratus eſt in Almo majori collegio Sancti Ildephonſi Vniverſitatis de Alcalá; verùm etiã in Regno Majoricæ, annos ſeptem munus Regii Conſiliarii exercuit; qui demum Neapolim tranſlatus, cum eadem Regii Conſiliarii dignitate, à qua infra trium annorum tempus, ad prędictum Regentis Supremi Tribunalis Collateralis Conſilii,evolavit faſtigium,omni denique prudentia, ac antiquiſſima nobilitate ornati.

33 Quæ quidem præmiſſa, videntur etiã habere locum in venditione annui introitus, vulgò cenſus ad formam Bullæ, ex cujus executione,ac obſervantia, per venditorem,res aliqua immobilis, ſive fundus, ſub ſpeciali ſubmittitur hypoteca;illum poſſidere aſſerendo pro franco,ac libero,in cujus defectum,pactum reſciſſorium in emptoris, ſeu creditoris beneficium, apponitur; quod uti non improbatum,pro valido ab omnibus judicatur,ex quo deſumitur adjectum,pro annui cenſus ſecuritate, de cujus fructibus,venditio deſumitur facta, ita quod, ne dum in vſu ſit, verùm etiam in viridi obſervantia, ut tam in caſu non veræ aſſertionis, quám in cæteris aliis reſciſſoriis,contractus reſcindatur, Reg.Rov. *in Prag.*1.*de cenſibus, num.*35. Reg. de Marinis *Reſol.jur.d. cap.*195. *nu.*15.16. *lib.*1.Reg. Conſil. Rocc. *Reſp. Deciſ.*75. *lib.*2.Maſtrill.*deciſ.*95.Milanenſ.*deciſ.*2. *n.*91.*lib.*2.Gratian.*Diſcep.For. cap.* 258. 34 *n.*20. ex ipſius pacti juſtitiæ concurrentia:quoniam ex falſa ipſa aſſertione, nedum cum dolo geſta eſt,ex ſuperiùs adnotatis, verùm etiã ex malitioſa contractatione;pignorando fundum,alicui per prius hypotecatum,vel pignoratũ,cũ in cõtractibus,veritas ſemper aſſerenda ſit, 35 explicandaque, ne callidè procedatur; itaque ex contraria pignoratitia actione,ipſe falſum aſſerens, ad ſortis reſtitutionẽ tenetur,*l.ſi rem alienam,* 9. *l.tutor,* 16.§.*contrarium,l.cum debitore* 32. *ff. de Pignor. actione, dicta l.Iulianus, ff.de* 36 *Action. emp.* & ſic ad reſciſſionem contractus validè procedi, licèt res pro omnibus oneribus ſit ſufficiens, ſtrenuè tenet Reg.Rovit. ex his,& aliis juribus, quæ allegat *in dicta Prag.*1.*num.*34. *de cenſibus,*ac obtinuiſſe per M.C. in cauſa propria refert Apicella *de tutam. pauperum,in tit.de dilation. Quinq. tit. p.num.* 173.*Verſ.reſcinditur etiam,*Io: Baptiſta Thor.*comp. Deciſ.verb.contractus cenſualis,lib.*2. & de anno 1629. ipſo patrocinante obtinuiſſe per M. C. V. & fuiſſe confirmatum per S. R. C. teſtatur Reg. Conſil.Rocc. *dicto Reſp.* 75. *num.* 8. & ſubſtinent, Rodoer. *in addit.ad* Reg. de Marinis *d.c.*195. *nu.*14.15.16.Manfrel. *ubi ſupra à nu.6.& 17.*

37 Verũ enimverò in cõtrariũ eſt cõmunis DD.ſententia, rerũ etiã judicatarum authoritate fulcita, juri communi uniformis, non eſſe locum reſciſſioni, nil obſtante de pacti exiſtentia: dum intelligendum eſt,quod ſuam debeat habere obſervantiam, quando emptor annui cenſus in damno eſſet, itaquod ipſi noceret illa aſſertio falſa, quo in caſu concurrerent veræ falſitatis requiſita, & aſſerens puniendus veniret; non autẽ ſi res, ſive fundus ſpecialiter omnibus creditoribus ſubmiſſus, redderet illos cautos, ob ejus ſufficientiam, cujus

Digitized by Google

ope ceſſaret actio illa pignoratitia, ex qua habilitatus erat creditor ad contractum reſcindendum, cùm ſortis creditæ reſtitutione: cùm etiam ceſſaret illa prętentio falſæ aſſertionis, ex quò abſque ullo dolo facta deſumitur, ex eo quia verificatur in parte libera manente, deducto primo onere, ob rei, ejuſque fructus ſufficientiam, prout expreſsè in terminis terminantibus determinaſſe colligitur I.C.in *l. ſi quis in pignore*, 36. S.*ſed,etſi quis*,*ff.de pignor.action*.ibi: *Sed, etſi quis rem alienam mihi pignori dedit, ſciens,prudenſque,aut alii obligatam mihi obligauit, nec me de hoc certioravit: eodem crimine plectetur. Planè ſi ea res ampla eſt, & ad modicum æris fuerit pignorata: dici debebit ceſſare non ſolùm ſtellionatus crimen, ſed etiam pignoratitiam,& de dolo actionem: quaſi in nullo captus ſit, qui pignus ſecundo loco accepit*.Gloſſ.*in l. 1. de Crim. Stellion.* Pręſ. Merlin.*Contr.Forenſ.cap.72.nu.2.lib.1.* Gaitus *de credito c.3.tit.1.n.1180.1181.* R.de Marinis *Reſ.Iur. d.c.195.n.12.lib.* 1.R.Conſ. Rocc. *d. Reſp.deciſ.75.à n.9. lib.2.*Riccius *collect. dec.2382.verſ.nota decimo*,R. Conſ.Pratus *Pract. Obſer.* 28. Manfrell.*loc.cit.n.9.* Ludou.*Dec.295.nu.* 3.ubi Oliver. Beltram. *num.* 5. Gratian. *Diſcep.Forenſ.c.103.n.43.* Seraph. *Dec.* 1243. *num.* 6. Aloyſius Manſus *Conſul. For.319. tom.*4. ex Cencio *de cenſibus*, Duardo *in eodem tract.& aliis.* ac non ſemel determinaſſe S. C. contra allegata,per Reg. Rovit. & alios, ut ſupra in contrarium relatos, refert R.de Marinis *loc.c.n.*17.R.Conſ.Rocc.*in loc.prę allegato,n.*19.*&* 20.Viſcont.*cõmun.concl.deciſ. verb.inſtrumẽtũ,quãdo eſt illiquidũ,verſ. dixi ſupra,quod indiſtinctè,fol.mihi* 126. Olea *de Ceſſione Iur.& Act.tit.*7.*q.*2.*à n.*
38 14.Noguer. *alleg.22. à n.36.*& nos obtinuimus ãnis elapſis in M.C.V.ad relationem D.Ioannis de Salamanca,pro Io: Baptiſta de Rito, & Dominico Incarnato,qui ob abſentiam V. I. D. Franciſci Antonii Piſani noſtri germani, patrocinium adierunt noſtrum, contra Nuntiũ Imparatum, ad cujus inſtantiam,prædicti de Rito, & Incarnato fuerunt citati pro reſtitutione ſortis principalis, ex capite falſæ aſſertionis,vigore pacti de reſcindendo,rebus ſpecialiter ſubmiſſis, liberis haud repertis, ſicuti aſſertę fuerũt, dũ via ſublata executiva paratę liquidationis, fuit terminus in cauſa impartitus;quo demum compilato ſub tuitione dicti V.I.D. Franciſci Antonii Piſani,ob ejus adventum,ipſo tamen inaudito,per M.C.V. promulgatum fuit decretum,de ſubrogando aliam rem liberam infra certũ tempus, aliàs providebitur ſuper dicta petita reſciſſione contractus; de quo decreto cùm fuiſſet producta ſuppli. catio,cum Regia decretatione, quod M. C.V. ſuplicantibus auditis juſtitiam faceret;diſcuſſo plèniùs articulo,ac oſtenſo,quod tam fundi, quàm ipſorum fructus ſpecialiter ſubmiſſi, ſufficientes erant oneri noviter impoſito, reſpectu ſortis, & annualitatis,ob quod erat creditor tutus, fuit decretum prædictum ſuſpenſum,& mandatum, quod prædicti de Rito, & Incarnato non moleſtentur,
39 ut in Banca de Averſa; in quibus cauſis, debent eſſe cauti creditores, in verificando bonorum ſubmiſſorum inſufficientiam, aliàs nunquam obtinere poſſunt,à quibus hoc oſtendendum,& probandũ eſt ante omnia,Manſus *ubi ſup.*

40 Rigoroſè enim ſervatur pacti reſciſſorii obſervantia, in dicto caſu falſæ aſſertionis,quando apparet, creditorem,ſi realiter de oneribus inventis certioratus fuiſſet,haud contraxiſſe, licèt de ſecuritate non difficultaretur,ob rei capacitatem: dum ex his de enixa creditoris volũtate cõſtat,quæ individua eſt,& deficeret; & ſic contractus reſcindi poteſt, per ea,quæ notantur per I. C. *in l.Pedius*,7.*ff.de Arbit.l.grege*,§.*illud.ff.de fidejuſſ.*Reg.de Marin.*loc.cit.n.* 11.R.Conſil. Rocc.*d. reſp.*75.*n.*15. cum aliis *juribus*, allegatis á Rodoerio *ad* Reg.de Marinis *in dicto cap.*195.*num.*4. ſed quia non pręſumitur,ſpecificè per creditorem debet verificari,ac conſtari facere,ex *text. in l.cum ejuſdem*,34.*ff. de adil. edict.* ac haberent locum, & procederent diſpoſita in *text.in l. emptio* 11. §. *ſi quis virginem*,*ff.de act.emp.DD.mox allegati.*

41 Quibus præmiſſis, haud obſtare poſſũt adnotationes,ſive põderationes,quę fiunt à contrariis in *d. l.ſi quis in pignore*, §.*ſed etſi quis*, nempè I.C. non loquutũ eſſe

esse ibi, in casu, quo adsit pactum rescissionis contractus ex capite falsæ assertionis; sed tantummodo, quando res, neque libera, neque obnoxia fuit asserta, & demum taliter inventa, nulla facta denunciatione oneris existentis, & debitori cogniti; quod habetur, ex eo
42 quia disponitur data capacitate; & proinde crimen stellionatus cessare, in quod inciditur, quando nulla fit certioratio de submissione, & denuò submittitur, quo in casu supponitur fieri actum cum dolo, & calliditate, *l.2. ff. de Crim. Stellion.l.1. Cod. eod. tit.* Gomez *var. Resol. lib. 3.cap.7.*ubi D.Io: Ayllon, & Nos *supra in hac rubrica à num.27.*ac etiam ex illis verbis, ibi: *aut alteri obligatam, mihi*
43 *obligavit, nec me de hoc certioravit*, inde nil de pacti concurrentia, ex quo non potest suam habere exequutionem, ac observantiam, nisi in casu, in quo aliquod creditori damnum afferatur, ut si res insufficiens foret: nam si secus, cessaret dolus, & consequenter damnum, & creditoris, præjudiciũ, juxta cujus intellectum, verificatur facta assertio prædicta, Cenc. *de censibus, quæst.42. num.8. vers.licèt*, ibi: *quia hujusmodi assertio, quod fundus sit liber, et alteri oneri non obnoxius, non debet intelligi simpliciter, & absolutè, sed secundum quid, videlicet quod non est obnoxium alteri oneri, quod impediat impositionem hujus novi census, & quod per primam impositionem, fundus ille, non desierit esse capax hujus secundi census*; itaque non esse ad rescissionem procedendum sortis repetitivam, cujus contractus liquidatio à contrahentium conventione, illiquida ob juris resistentiam dependere, fierique haud potest, R. de Marinis *loc. cit.*per quem & R.Cons. Rocc.*dicta resp.75.à num.11.*respondetur *ad* R. Rovit. & ad per eum allegata.
44 Aliud munus est, quod extraordinarium appellatur, non quod ex perpetua, ac ordinaria causa, immutabilique impositum á Principe sit, vel cum ejus beneplacito; sed quod ex aliqua accidentali, vel subitanea, cujus intuitu, & ad ipsius subvẽtionem imponitur, ac indicitur, sine ulla definita determinatione, *l. sed etsi 26.§. si feriæ* ibi: *si feriæ extra ordinem indictæ, vel repentinæ solemnibus opponuntur, ff. quibus ex cau. major. & c.l.1.Cod de indict.in. lib.10. l. unica. Cod. de superindicto lib.10.l.quantum ad extraordinarias, 10.C.de muner. patrim. lib.10.l.curiales, 21.Cod.de Decurion.lib. 10.l.1.Cod.de Privil.domus Augustæ, lib. 11.l.1.Cod.de collat.fund.patrim. lib.11. l.dominicos, 5.Cod.de Agricolis, & Mancip.lib.11.l.in honoribus*, 8.§. *qui munexis*, ibi: *per Magistratos ex improviso collationes indictas rectè recusat; eas verò, quæ ex lege fiunt, recusare non debet, ff. de Vacat. & excus.muner. l. cui muneris*, 12. ibi: *cætera omnia, quæ ad tempus extra ordinem exiguntur, ff.de muner. & honor*, cum aliis, quæ allegantur juribus concordantibus, per Sixtin. *de Regalibus dicto cap.14.num. 12. lib.2.* Gasp.Klocc-
45 kium, *de Contrib.dicto cap.2.num.7.*quæ tam ordinaria, quàm extra, tribus distinguuntur modis, scilicet, Personalia,
46 quibus solummodo personæ gravantur super earum industria, & exercitio, omni remota consideratione, ac reflessione bonorum, sine ulla alia contributione; neque in rebus, neque in pecunia, *l.1.§. illud tenendum, ac §. æque personale, l. munerum, 18.usque ad §.patrimoniorum,*
47 *ff.de muner.& honor.* Realia, quæ bona tangunt, ac ipsis tantùm adhærent, *l.rescripto.6.§.quæ munera, & dicta l.munerum*, 18. §. *patrimoniorum, cum duobus sequentibus*, & aliis, allegatis á KlocKio, *loc.cit.num.12.* Mista, juxta communem DD. sententiam, sunt illa, quæ personæ imposita sunt pro rebus, habito ad eas respectu, earumque redditus, sive fructus, itaquod semper incerta sit, quum alioquin possunt in aliqua quantitate esse, aliàs plus, vel minus; & uti onus, quod principaliter ad personam respicit, etsi ejus finalis causa ipsorum sit bonorum, itaut materialiter, bonorum onus sit, formaliter verò personarum, ob quã unionẽ, quid mistum dicitur *d.l.munerũ 18.§.mista, ff.de Muner.& honor.*& colligitur *ex l.rescripto.§.sciendum, ff. eod.tit.* R. Tapia *in Rubric.de constit.Princip.c.4. n.38.*Gasp.KlocKius *loc.cit.á n.102.*Sed ex ejus incertitudine irregularitatem, &
48 imperpetuitatem, habent; secundo verò casu, ob præcisas, quæ possunt advenire necessitates, fit, vt imponantur, ac indi-

Digitized by Google

cantur; & inter extraordinaria munera adnumerantur, ac sub collectarum nomine concurrunt, *dicta l. rescripto*, 6. §. *qua munera, vers. quadã verò*, ubi Gloss. *in verb. incolis*, Reg. Tapia *in dicta Rubrica. num.* 42. *vers. quadam verò*, Paul. Christineus *decis. Belg.* 386. Klockius *d. cap.* 2. *à num.* 97.

49 At quia onera mærè realia, & ordinaria indicta, & quæ in contributionem aderant, decrescente demum Romano populo, sublata fuere, deinceps juxta occurrentias, præcisaque necessitates, habito ad eas respectu imponebantur,

50 Klockius *loc. cit. num.* 106. quadere per Imperatorẽ Fridericũ aliqua in hoc Regno introducta fuerunt, prout testantur Andreas de Isernia *in tit. que sint Regalia*, §. *extraordinaria, in princ. & nu.* 62. *vers. sicut dicitur*, & Mattheus de Afflicto *in eod. tit. num.* 14. *infine*, Io: Paul. Balzeran. *num.* 5. *vers. sed ceperunt tempore Friderici.* Lucas de Penna *in l. id ab unaquaque*, 11. *Cod. de Annon: & tribut. lib.* 10. *num.* 1. Reg. Tapia *loc. cit. num.* 50. Reg. Moles *Decis. R. C. S.* §. 1. *de Collectis, num.* 39. quarum collectarũ exactio, usque ad tempus, quod in Regno hoc Catholicus Rex Alfonsus Primus advenit, perduravit; perquem ipsæ sublatæ fuerunt, & earum loco fuit subrogata solutio, scilicet pro quolibet fumante Carolenorum decem; quæ solutio nil ad bona reflectit, sed regulatur pro familia, unum corpus, sive foculare, aut fumans, faciente, atque constituente, Reg.

51

52 Tapia *loc. cit. nu.* 51. 52. 53. quibus inde de rationibus, cæteræ omnes collectarũ impositiones pro extraordinariis habentur, & personis indicuntur pro rebus, qua de causa, per æs, & libram regulantur, Reg. de Marinis *ad Revert. dicta Decis.* 227. *nu.* 3. Ciarlin. *Contr. For. c.* 22. *à n.* 21. *lib.* 1. *& cap.* 129. *n.* 1. *lib.* 2. *& alii inferiùs allegandi, nu.* 129. *&* 133. habito respectu ad ea, que possidentur, Surd.

53 *Consil.* 525. *num.* 1. *lib.* 4. itaut, qui plus facultatis habet, magis collectatur, & sic quolibet anno crescunt, & decrescũt; ita quod nulla in eis possit dari certitudo, aut annualitatis immutabilis perpetuitas, per ea, quæ allegantur à Reg. Tapia *loc. cit. nu.* 43. Bovadill. Polit. *lib.* 5.

54 *cap.* 5. *num.* 25. *lib.* 2. quapropter mutatis personis contemplatis, atque bonis separatis, puta si non ampliùs ab eisdem possessa sint, vel non sint ampliùs in earum dominio; cesset quo ad ipsa bona impositio, *l.* 1. §. *permittitur autem, ff. de aqua quotid. æstiv. l. Titia Sejo*, 89. §. 1. *ff.*

55 *de leg.* 2. nam in jure clarum est, per ipsam mutationem contemplatæ personæ, cujus intuitu, qualitas hæc fuit in rebus ipsis adjecta, ac proinde in illis inhærens, pro mutata etiam habeatur, *l. per procuratorem, in fine*, 89. *ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. cum antiquis*, 37. §. *in his itaque, propè finem, Cod. de inoffic. Testam. l. cùm quidam*, §. *si debitores, ff. de Public. & vectig. l. fiscus, ff. de Iur. fisci, cap. unico*, §. *verum, de Iur. patron. in* 6. *c. novit* 10. *quæst.* 1. Surd. *dicto Cons.* 525.

56 *nu.* 3. & sic uti onus non reale; tam quia non est in reb. impositum, & quo ad res, quàm etiam uti extraordinarium, per quod nõ venirẽt res obnoxiæ, tãquã ab omni certitudine, ac invariabili perpetuitate remotum, personæ tantùm inhærens; liberç ad novum possessorem non subditum, & exemptum transirent; Perventis itaque, cum justo titulo, ac causa, omni cessante fraude, & dolo ad Ecclesiam, Ecclesiasticamque personam immunem ab his laicalibus impositionibus, ex allegatis, per Ciarlin. *Contr. Forens. dicto cap.* 22. *à num.* 51. *lib.* 1. ad nihilum obnoxiæ sunt, ac ipsi adstringi uti possessores non possunt; nil obstante, quod per priùs à laicis possessæ, fuere catastatę, & in æxtimo appositę pro earũ allibratione, Afflict. *in Constit. Regni, hac edictali, sub tit. de revoc. alien. feud. num.* 3. Reg. Constant. March. Corleti, *in tribus libris Cod. in l.* 24. *num.* 14. *de decurion. lib.* 10. Mauson. *de Causis exeq. lib.* 1. *ampl.* 29. *à num.* 42. *usquead* 51. Reg. Tapia *Iur. Regni lib.* 1. *tit.* 2. *in in Constit. Predecessorum nostrorum, n.* 3. Reg. Rovit. *in Prag.* 2. *de cleric. seu diac. salvat. à nu.* 17. *usquead* 20. Reg. Revert. *Decis.* 18. *in fine vers. prout è contra*, ubi Reg. de Marin. *num.* 5. *& Resol. Iur. cap.* 47. *lib.* 1. *& ad eundem* R. Revert. *d. Dec.* 227. *num.* 4. *lib.* 1. Rodoer. *ad* Reg. de Marinis *in dict. cap.* 47. Cevall. *commun. contr. commun. quæst.* 899. *p.* 4. Ansald. *de Iurisd.*

Digitized by Google

Iurisd. p.5. tit.3. cap. 3. Graſſ. *de effect. clerico effect.*3.Sperell. *deciſ.* Rot. Rom. 35.*p.*1. Ciarlin.*Contr. Forenſ. cap.*103. *lib.*1.Actolin.*Reſol. Forenſ.* 89. *num.*20. Tondut.*ubi ſupra cap.*30.*num.*8.Klockius *de Contrib.cap.*12.& præcisè *à nu.*83.

57 prout è contrà, quando à Clerico, vel eccleſia,bona immobilia ad laicum trãſeunt,cùm ad perſonam ſubditam, & nõ privilegiatam, ex eis collectatur, opẽ dictæ mutationis in perſonam non privilegiatam *dict.l.licitatio*, §.*fin.* Reg.de Marinis *ad* Reg.Revert. *d. dec.* 18.*num.* 6.*propè finem*,Surd.*dicto Conſil.*525.*n.*4. 5.Genuenſ.*Practic.Eccleſ.quæſt.*213.*n.*1.

58 ita quod per Tribunal R.C.S. quotidie expediantur ordines, ac proviſiones per totum Regnum, etiam vigore *Regiarum Pragmaticarum* 2. in qua inſeritur *Bulla* Pontificis Honorii Primi, *&* 3. *de Clericis ſeu Diacon.Salvat.* quod Eccleſiæ minimè moleſtentur pro collectarũ, onerumque extraordinariorum ſolutione, quo ad bona illa ipſis perventa, quæ per prius à laicis poſſidebantur, & in cataſto,ſive æxtimo deſcripta erãt, ipſiſque eccleſiis translata, ex contractu cum laicis ipſis habito, donationis ſcilicet, emptionis, permutationis, & ſimilium,aut ex ultimis voluntatibus; quum in eis nulla poſſit fraudis cadere ſuſpi-

59 cio,& irrevocabiliter acquirunt. Secus ſi clerici, eccleſiaſticæque perſonæ, etſi clericaliter vivant,nam præter ea,quæ à laicis ipſis adveniunt ex juſto,validoque titulo, utpote ſucceſſionis, aut ad patrimonii titulum; ſi non omnia contineantur,quę à donãte poſſidẽtur;quod ad reliqua forsẽ pervẽta ex donationis,ẽptionis titulo,& ſimiliũ nõ eximuntur á collectarum ſolutione: nam ſi aliter,magnũ ſanè ſequeretur abſurdumin Regii fiſci, perniciem,ac communitatis, ex quo laici omnia in clericos transferrent, propter quod, maxima cum ratione à dicto ſummo Pontifice in *præfata Bulla in nu.* 7.reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum; (ut ſunt illa,quę ab eccleſiis poſſidentur, vel ad clericos ad patrimonii titulum advenerunt) & quæ clericis contingunt pro portionib. eis legitimè tãgentibus, ab hac præſtatione eximantur:nam quo ad alia,clerici ipſi teneri videntur, & mandatur per *dictã Prag.* 3. ac decidit R.C. S. in pluribus *Arreſtis generalibus recollect.*per Reg.de Marinis,nempe anno 1541.die 24.menſis Septembris *Arreſt.*57.*verſ.item che quelli preti*. Vndecimo menſis Octobris 1554.*Arreſt.*157. *verſ. quo ad primum*. Duodecimo Februarii 1563. *Arreſt.* 273. Vigeſimoquarto Iulii 1600.*Arreſt.*534.Septimo Auguſti 1602. *Arreſt.*547. & demum ſub die 15. Ianuarii 1661. ad relationem ejuſdem Regentis de Marinis,viſis etiam tam relatione per Eminentiſſimum Cardinal. Granvela S. C. M.tempore, quo erat in Regno Prorex facta. quàm conſultatione per R.C.S.de anno 1590. ſub die 7.Aprilis,Proregi directa, prout in *Arreſt.* 720. R. Revert.*d. Deciſ.* 18.*à verſic.& ea ſententia, uſquead finem*,ubi Reg. de Marinis, *num.* 5. 6. *& ad dictã Deciſ.* 227. Afflict. *in dicta Conſtit. Regni,Hac edictali,n.*2. *verſic. & ex hoc infero*,ubi per Io: Antonium Batium *in lit. A.* multa concordantia jura allegantur, etiam noſtra municipalia, & DD. Regens Tapia *in dicta Conſtit. Prædeceſſorum noſtrorum,num.*3. Reg.Rovit. *in d.Prag.*2.*à n.*17. Nicol.Ant.Marotta *de collecta,ſeu Bonatenẽtia, c.*5.*n.*20.21.22. ac determinavit Senat. Pedemontanus, penes Antonium Theſaurum, *Dec.*234.

Ad num.35.

60 LIcèt in Regno ſola facti veritate inſpecta procedatur,prout eſt cõcluſio indifficultabilis;tamen nõ eſt ſublata præſcriptionis actio, atque jus ipſius,itaut eam præſcribens, ea validè uti valeat,Præſid.de Amato *Conſil.*46. Reg. Conſil.Staiban.*Reſol. Foren.*5. *num.*50. 51.52.*&* *Reſol.*40.*num.*34.35.36.*lib.* 1. Reg.Conſil.Pratus *ad* Muſcat. *Prax. S. R.C.lib.*1.*p.*4.*gloſ. & ſimilia, à verſ. ſed pulchra eſt inveſtigatio,& Pract. Obſerv.* 35. *ac Diſcep.Forenſ.cap.*42.*à n.*49. *cum ſeqq. lib.*4. D. Franciſcus Verde *in loco mox allegando,verſ.& in Regno*,Blaſ.Altimar.*ad* Reg.Rovit. *ad Conſil.* 91 *lib.*1. *& ad Conſ.* 40. *num.* 22. *in princ. lib.* 2. Gregor. Mutill. *Prax. S. R. C. de gradu*

61 *citationis,num.*175. cùmque æquipararetur rei judicatæ, litique finitæ, ob defectum

ctum deficientiæ actionis in actoris per-
62 ſona, itaquod per viam exceptionis, bifaria eſſe poteſt, ſcilicet in viam dilatoriæ, ſi opponitur ante litis conteſtationē; peremptoriæ, ſi demum, ſed in continen-
63 ti; quibus in caſibus, uti appoſita ad finem retardandi proceſſum ad ulteriora, impeditiva eſt, Reg. Sanfelic. *Prax. Iudic. Sect. 44. nu. 17. & in Deciſ. 88. num. 4. lib.* 1. Alexand. Trentacinque *var. Reſol. lib. 2. Reſol. 3. num. 1. 2.* Gallupp. *Prax. S. C. p. 2. cap. 10. num. 15.* ubi Rever. D. Franciſcus Verde *lit. B.* Præſ. de Amato *dicto Conſil. 96. num. 4.* Prat. *in dicta gloſ. & ſimilia, in princ. ac in gloſſa ſequenti. Vlteriora, & in Diſcep. Foren. dicto cap. 42. num. 24. 25. lib. 4.* D. Hieronym. Borgia *Inveſtig. Iur. Civil. contra Fabrum lib. 19. cap. 12. nu. 1. verſ. & quidem, tom. 2.* Greg. Mutill. *loc. cit. nu. 174.* Vaſq. *Quæſt. Ill. 56. lib. 2.* Berlich. *Pract. Concluſ. 18. n. 44. p. 1.* Valleron. *de Tranſact. tit. 1. quæſt. 1. num. 8. 9. & tit. 5. quæſt. 1. num. 7.* ſi de ejus juſtitia in promptu
64 doceatur, itaut ſuper ea nullum poſſit cadere dubium, tam in jure, quàm in facto: nam ſi ſecus, ex quo pro dubia, & illiquida habetur, ad cauſæ merita reſervatur, prout multoties tenuit S. R. C. penes Reg. Conſil. Rocc. Reſp. *Deciſ. 73. in princ. verſ. verùm in anno* 1610. Reg. Rovit. *in Conſil. 40. num. 7. vol. 2.* de Mauro *alleg. 23.* cum aliis, allegatis ab Altimar. *ad* Reg. Rovit. *dicto Conſil. 91. num. 4.* Reg. Sanfel. *& alii deſuper allegati,* Alex. Trentacinque, *ubi ſupra à nu. 3.* Salgad. *de Reg. Protect. p. 2. cap. 18. nu. 11.* Valleron *dict. tit. 5. quæſt. 1. num. 7. propè finem,* & Nos fundavimus in exceptione rei judicatæ *Obſervatione 8. ad Alleg. Io: Vincentii de Anna, à nu. 26.*

65 Quod non videtur eſſe contra id deſumptum ex vi præeminentiæ ſupremorum Tribunalium, in quibus ſola facti veritate inſpecta proceditur, cujus ope ſemper ad juſtitiam tenditur, omni ſublato ordine; ex eo quia nulla major eſt juſtitia, quàm inſpicere ſi locum habeat præſcriptio; per quā propoſitam exceptionem, ne dum veniret lis de brevi ter-
66 minanda (quod valde Reipublicæ intereſt, ex per Nos exaratis in *Obſervationibus, ad Alleg. allati* de Anna) cum expenſarum litium evitatione, præter alia damna, & inconvenientia, quæ ab his oriuntur, quibus finis imponitur; & incertitudini dominii non ita ſemper locum daretur in perniciem publicæ utilitatis, ſi poſt hæc, & temporis curſum, novæ lites excitarentur, ad quarum evitationem, hæc præſcriptionum jura, & uſucapionum introducta fuere, ut colligitur ex *l. 1. ff. de Vſucapionib.* cum aliis, *allegatis Iuribus* à Caſtill. Sottomay.
67 *Controv. For. cap. 23. num. 11. lib. 7.* verū etiam, hac attenta præeminentia, ſuum deberet habere effectum: nam ex præſcriptione ipſa, pro temporis lapſu longævi, à lege requiſito, cum poſſeſſionis continuatione, ac bona fide, firmatur veritas, & conventi præſcribentis juſtitia, ex juribus, dominioque acquiſitis per dictum tanti temporis uſum adjaciens poſſeſſioni, poſſidentique dominium; nō tamen utile, ſed directum, ob plenum tributum jus, Imperatores *in l. traditionibus, 20.* ibi: *Traditionibus, & uſucapionibus dominia rerum, non nudis pactis, transferuntur, Cod. de* Pactis, *l. longi temporis præſcriptio, 2. Cod. de Præſcrip. long. tempor. l. præſtat firmam, 2. Cod. de long. tempor. præſcrip. l. omnes, 4. §. quid autem, in fine, Cod. de præſcrip. 30. vel 40. annorum, l. fin. §. ſin autem, aliquis, verſ. niſi tantum, Cod. de edict. diui Adrian. tollen. l. uſucapio eſt, 3. ff. de Vſucap. & vſurp. l. acquiritur, 10. §. non ſolùm autem, in fine.* ibi: *Vnde etiam per eorum longam poſſeſſionem, dominium nobis acquiratur, ff. de acquir. rerum dominio, §. 1. inſtit. de vſucap, cap. inter memoratos, & cap. clerici, 16. quæſt. 3. de* Amato *d. Conſ. 96. nu. 23.* Hodier. *ad* Surd. *Deciſ. 2. nu. 8.* Carpzou. *Deciſ. Illuſt. Germ. 115. num. 1.* Fachin. *Contr. Forenſ. lib. 1. cap. 70.* Vaſquez *Contr. Illuſt. lib. 2. cap. 54.* Hotoman. *in commen. ad tit. Cod. de Pactis, in dicta l. traditionibus verſ. quia juſti temporis* Pichard. *ſuper inſtit. lib. 4. tit. 6. de Action. §. ſic itaque diſcretis, num. 93.*

68 Quod quidem preſcriptionis tutamē, lapidē habet fundamentalē in temporis
69 curſu, cuius latitudo, atque diuturnitas, alioquim non juvaret, ſed damnum adferret: dum ex ea potiùs augetur, quàm diminuitur pravitas, *cap. non ſatis, 8. in fine,*

Digitized by Google

fine,ibi: *nec ſub obtentu cujuſdam conſuetudinis reatum ſuum quis tueatur: quia diuturnitas temporis non diminuit peccata,ſed auget*,& *cap.cùm in eccleſiæ*,9.ibi: *putant autem plures ex hoc licere, quia legem moris longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur,non attendentes,quod tantò graviora ſunt crimina, quantò diutius infelicem animam tenuerunt alligatam*, ſub *tit.de Simonia,cap.cùm haberet vxorem*,5.*in fine*,quo loci:*& diuturnitas tẽporis peccatum non minuit, ſed auget, de eo,qui duxit in matrim.cap. cum tãto*, 11.*in prin.de Conſuetud. cap. ſi quis præbenda*, 1.*quæſt.*3.Gloſ.*in dicto cap. non ſatis*,8.*verb.diuturnitas*, & *cap. ex frequentibus*,3. *verb. detinent,de inſtitut. l. nemo*,3.*C.de Epiſcop.aud.*Reg.de Philip-
70 pis *Diſſert. Fiſcal.* 1. *n.*121.122. cujus ope prætervertitur poſſeſſio à legitima, quæ debet eſſe in hoc acquirendo præſcriptionis juvamine,in vitioſam,ex qua nedum nullum tribuitur poſſeſſori jus, verùm etiam ipſamet poſſeſſio, ejuſque effectus infringitur, Reg. Rovit. *in Prag.9.de feudis,à num.*30.*vſque ad* 34.
71 *cum aliis infra in num.* 74. itaque ad præſcriptionẽ deveniri minimè poteſt; quæ haud datur ſine poſſeſſione legitima,& continua,Reg.Rovit. *Deciſ.*97. *n.* 6.Reg.de Marinis *Reſol.Iur.cap.*164.*nu.* 1.2.3.4.*lib.*1.Maſtril.*de Magiſtrat.lib.*6. *cap.*8.*num.*98.*tom.*2.Sixtin.*de Regal.lib.* 1.*cap.*5.*num.*147.172.*& lib.*2.*cap.*18.*n.* 57.Carpz.*Defin. Forenſ.p.*2. *conſt.*3. *defin.*2.*num.*3.*& defin.*26. *n.*1. *& Reſponſ. Iur.lib.*1.*tit.*4. *Reſp.*34. *num.*8. *& tit.* 7. *Reſp.*66.*nu.*13.*& Deciſ.Illuſt.*289. *nu.*1.
72 & hoc eſt ſi in initio, quod in omnibus actibus eſt attendẽdũ, *l.denique*,3.§.*ſcio* 2.*ff.de minor.*25.*annorũ*, *l.ſi plagii*, 123. *ff. de Verb. oblig. l.ſi procuratorem*, 8. *ff. mand.vel contra.l.*1.§. *ſi ſeruus*,*ff. de depoſ. vel contra*,*l.ſi id,quod quis*,58.§.*ſi filius*,*ff.pro ſocio*,*l.ſi quis ex argẽtariis*,6. §.*ſi initiũ*,*ff.de edendo*,*l.ſi ſponſus ſponſæ*, 5. *& l.ſi donatæ*,§.*ſi ſponſus*, *ff. de donat. inter virum,& uxorẽ*,Novar. *Quæſt.For.* 145.*lib.*1.Card.Tuſc. *Pract. Concl. lit.P. Concl.* 703. Niger Cyriacus *Contr. For.* 256.*num.*10.*& Contr.*387.*num.*52. ſi in
73 initio(dicimus) poſſeſſionis acquiſitæ in poſſidente bona concurreret fides, ſine quâ,non tamen interrupta ex mala ſuperveniente,infra tempus ad præſcribẽdum,fide: dum per totum,ſemper bona requiritur, nunquam devenire dicatur ad validam, permiſſamque in jure præſcriptionem, ex notoria juris canonici diſpoſitione, vincentis in hoc, ad evadendum malum,quod eveniret, ſi daretur præſcriptio cum mala fide, prout per Innocentium Summum Pontificem in *cap.veniens*,19.*in finalibus verbis*, *& in cap.quoniam*,20. *de præſcrip.* ibi *: quoniã omne,quod non eſt ex fide, peccatum eſt*; *Synodali judicio diffinimus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam canonica, quàm civilis, cùm generaliter ſit omni conſtitutioni, atque conſuetudini derogandum, quæ abſque peccato mortali non poteſt obſervari*. Vnde oportet, ut qui præſcribit,in nulla temporis parte, rei habeat conſcientiam alienæ; & per priùs fuit etiam declaratum, per Pontificem Gregorium *in cap. vigilanti*, 5. & demum,per Bonifacium Papam.VIII.*in cap.poſſeſſor*,2.*de Reg.Iur.in* 6.& per Imperatores *in l. quemadmodum* 7. ibi: *longi temporis præſcriptione ſubmota, malæfidei nanque poſſeſſorem eſſe nullus ambigit,qui aliquid contra legem interdicta mercatur*, *Cod. de Agric. & cenſit. lib.*11.*l.ſi duob.* 3. §. *ſin autem avaritiæ*, *Cod.commun.de legat.*Prat.*d.Obſer.*45.*à num.*29.*vſque ad* 38.*& ad* Muſc. *Prax. S.C. in dicta gloſſ. & ſimilia,à verſic. vel ut tantũ virũ*, Maſcard. *de Probat. concl.*
74 1378.*n.*68.69.*p.*4.ex qua inde ratione, nulla habetur ratio de præſcriptione longi temporis 30. vel 40. annorum, quando de ſimili invaliditate conſtat, nempe poſſeſſorem eſſe, ac fuiſſe ab initio in mala fide, & proinde ad præſcribendũ inhabilem; omniaque ſubſequentia corruunt, ac ſi nunquam adfuiſſent,ob non concurrentem tituli idoneitatem,propter quã deficientiam, eſt à juribus improbata præſcriptio, omneſq; legum diſpoſitiones non aſſiſtentes, ſed reſiſtentes,ipſam non coadjuvant, ſed infringunt, etiam [quia nullum tribuit talis præſcriptio poſſeſſori jus, & juvamen, per ea, quæ diximus ſupra *num.* 70. ex quibus poſſeſſio illa non regulatur per terminos realis, juſtæque poſ-

Digitized by Google

possessionis, sed usurpationis; quæ nil de novo adferre potest ob malæ fidei vitium, in se existens, omni bono contrarium, ac impedimentum præstans ad illud, suaque dependentia, & appendicia acquirendum, juxta declarationem Sũmi Pontificis Innocentii III. *in c. dudũ, 31. de decimis, & in d. cap. veniens, 19. de præscript. & Bonifacii 8. in cap. cũ persone 8. de Privil. in 6.* ab omnibus amplexam, Reg. Capyc. latro *Consul. For. 2. nu. 21. & Consul. 66. num. 27. 28. lib. 1.* Reg. de Philippis *dicta differ. Fiscal. 1. à nu. 123.* Larrea *Alleg. 5. num. 16. & alleg. 10.*
75 *num. 21. tom. 1.* Etiam si de centenaria, ac immemorabili ageretur præscriptione, si modo (prout diximus) de suo nullo, ac invalido costaret titulo, qui, ac si nunquam adfuisset, habetur, ob ejus nullitatem ex concurrentia malæ fidei, vel similium, *l. 1. Cod. de longis temp. præscrip. l. nec ullam, 13. §. omnibus etiã titulis, cum sequenti, ff. de petit. hæred.* & proinde nullos producit effectus, *l. si se non obtulit, 4. §. condemnatũ, ff. de re judicata,* Antonius Faber *Ration. in dicto §. omnibus etiam*, taliter quod inanis redditur dicta longæva possessio, ususque rei inhabilis ad validè præscribendum ob tituli defectum, juxta quem desumitur possedisse, ex ante allegatis juribus, dispositionibusque; prout non semel deternasse R. C. S. reperitur, etsi cum omnibus debitis requisitis, & circunstantiis, esset per possessores verificata centenaria, apud Camill. de Curtis *Diver. Feud. p. 1. cap. 17. nu. 11. 12. fol. mihi 79.* apud Reg. Revert. *Decis. 427. & 558. p. 2.* ac omnes communiter tenent, Reg. Capyc. latro *Consul. Forens. 66. num. 29. 30.* Reg. Capyc. Galeota *contr. Foren. c. 53. num. 45. lib. 2.* Fuluius Lanar. *ad* Reg. Io: Antonium Lanar. *Repet. Feud. ad §. si quis, per 30. sub titul. si de feud. defunct. & c. num. 27. fol. mihi 509.* Regens Consil. de Giorgio *Alleg. 14. à num. 17.* Reg. de Marinis *in obser. ad decis.* Rever. 427. Reg. Consil. Staib. *Resol. For. 53. nu. 4. 5. lib. 1. & Resol. 104. nu. 68. lib. 2.* Reg. Consil. Rocc. *Resp. Decis. 61. num. 7. 8. 9. & Resp. 73. num. 9. 10. lib. 2. & in Tract. de Officiis, rub. 13. §. 7. num. 79. 80.* Capibl. *de Baron. ad Prag. 1. num. 225. 226. & ad Prag. 11. nu. 137. lib. 1. & cap. 7. nu. 6. 16. lib. 2.* Genuens. *Prax Archiep. cap. 63. num. 5.* Reg. Consil. de Rosa *Consul. For. 12. num. 47. 48. 49.* Altimar. *ad allegatum Consil. 91.* Reg. Roviti, *num. 10. lib. 1.* D. Didacus Ant. Fajard. *Alleg. Fiscal. 1. á n. 180. usque ad 182. alleg. 22. n. 123. 124. & alleg. 33. à n. 1211. usque ad 1223.* Sesse *de inibit. c. 8. §. 3. á num. 123.* Mascard. *de probat. d. concl. 1378. à n. 69.* Gratian. *Discep. Forens. cap. 441. lib. 3.* Castill. *Decis. Sicil. 12.* precisè *à nu. 16. p. 1.* Mastrill. *decis. Sicil. 114. à num. 40. lib. 2. & de Magistratibus lib. 1. cap. 19. n. 28. & 29.* Larrea *Alleg. 68. nu. 9. tom. 2.* Antonel. *de tempor. Legal. lib. 2. cap. 67. nu. 56.* Giurb. *Pract. Observ. Decis. 71. num. 4. 13.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 165.* Berlich. *Pract. Concl. lib. 2. Concl. 3. nu. 21.* Gaspar Klockius *Consil. 10. post tractat. de contrib. vers. secundò ostenditur principaliter, fol. mihi 115.* Carpzou *Defin. For. p. 2. const. p. defin. 7. num. 11. & Responsa. For. lib. 1. tit. 4. Resp. 40. num. 20. & Decis.*
76 *Illust: 117. num. 11. 13.* eò fortiùs in regalibus, quę indubitati juris est, non posse possideri absque titulo valido, & à jure permisso: nam si secus, nõ pro possessoribus, sed usurpantibus, illicitisque detentoribus habentur, quibus nihil suffragari valet possessio, etsi longæva, ob juris resistentiam, quæ non superatur ex præsumptione à possessione ipsa desumpta, ex quo eliditur per aliam juris fortiorem in regalibus vigentem, ut possessori possessio nihil prosit, non constito de titulo, sine quo haud validè possideri valeant, *dicto cap. unico, sub tit. quæ sint regalia,* & vigore aliorũ jurium, tam civilium, quàm canonicorum, & Regni hujus, concludit R. de Marinis *ad* Reg. Revert. *Decis. 11. nu. 9. p. 1.* Reg. de Philipp. *dicta differt. Fiscal. p. à num. 135. usque ad 138.* Reg. Marcian. *Disput. Fo-*
77 *rens. 65. num. 23.* & hoc nedum in petitorio, sed etiam in possessorio, ex admista, quam habet propietatis causa, ob quam misturam de sola, nudaque possessione, valido non vestita titulo, non potest haberi ratio, uti non sufficiente ad insistendum, ne hæc fortiter juris resistentia vigeret, ex qua reputetur ipsa possessio pro nulla, vitiosa, & injusta, titulo

Digitized by Google

tulo non justificata, etiam si sit immemorabilis, ex defectu tituli, qui esse non potest, ex vulgatissimis juribus, *dicto cap. cum persona, de privil. in 6. cap. decimas, de restit. Spoliat. cap. ordinarii, de offic. Ordin.* Reg. Rovit. *Decis. 72. à num. 72. usque ad num. 76. & Cons. 58. à num. 6. lib. 1.* Larrea *Alleg. fiscal. 5. num. 22. alleg. 13. nu. 34. & alleg. 14. nu. 10. tom. 1.* cum aliis, allegatis per Reg. de Philippis *in loc. supra prox. allegato, & differt. 3. num. 86.* penes quem habes ita decrevisse R. C. S. suspenso decreto, priùs interposito, per quod erat impartitus terminus in causa, prout in *fine Dissertationum, 2. & 3.* Sed nobis videtur, taliter supremum istud Tribunal judicasse, ex quo apparebat de tituli invaliditate, quæ nihil possessori prodest, nedum in ipso possessorio judicio, sed nec etiam in petitorio, cujus justitia semper
78 per supremos judices inspicitur, ex eo quia, si rigor juris communis desuper adductus, vigeret, quando lis vertitur inter privatos, eò fortiùs posset suam habere exequutionem, ac observantiam, in fiscalibus causis, in quibus nullatenus videtur, dari posse manutentionem, sive possessionis continuationem, pendente lite super immemorabilis allegatæ possessionis verificatione, si titulus non sit ostensus, ex indubitata probatione, sive juris prçsumptione, pro Rege existente, & sic jure suo uteretur directi indubitati dominii, ex adductis per Reg. de Ma-
79 rinis Resol. Iur. *cap. 115. num. 16. lib. 2.* Attamen non tam rigorosè in Regno practicatur, ex particulari dispositione, dependente ex Regia benignitate, & benevolentia, à qua aliter dispositum reperitur; qua de causa, non valet Regius fiscus aliquem de facto privare à possessione regaliæ, & si prætendat fuisse occupatam, injustèque detentam; nisi priùs illum conveniat, judiciumque formetur, in omnibus ordinem juris ser-
80 vando, eò fortiùs, quod nedum inter privatos, verùm etiam in fiscalibus causis, ordo juris servandus est, ut Imperatores mandarunt *in l. omnes, Cod. de delato-*
81 *ribus lib. 10. l. extat, ff. de Iure fisci*. Ita quod de prætensis, & allegatis per Fiscum, legitimè convincatur possessor, antequam ei possessio auferatur, prout est in *Regni Capitulo*, quod incipit *Item Statuimus* secundùm ordinem *Nigri* 120. emanato à Carolo II. Rege, confirmato per Regem Ferdinandum de anno 1483. per quod mandatur, omninò illud servari, prout in *Prag. 1. §. 6. de salario eorum, &c.* Afflict. *in Regni Constit. Inter multas, nu. 4.* Addent. *in allato capitulo*, ubi signanter Lucas de Penna *nu. 5.* Reg. Revert. *decis. 566. in fine* Reg. de Marinis *Resol. Iur. dicto cap. 115. nu. 16. à vers. est tamen verum, & Alleg. 149. n. 9. & 10. lib. 3. & ad Reg. Revert. dec. 111. num. 9. 10. 11. lib. 1. & ad dictam Decis. 566.* Altimar. *ad Reg. Rovit. d. Consil. 58. n. 23. 24. lib. 1. & d. Consil. 100. n. 2. lib. 2.*
82 quibus de rationibus, ac juribus, contra possessores conventos libellus dirigitur, ita quod opposita per eos longæva possessione, ob quam datur, diciturque ipsam venire coadjuvatam colorato, sive præsumpto titulo, nullo modo possunt privari, lite pendente, possessionis manutentione, *cap. cùm venissent 6. extra de instit.* DD. *super citati*, Reg. Marcian. *dicta disput. 65.* nil obstante, quod appareret, jus resistere ob deficiẽtiam tituli, qui omninò requiritur ad validè, juridicèque possidendum feudalia, ac regalia, ex adductis *sup. in hac rub.*
83 *nu. 76.* quoniam ipsa non inpræscriptibilia sunt: ea ratione, quia sunt de illis rebus, quæ ex privilegio, & concessione acquiruntur; itaque per præscriptionem, sed immemorabilẽ, R. Revert. *Dec. 495.* & *decis. 540. num. 5. lib. 2.* Peregr. *de Iur.*
84 *Fisci. lib. 1. tit. 2. num. 62.* itaut per possessores possit titulus allegari, & præsumi, quod adsit, si de eo non costet, per præscriptam possessionem elapsi temporis annorũ 30. ex qua se tueri possunt & non sunt molestandi, juxta juris communis feudorum dispositionem in *cap. unic. §. si quis per triginta, sub tit. si de feud. defunct.* Hartman Pistor. *quæst. 8. nu. 9. & 10. lib. 2.* quod tamen præscribendi tempus deberet, ad validè præscribendũ contra fiscum, per longobardas leges duplicari, & sic ad annos Sexaginta, cũ delatione juramenti, à possessore præstandi, per tantum temporis, nedum ab ipso, sed etiam á suis prædecessoribus,

Digitized by Google

bus, à quibus causam habet, ipsa feudalia, ac regalia bona possessa fuisse, uti á primo acquirente habita, ex Regis concessione, & similia, prout *in l. de possessione*, 8. *sub tit. de præscriptionib.*, ita quod ex ea validè præsumatur adesse titulus juxta possessionem, quæ cùm nõ in alio, nisi in præsumpto titulo, & investitura se fundet, non videtur posse in Regno habere suum effectum contra Regem ob ejus absentiam, ob quod non videtur sufficere, suorum officialium scientia; à quibus, cùm nulla possit nova dari investitura, ob prohibitiones vigentes; sequitur, quod fictam, sive præsumptam præstare haud valeant, ne magis operetur fictio, quàm veritas: Ac sufficiens est, si ad centenariam se extenderit possessio, per quod temporis spatium justè præsumitur penes Regem pervenisse, atque habuisse scientiam à suis officialibus, vel aliter; itaquod ex ipsa centenaria, ac immemorabili possessione, & præscriptione, inducitur titulus, ob communem DD. sententiam penes Reg. Tapiam *in jure Regni, super dicta Constit. quadragenalem*, *num.* 13. *lib.* 4. Præsid. de Franch. *Decis.* 56. *num.* 10. *in fine*, Reg. Lanar. *Repetit. feudal. in dicto* §. *si quis per* 30. *nu.* 35. ubi Fulvius ejus Nepos *num.* 16. Præs. Merlin. *Contr. Forens. cap.* 13. *num.* 25. *lib.* 1. Reg. Galeota *Contr. Forens. cont.* 51. *num.* 45. 46. 48. *lib.* 1. Monacum *in add. ad* Reg. Consil. Minad. *Decis.* 32. *num.* 5. Reg. de Marinis *Resol. Iur. lib.* 3. *Alleg.* 149. *num.* 12. 13. Reg. Consil. Rocc. *Resp. Decis.* 73. *nu.* 7. 8. *lib.* 2. Gothofredum *in cap. unico*, *quæ sint regalia*, *vers. sola ne*, *&c.* itaque per *Regni constitut. quadragenalem*, tempus hoc ad cẽtum sit extensum annos, ex eo quia supra centum annos, ne dum vita, verùm hominũ memoria non invenitur; Beneverũ per minus temporis, nullo jure potest contra Regem præscribi, Præses Merl. *Contr. For. cap.* 13. *nu.* 21. *lib.* 1. R. Capyc. latro *Consult.* 2. *n.* 20. ex ipsa igitur centenaria, possessor est securus, & non debet ostendere titulum, ex quo ipsa concurrente, adesse præsumitur, ad instar illius, cum qua dicta centenaria confunditur, quæ immemorabilis appellatur, & vim habet præsumẽdi justũ, legitimũq; titulũ, dũ pro titulo, & privilegio ex certa scientia elargito, habetur DD. *mox laudandi*, itaquod uti fundata in infallibili, ac irrefragabili juris, & de jure præsumptione, cõtrariã nõ admittat probationem, itaque nedum pro titulo præsumpto, sed pro vero, ac à lege ficto statuente super certo, redditur possidens in tuto à jure, ex omni parte plenissimo, ac valido, quod ipsi ex ea administratur, etsi ageretur de rebus, ad alium, quàm ad possessorem spectantibus, aut quæ fine Principis, aut Pontificis concessione possideri, haberique haud possunt, & in quibus possessio non relevat possessorem, nec illum exonerat à tituli demonstratione, verificationeque, cùm aliter possideri, non sint permissæ, ex quo, ope dictæ immemorabilis, vel centenariæ verificatæ, ne dum præsumitur adfuisse in tempore opportuno, ad quam ipsa præscriptio immemorabilis semper refertur, & juxta quam fuisse concessionem desumitur, verùm etiam ipsamet habetur pro concessione, elargitione, & titulo, cum omnibus inde requisitis, & solemnitatibus; quapropter verificata immemorabili, sive centenaria possessione, titulus nedũ non est verificandus, verùm etiã nec allegãdus, ex juribus, per Nos laudatis *in antecedenti Rubrica*, *num.* 215. 216. quibus adde *cap.* 1. *in fine de præscrip. in* 6. *l. si de interpretatione*, 37. *l. nam Imperator*, 38. *ff. de legibus*, *& Sen. Consul. & longa Consuetudine*, *l.* 1. *Cod. de Servit. l. in summa*, 2. *ff. de aqua pluvia arcen. l. si pupillus ff. de admin. Tutor. cap. cùm dilectus*, 8. *de consuet. cap. certificari*, 9. *de Sepulturis*, *cap. super quibusdam*, §. *præterea*, *ff. de verb. signif.* Goffred. nostrum *hic nu.* 39. 41. 63. 183. Afflict. *Decis.* 254. *num.* 4. Reg. Rovit. *in Prag.* 1. *de Privil. Universitat. conces. nu.* 20. Reg. Galeota *Contr. Forens. d. c.* 51. *nu.* 30. 43. 44. *lib.* 1. *& cap.* 20. *à num.* 42. *usquead* 45. *lib.* 2. Reg. Consil. Fab. de Anna. *Consil.* 129. *num.* 43. *&* Io: Vincentium ejus Patrem *Alleg.* 52. *num.* 7. Alex. Trentacinque *Var. Resol. lib.* 1. *tit. de servitutibus*, *Resol.* 1, *num.* 22. Reg. Capyc. latr. *ubi supra*, cum aliis innumeris de nostratibus, & exteris, *allegatis per* Episcopum de Afflict. *in*

Digitized by Google

in Addit. ad Controv. 46. *&* 47. *num.* 86. *fol. mihi* 495. Reg. de Marinis *Resol. Iur. d. cap.* 115. *lib.* 2. *&* *ad* Reg. Revert. *Decis.* 63. *&* *Decis.* 540. *num.* 5. 6. *lib.* 2. *&* *in lib.* 3. *Resol. Iur. Alleg.* 8. *num.* 13. *&* *Alleg.* 113. *nu.* 16. 17. Reg. Consil. Rocc. *de Officiis, rub.* 13. §. 7. *num.* 41. 73. Reg. Consil. de Rosa *Consult. forens.* 12. *à nu.* 21. 27. 28. Capiblanc. *de Baronibus in Prag.* 1. *n.* 215. *et in Prag.* 11. *n.* 144. 145. 146. *&* *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 5. *&* *cap.* 19. *per totum* Borgiam *Investig. Iur. Civil. adversus* Antonium Fabrum *de conjecturis lib.* 19. *cap.* 12. *nu.* 7. *&* 9. *tom.* 2. de Grassis *de effect. cleric. effect.* 1. *à nu.* 376. Antonell. *de tẽpore legal. lib.* 2. *c.* 67. *n.* 11. *&* 55. *&* *cap.* 73. *n.* 19. Fontanell. *de pactis nuptial. clauf.* 4. *glos.* 17. *à n.* 30. *cũ seqq. tom.* 1. Solorz. *de Ind. Iure lib.* 3. *c.* 3. *à n.* 76. *tom.* 1. Salgad. *de Regia Protect. p.* 1. *c.* 1. *prælud.* 3. *n.* 132. *tom.* 1. Castillum *controv. Iur. cap.* 3. *à num.* 5. *cum multis seqq. cap.* 21. *&* *cap.* 23. *tom.* 7. Pereyr. *de Manu Regia, prælud.* 3. *num.* 10. *&* 11. Sese *de Inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 121. *&* *à num* 158. Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap.* 6. §. 1. *à num.* 20. Cortiadam *Decis. Cathal.* 7. *à num.* 30. *part.* 1. Gasparem Klockium *de contribut. cap.* 16. *sect.* 2. *n.* 120. & melius *cap.* 20. *num.* 232. Christoph. Besold. *Consil.* 49. *à n.* 79. *par.* 2.

91 Itaquod, si de validitate tituli acquisitionis dubitaretur, ob aliquarum solemnitatum deficientiam, ex ipsa titulus ex omni parte perfectus inducitur, ac vim privilegii habet, & concessionis; nec est mirum, si solemnitatum, cæterorumq; defectus suppleret: nam aliàs nullum juvamen ex præscriptione ipsa immemorabili induceretur, & ad ipsam non recurreretur, si de validitate tituli appareret, ex quo ab initio possessor erat

92 in tuto: nam disonum non est, titulum posse esse vitiosum ex defectibus, verũ esse convalidatum ex tanti temporis cursu, supplente nullitatis defectus, cum sic novus, ac validus titulus ex omni parte perfectus induci possit; eò fortiùs ea, quæ tendunt ad simplicem solemnitatem effectualem, quæ ex tempore etiã suppleri potest, Imperatores *in l. jubemus*, 14. ibi: *ex quocunque titulo, vel etiã sine titulo hactenus possederunt, Cod. de fund. patrim. lib.* 11. cum aliis concordantibus, allegatis à Reg. Consil. Rocc. *de officiis dicta rub.* 13. §. 7. *num.* 41. Capiblan. *de Baronibus, in dicta prag.* 11. *à nu.* 147. Reg. de Marinis *Resol. Iur. lib.* 3.

93 *Alleg.* 68. *num.* 6. *&* 7. quo casu cessaret in hoc Regno illud, quod in ore omniũ decantatur: Assensum Regium non præsumi, sed omninò exibendum esse ob requisitum registrationis; itaquod semper apparere possit, si præstitus fuit: quoniã ob tanti temporis lapsum, nedum inductum ex rationibus ante dictis, verùm etiam ex juris, & de jure præsumptione adfuisse sit præsumendum, licèt non exhibeatur ad tituli convalidationem, etianfi per *Regias Pragmaticas* eorum exhibitio, & registratio mandetur infra certum tempus, Fulvius Lanarius *ad* Reg. Io: Antonium *in Add. ad Repet. in d.* §. *si quis per triginta, n.* 18. *vers. non obstat, num.* 19. 20. Capibl. *loc. cit. num.* 150. Reg. Consil. Rocc. *ubi sup. num.* 43. Reg. de Marinis *Resol. Iur. cap.* 234. *num.* 15. *lib.* 1. *&* *cap.* 114. *nu.* 14. *lib.* 2. Reg. Consi. de Rosa *dicta Consul.* 12. *à num.* 32. *usq; ad* 37. ubi ita testatur de inveterata Regiæ Cameræ Summariæ praxi.

94 Verùm enimverò, si ageretur de prescribendo contra privatum, de quo non loquitur *longobardorum lex*, *&* *Regni constitutio*, desuper Allegata, sufficeret cursus temporis annorum triginta, cum continuata possessione: nam eo casu procederent disposita in allato, §. *si quis per triginta*, & *Constitutione Regni, Consuetudinem pravam*, ob concurrentiã requisitorum, quæ in illis dispositionibus numerantur, Reg. Io: Antonius Lanarius, ubi Fulvius ejus nepos, *in Repet. feud. in dicto* §. *si quis per triginta*, Reg. de Marinis *Resol. Iur. dicto cap.* 234. *num.* 14. *lib.* 1. *&* *cap.* 114. *n.* 10. *lib.* 2. Hartman *ubi supra*, & determinavit S. C. junctis Aulis, prout habetur penes *R.* Consil. Staiban. *in Obser. ad Resol. For.* 6. *à num.* 49. *lib.* 1.

95 Itaque data hac præscriptione circa omnia præmissa, in quolibet ipsius casu supponitur in eo titulus, quo ad ea, quæ ex privilegio, aut alio justo titulo possideri, ac acquiri possunt; inter quæ cùm haud veniant excluſa jura negativa, sequitur quod ex præscriptione possit induci libertas, sive immunitas à solutio-

Digitized by Google

ne onerum, vel non collectandi, aut accataſtandi bona, etſi contra Fiſcum, *dict. l. locatio*, 9. §. *earum rerum*, *ff. de Publ. & vectig. d. l. jubemus*, 14. *Cod. de fund. patrim. lib.* 11. *l.* 1. *C. de excoctione & transl. Milit. annon. lib.* 12. *cap. de quarta, de præſcrip.* Gloſs. *in Clementina* 1. *in verb. legitima, de cenſibus*, Gramm. *Deciſ.* 100. *num.* 25. Reg. Revert. *Deciſ.* 309. *p.* 2. ubi Reg. de Marinis *num.* 1. Reg. Conſil. Fabius de Anna *Conſil.* 59. *nu.* 61. Petra ad *Gramm. in dicta Deciſ.* 100. *num.* 16. Reg. Conſ. Staiban. *in Obſer. ad Reſol. Forenſ.* 187. *nu.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. Gaſpar Theſaur. *q. Forenſ.* 8. *à n.* 6. *lib.* 1. Cancer. *Var. Reſ. lib.* 3. *cap.* 4. *à nu.* 135. Chriſtoph. Beſold. *diſcurſ. polit.* De Ærario, *cap.* 5. *à nu.* 106. Gaſpar Klockius *de Contrib. cap.* 16.

96 *ſect.* 2. & hoc, ſi allegatur per negantem, in ipſa poſſeſſione, ne dum ipſum, ſed etiam ejus prædeceſſores extitiſſe quadraginta annorum ſpatio, & non minùs, quicquid alii dixerint ſufficere decem, alii, triginta: quoniam ſpecialiter in jure, quo ad prædicta reperitur diſpoſitum, hoc temporis ſpatium requiri ad hoc negativum jus libertatis, ſive immunitatis acquirendum, Imperatores in *dicta l. jubemus*, 14. *l. omnes*, 4. *Cod. de præſcrip.* 30. *vel.* 40. *annorum*, & eſſe communem ſententiam DD. habetur penes Reg. Conſil. de Anna *d. Conſil.* 59. *n.* 57. Reg. Conſil. Staiban. *in d. Obſer.* 187. *n.* 5. Sperell. *Deciſ.* 121. *num.* 74. *lib.* 2. Conciol. *alleg.* 14. *num.* 32. *part.* 1. Theſaur. *dicta Quæſt.* 8. *num.* 6. Matth. Coler. *Conſil.* 1. *num.* 274. Beſold. *Conſil.* 79. *n.* 49. *&* 50. Klockius *ubi ſup. num.* 27. Flores diez de Mena *Var. quæſt. lib.* 2. *queſt.* 21. *nu.* 265. *prope finem*, Cancer. *ubi ſupra num.* 137.

97 quæ uti conſiſtens in pura facti negativa, onus contrarium verificandi affirmãti ineſt, ut decidit Senatus Cathaloniæ apud Cancer. *Var. Reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *de Præſcriptione, num.* 41. Reg. Conſil. de Anna *dicto Conſil.* 59. *num.* 64. Klockius

98 *ubi ſupra, nu.* 30. *&* 31. ob præſumptionem concurrentem in beneficium negantis, ita eſſe in poſſeſſione non ſolvendi, & non accataſtandi ejus bona, ex quo in cataſto per dictũ temporis ſpatiũ non fuiſſe deſcripta apparet, quouſque de contrario non convincatur.

99 Quod procedit, etſi de interpellatione non appareat, cum denegatione ex ejus parte non ſolvendi, vel accataſtandi reſpectivè: nam, licèt non deſint DD. opiniones, haud poſſe dari in hoc negativo jure quaſi poſſeſſionẽ, ad finẽ, ut ex ea oriri valeat præſcriptio, elapſo legitimo tempore annorum quadraginta; niſi á tempore, quo fuerit interpellatus, & recuſavit, in qua quaſi poſſeſſione permanſerit pro toto dicto lapſo tempore; & fundantur in diſpoſitione *text. in l. hæc autem jura, ff. de ſervit. Vrban. Prædiorum, l. cùm ſcimus*, 21. *C. de Agricol. & Cẽſitis, lib.* 10. *& in l. cõpetit, ff. de præſcrip.* 30. *annorũ*, Chriſtoph. Beſol. *ubi ſup. n.* 107. & alii, *alleg. infra in n.* 103. Quoniã

100 jura prædicta non loquuntur in caſu juris negativi, de quo agitur: nam in *text. dicta l. competit* prohibentur præſcriptiones omnes contra præſtationem publicarum fũctionum, & ſic de ſolutione tributorum, quę fiunt in ſignum recognitionis univerſalis dominii Imperatoris, vel Regis, contra quos in ipſis non datur præſcriptio, uti reſervata ipſi Principi, ratione ſupremę dignitatis, & prę-eminentiæ, Gaſpar Klockius *ubi ſupra à num.* 17. & licèt ſtatuatur in *dicta l. cùm ſcimus* contra præſcriptionem; hoc tamen proceſſit ea ratione, quia nunquam evenit caſus, cujus ope potüiſſet poſſeſſor adſtringi, itaquod ex negligentia nõ petentis cæpit præſcribi, & poſſideri libertas, per ea, quæ inferiùs notantur, *nu.* 102. & explicant, Reg. Conſil. Staiban. *in dicta Obſer.* 187. *num.* 3. Conciol. *Alleg.* 14. *num.* 40. Cancer. *Var. Reſol. dicto*

101 *cap.* 4. *part.* 3. *num.* 139. quò verò ad *text. in l. hæc autem jura*, ſuam direxit diſpoſitionem in negativo jure acquirendo, adverſus tamen actum poſitivum merę facultatis, uti dependentem ab actu merè voluntario, contra quem minimè dari poteſt prę-ſcriptio, niſi quis, explicata voluntate utendi ſua facultate, prohibitus fuerit, cujus ope incæpit currere præſcriptio; itaquod legitimo dicto tempore effluxo, de ea ſe excipiẽs tueri valeat, cùm in ipſis juribus, merè facultativis, hæc requirantur, ex argumento *l. viam*, 2. *ff. de via publica*, *l.* 1. §. *denique, ff. de aqua pluvia arcenda*, Reg. Conſil. de Roſa *dicta Conſul.* 12. *num.* 42. Blaſius Altim *ad Reg. Rovit. Conſil.* 25.

à nu.

Digitized by Google

à num.31.lib.3. Gaſpar Klockius *loc. cit.*
102 *à num.* 54. *cum ſeqq.* prout ſunt illæ actiones, juraque altiùs tollendi, & ædificandi, quæ cùm dependeant à mera voluntate, ac facultate domini rei, in cujus libertate eſt, an ædificare, & extollere cupiat, vel ne; ita ut contra hanc libertatem, facultatemque, à mera voluntate dependentẽ, nemo poſſit dici, quod in poſſeſſione adſit validè prohibendi, ex acquiſito jure ope præſcriptionis, cũ rei dominus, ne dum per quadraginta, ſed per mille annos uſus non ſit hac facultate, & quod hoc medio tempore ſe non explicavit velle uti, prout in *dicta l. hac autem jura, & l. quod autem*, 6. *& l. cum eo*, 8. *ff. de ſervit. Vrban. prad. l. ſervitute uſus*, 25. *ff. quemadmodum ſervitutes amit. l.* 1. *& l. altiùs*, 8. *C. de Servit. & aqua*, Gloſſ. *in dicta l.* 1. *& in l. qui luminibus, verb. formam, ac ſtatum, in medio, ff. de ſervit. urban. prad.* Reg. Conſil. de Roſa *in loc. prox. alleg.* Reg. Marcianus *Diſp. For.* 25. *nu.* 4. *lib.* 1. Blaſius Altimar. *ubi prox. num.* 32. Gaſpar Klockius *in dicto cap.* 16. *ſect.* 2. *num.* 57.
103 ſecus in re, de qua agitur, non dependente á mera, & ſpontanea voluntate, & ſic merę facultatis, non ſolvendi jura, & onera, vt cæteri alii, & non collectandi bona, ut reliqui cives, & bona poſſidentes, ad quod veniunt adſtricti, nedum à lege, id mandante, verùm, & ab obligatione ad id inducta, quarũ vigore omnes alii adſtringũtur, aut adſtringi poſſunt ad ſolutionem, & ad accataſtanda bona reſpectivè; qua de cauſa quouſque evenerit tempus, aut caſus ſolvẽdi onera, & collectandi bona, & non ſolverit, aut accataſtaverit, prout cæteri, ex quo agitur de præſcribendo ad finem extinguendi jura, alteri competentia, & ad ſe liberandum ab ipſorum prẹſtatione, non autem, ut ex ea aliquod novum jus acquiratur, ex ſolo dicti temporis lapſu, cum negligentia dicti agentis, qui agere poterat interdicendo libertatem cum denegatione: quoniam ob coactionem non factam, temporis curſu, reperitur conſtitutus in poſſeſſione immunitatis non ſolvendi, & libertatis nõ accataſtandi, & cæpit præſcribere adverſus hanc obligationem, taliter, quod præfixo tempore elapſo, libertatem, & immunitatem prædictam acquiſivit; quod admittunt omnes communiter aſſerentes, minimè requiri in prædictis interpellationem, ſed ſufficere quod evenit caſus, & ab aliis onera, juraque fuere exacta, non autem ab iſto; cæteraque bona civium, & bonatenentium in cataſtis publicis, & ut juris confectis, deſcripta fuerũt, non autem ipſius, de quo agitur, Gramm. *dicta Deciſ.* 100. *num.* 25. Reg. Conſil. de Anna *d. Conſ.* 59. *n.* 60. *lib.* 1. Reg. Conſil. Staiban *in dicta Obſer. ad Reſol.* 187. *à num.* 7. *cum ſeqq. uſque ad num.* 20. Reg. Conſil de Roſa *Conſul. For. dicta conſul.* 12. *n.* 40. *&* 41. Flores diez de mena, *loc. cit. num.* 266. Cancer. *d. cap.* 4. *á num.* 138. *uſque ad* 154. Gratian. *Diſcep. Forenſ. cap.* 89. *num.* 21. *part.* 1. Conciol. *in dicta Alleg.* 14. *à num.* 32. *uſque ad finem*, Regnerus Sixtinus *de Regalibus c.* 14. *n.* 118. *lib.* 2. Chriſtoph. Beſold. *ubi ſupr. n.* 108. Gaſpar Klockius qui, diſcuſſo ad partem articulo *in dict. cap.* 16. *ſect.* 2. *in num.* 76. *&* 77. ita concludit, & eſſe communem cùm multis, quos allegat; & determinaſſe Senatũ: Pedem. refert Gaſpar Theſaur. *Quæſt. For. dicta Quæſt.* 8. *num.* 9. Correph. apud Gylm. *tom.* 4. *ſymph. part.* 1. *vot.* 30. *num.* 212. *& ſeqq.* Peruſ. penes Ioſeph. Ludou. *Deciſ.* 3. *num.* 1. *lib.* 1. Cathal. Cancer. *loc. cit. num.* 155. 156. *&* 157. quicquid in contrarium ſenſerit Reg. de Marinis *Reſol. Iur. cap.* 54. *num.* 13. *verſ. ratio aſſignatur, lib.* 2. quia è contra ex præmiſſis apparet, quod magis cõmunis ſit noſtra ſentẽtia rerum judicatarum, ac legũ diſpoſitionum fulcimine roborata: Ac etiam ex quo non ægitur de præſcribẽdo quantitates collectarum, quæ ſingulis annis maturant, debenturque, itaquod nõ extenderetur præſcriptio ad infuturũ debendas, & maturandas; ſed ipſius juris debendi, collectandique in alterius beneficium competentis, & libertatem abſtinendi, prout ſupra fundavimus.
104 Qua de ratione, etſi reperiatur prohibitũ de jure cõmuni ad collectarũ onera ſubiicere bona, quæ in alieno territorio poſſidẽtur, ad quas nõ adſtringũtur poſſeſſionis intuitu, dũ ipſæ collectæ, ac munera imponuntur perſonæ pro rebus, & per conſequens in ea impoſitione non ſubiacere forenſes, quia non ſunt ſubdi-

Digitized by Google

ti, & ad id arctari nequeunt, *l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honor. l. libertus §. sola, ff. ad municip.* & ex aliis juribus, & DD. allegatis per Reg. de Marinis *Resol. Iur. cap. 63. nu. 1. lib. 1. & in dicto cap. 54.*
105 *num. 8. & 9.* Ex communi tamen consuetudine totius Italiæ, de qua testatur Barthol. *in dicta l. libertus, §. sola, & in d. l. rescripto, §. final.* Gabriel *com. Concl. lib. 6. tit. de Immunitate, Conclus. 2. num. 8.* Minsig. *Sing. Obser. 22. cent. 5.* Gaill. *Pract. Obser. lib. 2. Obser. 52. à num. 17.* Thesau. *Decis. 149.* & specialiter in hoc Regno nostro, prout habetur, per And. *in cap. 1. verb. & planstrorum, sub tit. quæ sint Regalia,* Capyc. *in Investitura Feud. verb. collectis, vers. forenses, fol. 120. col. 2.* Reg. Consil. Fabius de Anna *dict. Consil. 59. num. 1. 2. & 3.* etiam ope legalis dispositionis in *cap. Regni*, quod incipit *in singulis civitatib. 194.* ex verbis ibi: *burgenses aticas res tenentes, licèt alibi habeant incolatum.* & *Reg. prag. 1. de appretio,* ad onera collectarum veniunt adstricti, eorunque bona accatastantur, & hoc jure utimur, nil obstante, quod bona in uno loco adsint, possessoresque in alio, etiã per ea, quæ desumi possunt à dispositis, per Imperatores *in l. unic. Cod. de muner. & in quo loco, in finalibus verbis lib. 10. l. forma, 4. §. si verò quis. ff. de censibus,* ubi Gloss. *in verb. levari, prope finem,* Regens Revert. *Decis. 387. lib. 2.* ubi ita R. C. decidisse refert, Sebastian. de Neap. *in dicto cap. Regni, in singulis, num. 7.* ubi de Nigris, *num. 18.* Reg. Consil. de Anna *dicto Consil. 59.* Reg. Rovit. *in Rubric. prag. de Appretio, num. 8.* Reg. de Marinis *ad* Reg. Revert. *Decis. 27. à num. 1. & ad Decis. 387. num. 1. & Resol. Iur. cap. 63. num. 1. lib. 1.* Novar. *in scholiis ad l. trium librorum Codicis, in l. originem, C. de Municip. & Origin. num. 1. vers. sed an forenses,* Scoppa *Obser. ad* Gratianum *Decis. 20. num. 15.* Cancer. *Var. Resol. p. 3. cap. 13. à num. 103.* De Leon *Decis. Valent. 159. lib. 2.* Thesau. *dicta Decis. 149.* Alex. *Consil. 78. p. 6.* Klockius *de Contrib. c. 13.*
106 *sect. 1.* modò in loco rei sitæ non vivatur per catastum, sed per gabellas, propter quod bona, nõ allibrantur, prout in loco, ubi incolatum habent possessores, ita quod mutato usu vivendi in
107 loco prædicto, ubi bona reperiuntur, à gabellis in catastũ, ad cujus variationem advenire in illo loco, sive civibus ipsius haud est vetitum: quia in mera voluntate, sive facultate universitatis, modus vivendi residet, Capyc. *Dec. 148.* Reg. de Marinis *Resol. Iur. dicto cap. 63.*
109 *nu. 3.* ipsi nil affert prejudicii præterita bonorum accatastatio facta in loco residentiæ possidentium, cui nullum jus, sive actio acquisita accatastandi, allibrãdique bona prædicta per totum tempus, etsi immemorabile, in quo reperitur possidere: ex eo quia per antea ipsi universitati loci rei sitæ, ob ejus usum vivendi per gabellas, nullum inferebat præjudicium accatastatio, quæ fiebat per Vniversitatem loci domicilii: quia interim cessabat suum interesse; ac per hoc nulla occasio evenit in loco rei sitæ allibrãdi, & non allibravit, dum vixit pro toto dicto tempore per gabellas, ad quod nulla requiritur allibratio bonorum civium, & exterorum, & bona possidentiũ; Ita, & taliter, quod nunquam cæpit usucapere locus domicilii, ne bona allibrẽtur in loco rei sitæ: dum contra hanc illius loci vivendi facultatem, nisi casus eventu, & contradictione sequuta, præscriptionis jus non datur, prout *supra* fundavimus, *num. 101.* ac etiam per *text. in l. Proculus, 26. ff. de damno infecto, l. 1. §. deniq; Marcellus, l. si in meo fundo, 21. ff. de aqua pluvia arcenda,* & in propriis terminis, de quibus loquimur, Reg. de Marinis *Resol. Iur. dicto cap. 63. lib. 1.* & eximuntur possessores á præstatione in loco domicilii, quoniam non sunt duplici onere gravandi, ex notatis, per Rodoer. ad Reg. de Marinis *in dicto cap. 63. num. 2.* dum ob unam, eandemque rem, nemo debet duplici onere collectarum onerari, Klockius *de Contrib. cap. 11. nu. 26. cap. 13. num. 33. & cap. 14. sect. 2. nu.* 27. nam in concursu collectandi, semper præfertur locus rei sitæ, *dicta l. forma, §. si verò quis, dicta l. unica in fine, Cod. de mulier. & in quo loco, lib. 10.* Klockius *de*
110 *Contrib. dicto cap. 13. num. 2.* & signanter in Regno nostro, per ea, quæ disponuntur in allato *cap. in singulis, 194.* ubi mandatur allibrari possessiones, licèt alibi possessores habeant incolatum, originemque, Reg. Tapia *in Iur. Regni lib. 6. tit. 3. de solut. fund. fiscal. in annot. ad*

Digitized by Google

ad cap. ſtatuimus, num. 2. verſ. unum tamẽ non omittam, tom. 6. quod ad illas impoſitiones, quę habent reflexionem ad bona, etſi pro miſtis habeantur, uti impoſita perſonæ pro rebus, non autem quo ad illas, quæ merè perſonales ſunt, ad ſervitium perſonale tangentes, Reg. Rovit. *in rubric. prag. de appretio, num. 2.* Reg. Revert. *dicta Deciſ. 387. in fine* Nicol. Ant. Marotta *de collect. ſeu Bonaten. c. 9.*

111 *num. 5.* Cabed. *Deciſ. 91. num. 3. p. 1.* Si inter has duas Vniverſitates, originis, habitationiſque, & illam rei ſitæ, nulla adeſt communitas, ac territoriorum pro-

112 miſcuitas: quo in caſu præfertur locus, in quo cives habẽt incolatum, juxta ea, quæ decrevit S.R.C. & R.C.S. confirmata per Collaterale Conſiliũ, apud Pręſid de Franch. *Deciſ. 22.* Reg. Tapia *in loco proximè notato* Thoro *in compend. Deciſ. verb. collectę an ſunt ſolvendæ*, Novar. *in prag. 1. de appretio, à num. 10.* Reg. de Marinis *Reſol. Iur. c. 63. lib. 1.* de Luca *ad allatam de Franch. Deciſionem 22.* & declaravit R. C. in Arreſtis generalibus, recollectis per Reg. de Marinis *Arreſt. 330.* ad quem caſum promiſcuitatis non ſe extendit *dictum noſtri*

113 *Regni Capitulum.* At præmiſſa quo ad tempus hujus præſcriptionis juris negativi, locum habent quando agitur de præſcribendo inter privatos: nam ſi contra Regem, ſuumque regium ærarium, non alitèr quàm centum annorum ſpatio præſcribitur, Flores diez de Mena *dicta Quæſt. 21. num. 265.* & ſignanter in hoc Regno ope *allegatæ Conſtitutionis, quadragenariæ.*

Ad num. 57.

114 PRræter illas impoſitiones, quæ indictæ fuere pro ſolutione onerum ordinariorum, multæ aliæ adſunt, quæ juxta caſuum occurrentiam impoſitæ fuerunt, & imponuntur, reſpicientes ad illam præciſam neceſſitatem, propter quam earum impoſitio juſtificatur; verùm ratione illius præciſæ concurrentis cauſæ, ad quam reflectitur, limitatum producunt effectum, Reg. Moles *Dec. Reg. Cam. Summ.*

115 *§. 23. quæſt. 4. num. 19.* quapropter ceſſante, ac deficiente cauſa illa finali ad impoſitionem juſtificandã, quæ in omnibus, & ante omnia eſt attendenda, & inſpici debet, Gaſpar KlocKius *de ærario,*

116 c. 37. n. 83. lib. 2. deficere quoque debet effectus, ab ea dependens, ex vulgata regula, quæ deſumitur á diſpoſitis per Imperatores *in l. fin. §. nam priore caſu, Cod. qui non poſſunt ad libert. &c.* & per Sũmos Pontifices Innocentium III. *in cap. cùm ceſſante, 60. in princ. de Appell. et cap. Et ſi Chriſtus, 26. §. quædam enim, in fine, de Iure Iurando, in cap. poſt translationem, 11. §. cæterum ſpeciales, circa finẽ, de renunciat.* Innocentium IV. *in cap. cùm infirmitas, 13. §. cum cauſa, de pœnit. & remiſſ.* Gloſſ. *in dicto cap. poſt translationem, in verb. ceſſante,* Rodoer. *ad* Reg.

117 de Marinis *Reſol. Iur. cap. 57. n. 1.* quià nulli dubium eſt, propter defectũ ipſius cauſę finalis, ac inductivę ad validandã obligationem, vel impoſitionem, cauſam ipſam, ad non cauſam reduci, *l. 1. §. ſive autem, ff. de condit. ſine cauſa*: ob quod omnia corruunt ob remotionem cauſæ,

118 quæ, licèt ab initio adfuit; ex eius tamen defectu, ex poſt facto, ad caſum, à quo initiari haud potuiſſet, eſſe reductã apparet quo ad ſequentia, quorum reſpectu habetur, ac ſi ab initio talis fuiſſet, ſi demũ ad id ſit deventum, Martianus *in l. quia. 16. ff. ad legem Aquiliã*, ibi: *quia in eum caſum res pervenit, à quo incipere non poteſt, l. exiſtimo, 98.* ibi: *& maximè ſecundùm illorum opinionem, qui etiam ea, quæ rectè conſtituerint reſolvi putant, cùm in eum caſum reciderint, à quo non potuerunt conſiſtere, ff. de Verborum oblig.* propter æquiparatam, quam habẽt rationem, quæ eundẽ ſortitur effectum, ſi adfuerit à principio, ſed demũ defecerit, ob quod ampliùs cauſa ipſa nõ concurrit. *l. nihil refert. 4. ff. de condit. ſine cauſa*, Ant. Faber. *Rational. in dicta l. 1. §. ſive autem, tom. 3.* Gaſpar KlocKius *de Contrib. cap. 7. num. 106.*

119 quæ pręcisè requiritur ad validitatem hujus impoſitionis collectarum, per ea quæ *deſuper* adnotata ſunt *num. 3.* modo quo omnino ceſſat etiam præſtatio, ſive contributio ipſa, *l. cura, 4. §. deficientium, ff. de muner. & honor.* Reg. Tapia *Deciſ. ſuprem. Ital. Senat. 23. num.*

39. Reg.

Digitized by Google

39. Reg. de Marinis *Resol. Iur. cap.* 157. *nu.* 3. *lib.* 1. ubi Rodoer. *nu.* 2. KlocKius *d. cap.* 7. *num.* 104. *& cap.* 8. *num.* 94. *Coler.* Consil. 1. *num.* 136. Honded. *consil.* 86. *nu.* 8. *vol.* 1. Cacher. *Consil.* 31. *nu.* 26. & latè Ludov. Molin. *tom.* 3. *p.* 1. *de Trib. disput.* 667. *num.* 1.

120 Si modò alia non supervenerit iusta causa, ex qua si non reperiatur ipsa impositio indicta, imponi posset: nam adveniente nova causa, validè continuari potest exactio dictæ impositionis, ex dicta nova causa justificatæ, per ea, quæ notat Reg. de Marinis *in dicto cap.* 157.

121 *num.* 4. & hoc etiansi nulla præcesserit imponentis explicatio, sed à civibus, prima causa remota, ad solutionem collectarum, ac onerum, continuatur; propter quod, deinceps à tali præstatione non possunt ampliùs abstinere; Præsid. de Franch. *Decis.* 56. *num.* 19. Rodoer. *ad Reg. de Marinis in dicto cap.* 157. *num.* 7. penes quem *num.* 6. habes, an fraudatores dictorum onerum, & collectarum

122 peccent? prout multæ adsunt impositiones, quarum causæ iamdiù cessarũt, sed ex ratione à Præside desuper allata; ac etiam quia reperiuntur alienatæ quãtitates indictæ, in perniciem, & danum emptoris, tolli non possunt, & perpetuæ efficiuntur, licèt ab initio pro certa causa, & tempore impositę fuerint.

123 At quia superiùs actum est de bonorum allibratione, non erit inconveniens, hic aliqua adnotare, scilicet an, & quando liber Catasti fidem, ac probationem faciat, quo ad verificationem, nedum possessionis, verùm etiam dominii bonorum descriptorum, quæ sunt apud illos, sub quorum nomine adscripta, ac allibrata fuere, ad finem contribuendi juxta allibrationem, prout ex ejus exequutione; cõtributorum exequutio,

124 sive solutio observata sit? Pro parte negativa adducitur collectarum solutio, ac professio nullum tribuere dominium, reique possessionem, ex eo quia nullum inducitur, ac affertur domino, & possessori præjudicium, damnumque, per ea, quæ in terminis determinaverunt Imperatores *in l. si functiones*, 4. *& l. censuales*, 7. *Cod. de donat.* *l. solemnibus*, 25. *Cod. de rei vindic.* *l. cùm scimus* *Cod. de Agricol. & censit. lib.* 11. *l. si*

125 *pater*, 8. *Cod. de action. empti.* taliter quod ex prefatis libris, qui in hoc Regno conficiuntur, & Catasta nuncupantur, ad finem allibrandi bona civium, & aliorũ ad contributionem collectarum obligatorum, nunquam potest probari possessio, ac dominium bonorum descriptorum, si verè sint in eorum posse, in quorum faciem descripta sunt, licèt prædicta catasta ordine magistratus confecta sint, *Afflict. in Const. Regni, Circa violentiarũ, nu.* 21. Camill. de Medicis *Cons.* 9. *n.* 4. Reg. Rever. *Decis.* 64. *in princ. vers. quod dominium*, ubi Reg. de Marinis, *n.* 5. *& ad Decis.* 269. *n.* 3. Reg. Cons. Hodierna *ad Surd. Decis.* 10. *num.* 11. Laganar. *ad Reg. Rov. in dicta rubrica de appretio, litt. A.* Genua. *de scriptura privata, lib.* 5. *de libr. extim. quæst.* 1. 2. 3. Mascard. *de Probat. concl.* 543. *vol.* 2. Klockius *de contrib. cap.* 17. *nu.* 32. 33. *& c.* 20. *nu.* 378.

126 etsi quo ad Vniversitatem, & accatastatos, aliter sit, per ea, quę notat Capyc. *Decis.* 107. *num.* 12. quia inter easdem personas, in ipsa confectione interveniẽtes, ac consensientes, quo ad omnia, in eis contenta, tam pro, quàm contra, stãdum est, DD. allegati, & Menoch. *de Retinenda Possession. remed.* 3. *nu.* 570. *vers. declaratur primò*, & latè Ciarlin. *Contr.*

127 *Forens. cap.* 223. *lib.* 3. ita, & taliter, quod si à catasto, ejusque allibratione appelletur, sive reclametur, ex inveterato stylo R. C. S. mandatur revideri, non impedita tamen collectarum, onerumq; solutione juxta catastum, Laganar. *loc. cit. vers. primus est, prope finem*, & multoties determinavit R. C. S. apud Præs. Ganaver. *Decis.* 30. *num.* 29. 30. & in Arrestis recollectis per R. de Marinis, *Arr.* 574. *&* 678. & hoc utimur jure, & sic observavimus, & multoties obtinuimus.

128 Et desuper exarata, ac præmissa, quo ad probationem faciendã non possunt eorum habere effectum, si alicui tertio officeret, in eo non descripto, neque allibrato, qui in ipso nullum adhibuit cõsensum, unde ei præjudicari valeat DD. *ubi supra.*

129 Attamen altera concurrit DD. sententia, præfatæ primæ negativæ contraria, ex eo quia hæc catasta, in quibus con-

Digitized by Google

continetur descriptio, ac allibratio bonorum, quę per cives possidentur, & bonatenentes; non ad aliud adinventa fuerunt, nisi vt bona, per prædictos possessa, describi, & adnotari valeãt, ad onerum solutionem, ad quem finem à legibus communibus, ac municipalibus ita
130 mandatum fuit, & hoc sub pœnis cõminatis, ne à possessoribus aliquid occultetur, sed realiter possessa denuncient ac describi, allibrarique faciant, itaquod juxta ea, ac habito ad fructus respectu, graventur, inde validè probetur dominium, possessioque bonorum descriptorum, quod fuit, sitque penes ipsum descriptum, Pereg. *de fideic. artic.* 44. *nu.* 7. Genua. *de Scriptura Privata in locis al-*
131 *legatis*, maximè si sumus in antiquis, infra quod tempus gravamem illatum, habito respectu ad allibrationem ope accatastionis, solutum fuit, ita quod diù pro publico, ac authentico habitum fuit, itaut de ejus veritate non dubitetur, sed semper pro juridico habeatur, ob ejus, quam habuit, observantiæ exequutionem, Reg. Cons. Hodierna *loc. cit. nu.* 11. Bartholom. de Nigris *ad Mascard. de Probat. in dicta concl.* 543. *ad num.* 1. Genua *loc. cit. quæst.* 1. *nu.* 10. 11. & 12. Gaspar KlocKius *in dicto cap.* 20. *num.* 388. 389. & 390. ob ualidam præsumptionem, quam in se habet, à qua nunquam est recedendum, aut recedi
132 potest, nisi aliter ab adversario verificetur, cui incumbit onus probandi contrarium, *l. generaliter*, 24. §. *ex damnata, in fine ff. de fideicom. libert. l. non est* 23. *ff. de eo, quod metus causa*, ubi Ant. Faber. *Ration. tom.* 1. sicque ei standum est, etsi sola sit, nulla in contrarium probatione concurrente, per ea, quæ habentur *in l. siue possidetis*, 16. ubi Gloss. *in verf. No. ex ista lege, & in verb. constituti, Cod. de probat.* Laganar. *loc. cit. in lit. A. verf. facit tamen*, Pereg. *de Fideic. loc. cit. num.* 12. Mascard. de Probat. *dicta concl.* 543. *nu.* 4. Genua *de Scriptura Privata, dicta quæst.* 1. *num.* 16. 17. 18. & 19. Simon de Petris *de Interp. vltim. Volunt. lib.* 5. *dubit. fin. nu.* 300. & *seqq.* Menoch. *in dicto remed.* 3. *nu.* 570. & *de Præsump. lib.* 1. *Præsumpt.* 33. KlocKius *dicto cap.* 17. *nu.* 35. 36. & *dicto cap.* 20. *num.* 411. & 412.

133 Denique ex quo præfata allibratio fit habito respectu ad certum valorem rerum allibrandarum, earumque fructuum, oneribus omnibus deductis, juxta formam, traditam à Petro Piccolo, *in Prag. de appretio, num.* 18. & 22. & à Parisio *à num.* 9. fundatam in jurium dispositionibus, tam communium, quàm municipalium hujus Regni, & in *Arrest. generali R. C. S. recollect.* per Reg. de Marinis, *Arr.* 1. *verf. Itẽ onera debitorum*, itaut accatastantes fateantur, nedum bona, quæ sub eorum dominio, ac possessione adsunt, verùm etiam onera,
134 ac debita, super eisdem existentia; ac proinde non valent, ope allatæ confessionis a creditoribus vexari, ac cogi ad solutionem onerum enunciatorum, in ipsis confessionibus, uti potiùs factis, ad eos exonerandum, quia ex onerium cõcurrentia eximuntur à majori collectarum contributione; verùm etiam partibus absentibus, nulla inde ex dictis confessionibus oriri validam probationem crediti enunciati, ut ad ejusdem consequutionem agere valeant, alio non constito, Reg. Rovit. *in dicta rubric. de ap-*
135 *pretio, num.* 20. quia hæ enunciativæ, ad tertii favorem tendẽtes, & ad se exonerandum ab enunciante confectæ, actæ haud sunt ad crediti probationem, prout Nos fundavimus, quo ad verificationem directi dominii, *in nostra observatione* 3. *à num.* 27. *ad Allegationes Io: Vincentii de Anna.*

136 Verùm, quia descriptio prædicta juxta formam traditam á laudatis DD. fit mediante juramento enunciantis de veritate dicenda, tam quo ad bona, quã quo ad onera super eisdem existentia, itaquod virtute juramenti prædicti de veritate dicenda, dictæ juratæ professioni, sive confessioni standum sit, eò fortiùs, si creditor in hac sola crediti enunciativa juramento vallata, nõ se fundat, ipsam adminiculando, cum solutionibus in aliquib. tẽporib. factis ab enunciãte, juxta enũciatã annualitatẽ enarrati oneris; aut geminatæ confessionis, quæ etsi extrajudicialiter fiant, tamen vigore geminationis, judiciali equiparãtur, itaut ex eis sequi possit confitentis condemnatio; dum ex omni parte probare-

Digitized by Google

tur creditoris intentum, ut judicavit Reg. Cam. Summ. penes Reg. de Marinis *Resol. Iur. cap. 61. à num. 4. lib. 1. & ad Reg. Revert. Decis. 177. num. 7. lib. 1.* Novarius *in Schol. ad ll. trium libr. Codicis in l. cùm scimus, C. de Agric. & censit. lib. 11. num. 2.* ita quod adminiculata hujus catasti confessio probat, fidemque facit, Laganar. *ad Reg. Rovit. in dicta rubric. de appretio, à lit. B. usque ad finem,* Genua *de Scriptura Privata dicta quaest. 1. num. 4.*

137 A quibus quidem accatastationibus Barones haud veniunt exempti, quo ad illa bona, quæ nullam annexionem, vel connexionem habent cum feu-
138 dis, pro quibus sunt immunes ab oneribus omnibus, ad quæ cives, & bonatenentes veniunt adstricti, ex eo quia pro ipsis sufferunt onera servitiorum; & proinde non debent altero onere gravari, prout ex *Regni Cap.* incipiente *Porrecta* Christoph. Besold. *discurs. Politic. de Ærario Publico cap. 5. num. 100.* & DD. *infra*
139 *allegandis,* quod etiã ad feudalia bona plana, & de tabula eorumq; fructus, pro quibus Barones solvunt adhoam, extenditur, ex eadem ratione, ne duplici onere possessores, sive subfeudatarii, graventur, Reg. de Marinis *ad Revert.*
140 *Dec. 27. nu. 14.* verùm de meris bonis allodialibus, pro quibus non collectantur uti cives, prout sunt, & habentur in illis Civitatibus, & Terris, quæ sub eorum vtili dominio adsunt, Præs. Ganaver. *Decis. 37. 38.* Sed uti bonatenentes, etsi infra fines feudi sint, ac possideãtur, & quo ad illa onera tenentur, & accatastanda sunt prænarrata bona, in quibus bonatenentes contribuere tenentur, per ea, quæ notantur ab Antonio Quadra *in Alleg. 15.* noviter recoll. per Reg. de Marinis *lib. 3. suarum Resol. Iuris.* Reg. Rovit. *in rubric. de feudis, nu. 10.* Reg. Consil. Rocc. *Resp. Decis. 9. à nu. 4. cum seqq. lib. 2.* Novar. *de gravam. Vasall. Gravam. 137. part. 1.* ac decidisse S. R. C. refert Capiblan. *de Baronibus in prag. 12. num. 11.* & non semel R. C. S. prout in *Arrest. generalibus* recollect. per Reg. de Marinis *Arrest. 228. & Arrest. 575.* & ita passim obsservatur.

141 Quo verò ad ea, quæ aliquando vidimus disceptari respectu foculariorũ, quod obsservatur in hoc nostro Regno, in quo cives omnes pro capitibus habitis in aliquibus Civitatibus, Terris, Castris, aut casalibus numerantur, juxta quam descriptionem, numerationemque gravatur unaquæque universitas ad solutionem fiscalium functionum, à qua juxta taxam à quolibet numerato exigitur jus, sive onus injunctum, cujus exactio ad onus dictæ universitatis currit, à qua Regia Curia, ejusque assignatarii sunt satisfaciendi; Si verò aliquis ex civibus originariis, alicujus loci, in alio habet incolatum, vel domicilium, utri præstari debeat istius juris solutio? Originis loco, aut domicilii? qui locus non invenitur privilegiatus illi originis, ita quod in concursu possit præferri; etsi appareat aliter disposuisse Imperatorẽ *in l. 1. C. de Municipibus, & originar. lib. 10.* quoniã mandavere, in utroque loco debere onera portare, prout ibi, *cũ teBibliũ origine, incolam autem apud Berytios esse proponas, meritò apud utrasque civitates muneribus fungi compellaris*: nam aut non est in obsservantia, ac in praxi recepta præfata *text.* dispositio, prout credit Io: Maria Novar. ibi *in schol. ad ll. triũ libro Codicis,* Aut verò (ut existimamus) cũ distintione intelligitur, obsservaturque, nempe respectu illorum munerum ordinariorum, & quorum universitates de earum civibus ferunt onera; & nulli dubiũ, quod in istis locus originis præfertur, Gloss. *in dicta l. 1. verb. Muneribus vers. sed quid, ex l. & qui 3. ff. de muner. & honoribus,* ubi Gloss. *l. debent l. assumptio 6. §. filius, & l. incola. 34. ff. de municip. & incol.* Io: Paulus Montanar. *in Commen. ad prag. 2. de admin. Vniver. nu. 334. 335.* Capibl. de Baronibus *in Prag. 10. n. 119.* Novar. in Schol. *ad l. origine infra alleg.* dũ; per nativitatẽ, & uti civis, dictæ vniversitatis jus hoc est acquisitũ, à quo nõ potest ex sua propria voluntate eximi per *tex. in l. origine 4. C. de mu-*
142 *nicipib. & originariis lib. 10.* Sin verò de extraordinariis, & personalib. quæ nullam comparabilitatem cum illis de loco originis habent; & respectu istorum tenetur in loco domicilii, prout in hoc nostro regno obsservatur, nempe, si aliquis

Digitized by Google

quis civis originarius, in alium locum suum transfert domicilium, in illo originis, ubi est numeratus, omnia ad id annexa, & ad quæ tenetur uti originarius, adstringitur, aliàs illa originaria communitas sentiret damnum pro oneribus, quæ substineret pro omnibus numeratis sine lucro; & è contra, communitas loci domicilii lucrum haberet sine damno, dum ex eo non numerato nul-
143 lum affert onus; verùm in dictæ domicilii universitatis beneficium, ratione habitationis, tenetur solvere carolenos quindecim, & contribuere ad omnia onera extraordinaria, scilicet refectionis Viarum, Pontium, Fontium, Horologii, Salarii Medicorum, & Magistri Grammaticæ, ob utilitatem, quam ha-
144 bet ex his uti illius habitator, at si possidet stabilia, aliaque bona, de quibus solvitur bonatenentia, ad eam tenetur, prout cæteri bonatentes, Reg. de Marinis *Resolut. Iur. dicto cap. 63.*
145 *n.6.&* 7.& Nos multoties obtinuimus provisiones per R. C. S. & ultimò pro Francisco Vaccarello, ejusque Germano, Terræ Cervinariæ, habitantibus in illa Retundorum, cujus Regimem, quum prætenderet à prædictis, uti focularibus, exactionem facere; producta fide mag. Rationalis, qualiter erant numerati in supradicta Terra Cervinariæ loco originis,, & in prædicta Retundorum habitabant; R.C. in contradictorio judicio mãdavit, quod solverent præfatos carolenos quindecim per quemlibet ratione habitationis, & corresponderẽt ad enarrata extraordinaria onera, & pro cęteris
146 nõ molestari. Si tamen nec in uno, nec in altero loco enumerati reperiuntur, ita quod universitas originaria nullũ sufferat onus, quo ad suos cives alibi habitãtes; illo in casu, in loco domicilii prout cæteri cives ad omnia tenentur, juxta determinationem R.C.S. ex *generali decreto*, apud Reg. de Marinis, *ubi supra.*
147 Et ad bonatenentiã, de qua diximus, hi habitantes adstringuntur, etsi bona, quæ ibi possident, dotalia sint, per ea, quę notat Reg. de Marinis *in loc. cit. num.*7. uti assignata à Patre, vel à fratre, aliave persona ad id obligata, vel dotante;
148 Secus verò si dotantes ipsæmet mulieres fuerint; aut, etsi ab alio, attamen de bonis omnibus *ascendentium*, vel collateralium ad ipsas fœminas perventis virtute, & causa successionis ejus, qui, uti focularis numeratus, universitati solvebat, & ad onera uti cæteri
149 cives tenebatur, inde nil obstãte, quod sint exteris nuptæ, earum viri, quo ad ipsa dotalia bona, subministrare debent in loco præd. prout defunctus præstabat; itaquod ad omnia hi mariti teneãtur, ut cæteri cives, non autẽ, ut bonatenentes: quia diversificatur casus; ibi erãt dotatæ à Patre, vel fratre, & ipsi dotantes respectivè remanebant pro focularibus; in isto, ob mortem illorum, nullus erat focularis, ut onera subiret, nisi ipsæ mulieres; & pro eis, eorum viri, extra locũ uxorati, ad omne totum, quod tenerẽtur eorum uxores, etsi efficerentur de origine virorum, Reg. de Marinis *Resol. Iur. cap.*22.*num.*7.*lib.*1. Amaya in *l. cives*, 7.*à num.*26. *Cod. de Incol. lib.*10.
150 quarum status mutatio, sive propriæ originis suspensio; dum, ut diximus, ex propria originarii voluntate tolli haud potest, ut supra *in n.* 141. *in fine* Regius Consil. Carleval. *in loc. prox. allegando*,
151 & quousque in matrimonio sunt, aut viduitate, Rota proximè allega. *in fine*,
152 non debet nocere universitati substinenti onera pro defunctis personis, in ea numeratis; quapropter quo ad prędicta munera non veniunt ipsæ mulieres exemptæ, licèt á personalibus ob mutationẽ earũ originis, ad illam virorũ, qui tenentur in loco originis uxorũ ad õnia, quib. illæ remanserũt obnoxiæ, ut cives, non autem ut exteræ, præfata onera, & patrimonialia subire, etiam ut debitum à mulieribus ipsis ante matrimonii contractationem peractum, prout expressè determinarunt Imperatores *in l. unic. Cod. de mulier. & in quo loco, lib.*10. Gloss. *in l. Imperatores*, 38.§.*item rescripserunt, mulierem* 3.*verb. muneribus, ff. ad Municip. & de Incol.* Reg. Consil. Carleval. *de Iudic. lib.*1.*tit.*1.*disp.*2.*quæst.*2.*num.*65. 66. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 1.*num.*86. *in medio*, Reg. de Marinis *loc. cit. cap.*63. *num.*8. ubi refert ita determinasse per generale decretum R.C.S. juxta ea in dicto loco per eundem rela-

Digitized by Google

ta, & hoc utimur jure; & obtinuimus pro multis universitatibus.

Ad num. 70.

153 DIximus, clericos esse exemptos, & immunes ab onere collectandi, in contributionibus illis extraordinariis, & quæ addicuntur personis pro rebus, etsi bona illa merè patrimonialia ipsorum clericorum sint, ex eo quia, uti mistæ, & principaliter reflectentes non ad bona, sed ad possidentium personas, quæ cùm sint immunes, eorum bona, per consequens ad contributionem non veniunt, neque allibranda sunt, ex per Nos exaratis *supra* in *hac rubrica à nu.* 54. Marta *de Iurisdictione p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 49. *n.* 9.

154 & hoc consideratis possidentium personis, non autem, ut bona habeantur pro ecclesiasticis; ut sunt illa, quæ ab Ecclesiis possidentur, à quibus patrimonialia clericorum distinguntur: nam quæ subsunt Ecclesiæ, semper pro Ecclesiasticis habentur, ratione exercitii, & applicationis, dummodo Divino inserviant tantùm cultui, & Ecclesiarum servitio, præter quæ non extendantur, Ansald. *de Iurisdictione p.* 3. *tit. unico cap.* 9. *nu.* 36. quod non illabitur meris clericorum patrimonialibus bonis, & aliter acquisitis, non ad id de-

155 servientibus; itaque nullo jure uti frui valeant ecclesiasticorum bonorum privilegiis, licèt possessores ipsi ecclesiastici sint: quoniam omnes communiter tenent, præfata clericorum bona, ecclesiarum privilegiis haud gaudere, nisi in illis casibus, in quibus á juribus provisum est, non autem ita generaliter, Gloss. *in Clem.* 1. *de restit. in integrum*, Leonardus de Fraya *alleg.* 72. *in recollect. per Reg. de Marinis lib.* 3. *Resol. Iur. num.* 5. Sperell. *decis.* 135. *num.* 1. & 142. *num.* 6. *p.* 2. Novar. *Decis.* 87. *num.* 3. *versic. quorum opinio, & seqq.* DD. proximè alle-

156 gandi: prout sunt quando principaliter contemplantur personæ, in quarum consequentiam, accessoriè veniunt bona, quæ participando de principalis na natura ecclesiastici, pro talibus habentur, & gaudent omnibus ecclesiasticis privilegiis circa prædicta, Vrsill. *ad Afflict. Decis.* 257. *num.* 1. Marta *ubi supra, num.* 3. 4. Ansald. *de Iurisd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 32. *num.* 86. 87. *p.* 5. *cap.* 4. *tit.* 3. *à. nu.* 32. *usque ad finem, & loc. cit. à num.* 28. *usque ad* 35. Sperell. *Decis.* 12. *num.* 35. 36. & 37. *par.* 1. & *Decis.* 126. *num.* 75. Gaspar Klockius *de Contrib. cap.* 12. *num.* 73.

157 Hoc etiam locum habet in bonis, quæ clericis pervenerunt, debenturque patrimonii titulo: itaquod eorum ope ad ordines susceptifuerunt, & sic habẽtur loco necessariæ mercedis, & præmii pro servitiis ecclesiæ faciendis, quapropter pro spiritualibus habentur, spiritualitatique annexis, uti subrogatis ad beneficii locum, per ea, quæ habentur *in cap. Episcopus* 4. *ubi* Gloss. *in verb. necessaria, & verb. subsidium, de prabend. & dignit.* Gloss. *in cap. similiter* 16. *quæst.* 1. *verb. Ecclesia*, Marta *ubi sup. num.* 5. 6. Ciarlin. *contr. forens. cap.* 22. *num.* 48. & *cap.* 28. *num.* 15. *lib.* 1. Ansald. *de Iurisdictione d. p.* 3. *tit. unico cap.* 9. *à num.* 37. *usque ad* 51. Ricc. *in add. ad Calà de modo articul. glos.* 1. §. 1. *num.* 87. *vers. bene verùm est*, cum alio sequenti.

158 Pro quo effectu, clerico, pro ipsis bonis ad titulum patrimonii, dum inter ecclesiastica ex prædictis adnumerantur, cõpeteret privilegiũ fori electionis, perhorrescendo adversariorũ potentiam, & hoc etiam nostri M.C.V. Ritus vigore, qui juxta Afflict. attestationem in *Decis.* 257. *num.* 1. videtur fuisse confectum ad illius dubii declarationem in eadem *decisione* determinati: Ecclesiasticas personas, pro Ecclesiasticis bonis agentes, hoc privilegium habere, etsi inter personas adnumeratas in *l. unica Cod. quando Imper, &c.* & Regni nostri *Constitutione*, incipiente *statuimus*, haud legitur esse comprehensas, ex quo in *Rit.* 229. ita expræsse mandatur, quo in loco Reg. Consil. Petra, ex multis DD. hoc fundat, ne dum ex hoc nostro jure municipali, sed etiam communi, *à nu.* 2. 3. attenta dicti Afflict. *Decisione*, Novar. *Quæst. Forens.* 72. *lib.* 1. Marta *ubi supra. num.* 3. & *à num.* 14. *usque ad finem*, Ricc. *in add. ad Calá de modo articul. d. glos.* 1. §. 1. *num.* 87. *vers. dicimus verum esse.*

Ita

Digitized by Google

159 Ita tamen pro ipsis,& quo ad ipsa, habent ipsi clerici restitutiones ad pinguiùs probandum,quæ à nobis *primum*, & *secundum beneficium* appellantur, Novar. *Decis.*87. Altim. *ad Reg. Rovit. Consil.*32.*num.*14.*lib.*2.

160 Secus autem, si principaliter bona contemplantur, secundariò verò personæ possidentium: nam habito respectu ad bona prædicta, nullum in eis invenitur privilegium, & clerici,illa possidentes, non possunt,quo ad ea,privilegiis personalibus gaudere,uti merè patrimonialia,quibus nullum á jure privilegium reperitur concessum, Ansald. *de Iurisd. dicta p.*5.*tit.*3.*cap.*4.*num.*32.*usque ad finem,& in aliis locis supra allegatis*,Marta *ubi supra in dicto casu* 49. *à num.* 10. Gaspar Klockius *in allato loco n.*69. Bened. Carpzou *decis.Illust. Saxon.*217.*n.*17.*p.*3.Sperell. *dicta Decis.*12. *num.*37. dum non est inconveniens, penes clericum ex diversis juribus, respectibus, ac qualitatibus,bona adesse, ita quod jura etiam distinta repræsentare valeat juxta tituli possessionem,& proinde aliqua uti ecclesiastica,ad quę extẽduntur ecclesię privilegia; Aliqua verò uti patrimonialia,quæ uti possessa ex diverso jure, ecclesiasticorũ privilegiorũ, nõ sunt capacia,*cap.cum capella* 16.*de privil.*Sixtinus

161 *de Regalibus c.*4. *n.*122. *lib.*1. Verùm prædicta sunt intelligenda,quando clerici agunt; secus verò si conveniuntur pro ipsis patrimonialibus bonis: quo in casu coram judice ecclesiastico vocandi sunt, Rota Florileg.Pract. *Concl.* 31. *num.*26. DD. *ubi supra*, quibus præmissis nil obstat,quod ipsi clerici, quo ad ea bona collectari, aut onera à laicali potestate adiicienda, adstringi haud possunt, quia immunitate gaudent,Ciarl.*Contr.forens. cap.*22,*num.*49.50.*&* 51. *lib.*1. *&cap.* 138.*lib.* 2. ex eo quia non contemplantur bona, quo ad hanc impositionem, sed persona, quæ exempta est,ut diximus *à num.*56.& 153.

Ad num. 71.

162 CLericali insignitis caractere nullum obstaculum matrimonii contractatio affert, nec clericalia privilegia auferuntur,dum nil vetitum conficitur, immo apud omnes magis lauda-

163 bile,conjugium ipsum habetur, cujus genus sanctum, incõtaminatum, purum, pretiosum, & honorabile, ita quod in odium non debet reverti,ac prægravari, Klock. *de Contribut.c.*12.*à n.*9.*cũ multis seqq.* multa in encomiũ, & matrimonii

164 laudem, & effectum refert, si modo unicum sit illud, quod contraxerit matrimonium, & cum virgine, & pro tali reputata, ab alioque non cognita, Petra *ad Gram. Decis.* 10. *num.* 5.Gomez *var. Resol. lib.* 3. *cap.* 10. *num.*4. *aliique* DD.*infra in suis locis allegandi;* verùm, quod ipse clericus, veste clericali usus sit,in divinisque inserviens,itaquod his omnibus concurrentibus, ac observatis, de omnibus iis, quibus veniunt clerici provisi per *Constitutionem Parisiens.Concil.* de qua in *cap. nullus* 2. *de for.compet.*& omnibus aliis,quæ clericos ipsos,& ecclesiasticas personas tangunt, gaudere,ac uti frui valeat, ut apud omnes communiter de utroque foro receptum est,Mart.*de Iurisdictione p.* 4. *cent.* 2. *cap.*153. Pacian. *de Probat. cap.*20. *à num.*40.*usque ad* 44.*lib.*2. Cevall. *Com. cont. Com.quæst.*593.Ciarl.*Cont. For.*53.

165 *lib.*1. *& à num.*34. sine ulla distinctione,tam si de maleficiis, in quibus criminaliter, aut civiliter contra ipsos agatur, quàm in meris civilibus causis,ut de pecuniariis, & similibus,juxta cujus sentẽtiam refert Cevall. *ubi supra* in *num.*37. *&* 38. Eminentissimorum Cardinalium declarationem de anno 1631.

166 At verò, altera est DD. sententia magis communiter recepta, & qua utimur,non adhuc clericos frui clericalibus privilegiis, ita indistintè, ac indefinitè; sed distintim, & particulariter, sive definitè:nam quo ad fori beneficium,non in aliis causis illo fruuntur præfati clerici conjugati (si omnia desuper requisita concurrunt) nisi in criminalibus, in quibus contra ipsos judex secularis, nec etiam civili modo potest procedere; prout sunt expressa verba Summi Pontificis Bonifacii VIII. in *Constitutione*, ad explicationem dicti *Parisiensis concilii* ut ibi: *Et cùm juxta, Parisiense Concilium, nullus clericus distin-*

Digitized by Google

stingui, aut condemnari debeat à Iudice seculari: Præsenti declaramus edicto, hujusmodi clericos conjugatos pro commissis ab eo excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter, aut civiliter ad judicium seculare. Inde his remotis, in omnibus aliis, aut si requisita exarata non observaverint; ab ecclesiastico Iudice eximuntur, & laicali Iudici subsunt, prout ad exuberantiam se explicavit præfatus Summus Pontifex ex verbis sequentibus, ibi: *In cæteris autem, vel nisi, ut præmittitur, tonsuram, vel vestes deferant clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus privilegio clericali.* Et per Concilium Trident. *in sess. 23. cap. 6.* fuit confirmata præfata *constitutio*, ex quo expressè mandatur, respectu clericorum conjugatorum esse observandam dictam Bonifacii VIII. *constitutionem*; modo quod remanent ex allata Pontificia *constitutione* indubitãter excepta hæc judicia criminalia, etiansi ex eis civili modo ageretur: nam quo ad alia, prout cæteri laici habentur; juxta quam Bonifacianã *constitutionem* colliguntur mandata per Regem Robertum in *capitulo* Regni super hoc condito, emanatoque, quod incipit *Non exigit, propè finem, vers. itaque conjugati* 248. secundùm ordinẽ Io: Antonii de Nigris, & per Regem Ferdinandum in anno 1469. in *Pragm. 1. de Clericis seu diaconis Salvaticis*, moderãtes *Rit. M. C. V. 66.* dispositionem, indefinitè loquentem contra hos clericos conjugatos; quatenus suum non haberet intellectũ, si requisita non servarent, aut in merè illorum civilibus causis; & habitum pro verò per S. C. tempore Thomæ Gram. *in sua Decis. 10.* Afflict. *in Regni Constit. Apostatantes num. 14.* ubi Batius *in lit. D.* & idem Afflict. *in Constit. si damna, nu. 48.* de Nigris in allato *cap. Regni, nõ exigit, & in Extravag. Clementina Constitutione, de vita, & honest. clericor. in verb. privilegio, n. 285.* R. Rov. *in d. Prag. 1. de Clericis, &c. n. 1. & 4.* Ricc. *collect. dec. 308.* R. Tapia *Ius Regni in d. Rit. 66.* collocato *sub tit. de Episcopis, & clericis num. 1. fol. mihi 26.* ubi etiam Constantinus Papa *in annot. in lit. A. post* Prosp. Caravitam, *num. 1. 2. 3.* Idem Rovit. *Consil. 85. num. 16. lib. 1.* Io: Maria Novar. *in dicta Pragm. 1. num. 5. 6. & 7.* Reg. Sanfelic. *Decis. 13. à num. 1. usque ad 7. Decis. 14. nu. 2. & Decis. 230.* Capibl. de Baronibus in *Prag. 8. p. 3. nu. 51. 52.* Reg. de Marinis *Resol. Iur. cap. 58. in princ. & à nu. 9. usque ad 14. lib. 1.* Reg. Consil. Carleval. *de Iudiciis disput. 2. quæst. 6. sect. 1. num. 402. vers. Item clerici, p. 1.* Reg. Consil. Rocc. *Resp. Decis. 23. num. 25. & Resp. 35. num. 11. 12. & seqq.* ac ex multis Canonistis, & Civilistis in *Resp. 58. num. 1. 2. lib. 2.* Reg. Consil. Petra in *dicto Rit. 66. num. 1. 2.* & per priùs dixerat Prosper Petra ad *Gram. in dicta Decis. 10.* ubi etiam de Mari *num. 1. 2.* Rodoer. *ad Reg. de Marinis in dicto cap. 58. nu. 1. 2. 3.* Io: Franc. Marott. *Discep. For. cap. 9. nu. 1. 2.* Sever. *ad Reg. Sanfel. Decis. 352. vers. clerici conjugati, & vers. hoc autem privilegium,* De Luca *Prax. Iudic. cap. 46. num. 13.* Covarr. *Pract. quæst. cap. 31. à nu. 6. vers. Quintò hic apparet,* Avend. *de exeq. mãdat. p. 1. cap. 22. num. 7. vers. & ultra supradicta,* Alex. Ambros. *de Immun. & liber. Eccles. cap. 22. n. 9.* D. Octavius Caracciol. *in tract. de For. & Privil. remitt. post Decis. Siciliæ in præfat. ad dict. tract. num. 95.* Iulius Clarus *lib. 5. sententiarũ, §. fin. quæst. 36. num. 8.* ubi Bajardus *lit. L.* & Hierony. Giacher. *lit. M.* Grass. *de effect. Cleric. Effect. 1. num. 91.* Ansal. *de Iurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 8.* & ad contrarios, eorumque intellectum, quem præstant Concilio Tridentino in *loc. alleg.* ad extendendum privilegium fori, etiam in meris civilibus causis, à maleficiis non dependentibus; congruis, & validissimis responsionibus se opponunt Reg. de Marinis *in dicto cap. 58. à num. 10. usque ad 13.* Ayllon. *ad Gomez. in lib. 3. Var. Resol. cap. 10. num. 5. vers. add. cum multis,* Io: Maria Novar. *in dict.*

167 *Pragm. 1.* qui tenet pro vera contrariorum sententiã, in locis illis, ubi vigeret hæc observantia, ac consuetudo in clericorum conjugatorum beneficium *in num. 9.* juxta declarationem Sacræ Cõgregationis Immunitatis sub die 27. Februarii 1630. relatã à Barbos. *de Iure Eccles. Univer. lib. 1. tit. de privil. cleric. cap. 39. §. 2. ex n. 37.* Cui inhæremus, de Luca *ubi sup. dicto num. 13.* & sic reconcilia-

Digitized by Google

ciliari possunt hæ, hinc inde opiniones, & determinationes à DD. allatis ex utraque parte allegatæ.

168 Redeundo tamen ad uxoris qualitatem, ipsa requirebatur virgo à nemine corrupta, itaut illibata sit: quid si ab eodem clerico per priùs, cognita ex
169 inordinato concubitu, ob quem, tam pretiosa virginalis integritas corrupta fuisset, ac virgineũ amisisset florem, virginitatisque Thesaurum ab ea audacter ablatum, ex sequuta illicita virginis defloratione, quæ stuprum vocatur *l. inter liberas 6. § sed propriè, & l. stuprũ 34. ff. ad leg. Iuliam de Adult. & stup. l. si quis aliquid 38. § qui non dum ff. de pœnis, cap. lex illa 36. quæst. 1.* Gram. *Decis. 107. num. 1. 2.* Muscat. *Prax Crim. sub tit. de cognit. seu probat. delict. cap. de adulterio, & stupro num. 1.* Vivius *Dec. 299. lib. 2.* Add. ad Iulium Clarum in *§. stuprum num. 1.* Berlich. *Pract. Concl. p. 5. Concl. 38. num. 1.* Damhoud. *Prax. rerum crimin. cap. 92. nu. 1. 2. & seqq.* Bened. Carpzou *Prax. Crimin. par. 2. quæst. 68. num. 1.* Bocer. *Disput. decis. clas. 4. disput. 12. Thes. 1. num. 38. lib. 1.* Hieron. Treutl. *select. disp. vol. 2. disp. 32. Thes. 1. §. 3.* Helfricius Vlricus Hunnius, *disp. crim. disp. 9. num. 4. 13.* Godofred. à Bavo *Prax. & Theor. Crim. §. Adulterium, & stuprum*
170 *nu. 3. & 57. p. 2.* quæ carnalis copula si cum vidua honestè vivente habetur, stuprum etiam committitur, & stupri pœna tenetur, ob contaminationem ipsius honestatis, ac pudicitiæ, prout in laudatis Iuribus, *& in l. si quis Viduam, ff. de quæstionibus,* Gloss. *in dict. l. stuprum, in verb. vidua, §. item lex iulia, instit de Public. Iudic.* ibi: *cùm quis sine vi, vel Virginem, vel Viduam honestè viventem,* Reg. de Ponte *Cons. 3. num. 44. lib. 2.* Crusius *de indic. delictorũ p. 2. cap. 9. num. 1.* Iulius Clarus *in dicto §. stuprũ num. 1.* Bocer. *ubi sup.* Schneidu. *in dicto §. Item lex Iulia, num. 1.* Faber. *in suo Cod. lib. 9, tit. 7. defin. 5. num. 2.*

171 Et videtur ab hoc clericali beneficio non posse privari, sequuto matrimonio post stuprum ipsum commissum, ad cujus tempus, sive sequutæ copulæ per
172 ipsius subsequentiam, ejusque vim, matrimoniiq; effectum, habet retrotractionem, ita quod pro bigamo non habetur, & uti cõjugatus gaudet, Gloss. communiter recepta *in dicto cap. unico, verb. contraxerunt,* Gomez. *var. Resol. lib. 3. c. 10. num. 4. vers. dubium tamen,* Ciarlin. *contr. for. d. cap. 53. num. 15.* ex eo quia, essentialiter non requiritur, quod sit virgo tempore, quo matrimonium perfectionatur, sed quod illud sit contractum cum vnica, & virgine, ideſt ab aliquo non cognita, nisi ab eodemmet, prout est ipsa stuprata, quæ virgo erat, tempore, quo cognita fuit à clerico ipso in minoribus, qui habebat potestatem, eam in vxorem ducendi, prout si laicus fuis-
173 set: nam pœnæ, de jure Canonico cõtra clericos stuprantes impositæ, reflectunt ad illos, in sacris ordinibus existentes, aut initiatos, quibus est prohibitum matrimonia contrahere, Ciarlin. *contr. for. cap. 274. num. 51. 52.* Nam quo ad illos, qui hoc non habent impedimentum, propter quod in nihilo (juxta Ciarlini doctrinã *ubi supra*) à laicis differunt, veniunt pœnę in stupri de-
174 licto à juribus determinatæ. In cujus delicti patratione, etsi de jure civili contra stuprantem, nulla tamen existente, ac concurrente vi, si sanguinis claritas fulget, in publicationem medietatis bonorum in Fisci beneficium applicandorum, si verò sit humilis, sive vilioris conditionis, in corporis coertionem, puta fustigationẽ, cũ relegatione; & hoc ex lege julia, ut per vulgat. *text. in §. itẽ lex julia, instit. de publ. Iudic.* Muscatell. *ubi supra num. 4.* Vivius *d. decis. 299. nu. 3.* Præt. de Franch. *decis. 534. num. 1.* Reg. de Marin. *Res. jur. cap. 255. num. 14. lib. 1. Jul. Clar. in dicto §. stuprum, nu. 3. in fine,* ubi Add. Peguer. *decis. Cathal. 7. n. 10. & decis. 42. num. 3.* Coler. *dec. German 176. num. 24.* Crusius *ubi supra nu. 15.* Bened. Carpzou *loc. cit. num. 3.* Ant. Matthei *de Criminib. lib. 48. tit. 3. de Adulterio cap. 5. nu. 8.* Hieronym. Treutl. *select. disp. vol. 2. d. disput. 32. Thes 1. §. 3. lit. E.* Berlich. *in allata Concl. 38. nu. 5.* ex Farinac. & aliis Damhoud. *dicto cap. 92. num. 4.* Bocer. *in cit. disp. 12. nu. 45.* Vvessemb. *in Paratil. in tit. ad l. Iuliam de Adulteriis, nu. 21.* Conciol. *res. crim. verb. stuprum, quæst. 4.*

175 Rectè quidem est, quod de jure Divino

vino, & Mosayca lege mitiùs procedi-
tur, ex eo quia mandat stupratorẽ teneri,
stupratam mulierem dotare, & in uxo-
rem ducere, licèt pater virginis, stupri
infortunium passæ, dare nolverit dotem
juxta ejus qualitatem, & consuetam; cu-
jus vigore videtur pœna criminalis re-
dacta in civilem, quum reducitur ad par-
tis interesse, Exod. *cap.* 22. *vers.* 16. 17. &
in Deuthoron. *cap.* 22. *vers.* 28. & 29. per
quod jus, duo requiruntur, & ut in uxo-
rem ducat, & dotet; Scias autem, quod
non cumulativè intelliguntur: quia di-
ctio illa, &, reducitur in *vel*, & sic in al-
ternativam resolvitur, nubat, vel conde-
center dotet, Carpzou *dicto cap.* 68. *nu.*
12. Vvessemb. *ubi supra n.* 3. *vers. Canon.*
vere legem, Berlich. *dicta concl.* 38. *num.*
14. 15. non enim simpliciter Deus jubet
utrumque fieri, scilicet nubat, & dotet,
quum ita mandat patre non dissentien-
te; unde aliquo discrepante, tam ex par-
te stupratæ, quàm stuprantis matrimo-
nium contrahere, dum debet esse liberũ;
cap. gemma, cum aliis concordantibus de
sponsalibus, tenetur stuprans stupratam
mulierem dotare, Ant. Matth. *de Crimi-*
nibus dicto lib. 48. *tit.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. &
18. cum qua clausula disjunctiva alter-
nativum operans effectum, pertransivit
jus Canonicum sequendo hoc Divinum
in cap. 1. & 2. *de Adulter.* per quod pœ-
na à jure Civili imposita correcta est:
quia hoc Canonicum non solùm in Ter-
ris Ecclesiæ, sed etiam Imperii servatur,
& inducta est consuetudo ita judicandi
per totum orbem, nullam aliam pœnam
stupratoribus deferri, quàm ipsam de
jure Divino, & Canonico illatam, & ita
determinavit, ac practicavit S. C. penes
Reg. Consil. Gizzarell. *decis.* 52. *num.* 21.
vbi Mele *num.* 52. Reg. Sanfelic. *decis.*
245. *num.* 7. *lib.* 2. Novar. *quæst. for.* 128.
num. 5. & *ad de Franch. decis.* 534. Petra
ad Gram. decis. 22. *num.* 1. & *dec.* 107. *nu.*
2. Ciarlin. *contr. for. cap.* 174. *num.* 52. *cum*
multis seqq. Clar. *in dicto* §. *stuprum, n.* 3.
Coler. *dicta dec.* 176. *nu.* 87. Domhoud.
ubi supra, num. 6. Cancer. *var. res. lib.* 3.
cap. 11. *num.* 47. Pappon. *Arrest.* Franc. *lib.*
22. *tit.* 9. *Arrest.* 9. *in fine* Bened. Carpzou
loc. cit. num. 4. 5. & 6. Ant. Matth. *dicto*
cap. 7. *num.* 17. Helfricius Vlricus Hun-
nius *disp. crim. disp.* 9. *num.* 91. Hieron.
Treutl. *Select. disp. vol.* 2. *dicta disp.* 32.
Thes. 1. §. 3. *lit. E.* Berlich. *in dicta Concl.*
38. *num.* 7. 12. Faber *in suo Cod. in dicta*
defin. 5. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.*
5. *gloss.* 5. *par.* 1. *num.* 8. & 22. *tom.* 2. The-
saur. *decis.* 3. *num.* 2. *vers. quinta est Con-*
clusio, Sperell. *decis.* 6. *nu.* 14. *tom.* 1.

176 Et licèt copula cum vidua honestè
vivente pro stupro haberi jura canunt;
verùm quia impropriè est, ex generali
cõsuetudine haud punibile esse, ex mul-
tis concludit Cortiada *decis. Cathal.* 89.
num. 16. *p.* 2. Ansald. *de jurisdict. p.* 4. *tit.*
6. *cap.* 3. *num.* 54. nulla concurrente vio-
lentia, causa, aut qualitate, ex qua auge-
retur delictum; sicut in casu *Decis.* 333.
Præsid. de Franchis, in qua S. R. C. stu-
pratores virginis, & viduæ damnavit in
exilium extra regnum per decennium,
quoniam cum scalis de nocte, licèt mu-
lieribus assentientibus, duxerunt in
locum, ubi morabantur, & ipsas stupra-
runt; & ille solus, qui cum virgine copu-
lam habuit, fuit etiam ad dotis solutio-
nem damnatus; etsi contra allegata per
Cortiadam per priùs scripsit Antonius
Matthei *de Criminib. in lib.* 48. *fff. tit.* 3.

177 *de Adulterio, & stupro, num.* 21. A qua
tamen dotandi, vel in uxorem ducendi
pœna, à dicto Canonico, & in usu recep-
to jure, determinata, in multis ferè casi-
bus stuprator eximitur, de quibus pe-
nes Berlich. *Pract. Conclus.* 38. *à num.* 61.
parte 5. Carpzou *Prax. crimin. quæst.* 68.

178 *à num.* 61. *par.* 2. Verùm etiam alium
invenio esse addendum; nempe si defio-
rata, ab alio demum cognoscatur, & rem
carnaliter habeat, & ad id inducentia,
passa sit, juribus, rationibusque laudatis
per Carocium *Decis. seu cas.* 58. cum
quo concurrunt Reg. Consil. Paschal. *de*
Patria Potest. p. 1. *cap.* 5. *num.* 40. Mele *ad*
Reg. Consil. Gizzarell. Decis. 52. *num.* 53.
Novar. *Quæst. forens.* 127. *seu* 128. *num.*
6. *lib.* 1. Danza *de Pugna Doctorum tit.*
de Remiss. causarum, cap. 6. *num.* 30.
in fine, & in tit. de stupro, cap. 1. *num.* 50.
tom. 2. Scialoya *de forjudic. cap.* 3. *n.* 106.
vers. sed stuprans, Nicolinus *Prax. Iudic.*
Crim. num. 495. *vers. stuprans virginem*,
Cancer. *Var. Resol. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 251.
tom. 2. ubi refert, suo voto uniformasse
ali-

Digitized by Google

aliquos viros doctos ejus collegas, & hoc ob subsequutam infamiam in mulieris personam, ejusque status mutationem, ex illicita fornicatione: propter quam, etsi sponsalia simpliciter effecta forent, & juramento mediante de matrimonio contrahendo, copula inter eos fuisset habita; jure licito recedere vir
179 poterit: nam si contracto matrimonio, ab ea, ejusque cohabitatione, quo ad Thorum dividi, & recedere valet, Divus Matthæus *cap.5.verſ.32.& c.19. verſ.9.* Sūmi Pontifices in *c.Significaſti, cap.ex litteris, & cap. gaudeamus, de divortio, cap.Præcepit, 19. cap. præceptum 21.& cap.quicquid.22.cauſ.33. quæſt.6.* & Imperatores *in l.conſenſu*, 8. §. *Vir quoque, 3. Cod.de Repudiis.* Episcop. Genuens. *Prax.Archiep.cap.27. nu.13. verſ. quinta cauſa*, & *Practica b. Eccleſ.quæſt.* 700.& 701. Duard. *Commen.in* §.3. *cap. omnis utriusque ſexus, Diſput.21. ſect.3. num.62.tom.2.* Ricc. *collect. deciſ.3878. in princ.* Vveſſemb. *in paratil.in tit.ad legem Iuliam de adulter. nu.19.* Carpzou *Definit.Eccleſiaſt. lib.2. tit.11. de divortio, deſin.* 189. *à num.4. vſque ad finem,*
180 & in alio *loc.mox laudando num.2.* eo tamen non perfectionato; quod difficilius dissolvitur, quàm sponsalia; ex hac mulieris personæ, statusque mutatione, etiansi, vi se secundo copulaverit, recedere potest, & vir in sua libera esse potestate, cū altera nubendi, juxta Pontificis Innocētii III. litteras, Genuens. Archiep. *in cap.Quemadmodum 25.de jure jurando*, ibi: *ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet, non obſtante hujuſmodi juramento: quoniam in eo talis erat ſubintelligenda conditio, ſi videlicet in legem conjugii illa non peccaret*: & paulò post: *nam ſi poſt contractū conjugium vir propter fornicationem, licitè poteſt uxorem à ſua cohabitatione dimittere: longe fortiùs ante conjugium celebratum, propter eandem cauſam ſponſus licitè poteſt in ſuam cohabitationem non admittere ſponſam: quia turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hoſpes:* ubi Gloss. *in verb.conditio*, & altera *in cap.ſi quippe, 45. cauſ.27. quæſt.2. in verb. quæritur utrum, verſ. quartus ſi ſupervenerit*, cum quibus videtur concordare ratio *in l.ſi uxor, 13.* §. *divi verus*, ibi: *etiam in ſponſam hoc idem vindicandum: quia neque matrimonium qualecunque, neque ſpem matrimonii violare permittitur*, & in §. *ſi minor, in fine, ff. ad legem Iuliam de adulter:* & substinuerunt Covarr. *in Epitom.de Sponſal. p.1.cap.5. nu.2.* Harprett. *ſuper Inſtit. in Rubric.de nuptiis à num.56.tom.1.* Bened. Carpzou *Defin. Eccleſ.dicto lib.2. tit.10. Defin.184.* Ac etiam à dotationis eximitur parte, ex eadem concurrenti ratione, ob quam à nubendo liberatur, cùm ex sua, non autem stuprātis culpa, defectuque excusatur; aliter sua culpa mulieri non noceret; quæ, etsi à sua perversa fœmininea natura, ad male operandū, abstineri noluit, ob malos, perversosque, quos habent mulieres mores, inclinationesque, alteri dicta mulieris culpa adjumentū afferre debet, illum scilicet eximendo ab hac parte dotationis, ex argumento *in l. miles, 11.* §. *ream. ff. ad legem juliā de adulter.* ita quod à præfata conclusione, non esse recedendum, concludendum est, etsi aliter senserit Berlich. *in dicta concl.38. num. 39.* tum quia contra ipsum major numerus DD. concurrit, supra in *n.178.* laudatorū, & ex aliis per eum allegatis, taliter quod fit communior; tum etiam ipse fundatur in insubsistente ratione, licèt prima facie aliquid in se cōtineat; sed resolvitur, re bene perpensa: nam in absque vi stuprata præsumitur concurrere pravam propensionē in habendo concubitum, & cupiendo copulam, caloris libidinis causa; & magis verificatur ex subsequenti actu, in peragendo rem cum alio; quadere esse dejudicandum, ipsam potiùs dedisse homini causam patrandi crimen stupri, quā è contra, etiansi interveniſſent allectamenta, & cætera alia infra adnotata *à nu.183.* ex rationibus ibi enarratis: nam si verè noluisset, utique non egisset; immo se abstinuisset à pręparatoriis ad id tendentibus, & ab omnibus aliis illicitis actibus, obscœnis ornamentis, libidinem excitantibus, & blanditiis, quibus fœminæ utuntur; quapropter potiùs istigant, & tentant, quàm ab hominibus istigantur, & tentantur.

181 Quæ tamen non procedunt in stu-

pro violento, aut vi contracto, de quo allata jura non loquuntur, dum eorum habent effectum in commiſso, nulla exiſtente, ac concurrente vi, qua interveniente DD. notant, locum habere diſpoſita per Paul. I. C. *in l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. §. item lex julia, lo 2. inſtit. de publ. jud.* Muſcat. *loc. alleg. in Rub. de privil. & pœnis dictorum criminum num. 32.* cum ſeqq. Petra *ad Gramm. dec. 22. num. 1.* Viv. *dicta deciſ. 299. num. 5.* Peguer. *deciſ. Cathal. 7. num. 6.* Boſſ. *in tit. de coitu damnato num. 64.* Carpzou *in d. quæſt. 68. n. 27.* & melius *quæſt. 75. num. 2. 11. 12. & 13. & à num. 56. uſque ad num. 61.* Gilhauſ. *Arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 22. num. 2.* Fontanell. *de Pact. Nuptial. gloſſ. 5. p. 2. nu. 9. tom. 2.* Berlich.
182 *Pract. concl. lib. 5. concl. 41. num. 20.* & hoc nedum in muliere paſſa ſtuprum violentum, non tamen meticuloſum, ſed interpetrativum, puta ex blandis verbis, perſuasionibus, promiſſionibus, dationibus munerum, & aliis ſimilibus fraudibus, & fallaciis; ea quidem ratione; quia vim veræ, & realis coactionis habent, *l. 1. §. perſuadere, ff. de ſervo corrupt. l. 1. §. qui puero, in verſ. aut mulierẽ, ff. de extraord. crim.* Muſcatell. *ubi ſupra n. 36. 37. & 43.* Viſcont. *ad de Franch. d. deciſ. 333. verſ. an ſtuprum commiſſum* Foller. *Prax. crimin. 1. pars tertiæ partis verb. & ſi confitebuntur, num. 16.* Mele *ad Gizzarel. deciſ. 52. num. 11. & 17.* Boſſ. *in dicto tit. de coitu damnato, num. 66.* Godofr. à Bavo *loc. cit. num. 58. par. 2.* Mattheu de re *crimin. contr. 57. num. 3.*
183 Sed contraria opinio communis, & juridica eſt, quotieſcunque mulier eſt doli capax: quia ſemper intervenire ſolent iſtæ promiſſiones, falſæque perſuaſiones ab amãtib. ut ad optatum finẽ deveniant mulieribus potiendi: cùm ad id inducantur illi miſeri ex libidinis cauſa
184 ab amore perventa, qui amor habet vim, ut à pœna ordinaria, tanquam furioſi, & mentecapti, ſint excuſati, ex dicto Iuſtiniani *in §. illud quoque, verſ. ſed nihil, Auth. quib. mod. natural. effic. ſui,* ubi Gloſſ. *in verbo vehementius,* & Sum. Pontificis *in cap. cùm in juventute, de*
185 *præſcript.* vocantium (in his locis) effectum hunc furorem, ſicut regulariter dicitur, furore amoris nihil vehemẽtius; & per hoc dipingitur puer, ex ejus irrationabilitate, & ſtultitia: nam ad inſtar hominis inſani, non videt amator quid agat, cæcutiens in furore ſuorum affectuum, Boer. *deciſ. 23. nu. 76.* Reg. Conſ. Prat. *reſp. crim. 3. nu. 77. 78. & 79.* Carol. Rota *in tract. de Privil. Mulier. cap. 3. ſpecial. 7. num. 85. 86. & 87.* Propertius *lib. 2. elegia 17.* & probatur etiam argumento Ludovici Arioſt. *in ſuo Furioſo,* ubi ait.

E qual'è di pazzia ſegno più eſpreſſo,
Che per amar altrui, perder ſe ſteſſo!

ita quod rectè per noſtrum D. Petrum Caſaburum, mentecapto adſimilatur *in ſuo 1. lib. Sirenum, pag. 47.*

Immo Vino uniformatur amor, quia ſicut illud, amor inebriat, Eccleſiaſticus, *cap. 19. verſ. 2.* ibi *vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos*: quid faciat ebrius neſcit, & excuſatur, ſicuti de Lot Sacra ſcriptura in Geneſ. *cap. 19. à verſ. 31.* ita quoq; amans ex d. amore captus, cum uti cæcus ducitur; omneq; rectũ judiciũ ſubvertere poteſt, in quocunq; ſapiente prout de Salomone *in lib. 3. Regum cap.* 11. & de Appio Claudio, Ant. Faber *in loco mox allegando,* de cujus magnitudine loquitur, & Pompon. I. C. *in l. neceſſarium 2. §. initium fuiſſe, ff. de origine*
186 *juris:* inde non eſt mirum, ut ſufficiens cauſa, at ratio ſit ad effugiendum pœnæ ordinariæ rigorem, non autem extraordinariæ judici arbitrariæ; omni diſtinctione remota, ſi ſubitò, ſive ex improviſo amoris impetu, aut deliberatè, ſi amoris cauſa non ceſſaret, Thor. *vot. deciſ. 18. à num. 54. uſque ad fin.* Maſull. *ad Capyc. deciſ. 135. num. 7.* Larath. *tract. feud. par. 10. diluc. 41. num. 14. lib. 2.* Ricc. *de publ. Iudic. in genere quæſt. 40.* Peguer. *dicta deciſ. 7. à num. 19. & ſeqq.* Iul. Clar. *lib. 5. ſententiar. quæſt. 60. num. 7.* Caſtil. *deciſ. Sicil. 245. num. 13.* Marius Giurba *conſ. crim. 47. à nu. 8.* Menoch. *de Arbit. Iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 328.* Boer. *dicta dec. 23. nu. 75. prope finem,* Conciol. *reſ. crim. verb. delictum, reſ. 12.* Ant. Faber *in Rational. in dicta l. 2. §. & cùm placuiſſet, in verb.*

Digitized by Google

verb. tranſtulerat, uſque ad *verb. vetuſtiſſima*, & latè D. Hieron. Fernandez de Otero *quæſt.jur.lib.3. quæſt.*30. Gaſpar Klockius *de Ærario lib.2.cap.142.n.*75.

187 eò fortiùs, quod promiſſiones, perſuaſiones, & verba blandiora requirũtur in mulierib. etſi valde cupiant ſtuprari, ob earũ aſſiduã cupiditatẽ; licèt ſtuprantiũ ſint libidinoſę amantes: quia pro regula habẽt, cũ magna moroſitate, & rogatę ad illum actum venire, etſi ab ipſis peroptatum, ne poſtea poſſint amaſii eſſe oſtentatores, quod ſine ullo tempore, modo, & pręcib. ad id pervenerint, & ſic licèt mulieres apparenter ex actib. exterioribus videantur repugnare, in corde tamen non diſſentiunt; ut Ovid. inquit.

Vim licèt appelles, grata eſt vis illa puellis:

Aut etiam obſiſtere ſolent, ita ut vehementiùs amentur, juxta vulgatũ adagiũ, ex privatione deſideriũ devenire. Et ultimò multoties recuſant ratione intereſſe, ut amantes ab amore impulſi, ab eoque aſportati (heu miſeri) incidant in has promiſſiones; & proinde ex his omnibus minimè judicandum eſt, ſtuprũ prædictum eſſe violentum, ſed voluntarium;

188 etiam quia propriè dicitur violentum, quando intervenit repugnantia facti, cum coactione, & violẽtia corpori, perſonæque illata, ultra quam, non continetur, Cortiada *dicta deciſ.* 89. *num.* 22. Mattheu *ubi ſupra num.* 13.

189 aliter omnia ſtupra, in quibus prædicta pernecceſsè interveniunt, punirentur tanquam violenta, Sanfelic. *deciſ.* 245. *num.*7. *in med.* de Luca, *ad Præſid. de Franch. dicta deciſ.*333. *num.*1. *verſ. violentia, &c. & ad deciſ.*534. *nu.*4. Farin. *prax.crim.tit.de delict. carnalibus, quæſt.* 147. *num.*5. Berlich. *dicto lib.*5. *concl.*41. *num.*37.38. & 39. Carpzou *prax. crim. quæſt.*68. *num.*27. *& ſeqq. lib.*2. Gaſpar Theſaur. *quæſt.for.*57. *num.*4. qui appellat periculoſam opinionem contrariam, Buratt. *deciſ.*998. *num.*9. *tom.*2. Mattheu *dicta contr.*57. *num.*14.

190 At quidem, clerico in minoribus conſtituto, haud eſt vetitum matrimonium contrahere, ob nullam incompatibilitatem cum privilegio, per ea quæ ſupra adnotavimus *à nu.*162. & 173. ſi tempore matrimonii, in clericali non perſiſterit, quum habitum, & tonſuram dimiſerit, omninò á clericali beneficio, & privilegio cedere videtur, & in omnibus, ut laicus habetur, cũ requiſita enarrata, & in declaratione Bonifacii VIII. contenta, non ſervaverit, ut ſupra notatum eſt: At etianſi per totum tempus matrimonii, ut laicus vixit, & pro tali ſe geſſit; diſſoluto demum dicto connubio per uxoris mortem, obſtaculũ aliquod inveniri haud poteſt ad clericalem habitum reaſſumendum; ſi cum unica, & virgine matrimonium contraxit; Quod ſi ei permiſſum erat ad hanc reaſſumptionem habitus procedere durante, & coſtante matrimonio, abſque quod uxorem dimitteret, vel à ſe ſepararet, juxtà determinationem factam in Concilio Tributienſi *in cap.clericus 6. de vita, & honeſt.clericor.* eò fortiùs remoto illo impedimento, & cauſa, ob quam dimiſit habitum: quia ex hoc matrimonio cum unica, & virgine, caracter clericalis in anima impreſſus á clerici perſona haud aufertur, itaut deſinat eſſe clericus, ſed tantùm ſuſpenditur; ita quod remota illa cauſa impeditiva, & beneficii, ſive clericorum privilegiorum ſuſpẽſiva, omnia reviviſcunt, & ad priſtinum reducũtur ſtatum, dum amiſſa fuere, ſed recuperabiliter: quoniã in ſuſpenſo exiſtunt, uſquequo habitus reaſſumatur, & ſic nõ totaliter extinta; Minimè obſtãte diſpoſitione Summi Pontificis Bonifacii VIII. *in dicto cap. unico, de cleric. conjugat in 6.* nam in eo nil aliud fecit de novo, niſi quod declaravit, qua moderatione gaudere debeant conjugati clericali privilegio; & in quib. cauſis; immo ex eodem probatur ob conjugiũ, clericum non amittere clericalem caracterem, ſed illo gaudere coſtante matrimonio, cum moderamine; itaque validè, abſque alia nova ordinatione reaſſumere poteſt habitum, & cum eo omnia clericalia privilegia, prout habebat, & eis fruebatur ante matrimonium, licèt eo durante, pro tali non ſe geſſerit, reviviſcunt, Io: Ant. de Nigris *in Clem. de vita, & honeſt. cleric. in ver. habitum num.*31.32. & 33. & reſpondit ad contraria deducta *in num.* 27. *uſque ad* 30.

Digitized by Google

Borell. *in add. ad Bellug. spec. Princ. rubr.* 11. §. *videamus, lit. A. vers. & talis clericus*, Reg. Sanfelic. *decis.* 14. *num.* 1. Reg. Rovit. *in dicta Prag.* 1. *de cleric. seu diac. salvat. num.* 1. *infine*, ibi: *sed si post contractum matrimonium dimittat habitum clericalem, quem antea assumpserat, poterit illum reassumere, & gaudebit*, Reg. de Marin. *Res. jur. cap.* 49. *nu.* 4. *& dicto cap.* 58. *num.* 18. *lib.* 1. & demum *in sua alleg.* 132. *in recollectis part.* 3. *Res. jur.* Novar. *quæst. for.* 88. *par.* 1. *& in d. Pragm.* 1. *de cleric. num.* 4. Petra *ad Gram. dicta decis.* 10, *num.* 3. ubi etiam de Mari *num.* 4. Reg. Consl. Rocc. *in locis allegatis*, Severin. *ad Reg. Sanfelic. ubi supra, vers. prout etiam, cum duobus sequentibus*, Ioseph Riccius *de public. judic. in genere, quæst.* 35. *n.* 44. Gräss. *de effect. cler. effect.* 1. *nu.* 85. *&* 90. Iul. Clar. *lib.* 5. *sententiar.* §. *fin. quæst.* 36, *n.* 18. Ansald. *in dicto cap.* 8. *à n.* 47. *cum multis seqq.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 53. *num.* 20. 21. & *in num* 22. ita declarasse Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium, refert.

191 Cujus reassumptionis actus, ob adhuc perexistentiam caracteris in clerici persona, fieri potest propria authoritate, reassumendo habitum, & cum eo incidendo, & serviēdo in divinis, ut gaudere valeat privilegiis, Reg. de Marin. *dicto cap.* 49. *per totum, & in dicta alleg.* 132. *p.* 3. Ricc. *de publ. judic. in genere, cap.* 41. *nu.* 57. cùm recuperantur, sive revivisc unt in ejus clerici personam, & beneficium omnia clericalia privilegia, dum sublatum est obstaculum, per quod pro toto tempore matrimonii steterunt in suspenso, DD. *supra alleg. in nu.* 190.

192 ex quo clarum est in jure, quod deficiente causa impeditiva fruitionis alicujus privilegii, aut beneficii, cessare quoque debet impedimentum ipsum, sive ejus effectus, eorum habentes observantiam, durante, & pro tempore quo eorum causa perstitit, aliter secus, *l. semper* 5. §. *negotiatores* 3. *ff. de jure immunitatis, cap. cùm cessante* 60. *de Appell.* ita quod, non ut per priùs dejudicatur, nec ad id tenetur, pro ut tempore conjugii: quoniam eo tempore non gaudebat clericalibus privilegiis, nisi quo ad exemptionem fori in causis criminalibus, etiāsi de eis civiliter ageretur, per

193 ea, quæ dicta sunt *supra num.* 166. at etiam beneficio Canonis, *si quis suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. ob quod in ore omnium decantatur pro infallibili regula, nullam ampliationem, limi-

194 tationemve recipiente, conjugatos clericos, clericalibus pivilegiis, in his duobus tantùm casibus gaudere, prout habetur declarativo modo in Regia Pragmatica 1. *de cleric. &c.* & omnes indifferenter penes de Nigris *in dicta clem. de vita, & honest. clericor. verb. Privilegio, num.* 181. *infine*, Aflict. *in alleg. Cost. Apostatantes, num.* 14. ubi Batius *lit. D.* Reg. de Marin. *Res. jur. dicto cap.* 58. *num.* 1. & 9. Reg. Consl. Petra *in Rit. M. C. V.* 66. *num.* 3. Rodoer. *ad Reg. de Marin. dicto cap.* 58. *num.* 1. Severin. *ubi supra, vers. hoc autem privilegiū*, Ansald. *de jurisd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 8. *num.* 7. Ciarlin. *contr. for. dicto cap.* 53. *num.* 6. *lib.* 1. Caracciolus *loc. cit.* Reg. Consil. Rocc. *dictis Resp. decis.* 35. *&* 58. *lib.* 2. Fermos. *de for. comp. in cap.* 2. *quæst.* 11.

195 nam quò ad cætera onera, & honores, prout laici reputantur, pro quo effectu omnia onera, ad quæ laici cives veniunt adstricti, subire debent, nulla fruētes immunitate, & per consequens obligati ad solutionem functionum fiscaliū, collectarum, gabellarum, & similium laicalium impositionum, à Potestate Regia, vel quovis alio modo indictarum ex Gloss. comuniter recepta *in dicto cap. unico, verb. in cæteris, de cleric. conjug. cap. Regis Roberti*, incip. *non exigit*, 248. & dicta Regia Pragmatica *prima* de *clericis*, & *diaconis* &c. emanata à Rege Ferdinando sub die 24. Maii 1469. quæ in viridi sunt observantia, etiam quia cum laudato canonico jure uniformantur, de Nigris *in dicta Clem. de vita*, & *honest. clericor. in verb. Privilegio, dicto num.* 181. *ac in cap. item statuimus* 98. *á nu.* 16. *& in d. cap. non exigit*, Camill. de Curte *divers. feud. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 89. Reg. Rovit. *in dicta Pragm.* 1. *de clericis, num.* 2. Episcop. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. Neap.* 169. *num.* 4. *p.* 3. *& in prax. eccles. p.* 2. *resol.* 391. *nu.* 3. Io Maria Novar. *in ead. pragm.* 1. *de cleric. num.* 1. *& quæst. for.* 88. *num.* 1. *lib.* 1. Mauson. *de*

cau-

tanſis executivis, ampliat. 29. *num.* 48. Reg.de Marinis *in dicto cap.*58. *num.*9. Reg.Conſil.Rocc.*dicto Reſp.*35.*num.*20. *& Reſp.*58.*num.*8.Petra *ad Gram. dicta deciſ.*10.*nu.*2. Reg.Conſil.D.Carol. Petra *in comment.ad d.Rit.M.C.V. 66. n.*5. de Mari *ad eandem deciſ.* 10. *Gram. nu.* 4. Severin. *ubi ſupra, verſ. clerici conjugati, in medio, & verſ. quid autem dicendum,* Sperell.*deciſ.*36. *num.*18. *verſ. & hinc fit,* Guid.Papa,ubi addent.*dec.*383. Graſſ.*de eff.cleric.eff.*3.*n.*44. Anſald.*de Iuriſd.d. cap.*8. *n.*9. Ciarlin.*dicta contr.* 53. *nu.*5.Fermoſ.*ubi ſup.n.*11. quicquid in contrarium prima facie videtur tenuiſſe Gaſp.Klockius *in dicto tract. de contribut.cap.*12.*à. num.*9. nil in jure al-
196 legans. Immo nedum quo ad prædicta, prout cæteri cives laici veniunt adſtricti, & connumerantur; verùm etiam ad ſubeundum onera perſonalia ipſius Communitatis, ut electatus, & ſimilia, dum nullo,præter illa duo,privilegio clericali gaudent, & decidit Curia Archiepiſcop.Neapolit.penes Ricc.*dicta deciſ.* 169.*p.*3.Novar.*in dicta quæſt.*88. *nu.*8. *& in dicta pragm.* 1.*n.* 3. *de clericis,&c.* Reg.de Marin.*Reſ.jur. dicto cap.* 58. *nu.* 9.*in fine* R.Conſil.Rocc.*d. Reſp.*35.*n.*22.
197 Adeſſe tamen videtur diſtintio inter DD.in cauſis liquidationum inſtrumentorum;utrum valeat coram Regio, aut verò eccleſiaſtico iudice procedi; Vna quorũ claſſis exiſtimat, quia ſunt meræ pecuniarię,à nulla criminalitate dependere,pro quo effectu non corã Iudicibus de maleficiis judicantibus actitãtur, ſed in meris pecuniariis, & civilibus conſtitutis, omni formalitate criminalis judicii remota, ita quod etiam perpenſatis, Rituum M.C.V. verbis, ſemper pro civilibus inſtrumentorum liquidationum cauſæ,habitæ,& appellatæ fuere; modo ut in eis nullo fruatur fori privilegio,ſed coram laico Iudice conjugatum clericũ reſpondere debere, Reg. Conſil. Rocc. *dicto Reſp.deciſ.*58. Io:Franc. Marotta *diſcep.for.dicto cap.* 9. ubi ita fuiſſe deciſum per M.C.refert infine,& per S.R.C. confirmatum.
198 In contrarium Altera eſt DD. ſententia,quod attenta origine,cauſę liquiquidationũ inſtrumentorum nõ civiles, ſed criminales appellantur, ad quas devenitur ob delicta à debitoribus patra-
199 ta,nempe perjurii, pro quo effectu in pœnam antiquitus incidebant manus amputationis,juxta noſtri Regni conſtitutionẽ *Eos,qui ſcienter,* R.Conſ. Petra
200 *in Rit.*171.*num.*1.quæ cùm erat membri amputatio,ſive obtruncatio, abſque dubio criminales exiſtimãdæ ſunt, & ita judicari debent,tanquã cauſæ à d.crimine dependẽtes,licèt ex novo jure,ſublata ſupradicta pœna,in ejus locum, (quæ
201 in viridi eſt obſervantia) pecuniaria ſubrogata eſt, quæ attentis vulgatiſſimis juribus, non ſapit, neque aliam habet naturam, niſi illius,in quam ſubrogata fuit,*l.unica Cod.de rei uxor. action. l. qui in jus* 138. *ff.de reg.jur.* §.*fuerat,inſtit. de action.cap.Eleutherius,*2. *quæſt.*2. *cap. dilecti,de foro compet.cap. Is qui* 46. *de*
202 *Reg.jur. in* 6. & conſequenter adhuc retinet criminalitatis naturã, etiã quia in fiſci beneficium cedit, nam ſi aliter foret,non ita eſſet. Neque valet dicere, non actitantur ut judicia maleficiorum, quoniam primus citationis actus à magiſtro actorum in criminalibus ſubſcribitur,etſi ab illo demum in civilibus,curia pro Tribunali ſedente fit actus, & ab iiſdem Iudicibus mandatur: hoc eſt, quia ab ipſis curia regitur, & omnia quæ pro tribunali ſedente mandanda ſunt,fiunt, & per eorum magiſtros actorum, per hębdomadam, acta conficiuntur,Taſſon. *de antefato,verſ.* 3.*obſer.*3. *num.*162.Reg.Conſil.Rocc.*de offic.Rub.* 5.§.6.*num.*18.Reg.Conſil. Petra *in Rit.* 2.*n.*20.à quibus,eorumque Curia, illa de maleficiis,non diſtinguitur, ratione, & unionis cauſa, cùm unum ſit corpus, ſicut per prius junctim exercebant civilem,ac criminalem juriſdictionem,demumque diviſa, pro celeriori cauſarum expeditione,Taſſon.*ubi ſup. n.*157.Reg. Conſil.Rocc.*dicto* §.6.*num.*19.20. Reg. Conſil. Petra *in dicto Rit.*2. *num.*19. & deſumitur á diſpoſitis in Regia Pragma-
203 tica *Prima de officio Magiſ.Iuſſit.* ita quod,in his cauſis, tam per judices civiles, quàm per ipſos maleficiorum curiæ etiam propter criminalitatem,quam habent,recipiuntur,& ſubſcribuntur comparitiones de ſero, quæ à debitoribus por-

porriguntur; immò ex notatis per Reg. Tapiam allegatum per Reg. Capyc. latr. *in decis.* 58. *num.* 10. 11. & Galter. *infra allegand. nu.* 3. *in fine* procedere ad liquidationem, & omnes actus incum-
204 bentes; ad quorum maleficiorum instar, in eis non constituuntur procuratores, neque admittuntur reconventiones, & similia, præter exceptiones à Ritibus,
205 & Pragmaticis determinatas, quadere á nostratibus dictæ causæ instrumentorũ liquidationũ, licèt pecuniariæ, pro criminalibus habentur, etsi pro parte creditorum appareat, duabus uti actionibus, criminaliter, ac civiliter agendo; civilem intentando respectu crediti; criminalem verò quo ad pœnam, in quam sunt incursi debitores, perjurii ratione, Afflict. *decis.* 64. *nu.* 2. Marinus Freccia *de præsentat. instrum. p.* 6. *num.* 1. 2. 3. Galter. *de liquid. instrum.* 3. *p. princip. vers. audiantur excusatores, Rubr.* 4. *num.* 1. 2. 3. Præs. de Franch. *decis.* 162. ubi add. omnes, & ultimò de Luca *num.* 3. Reg. Sanfelic. *dec.* 184. *num.* 8. & 289. *num.* 4. Reg. Moles *decis. R. C. S. §.* 9. *quæst.* 4. *à num.* 8. Præs. Merlin. *contr. for. cap.* 24. & præcisè *à num.* 16. *cent.* 2. Reg. Capyc. latr. *dec.* 45. *num.* 18. 19. & *d. decis.* 58. *nu.* 5. 9. 10. Reg. de Marin. *Resol. jur. dicto cap.* 58. *num.* 15. *lib.* 1. ubi Rodoer. *num.* 14. 15. Reg. Consil. Prat. *in annot. ad Paschal. de Patr. potest. p.* 2. *cap.* 9. *à vers. quod ante judicium* usque ad *vers. ad nu.* 8. & *in discep. forens. cap.* 15. *num.* 43. 44. 45. & 46. *lib.* 1. Novar. *quæst. for.* 79. *nu.* 7. 8. *lib.* 1 Reg. Consil. Petra *in comm. ad Rit. M. C. V.* 55. *num.* 3. *in Rit.* 109. *num.* 7. *tom.* 1. *in Rit.* 166. *num.* 4. & *in Rit.* 243. *num.* 9. *tom.* 2. Rota *in decis.* 96. *à nu.* 28. *usque ad* 31. *in impressis post tract. Merlin. de Pignorib.* dum nulla est, neq; haberi potest ratio de allegatis per Reg. Rovitum, in quibus scripsit, ac allegavit pro Cæsare de Nobilibus, Bajulo Civitatis Catanzarii, ex quo pro cliente prædicta exaravit, non autem pro articuli veritate, prout habetur in allegatione impressa per eum *in Pragm.* 1. *de Officio Bajuli, à num.* 33. *cum seqq.* ac etiã quia à Supremo R. C. S. Tribunali amplexa haud fuerunt, quum contra allegata, suam promulgavit determinationẽ, juxta attestationem ab eodemmet Reg. Rovito allatam *in loc. cit. nu.* 32. & per Reg. Tap. *in annot. post allegationem Camilli Villani per eum insertam in lib.* 3. *juris Regni in tit. de instrum. liquid. à nu.* 20. & hoc sub die 14. Iulii 1604. neque de Regentis Sanfelic. assertione *in decis.* 230. dum in præcedentibus supra allegatis contrarium in pluribus locis substinuit; taliter quod hodie in omnium ore habetur, ac decantatur, liquidationum causas esse criminales, nõ autem civiles.
206 Inde sequitur in his instrumentorũ liquidationum causis, non coram alio, quàm Ecclesiastico Iudice conjugatum clericum esse conveniendum, prout cõmunis nostrorum est sententia, à qua recedi haud potest in judicando, ac in cõsulendo, & licèt ab ea Capibl. *de Baronibus in* 1. *Impress.* recessit, attamen in secunda se declaravit, non esse ab hac communi discedendum, & non posse in quæstionem deduci, per ea, quę habentur apud Reg. de Marin. *Res. jur. dict. cap.* 58. *num.* 14. 15. *lib.* 1. Episcop. Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop.* 170. *p.* 3. Novar. *dicta quæst.* 79. *num.* 6. & *in dicta pragm.* 1. *de cleric. & c. num.* 12. Reg. Cons. Petra *in com. ad Rit. M. C. V.* 55. *num.* 5. & *in Rit.* 66. *num.* 3. *lib.* 1. in quo quidem loco, se remittit per ipsummet exaratis *in Rit.* 166. *num.* 118. de Mari *ad Gram. dicta dec.* 10. *num.* 3. Sever. *ubi supra, vers. hoc autem privilegium, in medio*, Rodoer. *loc. cit. à num.* 12. *usque ad* 17. etsi *in num.* 18. ob decisionem allegatam per Io: Franc. Marottam *in dicto cap.* 9. adnotat esse cogitandum, licèt ad rationes productas per dictum Io: Franciscum difficile respondere non existimet; cujus dicto Nos subscribimus, quoad dictam determinationem, nam ex ejus lectura clarè colligitur, hoc non fuisse determinatum, neque discussus articulus, quia ipse Marotta non fuit de judicantibus, qui multoties determinant, non ex allegatis, & dispunctis per partium Advocatos, sed per id, quod ipsi supplẽt, ut arbitramur in casu, de quo in dicta disceptatione agebatur: quia debitor depositum fecit pecuniæ debitæ vigore instrumenti ejus fratri creditori; itaque non fuit opus hoc determinare,

ac

Digitized by Google

ac articulum discutere ; sed pecuniam ipsam depositatam M. C. liberavit creditori, de cujus credito indifficultabiliter apparebat justitia, & ob depositatã pecuniam, omninò cessabat actio instrumentum liquidandi, & per consequens criminaliter agendi ex perjurii pœna, sed civiliter, ex qua rectè proceditur coram laico Iudice ; unde quo ad hoc nullum reddit præfata decisio obstaculum, quia apparet non fuisse discussum, indeq; haud decisũ, quia M.C. non pervenit ad actum condemnationis vigore instrumenti liquidandi in judicio criminali, non obstante declinatoria opposita per clericum conjugatum, sed ad liberationem depositi, quo ad actionem, & judicium civile, ob quod devenire non poterat ipsa M.C. ad pœnæ condemnationem, respectu cuius, judicium criminale efficiebatur.

207 Quo quidẽ exemptionis privilegio in causis criminalibus, etsi ciuiliter ageretur, veniunt clerici ipsi provisi, ratione dignitatis, sive clericalis caracteris in persona impressi, à qua egredi non valet,

208 de quo cũ mulieres, ratione incapacitatis, participare nequeunt, consequenter ad uxores ipsorum clericorum conjugatorum non extenditur, uti merè personale, etiam quia per ipsas mulieres, requisita ad hoc concernentia, desuperque exarata, adimpleri minimè possunt, prout de incessu cum habitu, & tonsura, & servitio in divinis, sine quibus si clericus ipse non gaudet, eò minùs mulier, cui non est permissum, & proinde ad ipsam non extenditur hoc privilegium, quo gavisus est ejus vir ; Et huic negativæ sententiæ esse adhærendum ex prædictis, concludit Reg. de Marin. *Resol. jur. cap.* 350. *lib.* 1. Reg. Rovit. *in prag.* 1. *de cler. seu diac. salvat. num.* 2.

209 A qua omnino recedimus, ac esse recedendum jure optimo existimamus, in judicando, & consulendo : quoniam pro

210 explorato habetur, inter cæteros matrimonii effectus, esse illum individuæ unitatis, nempe duarum personarum in corporibus, in unam conjungi, & unã efficere carnẽ, prout habetur, in Genesi *cap.* 2. *vers.* 23. *&* 24. *infine*, ibi: *& erunt*

211 *duo in carne una*, & Matth. *cap.* 19. *vers.* 5. *&* 6. ibi: *& erunt duo in carne una. itaque jam non sunt duo, sed una caro* ; ita quod magna cum ratione ab Imperatoribus Severo, & Antonino, uxores appellatæ fuerunt sociæ humanæ, ac divinæ domus, non alia de causa, nisi ex vi matrimonii, *in l. adversus* 4. *Cod. de crimine expilatæ hæred.* ibi : *Adversus uxorem, quæ socia rei humanæ, atque divinæ domus suscipitur*, prout per priùs Modestinus dixerat *in l.* 1. *ff de Ritu nuptiar.* ac Vlpian, *in l.* 1. §. *si pater, vers. si vir, aut uxor*, ubi Glos. *in verb. una domus, ff. ad senat. cons. syllanian.* cum aliis allatis à Reg. Galeota *contr. for. cap.* 13. *num.* 15. *lib.* 1. Reg. Rovit. *dec.* 75. *n.* 9. R. de Marin. *resol. jur. cap.* 250. *nu.* 3. *lib.* 2. Scialoya *de foro compet. cap.* 27. *in princ.* Novar. *de elect. & var. for. p.* 1. *sect.* 3. *quæst.* 3. *nu.* 67. D. Carol. de Grassis *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 157. &

212 à DD. infra allegandis ; ita quod ratione dictæ unitatis, omnia quæ in mariti persona adsunt, ac repræsentantur, tam quo ad dignitatem, ac honorem, quàm quoad forum, uxori correlativè communicantur, juxta Imperialem constitutionem *in l. mulieres, fin. C. de incol. lib.* 10. repetita *sub tit. de dignitatib. in eod. Cod. lib.* 12. in qua hæc adscripta sunt verba : *Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus* ; cum quà concordant dispositа *in l. unica Cod. de mulieribus, & in quo loco, l. medicos* 6. *& l. Grammaticos*, 11. §. *quæ omnia*, *C. de Professorib. & medicis lib.* 10. *l. viros* 2. *C. de comitib. consistorian. lib.* 12. *l. omnis* 2. §. *omnibus clericis*, *Cod. de Episcop. & cleric.* ibi: *Omnibus clericis hujusmodi prærogativa succurrat, ut & conjugia clericorum, ac liberi eorum quoque ministeria, ideſt mãres pariter, atque fœminæ, l. eos, qui* 6. *Cod. de fabricensibus lib.* 11. *l. hæc saluberrima* 2. *Cod. de præpositis agẽtium in rebus lib.* 12. *l. in sacris scrineis*, 12. *Cod. de proxim. Sacrorum scrinior. lib.* 12. *l. ne ad diversa*, 4. *Cod. de silentiariis, lib.* 12. cum aliis allegatis ab Amaya *super Cod. in dicta l. mulieres, fin.* & uti valeant, ut si eisdemmet concessa fuissent per comprehensionis viam, ex multis idem Reg. de Marin. *loc. ubi prox. n.* 3. 4.

Novar.

Digitized by Google

Novar. *ubi supra, dicta quæst. 3.* & alii
213 infra laudandi: cùm sufficiat in mariti persona existere privilegium, ut eo valeat uxor uti, prout in casu de quo agitur, *l. omnis, 2. Cod. de Episc. & cler.* Gloss. *in cap. clericum il 1. verb. clericũ, vers. item uxores,* & Gloss. *in cap. eos, qui,* 10. *dist. 32. verb. eos qui, vers. si legitima,* Reg. Tapia *Iur. Regn. lib. 1. in tit. de Episcop. & cleric. in Rit. M. C. V. Item quod si aliquis, 66. num. 3.* Novar. *in schol. ad ll. Cod. in dicta l. mulieres 13. de dignitabus, lib. 12. num. 7. & in tract. de elect. & var. for. par. 1. sect. 3. quæst. 3. num. 4.* Io: Iacob. Masull. *ad Capyc. decis. 76. num. 3.* de Mari *ad Gram. dicta decis. 10. num. 6.* Rota *de Privileg. mulier. cap. 1. nu. 84.* Reg. Consil. Petra *ad d. Rit. M. C. V. 66. num. 18.* cum aliis, allegatis ab eodemmet Reg. de Marin. *dicto cap. 350. num. 6.* Ciarlin. *contr. for. cap. 53. num. 36.* de Grassis *in dicto effect. 1. à num. 155. cũ seqq.* Ansald. *de Iurisd. par. 2. tit. 11. cap. 9. per totum* Ayllon. *ad Gomez var. Res. lib. 3. tit. de immun. Eccles. cap. 10. num. 5. vers. etiam uxorem,* Bovadilla *in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 146. tom. 1.* D. Franc. de Amaya *in dicta l. mulieres, fin. Cod. de incolis lib. 10. n. 10. & 22. cum seqq.* Pareja *de instrum. editione tit. 2. Resol. 6. special. 6. num. 357.*

214 Nam in contrarium ponderata per Reg. de Marinis facilè resolvuntur: quia quæ requiruntur in clerico ad gaudendum, non sunt necessaria in ejus uxore, cui non communicatur hoc privilegium per hæc adimplementa, dum in ea nullus concurrit caracter, sed in viro, per quem observantur prædicta, & gaudet præfato privilegio, ejus uxori capaci de honore, & cæteris, quæ in cõsequentiam illius dependent, communicantur, itaquod sufficit, ut vir eo uti, & frui possit, ut ad uxorem transmittatur, non uti proprium ex ejus propria persona, sed uti dependens à viro, cum quo unita, & una caro est: nam jura, quæ hanc fori communicationem mandant, nõ nisi viri personam inspexerunt, à quo dependere debet, & ex ejus persona ad uxorem transfertur; nil obstante quod in viri persona consisteret, ita & pro mero personali dejudicare-

tur, ab ejus tamen fruitione haud veniret uxor excluſa, prout idem Reg. de Marin. *Res. jur. cap. 250. num. 1. 2. 3. & 4. lib. 2.* Novar. *in dicta l. mulieres, fin. Cod. de incolis lib. 10. num. 1.* ibi: *quamvis etiam ageretur de privilegio personali,* ubi etiam latè Amaya *à num. 6. usque*
215 *ad 24.* penes quos habes multos casus in jure, à quibus excluduntur uxores à personalibus privilegiis viri, propter quod, dum in eis particulariter interdixit I. C. ad limitationem regulæ, & generalis jurium dispositionis, videtur in cæteris firmam remanere conclusionem.

216 A qua communi, magisque recepta sententia, etsi aliqui ausi nõ fuerunt recedere, ipsã declarant habere locũ, viro adhuc in mundo existente, itaquod ad viduam lectum viduale servantem non extendatur, uti extinctum privilegium viri morte, sicuti penes de Mari, & Reg. Consil. Petram *loc. cit.* Verùm in contra-
217 rium est veritas: nam servando lectum viduale, desumitur ac si adhuc mulier in matrimonio existeret, & conservatur
218 unà cum omnibus immunitatibus, privilegiis, & exemptionibus, à viri persona dependẽntibus; cujus personam repræsentat, nomenque retinet, domiciliũ, & originem habet, in quibus existebat matrimonii tempore, & de ejusdemmet familia est, prout in conjugii tempore erat: dum omnibus gaudet, ut si in matrimonio adhuc esset, sub quo, viduitate pendente, desumitur esse, *l. quoties 3.* ibi: *vel eorum conjuges, sive adhuc viverent eorum mariti, sive post mortem eorum in viduitate constitutæ sunt,* ubi Glos. *in verb. constitutæ Cod. de privil, schol. lib. 12. l. filii 22. §. vidua, ff. ad Municip. & incol.* Molfes. *in consuetud. Neap. lib. 2. p. 3. quæst. 26. num. 1.* Reg. Rovit. *decis. 75. num. 10.* Reg. Capyc. Galeota, *contr. for. dicto cap. 13. num. 29. 30.* Reg. de Marin. *dicto cap. 250. lib. 2.* Novar. *in tract. de elect. & var. for. in dicta quæst. 3. nu. 18. & in dicta l. mulieres, num. 2.* ubi etiam Amaya *à num. 24.* Borrell. *in sum. decis. de cleric. conjug. num. 28.* Ricc. *collect. dec. 2984.* Gallupp. *prax. S. R. C. p. 2. cap. 6. num. 24.* Reg. Consil. de Anna *cons. 108. num. 10. & seqq.* Paschal. *de Patr. potest. part.*

Digitized by Google

part.3.cap.10.num.64. Add. ad Præſ.de Franch.*deciſ.363.*Theſaur.*quæſt.for.90. lib.2.*ſecus verò in filio clerici conjugati, vel privilegiati, quia mortuo patre expirat,Anſald.*ubi ſupra,cap.10.*

219 Quib. de rationib. mulieres exteræ cũ civib.Neap.vel alteriusCivitatis privilegiatę,ſi viduę efficiãtur,& in viduitate perſiſtant,prout erant matrimonii tẽpore, ejuſque exiſtentiæ, non veniunt comprehenſæ ſub aliquorum ſtatutorũ, vel pragmaticarum diſpoſitione de forenſibus, exteriſque diſponentium, ex prædictis deſuper exaratis, & habetur penesReg. Capyc.Galeota *d. cap.13.*R. Rovit. *d. dec.75.*R.de Marin.*d.cap.250.*

220 Inde in illis caſibus, quibus clerici conjugati exemptione fori quo ad ciuilia non gaudent, atque ſubſunt oneribus tam realibus, quàm perſonalibus, ac ſi laici eſſent, a laico judice procedi poteſt ad eorum perſonarum carcerationem, ac arreſtationem; nil obſtante, quod gaudent canonis beneficio *ſi quis ſuadente diabolo;* ex quo cùm ſit non animo nocendi, & injuriam inferendi in perſonam ipſorum clericorum, ſed lege permittente,omni injuria remota, propter quod ſemper advenitur juris ordine ſervato; ut in bonorum defectu; etſi quo ad criminalitatem à Pontifice fuerunt exempti, nam quo ad prædicta imponuntur manus in dictos clericos, ad ipſorũ tantũ detentionẽ,inſeparabilẽ ab exercitio juriſdictionis civilis, de qua proviſus eſt judex ſecularis, ne deinde fruſtatoria, & inanis reddatur, R.Conſi. Rocc.*d.Reſp.35.n.12.verſ. unde infertur,* R.Rovit.*in d.Pragm.1.n.2.verſ.& nota,* Mauſon. *de Cauſ.execut. limit.4. nu.27.* Marott. *diſcep.for.cap.10.*de Graſſ. *de eff.cler.eff.7.num.52.*Tuſch. *pract.concl. 395.verſ.clerici conjugati,n.21.verſ.contrarium.*Fermoſ. *in dicto cap.2.quæſt.12.*

221 Licet in contrariũ adſit altera DD. ſententia, laicos cõtra clericos conjugatos non habere cognitionẽ,niſi in bonis, perſona ſemper ſublata: quoniam ex præmiſſis haberent tantummodo cognitionem cauſæ non autem cogendi, vel exequendi in perſonam,uti ex omni parte exemptam à laicali juriſdictione; & licèt validè clerici reconveniantur; attamen quo ad executionem remittuntur,& habetur recurſus ad Iudicem Eccleſiaſticum; prout etiam in hoc caſu eſſe ſervãdum tenent ex aliquibusDoctoribus Reg.Rovit.*loc.cit.* Mauſon. *ubi ſupra num.26.*Ciarlin.*conſr.for. dicto cap. 53.à num.29.cum ſeqq.lib.1.*

Ad num. 72.

222 MErcaturæ, negotiationiſque exercitium, quæ conficiuntur emendo, & vendendo, propter proprium intereſſe lucrandi cauſa,ideſt in emendo viliori,& vendendo cariori pretio,difficile eſt, quod ſine mendacio, ac periurio fieri poſſit,Divus Io: Chriſoſt. *ſuper Matth.hom.38. ad cap.31.in text. diſt.88.cap.eiiciens dominus* 11. cũ aliis, allegatis à D.Carolo de Graſſis, *de eff. cleric. effect. 6. num. 3.* & aliis infra in
223 ſuis locis;ita quod,multa ſunt damna, quæ ex eis adferuntur à mercatorum fraudibus,ac avaritia dependentia,Gaſpar Klockius *de Ærario cap.25.num.54.*
224 *lib.2.*quæ juncta cum propria clericorum avaritia, quorum natura, & genus eſt avarum, ob quod occęcantur, Gaſpar Klockius *vbi ſupra cap.47.num.7. 8. 9. & 10.* ubi Chryſtoph. Pellerus
225 *num.* 2.3.efficiunt,ut ad inſtar peſtiferorum ſint fugiendi, juxta atteſtationẽ divi Hieronymi *ad Nepotianum, de vita clericor.in text.negotiatorem diſt.88.cap. 9.*ibi:*negotiatorem clericum, & ex inope divitem,ex ignobili glorioſum,quaſi quãdam peſtem fuge;* Io: Ant. de Nigris *in cap.de ſpoliis clericor. & Monachor. num. 21.fol. mihi* 68. Marta *de juriſd. par.* 4. *cent.* 1. *caſu 3. num.* 8. Sperell. *deciſ. 94.num.4.lib.1.& dec.116. num.29. lib.* 2.Io:Caſtagna *in tract. de benefic. deducto ne egeat,quæſt.10.fallentia 3.num.3. in med.*Pereyr.*de Manu Reg.cap.38.num. 4.circa principium lib.2.*Anſald.*de Iuriſ. par.5.tit.4.cap.3.nnm.8. verſ. Archidiaconus*, Franc.Burſat. *conſ.461.num.22.* Gaſpar Klock. *de contrib.cap.12. n.254.*
226 *verſ. quinimmo canones.* At quia uti deſtinati ad Deo ſerviendũ,& ejus divino cultui,ab eo diſtrahi haud debent;& ad alia applicare, & ſignanter ad ſeculares pertinentia, prout ex Divi Pauli

Digitized by Google

Apoſt. *in epiſtola 2.ad Thimot.cap.2. nu.* 4. ibi: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus; ut ei placeat, cui ſe*
227 *probavit:* quia ſunt dedecoris, & ipſe clericalis decor annihilatur, ipſumque in vilitatẽ reducunt, & ab ipſo ſpirituali ſervitio juxta eorum munus diſtrahuntur,ac retrahũtur, & juxta exaratã Divi Io: Chriſoſtomi ſententiã *in allato cap. eiiciens dominus*, ex his negotiationibus ſublata ſubſtantia,nil aliud remanet,quã ſolum peccatum,ob tot fraudes, quæ in emendis,& vendendis rebus confici poſſunt,ac tot verbis, quibus utuntur; ita quod impoſſibile habetur poſſe illæſos remanere de peccato, & perjurio, ope ipſorum circunventionum, ut *in dicto cap. eiiciens*, & Laganar. *ad Reg. Rovit. in rubr. ad Pragm. de mercator. official.lit.A.*in quo ſtatu adeſſent clerici
228 negotiãtes,idcirco caveãt ob tot prohibitiones, quæ à ſacris canonibus ad ipſius evitationem emanatæ ſunt, ita quod omnino determinavit Divus Auguſtin.*in lib. quæſtionum veteris, & novi teſtam.cap.127.in text.cap. conſequens 2. cap.fornicari 10.diſtint.88. Clem. quoniã 2.de vita,& honeſt.cleric.*non licere clericis negotiari lucrandi cauſa,ſub multis pœnis in canonibus, & Pontificiis Bullis contentis,*cap. 1. & cap. ſecundùm inſtituta, 6.ne clerici,vel monachi, c. clerici 15.& cap.ex litteris 16. de vita, & honeſt.clericor.cap.1.& cap.canonum 3.cauſa 14.quæſt.4. cap.prædicator 64. cauſ.12. 16.quæſt.1.* Bulla Pii IV. *de ſpoliis cler. de Anno 1560.ſub die 9.Novẽbris 1. anno ſui Pontificatus*,ubi de Nigris *nu. 16. fol. mihi* 68. Marta *de juriſd. dicta p.4.cent.1.caſu 3.num.1.* Reg.de Marin. *ad Reverter.deciſ.159. nu.3. prope finem* Novar. *de Gravam. vaſallor. Gravam. 195. à n.2.* Genuenſ. *in prax. Archiepiſcop. cap.77. num. 1.* Sperell. *dicta deciſ. 94.lib.1.*D. Carol. de Graſſis *dicto effect. 6. à princ. uſque ad* 8. Anſald. *de juriſdict.dicto cap.3.à n.26. cum ſeqq.* Caſtagna *ubi ſupra num. 3.* Parlador. *rer. quotid lib.1. cap.3. §.1. num.6.* Ciarlin. *contr.for. cap. 232. num. 1. & 2. par.3.*
229 Ita quod privantur omnibus clericalibus privilegiis, beneficiis, & fori exẽptione, quo ad illa,quæ mercaturam tangunt,inquibus prout laici reputantur,ſtatutiſque laicorum ſubjacent, ac illa obſervare tenentur: quia tunc non uti clerici, eorunque vices,ſed tanquam laici, taliunque perſonas repræſentant, ac conveniuntur,*dicto cap. conſequens 2. diſt.88.*&c. & per ea, quæ á contrario ſenſu habentur in *Clem. fin. de cenſibus* ubi Gloſſ. *verb.non negotiandi*; & inde efficiuntur de foro negotiationis,*l. periniquum 7. Cod. de juriſd. omnium judicum*, Camill.Borrell. *ſum.deciſ.tit.7.nu. 66.*Reg.Capyc.latro *deciſ.173.num.41. 42.43.lib.2.* Reg.de Marin.*alleg.63.nu. 2.recollect. in lib.3. reſ. jur.* Marta *de juriſd.ubi ſupra n.4.5.6.*Reg. Calá, & alii *laudandi in ſequenti numero*, Caſtagna *ubi ſupra, & num. 5. 6.* Gaſpar Baetius *de inope debitore cap.16.num.38.in fine* de Graſſis *de effect. cleric. effect. 2. nu. 116.& ſeqq.effect. 3. num.177. & dicto effect. 6. per totum* Munnoz de Eſcobar *de Ratiociniis adminiſtr. cap.7. à nu. 37.uſque ad* 40. Cevall. *de cognitione per viam violentiæ par. 2. quæſt. 64. à num.8.* & ex Guttier. Vaſquez, & aliis, Gaſpar Klockius *dicto cap.12.num.254.* Chriſtophor. Pellerus *ad eundẽ Klock. in tract.de Ærario lib. 1. cap.7. num.31.* Benedict.Carpzou *defin.forenſ.p.3.conſtit.38.defin.1.num.1.*Sperell. *d. dec.94.*
230 *num.6.* proinde tenentur ad gabellarum ſolutionem, cæterorunque onerũ; prout pedagiorum, guidagiorum, & ſimilium,quę à ſecularibus,& non immunibus ſolvuntur,per ea,quæ à contrario ſenſu diſponuntur per Summum Ponticem Bonifacium VIII. *in cap. quanquã 4.de cenſib.in 6.*in obſevantiam Alexandrinæ conſtitutionis Papæ IV. *quæ eſt in cap.1. de immun.eccleſ. in 6.* ex verbis ibi: *pro rebus ſuis propriis, quas non cauſa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt,ſeu tranſmittunt*; unde deſumitur, & rectè, ex cauſa negotiationis ad omnia teneri, quia non eſt favendũ illis,qui contra præcepta,& legem prohibentem faciunt; quod etiam eſt de jure noſtri Regni, cujus vigore gaudent clerici, ſi clericaliter vivunt, *ex c. item ſtatuimus, quod clerici* 98. Gofred. noſter *hic num. 135.* & aliis deſuper allegatis, qui, quũ per negotiationem non vivant clericaliter

liter, inde sequitur, quod gaudere non debeant, *dicto cap. ex litteris 16. de vita, & honest. clericorũ, cap. quanquã, de censibus* cũ aliis juribus desuper adductis, & quæ allegãtur p de Nigris *in d. clem. de vita, & honest. clericor. n. 209. & 212. fol. mihi 30. & 31.* Afflict. *in d. constit. Apostatantes, num. 13.* Trentacinque *Var. Res. lib. 1. tit. 6. de jure fisci, Resol. 5. nu. 8.* Martam *de jurisd. ubi supra n. 2.* Petram *ad Gram. dec. 100. num. 3.* Viscont. *concl. jur. decis. verb. Gabellam, vers. eamque solvere,* Marant. *spec. p. 4. dist. 11. n. 80.* Reg. D. Carolũ Calà, *ex Sances, Molina & aliis, in opusculo, de controb. clericorum à num. 220. & 222.* Reg. Cosil. Rocc. *de offic. rubr. 14. §. 4. num. 28. 29. & 30.* Sperell. *decis. 41. num. 20. & 21. vers. secundò quatenus, & dicta decis. 94. num. 7.* Ciarlin. *contr. for. cap. 22. num. 56. part. 1.* Ansald. *de jurisd. dicto cap. 3. num. 8. 15. 16. 17. & 28.* Card. Tusch. *Pract. conclus. lit. O. concl. 126. n. 16.* Sixtinũ *de Regalibus c. 14. n. 113. lib. 2.* D. Carol. de Grassis *de effect. cleric. d. eff. 3. num. 176.* Matthiam Coler. *Proc. execut. cap. 3. par. 2. n. 135.* D. Ferdin. Vasquez *de Successionum creatione lib. 1. §. 10. in rep. l. quoniam in prioribus, num. 648. vers. unde infertur intellectus, &c.* Parlad. *Rerum quotid. lib. 1. d. cap. 3. §. 1. num. 4.* Lassart. *de decima venditionis cap. 19. num. 84.* Pereir. *de manu Regia lib. 2. d. c. 38. nu. 5.* Bovadill. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 123. lit. A, & nu. 316.* Flores diez de Mena *var. quæst. lib. 2. quæst. 21. num. 231.* Cevall. *dicta quæst. 64. à num. 3.* Franc. Marcus *decis. deph. 286. num. 3. p. 1.* D. Franc. Salgad. *de Regia protect. par. 4. cap. 14. nu. 103.* Thesaur *decis. 116. num. 10.* Menoch. *de Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 6. cas. 562. num. 43.* Gasp. Klock. *de contrib. dicto. cap. 12. nu. 253.* & determinavit Galliæ Parlamentum apud Io: Paponium *lib. 5. tit. 11. de tribut. indict. & subsid. Arrest. 21. in med.* Ciarlin. *contr. for. dicto cap. 232. nu. 1. 2.*

231 *part. 3.* si modò constaret per antea fuisse per tres monitiones admonitos, ut à negotiatione desisterent, citrá quas monitiones quum non valeant incidere in pœnam à Canonibus, & Bullis determinatam, & statutam, neque etiam privandi sunt eorum immunitate non solvendi vectigalia, & gabellas, uti ex-expressè requisitas, per Summum Pontificem *in dicto cap. ex litteris, de vita, & honest. clericor.* ibi: *Mandamus, quatenus si tales tertiò à te commoniti, ab hujusmodi non resipuerint, sed prætermissis divinis officiis, negotiationibus institerint supradictis, cùm facto privilegium abiiciant clericale,* & tenent Afflict. *in dicta const. Apostatantes, loc. cit.* Grass. *de effect. cler. dict. effect. 3. num. 177. & 182.* Cevall. *com. contra com. quæst. 810. per totam, & præcisè, num. 17. & in tract. de cognit. per viam violentiæ, dicta quæst. 64. num. 22.* Ansald. *de jurisd. dicto cap. 3. num. 28.*

232 Sed hoc esse verum, quousque agitur ex causa negotiationis, & mercaturæ indefinitè privando clericos clericalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & prærogativis, etiam quo ad bona, de quib. nulla efficitur mercatura, nõ autẽ, si particulariter sit agendũ, quo ad ipsa bona, de quibus negotium fit, & cũ hac distinctione concordantur jura, & DD. sententiæ, ita quod respectu solutionis gabellarum, & cæterorum onerum per negotiatores faciendæ, clerici adstringuntur, etsi non interfuerunt trinæ istæ monitiones, juxta magis communem sententiam, per ea, quæ notant de Nigris *in dicta clem. de vita, & honest. clericor. dicto num. 212.* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 18. quæst. 8. nu. 9. ex* Molina, Guttierez, Fagundez, Diana, & alii Reg. Calà *ubi supra, num. 229.* Ciarlin. *contr. for. dicto cap. 22. num. 56.* de Grass. *dicto effect. 3. num. 183. 184. & 185.* Parlad. *ubi supra* Sperell. *decis. 41. num. 21. vers. secundò quatenus:* nam contrari sunt intelligendi, quando ex negotiatione debent quo ad omnia, & in totum, privilegium, & cætera ad clericale exercitium concernentia, amittere, DD. *ubi supra.*

233 Inde non est inconveniens verificari quisnã propriè negotiator sit, ex quo corruptè nomen hoc omnibus ex vulgo applicatur; sed quando ad præmissa est devenicndum, ut ea locum obtinere valeant, & juxta sensum, de quo loquuntur DD. & signanter uti pœnalia, nullam extensionem recipere valeant, quia odiosa, ita quod disponentia præfata jura con-

Digitized by Google

tra clericos negotiatores, mercaturanque exercentes, de illis, qui sub tali exercitio comprehenduntur, & negotiatores sunt, intelliguntur; quorum definitio est, Rerum emptores, ut de eisdem non tamen mutatis ex lucro captando, sive lucrifaciendi causa venditores sint, prout ex Divo Io: Chrisostomo *in dicto cap. eiiciens Dominus* 11. *dist.* 88. ibi: *Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eiicitur*, & Martian. I. C. *in l. legatis servis* 63. *ff. de leg.* 3. de Nigris *in d. Clem. de vita, & honestate clericor. n.* 222. Marta *de Iurisd. dicto casu* 3. *n.* 10. Reg. Rovit. *in rubr. super pragm. de mercatura officialibus prohibita, nu.* 3. Genuens. *dict. cap.* 72. *num.* 2. de Grassis *dict. effect.* 3. *num.* 181. *& effect.* 6. *nu.* 38. Ansald. *de Iurisd. dicto cap.* 3. *num.* 10. Carpan. *in statut. Mediolan. cap.* 416. *nu.* 180. *p.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1052. *num.* 2. 8. Sperell. *dicta decis.* 94. *num.* 14. Theod. *Hupingks consil.* 28. aut usi sint permutatione, recipiēdo rem aliquam loco pretii, ex dicto Vlpiani *in l. Marcellus* 46. *ff. de donat. inter vir. & uxor. & in l. sed etsi lege* 28. §. *consuluit*, ubi Gloss. *in verb. permutationis, ff. de petit. hared.* & Gloss. *in dicta l. Marcellus* 46. *verb. negotiationis, in medio*, Ansald. *dicto cap.* 3. *num.* 18. 19.

234 ita quod, si res empta mutata venderetur, non venirent comprehensi sub hoc negotiationis nomine, Cevall. *de cognit. per viam violentiæ dicta quæst.* 64. *nu.* 21. sed artificii, quum ipsius ope non amplius res empta sit, sed in aliam mutata

235 formam, quod non reperitur esse cōprehensum sub hac prohibitione clericis facta, quia non venit nomine negotiationis, & mercaturæ, uti mistæ cum artificio de Grass. *dicto effect.* 6. *nu.* 35. 37. *cum seqq.* clericis exercentibus non prohibito, immo permisso, juxta determinationes initas in Conciliis Nanuatēsi, & Carthaginensi, prout *in cap. Presbyter* 2. *& cap. clericus* 3. *&* 4. *dist.* 91. *cap.* 1. ubi Gloss. *in verb. Rurale, de Celebr. missar. dicto cap. canonum*, 14. *quæst.* 4. ubi Gloss. *verb. vel vendendi*, de Grass. *dicto eff.* 6. *á num.* 36. Ansald. *dicto cap.* 3.

236 *num.* 22. Castagna *ubi supra nu.* 11. & non sunt obnoxii oneribus gabellarum, & similium solutioni, dum gaudent immunitate, uti ab ejus fruitione haud exempti, idem de Grass. *in cit. effect.* 3.

237 *num.* 180. Tamen non ita absolutè est tenendum; sed quando clerici ipsi usi sunt mercatura cum artificio mista, cujus ope pro simplici mercatura prohibita non habetur, si causa ex qua præfata Cōcilia ipsis artificia permiserunt, itaut ea deficiente, & cessante, omnino venirent tali legum permissione orbi; sicuti existentibus in necessitate, ac paupertate, itaut eis opus sit elaborare, industrianque exercere post divina officia, ex expressis verbis, quæ in allatis Conciliis, ac juribus habentur, nullam interpetrationem, & intellectum requirentibus, ob

238 eorum claritatem: At verò, si pro eorum usu immitterent, aut extraherent, qua de causa exempti sunt ab omni onerum, & gabellarū solutione, per ea, quæ habentur penes DD. mox allegandos, facta gabellotis denunciatione de rebus inducendis, sive extrahendis, Visc on. *Concl. jur. decis. verb. gabellam, supra cit.* de Luca *ad Gratian. discept. for. c.* 17.

239 *num.* 2. *p.* 1. ac cum juramenti attestatione, quod sint pro eorum servitio, & usu, quorum juramento standum est, & in eorum defectu, ob eorum absentiam á loco denunciationis, sive gabellarum, onerunque solutionis, per ipsorum famulos, qui ipsa bona inducenda associāt,

240 aut per muliones, si modo per gabellotos contraria non prætendantur, aut incontinēti probare intelligātur; sive ex personarum qualitate, ita quod præsumi haud possit ad eorū usū d. bona defer-

241 vire, sed potiùs negotiandi causa, aut si in habitu clericali non existerent cū tonsura, & servitiis in divinis; & ultimò alteri subjecti essent, & currere sub clericorum nomine fraudolenter, Gloss. *in dicta Clem. 3. de censib. verb. non negotiandi, à vers. si autem*, de Nigris *in dict. Clem. de vita, & honest. clericor. verb. privilegio, nu.* 229. & 232. Petra *ad Gram. decis.* 100. *num.* 5. 6. Reg. de Marin. *Res. jur. cap.* 31. *num.* 7. *lib.* 1. Grass. *dicto eff.* 3. *num.* 185. & 257. 258. & 260. Ansald. *de Iurisd. dicta part.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 30. 31. 32. 33. Ciarlin. *contr. for. d. cap.* 22. *num.*

Digitized by Google

242 *num.*58.*part.*1. quæ dubietatis cauſa ſi eorum uſu, vel aliter à clericis ducuntur, ac deferuntur bona ipſa, non aliter niſi coram Eccleſiaſtico Iudice fieri dixerunt Reg.de Marin.*in loc.ubi prox.* & de Graſſ.*dicto effect.*3.*num.*259.& priùs
243 *in effect.*1.*num.*1268.Sed in contrariã ſententiam inclinavit Salgad. *mox allegand.num.*104. cùm hoc eſſet in damnũ Iudicis laicalis juriſdictionis ratione dubietatis,quæ facit ceſſare cauſam, & rationem,ex qua ſubmittuntur judici ſeculari, ſc.negotiationis, cujus ope valeant à judice laico cognoſci, quo ad cauſas ipſas non reflectentes ad clericorum perſonas,ſed ad officia, ſive negotiationes ipſas, propter quod, & ipſorũ bona, quæ negotiantur, arreſtare, & exequi pro gabellarum ſolutione, & ſimilium, perſona tamen ſemper ſalva judici eccleſiaſtico,Bald.*in l.de his* 3.*num.*1.*Cod. de Epiſcop.& cleric.* ibi: *Ego credo, quod res ipſa benè pertineat ad forum ſeculare, & quod judex ſecularis poſſit mittere ad rem ipſam pro tributo, & inde recipere tributum, quia eſt de ſua juriſdictione tã univerſali,quàm particulari.Sed quod in perſonam clerici judex ſecularis aliquid poſſit, hoc ego nego, per Authb. ſtatuimus infra eod.*Salgad.*de Regia protect. par.*4. *cap.*14.*dicto num.*103.Reg. Conſil.Carleval.*de judic.lib.*1. *tit.*1. *diſp.*2. *quæſt.*3. *num.*159.Reg. Calà *ubi ſupra,num.*215. & 223.*cum ſeqq.* Cevall.*commun.contra Com.quæſt.*897. *à num.* 593. *cum multis ſeqq. tom.*4. *& in tract. de cognitione per viam violentiæ dicta quæſt.*64. *nu.*7. *cum tribus ſeqq.* Bovad. *Polit. lib.*2. *cap.* 18. *num.* 144. *in fine* Caſtill. Sottomayor *contr.foren.cap.*12.*num.*43.*tom.*7.Pereira *loco laudato dicto cap.*38.*num.*5. Flores diez de Mena *dicto cap.* 21. *nu.*232. Caſtagna *ubi ſupra num.* 5. *& num.* 18. de Graſſ. *de effect.cleric.dicto eff.*1.*num.* 834.*cum ſeqq.*Parlad.*rer. quotid. diff.*9. §.4.*num.*20. *&* 21. *tom.* 2. Cortiada
244 *Dec.*26. *num.*50. nam ſecluſi ſunt ab omni clericali beneficio, quo ad omnia ad negotiationes, ſive mercaturas concernentia; ex qua ratione quo ad debita contracta intuitu mercaturæ, haud gauderent beneficio *cap. Odoardus, de ſolution.* ut ex validiſſimis rationibus, tenet
245 de Graſſ. *eff.*7.*num.*63.& 64. Ac etiã quia ſi non convincerentur de aliis, & multiplicatis cõtinuis negotiationibus, remota ipſa,de qua tractaretur,uti unica, pro mercatoribus non eſſent reputandi, quia unica negotiatio nõ facit negotiatorem,ex his,quæ colligũtur ex *l.*1.§. *licèt merces,ff.de tributoria actione l.ſi mutuam* 5.*Cod.de inſtit.& action.* Ant.Fab. *Ration.in dicto* §. *licèt merces*, & tenet Gloſſ.communiter recepta *in eod.*§.*idem merces,verb.omnes*, Maſcard.*dicta concl.* 1052.*num.*6.Genuens, *dicto cap.*72.*nu.* 8.Cevall. *com.contra com. d. quæſt.* 810. *num.* 18. Hupingks *dicto conſ.* 28. *verſ.*
246 *quod non unicũ*, ita quod pro negotiatoribus reputari minimè poſſunt, ut ad gabellam teneantur, ad quam pro unica negotiatione non teneri, affirmat
247 Cevall.*dicta quæſt.*810.*num.* 19. & in pœnas negotiatoribus clericis injunctas, nõ eſſe incurſos, habetur penes Novar. *in pragm.*1.*de mercatura officia l.prohibita num.*10.11.*& in num.*12. & ita obtinuiſſe in Tribunali Reueren.Nuntiaturę Apoſtolicæ pro quodam clerico Nola-
248 næ diœceſis. Prout etianſi venditores ſint de eo, quod cauſa eorum uſus emerunt,ex quibus bonis non ſolvuntur gabellæ;prout eſt etiam diſpoſitum quo ad laicos,in *l.ſi publicanus* 4.§.*de rebus,ff. de public.& vectig.l.univerſi* 5.*Cod. de vectig. & commiſ.* quod hodie non ita practicatur; attamen ſi demum ex cauſa ſuperveniente,aut ratione ſuperfluitatis, ad ipſius proceditur venditionem, quoniam ex ipſa ſuperventa cauſa vendendi,quum nõ reddatur negotiator,etianſi revenditio ipſa carior fiat, ſed juſto, & currenti pretio,habito reſpectu ad illud
249 emptionis, nulla tamen concurrẽte in contrarium probabili præſumptione, probabilibuſquæ argumentis, itaut reſultaret probatio, quod non realiter eorum uſu emerunt, ſed ad finem revendendi,ex quo reſultaret quædam palliata emptio ad finem contractandi, non aliter ad eorum uſum,ſed ad circunvellendum jura,negotiationes prohibentia, ficuti communis eſt DD. ſententia,cum qua pertranſivit Sacra Eminentiſſimorũ Cardinalium Congregatio reſpectu clericorum,ipſos excludendo à negotianti-

bus

Digitized by Google

bus pena inflicta, penes Io: Mariam Novar. *in dicta Pragm.* 1. *de mercat. offic. prohib. num.* 5. 6. 8. *&* 9. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta dec.* 159. *num.* 3. 4. *par.* 1. de Nigris *in alleg. Clem. de vita, & honeſt. cleric. nu.* 228. *&* 229. Martam *de Iuriſd. dicta p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 3. *num.* 12. Genuenſ. *prax Archiepiſcop. dicto cap.* 77. *num.* 15. 16. Iul. Clar. *lib.* 5. *ſententiar.* §. *fin. quæſt.* 82. *num.* 37. ubi Bajard. *num.* 88. Sperell. *dicta deciſ.* 94. *num.* 15. Gaſp. Klockium *de contrib. dicto cap.* 12. *n.* 266. de Graſſ. *dicto eff.* 6. *nu.* 22. *&* 32.

250 Eodenque modo immunitate gaudent pro fructibus à propiis prędiis recollectis, & dependentibus, etſi illi demum quod ad ea, quæ ipſis ſuperſunt, ad venditionem procedunt, etiam in totum, quum in eis nulla contractatio, ſive mercatura, & negotiatio exercetur, ac conſiderari poteſt, ex quo illud, quod clericis, eccleſiaſticiſque perſonis ex his fructibus ſupereſt, non eſt prohibitum poſſe vendi, ut ſupra dictum eſt, de emptis ad eorum, & familiæ uſum, ac etiam de illis, quæ pervenerunt á propiis bonis per ipſos poſſeſſis, eorunque perſonas ſequentibus; eò fortiùs quum ipſorum onerum, gabellarũque præſtatio ab immittentibus, ac extrahentibus perſonis præſtanda ſit, & ad quas reflectitur, quæ, cùm immunes ſint, non tenentur, quoniam nulla in iſtis (ut dictum eſt) cõcurrit negotiatio, cauſa privationis præfatæ immunitatis, privilegii, ac beneficii, de Nigris *in d. Clem. loc. cit. num.* 227. Alexand. Trentacinque *variat. Reſol. lib.* 1. *tit. de jure fiſci, dicta Reſ.* 5. *num.* 8. de Graſſ. *dicto eff.* 6. *num.* 33. ac concludit Gaſp. Klock. *ubi prox. dicto num.* 266. Sperell. *dicta deciſ.* 94. *par.* 1. *à num.* 9. & determinavit R. C. S. Anno 1536. die ultimo Martii *in Arreſt.* 35. *de recollect.*

251 *per Reg. de Marin.* licèt aſportentur in locum aliquem, in quo maiori pretio, quàm ubi ſunt, vendantur: nam non eſt mercaturæ exercitum, ſed citra publicæ utilitatis damnum, bonum conſilium capere de re propria, de qua ut magis poſſit lucrifacere, vetitum non eſt, ſed illud cariori vendere clericis interdictũ invenitur in caſu, quo mercatura, & negotium exerceretur; ſcilicet quod viliori emiſſent, ad finem majori vendendi pretio, in quo, & nõ in alio caſu, loquuntur diſpoſita per Summ. Pontific. *in dicto cap. quanquam*, & DD. allati per Regium Conſil. Rocc. *in dicto tract. de Offic. dicta Rub.* 14. §. 4. *nu.* 28. non autem venirent extendendi ad fructus á propriis bonis recollectos, DD. *ubi prox.*

252 etſi conductionis cauſa poſſideant, dũmodo conductiones prædictæ, omni induſtria ceſſante, ſint confectæ, ſed ad eorum uſum, & familiæ, quoniam iſto in caſu nulla exercetur mercatura, de Graſſ. *dicto eff.* 6. *num.* 25. 29. 30. *&* 31.

253 Sperell. *dicta deciſ.* 94. *nu.* 17. Quibus omnibus præmiſſis non obſtat determinatio R. C. S. *in Arreſt. Gen.* 578. *de recollect. per Reg. de Marin.* ob quod R. C. mandavit de oleo immiſſo in Regiam Dohanam per Abb. Fabritium Caracciolũ, ipſi ex ſuis bonis pervento debere gaudere immunitate pro quantitate, ipſius, & ſuæ familiæ uſum tangente; reſpectu verò ulterioris quantitatis á dicto Abbate venditæ, ſolvi dirictus juris fundici à futuris emptoribus: nam ex eo colligitur, R. C. S. habuiſſe pro vero, quod perſonæ eccleſiaſticæ, quo ad fructus perventos ab eorum prædiis, territoriiſque, eſſent immunes, etiam quo ad ea, quæ ob eorum uſum immittuntur; ſed dirictuum ſolutio, quam mandavit, non habuit reſpectum ad clericũ, ſed ad emptores ipſorum fructuum, prout erat

254 ille dirictus juris fundici, qui ſolvi debebat ab emptore, ad cujus onus currit, non autem venditoris, ut diximus ſupra *num.* 17. Inde cùm reſtantes quantitates olei erant vendendæ, & cùm fuerint immiſsæ in fundicum, erat illi acquiſitum jus dirictus, ab emptoribus ſolvendum, & ſic illud ſolvi mandavit, etſi á venditione non dependeret, quia negotiatio haud erat.

255 Diximus verò juſto pretio clericos, fructus ab eorum prædiis perventos vendere poſſe, etſi in aliquem exportatos locum ad effectum prædictum, quo in caſu concurrente ratione aliqua, ex cujus ope per ſecularem poteſtatem pretium taxatur, & ad quod omnes adſtringuntur ad vedendũ, licèt nolint; & tunc clerici ipſi comprehenduntur; ita ut

præ-

Digitized by Google

præter illud taxatum pretium, vēdi minimè valeant, & ad id coguntur capiendo fructus prædictos, si vendere recusent, licèt à pœnis in bannis contentis, eximantur, quum conditores in his potestatem non habent, & respectu dictorum fructuum venditionis obligantur,
256 non vi legis, sive statuti, banni, sed legalium jurium dispositione, ac ex naturali jure, ratione publicæ utilitatis, quod omnes obligat, ex per Nos ponderatis, *in observ. ad alleg.* 13. *Io: Vinc. de Anna* à
257 *num.* 29. & de qua taxa etiam commodum sentiunt ipsi clerici, & ecclesiasticæ personæ, quæ ope, & dicti banni vigore cogi possunt laici ad ipsis vendendum juxta taxatum pretium; nam non omnes possunt habere penuriæ tempore, sive in necessitatis casu; quapropter nedum commodum habent, verum etiã utuntur in eorum favorem, banno à laicali potestate emanato; ita è contra quo ad particulares ipsorum etiam sit observandum, de Nigris *in dicta Clem. de vit.*
258 *& honest. &c. lac. cit. n.* 186. taliter quod illud taxatum, justum esse pretium ha-
259 betur, licèt vilius sit; et si ultra vendatur, furtum committitur, modo quod,
260 ita passim observatur in casibus contingẽtibus, quum nemo eximatur, *l. nullus* 21. *Cod. de Curs. publ. lib.* 12. & habuit pro vero Supremum Tribunal Collater. Cons. penes Reg. Revert. *decis.* 222. *à vers. post hanc determinationem*, in quo pro adjunctis intervenerunt tres Regii Consiliarii, scilicet Io: Andreas de Curtis, Antonius Orifice, & Vincentius de Franchis, ut habetur *in dicta decis.* 222. *& in.* 9. dicti de Franch. ubi add. omnes, & ultimò de Luca, & juxta communem conclusionem Theologorum, concludũt Reg. de Marin. *in observ. ad dictam Revert. decis.* 222. *num.* 1. 2. *&* 3. Reg. Cons. Rocc. *de offic. dicta rubr.* 14. §. 4. *num.* 43. 44. 45. *&* 46. Amaja *super Cod. in l. unica, à num.* 21. *cum multis seqq. sub tit. ut nemini liceat, &c. lib.* 10. Castagna *in dicto tract. deducto me egeat, quæst.* 10. *dicta Fallent.* 3. *à num.* 13. *usque ad* 17. Gasp. Klock. *de contrib. dicto cap.* 12. *nu.* 150. & cum multis aliis Giurba *pract.*
261 *observ.* 1. *num.* 21. *&* 22. asseverantes ad prædicta posse cogi clericos ipsos, capiendo hos fructus; sed an fieri possit per Iudicem, potestatenque laicalem, aut verò Ecclesiasticam, eo quod ad id veniunt adstricti ex lege jubente? vide quæ adnotavimus *in allata observ.* 13. *à num.* 35. 36. *in alleg. Io: Vincentii de Anna.*
262 Verùntamen, si ageretur de asportandis his fructibus extra regnum, fieri haud posset, sine expressa Proregis licentia, quæ uti ex gratia, non sic de facili conceditur, dixit R. C. S. in consultatione facta de Anno 1589. Eccell. illius tẽporis prout *in Arrest.* 472. *de recollect. per Reg. de Marin.* aliter incederent bona prædicta in commissum, etsi de datiis forsan non solutis aliqua possint disceptari, Reg. de Marin. *ad Revert. decis.* 18. *num.* 3. dum pro ipsis sunt immunes ex desuper adnotatis, ad quorum solutionem tenerentur si negotiandi causa asportarentur, sive extraherentur per extra re-
263 gnũ, prout de omnibus, & quæ requirantur in his extractionibus ritè, & rectè faciendis, ne incidant in commissi pœnã; etiãsi de ecclesiasticis personis sint? vide Reg. Consil. Rocc. *dicta rubr.* 14. §. 4. *per totũ* Reg. Calà *in laudato loco à num.* 91. 114. *&* *à* 116. *usque ad* 219.
264 At Clerici an incidant in pœnis à canonis impositis, si ipsi per interpositam personam negotientur *ex cap.* 1. *de vita, & honest. cleric.* vide de Nigris *in dicta Clem. de vita, & honest. &c. verb. Honestè, num.* 16. Ciarlin. *contr. for. cap.* 232. *à num.* 62. *part.* 3. de Graff. *dicto eff.* 6. *num.* 23.

Ad num. 75.

265 ÆQualitatis servatio in his, quæ nullam differentiam patiuntur, sed in pari sunt ratione, datur vti correlativis, de quibus, quæ in uno ponuntur, conceduntur, disponuntur, statuuntur, corriguntur, prohibentur, auferuntur, exprimuntur, atque gaudent, eodem modo, quo ad alterum habentur,
266 ac extenduntur, ob reciprocam, quam habent connexionem, cum communicatione de uno ad alterũ correlativo modo, ex regula partium correllativarum, in quibus idem judicium, eadenque di-

sci-

Digitized by Google

267 sciplina, ac natura colligitur; qua de causa non debentur ad imparia, sed ad paria judicari, *l. legem juliam 3. Cod. de indicta viduit. tollend. l. sicùm dies 26. §. sed si in aliquem, ff. de receptis arbitris, l. veteres 20. ff. de action. emp. & vend. l. cùm emptor 5. ff. de rescind. vend. l. 1. Cod. cupressis lib. 11. l. si ego 23. ff. de acceptilationibus*, Afflict. *in const. eadem pœna, num. 1. in medio*, Reg. Consl. Gizzar. *decis. 4. nu. 8. 9.* Horat. Viscont. *concl. jur. verb. correlativorum, fol. mihi 43.* Vivius *decis. 167. num. 6.* Novar. *in pragm. 4. de administrat. universi. num. 14. & dec. 40. num. 40. & decis. 141. num. 4.* Præs. D. Gregor. de Ganaverro *decis. 19. num. 22. decis. 26. nu. 37. in princ. & in cons. 3. nu. 15.* Gait. *de credito cap. 4. quæst. 7. num. 628. Thor. vot. decis. 94. num. 3.* Mele *ad Gizzar. loc. cit. num. 23.* Gratian. *discept. for. cap. 27. num. 15. par. 1. & cap. 924. num. 2. p. 5.* Lanfranch. Zacchia *de salario quæst. 52. num. 8.* Ant. Conciolus *alleg. 82. num. 21. 22.* Larrea *decis. Granat. 60. num. 8. vers. & quasi ea contemplatione, & num. 18. in princ.* Grivell. *decis. Dolani senat. 54. num. 5. decis. 90. num. 8. & decis. 114. num. 36.* Thoming. *decis. 39. num. 2.* Coler. *dec. 67. num. 24. 25. & 26. decis. 176. num. 65. par. 1. & decis. 257. num. 10. par. 2.* Bened. Carpzou *resp. jur. elect. lib. 2. tit. 1. resp. 6. num. 3. lib. 3. tit. 5. resp. 53. num. 26. tom. 1. lib. 5. tit. 9. resp. 102. num. 12. & 16. tom. 2. defin. for. p. 2. constit. 13. defin. 21. num. 2. constit. 34. defin. 8. num. 6. p. 3. constit. 23. defin. 2. nu. 4. & in constit. 24. defin. 20. n. 7. decis. Ill. Germaniæ 9. nu. 15. decis. 57. nu. 21. decis. 264. num. 18. & decis. 269. num. 5. & in tract. varii in tit. Vindiciæ, &c. Posit. 1. cap. 1. Thes. 14. num. 20. & de donatione Geradæ cap. 2. Thes. 23. num. 88. 89. & cap. 5. Thes. 43. num. 16. & de contractu mutui posit. 19. nu. 1.* Mattheus Vvesselembec. *Paratil. in Pandect. Iur. civil. & Cod. lib. 8. Cod. tit. 36. de exceptionibus num. 8. vers. & correlativo, &c.* Andr. Fachin. *contr. jur. lib. 11. cap. 58. vers. contrariam*

268 *sententiam*, taliter quod nulla disparitas inter correlatos ipsos considerari valeat, prout præter alios sunt venditor, & emptor, in quibus præmissa correlativorum vi, in uno ipsorum concurrētia, ita quoque in altero procedunt, & locū obtinent, Afflict. *in dicta const. eadem pœna, nu. 1* Præs. de Franch. *decis. 225. nu. 2.* Io: Vinc. de Anna *in Repet. ad constit. Regni, const. diva mem. nu. 256.* Reg. Rovit. *in Pragm. 1. de fid. & author. memor. nu. 32.* Thor. *dicto vot. decis. 94. nu. 2. in fine* Ganaver. *dicta dec. 19. num. 21.* Gratian. *discept. for. dicto cap. 26. num. 15. cap. 27. num. 14. lib. 1. & cap. 390. num. 2. lib. 2.* Fachin. *loc. cit.* de Graff. *de eff. cleric. eff. 3. num. 88.* Fontanell. *decis. 301. num. 6. tom. 2.* Ant. Faber *Ration. in dicta l. veteres,*

269 *vers. sunt enim*; qua de ratione omnia, quibus fruitur venditor, emptori communicantur; inde emptores fructuum bonorum ecclesiarum, & clericorum gaudent immunitate, exemptionisque privilegio, quo venditores gavisi sunt, uti correlati, cujus ope participant de omnibus ad venditores pertinentibus, ac competentibus: nam aliter, ob damnū, quod inferretur, læderetur ecclesiastica immunitas, ejusque libera facultas immittendi, & extrahendi à civitate; ac etiā quia viliori vendere teneretur ecclēsia, ecclesiasticæque personæ, si emptores gabellis, cæterisque oneribus essent obnoxii, & non gauderent venditorum im-

270 munitate, ex quo ipsarum gabellarū, onerunque solutio, pretii pars est, ex *textu in l. fundi partem ff. de contrab. empt.* Reg. Capyc. latr. *decis. 116. nu. 40.*

271 *lib. 1.* quoniam res in multo plus augetur de pretio, quando est libera ab onerum, & gabellarum præstatione, quám secus, *l. si venditor 6. §. si quid emptor, in fine, ff. de servis exportādis*, Ciarlin. *cōtr. for. cap. 22. n. 9.* Larrea *alleg. fisc. 57. nu. 3.*

272 Fontanell. *dicta dec. 301. num. 8.* & sic per indirectum, dictorum onerum, gabellarunque solutio ab ipsa ecclesia, clericis, personisque immunibus fieret, quod vetitum est, Fontanell. *decis. 265. nu. 11. 12. & 13. & dicta decis. 301. à princ. usq; ad num. 16.* Sperell. *dec. 41. à num. 7. & num. 70.* Gratian. *discept. for. d. cap. 26. nu. 16. lib. 1. & cap. 390. lib. 2.* Surd. *cons. 525. num. 17.* de Graff. *dicto eff. 3. num. 87. 89.*

273 Quæ quidem præmissa non ita indefinitè sunt intelligenda: nam etsi vera sit regula illa de correlativis, inter quos veniunt emptor, & venditor, magis vera,

Digitized by Google

vera,& tuta eſt etiam limitatio, ut locũ habeat, quouſque eadem militat ratio, ita ut inter ipſa nulla diſparitas conſiderari poſſit,ob diverſitatem rationum, quæ in uno concurrunt, non verò in altero, tanquam neceſsariò non dependẽtes, & connexitatem cum eo non habẽtes;itaut dari poſſit unum ſine altero: quia tunc ceſsaret effectus regulæ correlativorum, reſidentis in concurrentia æqualitatis rationis, & unum quodque remaneret in jure ſuo ſine ulla reciproca communicatione,uti diſsoluta, ac reſoluta ratione correlativorum ab alia diſparitatis concurrente, Reg. Marcian. *diſp.for.63.num.12.part.2.* Reg. Conſil. Carleval.*de judic.lib.1.tit.2.diſp.8.num.* 23.Ganaver-*dec.R.C.S.54.num.37.deciſ.* *56.num.62.* Mele *ad Reg. Conſ. Gizzar. ubi ſupra num.25.*Novar. *in alleg. loc. in pragm. 4. num. 14. verſ. idque maximè,* Andr. Fachin. *loc. cit. verſ. non obſtant,* Petr.Greg.Tholoſ.*ſyntagm.jur. lib.42. cap.24.num.12. verſ.ſicque* Ant. Fab. *de error. Pragm. decad. 52. error.4. circa princ.verſ.eaſiquidem,* Larrea *dicta dec. 60-num. 18.in med.*Bened. Carpzou *defin.for.par.1.conſtit.27.defin.4. num.3.& in tract.var.in dicto tit.de donat.Gerada dicta Theſ.23. num.90. & de contr.mu-*
274 *tui dicta poſit.19.num.12.* prout conſideratur in de quo agitur caſu, in quo nemini alii ex his contrahentibus onus eſt gabellarum, onerunque ſolutionis, quàm emptori, nullam connexitatem in hoc habenti cũ venditoris perſona, per ea,quæ ſupra adnotavimns *in hac præſenti Rubr. n.14.16.*ita quod haud recte dici valet poſse eſse pretii partẽ, & in venditoris damnũ cedere;cũ nõ ſui parte, & venditionis contractu,ſed ẽptoris, & per extractionem, aut immiſſionem, ab eodem facienda, & ſic minimè pro pretii parte haberi debet:dum etiam ex earum ſolutione nullum commodum, atque utilitas venditoris inſpicitur, ſed potiùs emptoris ob immiſſionem, vel extractionem faciendam ex ſui cauſa,& cõmodo,pro quo ad præd.tenetur ultra juſtũ pretium emptionis cauſa ſolutum; inde pro pretii parte nõ haberi,docuerũt & juridicè Diana *de Immun. Eccleſ.Reſ.* 48.*verſ.2.arguitur*,Gratian. *diſcept.For. cap.258.num.42.lib.2.* Fontanell. *deciſ. Cathal.266.num.16.17.& 18.part.1.& dec.306.p.2.* ubi ita cenſuiſse Senatum, *num.24.in med.* Caſtill. *deciſ. Sicil.127. num.12.part.2.* de Luca *ad Gratian. diſcept.for.cap.26. num. 8.in med.* nam allegata *ſupra à num. 269.* eorum habent intellectum, quando gabellarum ſolutio per emptorem fieri debet ratione, & emptionis intuitu,ipſiuſque contractus, de quo loquuntur jura,& DD.allati, nõ autem in caſu, de quo agitur, penitus à contractatione, & emptione alieno, ex diverſa ratione, à venditione, ejuſque venditoris perſona haud dependente; ſed per id, quod fit ab emptore ipſo,ex ejus facto de immittẽdo,vel extrahẽdo, aut per locũ tranſeundo,in quo ſolvitur vectigal,ſive gabella, D.Abbas Iacobus Philip.Maſſola *Triſmeg.leg. Rationcin.6. num.7.*etſi venditores perſonæ immunes fuere, ut Eccleſia,clerici, & ſimiles:nam ultra præmiſſa,habetur, Privilegia, quæ à prædictis repræſentantur quo ad exemptionem, & immunitatem gabellarũ, pedagiorum,& cæterorum,ad id concernentium, non aliter, quàm perſonalia eſſe,uti radicata in eorum perſonis, non autem in bonis, quibus in tantùm gaudent,in quantum eis adhærent,ita quod ipſis mutatis hoc privantur privilegio, & illud amittunt, cùm etiam ipſorum bonorum conditio mutata ſit,ex juribus per nos ſupra *in hac rub.* allatis *à n.155.* etſi emptores ipſi ab ipſis perſonis immunibus ope emptionis cauſam habeãt quia in his pro ſingularibus ſucceſſoribus habentur,ut in *l.ſi pignori 30.ff.fam. erciſc.*Reg.Capyc.latr.*dec.33.num.6.lib.* 1.ad quos minimè tranſeunt cum re,ſive fructibus diſtractis privilegia, competentia vendentium perſonis;& hoc licèt in privilegiorum conceſſionibus dictum ſit,*ejus hæredibus,& ſucceſſoribus*,ſublata tamen dictione illa, *quibuſcunque*, Reg.de Marin.*Reſ.jur.cap.159. lib.2. & ad Reg. Reverterium deciſ. 345. num.3.* Rodoerius *ad eund.de Marinis Reſ.jur. cap.169.à num.8.lib.1.* Olea *de ceſſione jurium, & action tit.6. queſt.3. num.6.* nam præfatis perſonis, perſonale tantũ eſt dictum exemptionis privilegium, & immunitatis,cùm intuitu perſonarum,

Digitized by Google

non autem rei ſit conceſſum, per ea quæ ſupra à Nobis exarata ſunt *in n.* 156. &
275 160. Ita etiã ſi ad perſonas ſit directũ rei contemplatione: quoniam attenditur id, quod principaliter fuit contemplatũ, non autem illud in conſequentiam ope adhærentiæ, ex text. *in l. qui in futurum* 58. §. *ſi ex altera, ff de pactis*, *l. ſordidorum*, 14. *Cod. de excuſat. muner. lib.* 10. ibi: *neque enim poteſt eſſe perpetuũ, quod non rebus, ſed perſonis, contemplatione dignitatis, atque militiæ indulſiſſe nos cõſtat*, cum aliis allegatis á Reg. de Marin. *d. cap.* 159. *num.* 4. Larrea *dicta alleg.* 57. *num.* 14. *& deciſ. Granat.* 31. *lib.* 1. ut ſunt, & habentur, præſumunturque omnes immunitatis, & exemptionis conceſſiones á ſolutione gabellarum, pedagiorum, & ſimilium onerum, Rodoer. *ad Reg. de Marin. dicto cap.* 169. *num.* 3.
276 Surd. *dicto conſ.* 525. *num.* 2. Quapropter non ſunt tranſitoriæ ad emptores, qui illis uti frui non valent, ac participes eſſe minimè poſſunt, Reg. de Marin. *Reſ. jur. cap.* 169. *num.* 4. *in med. & nu.* 6. *inſin. lib.* 1. ubi Rodoer. *num.* 2. & 4. Lar-
277 rea *dicta alleg.* 57. *nu.* 17. prout foret, ſi reales eſſent: nam tanquã à rebus inſeparabiles, cum eiſdem immunitatibus ad emptores pertanſeunt, Reg. de Marin. *dicto cap.* 169. *num.* 7. ubi Rodoer. *nu.* 6. idem Reg. de Marin. *ad Reg. Reverter. deciſ.* 18. *num.* 4. Ciarlin. *contr. for. cap.* 22. *à num.* 61. *par.* 1. Surd. *dicto conſ.* 525. *num.* 26. ſicuti, ſi ipſarum immunitatum fruitio, ex cauſis onerofis conceſſa ſit: nam pro realibus habentur, Rodoer. *loc. cit. num.* 7. Ciarlin. *dicto cap.* 22. *per totũ*,
278 Olea *ubi ſup. in fine*; inde juxta præmiſſa indubitata remanet concluſio, emptores fructuum bonorum Eccleſiç, clericorum, & ſimilium, haud gaudere immunitate, exemptioneque ſolutionis gabellarum, pedagiorum, & ſimilium onerum, quibus cæteri laici non immunes ſubjacent, in extrahendo à loco, ubi emerunt, aut in alium immittendo; ex quibus actibus, à contractu emptionis ſeparatis, ad præfata oneri adimplenda adſtringuntur, non autem ope emptionis contractus, ipſiuſque cõtractationis, Gloſſ. *in Clem. fin. in verb. non negotiandi, de cenſibus*, Reg. Rever. *d. deciſ.* 18. *verſ. & ea ſententia*, ubi de Marin. *num.* 3. *ad deciſ.* 192. *num* 8. *lib.* 1. *ad deciſ.* 373. *num.* 3. *& ad deciſ.* 548. *nu.* 11. *lib.* 2. ad explicationẽ text. *in l. locatio* 9. §. *fiſcus, verb. mercatores, ff. de public. & vectig.* cum hac diſtintione intelligendi, ac priùs *in Reſ. jur. dicto cap.* 169 *lib.* 1. *& in dicto cap.* 159. *num.* 7. *lib.* 2. Alex. Trentacinque *var. reſ. lib.* 1. *tit. de jure fiſci, Reſ.* 5. *num.* 7. Reg. Rovit. *deciſ.* 71. *num.* 1. ubi Altim. Rodoer. *ad Reg. de Marin. dicto cap.* 169. de Luca *ad Gratian. diſcept. for. dicto cap.* 26. *num.* 8. Genuenſ. *Practicabil. eccleſiaſt. quæſt.* 213. Sperell. *dicta deciſ.* 41. *num.* 8. *& nu.* 70. *lib.* 1. de Graſſ. *de effectib. cleric. effect.* 3. *num.* 89. *et* 90. Ciarl. *dicto cap.* 22. *à nu.* 7. Larrea *dicta alleg.* 57. Anſald. *de juriſd. p.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *à num.* 50. & cenſuit Cathal. Senat. diſcuſſo articulo, diſpũctiſq; omnium utriuſque partis DD. ſentẽtiis, penes Fontanell. *á deciſ.* 301. *à num.* 17. *uſque ad deciſ.* 306. ut ibi: *in fine lib.* 2. & ita paſſim obſervatur; juxta quem approbatum uſum, eſt communis, & magis recepta ſententia, eò fortiùs, quod pro contraria non adſunt ſpeciales legum, vel canonum diſpoſitiones, extendentes hanc immunitatem etiam ad emptores, ſed DD. opiniones motorũ ex extenſis rationibus, prout fundat, & latè Fontanell. *ubi proximè* nil obſtante, quod de immunitatis materia agitur, in qua etiã approbatus uſus vigeret, Reg. Coſtantius *in Supplic. ad Paulum Pontific. V. quo ad Conſtitut. Gregorian. n.* 14. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 281. juxta quem præſumitur tacita declaratio Superiorũ, Fontanel. *dicta deciſ.* 303. *à num.* 13. &
Nos *in obſerv.* 13. *num.* 25. *ad Alleg. Io:*
279 *Vincentii de Anna.* Prout eſt, ac obſervatur etiam in Fiſco; qui, etſi immunis ſit ab omnium gabellarum, pedagiorum, cæterorunque onerum ſolutione, nil obſtante ſi ipſe locaverit, vel gabellas vendiderit, aut in conceſſione ſuũ aſſenſum Rex præſtiterit, ut nemo à præſtatione immunis eſſe deberet: quoniam ipſe loquens ſemper exemptus intelligitur, *l. locatio* 9. §. *fiſcus, ff. de Public. & vectig. l.* 1. *Cod. de navicul. lib.* 1. 1. Reg Revert. *dec.* 548. vbi Reg. de Marin. Anſald. *de juriſd. p.* 5. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 61. 62. & 64.

Digitized by Google

280 & 64. tamen ad emptores ab ipſomet fiſco immunitas non extenditur: quia non uti fiſcus immunes ſunt, ſed ad omnia prædicta tenentur, ac ſolvere debent, *dicta l. locatio*, §. *fiſcus, verſ. mercatores*, Reg. de Marin. *ad Reg. Reverter. dicta deciſ.* 18. *num.* 2. *ad deciſ.* 345. *num.* 3. *& ad dictam deciſ.* 548. *n.* 9. *& Reſ. jur. dicto cap.* 169. *num.* 5. Genuenſ. *loc. cit. num.* 2. Larrea *dicta alleg.* 57. *nu.* 6. Ciarlin. *dicto cap.* 22. *num.* 6. Anſald. *loc. allato num.* 63. niſi appareat conventum eſſe omnia ad onus fiſci, Eccleſiæ, vel clericorum vendentium, ſubſtinenda, eorunq; ſumptibus ad locum deſtinatum adducenda, vel in Civitatem immittenda; ad quod ſi ab eiſdem fieret, nullam paſſi eſſent ſolutionem præfatorum onerum: nam adhuc ipſi fructus ſub venditorum immunium dominio ſunt, quia non dum emptoribus traditi, per ea, quæ diximus *in Rubr. præcedenti* 1. *à nu.* 171. ita quod omnia cederent in damnũ vẽditorũ, ob nõ adhuc perfectionatã ẽptionẽ, ope d. traditionis nõ dũ ſequutæ, ex notatis *in eod. cit. loc. num.* 173. ac etiam quia dicti pacti vigore in venditione adjecti, auctũ fuit pretiũ fructuũ venundatorum; ita quod ſi hoc non obſtante emprores ſolvere cogerentur, virtute pacti prædicti agere poterunt contra ipſos vẽditores, ad ſolutorum onerum reſtitutionem; & ſic per indirectum venirent ad onera ſubeundum venditores, à quibus ſunt
281 exempti; prout ſtante pacto ad favorẽ emptorum á fiſco, decidit R. C. S. ſub die 30. Auguſti 1657. contra Gubernatores Regiæ Dohanæ hujus Civitatis penes Reg. de Marin. *in dicta deciſ.* 548. *Reg. Revert. num.* 10. 11. *infine*, & hæc eſt communis DD. ſententia, quo ad prædictos immunes venditores, Reg. de Marin. *ad Reg. Reverter. dicta deciſ.* 192. *num.* 9. Genuenſ. *dicta quæſt.* 213. *à nu.* 4. de Graſſ. *dicto eff.* 3. *num.* 91. Ciarlin. *in*
282 *allato cap.* 22. *num.* 37. ob venditionẽ contractam cũ tali pacto, & cõditione: quia venditores, qualitates, ac conventiones in vẽditionib. expreſſas præſtare tenentur, & adimplere, *l. ea quæ* 43. *ff. de contrah. empt.* Surd. *dicto conſ.* 525. *n.* 20.
283 *in fine*; eò fortiùs, quod in prædictis præfati venditores haud agunt, ſive tractant de lucro captãdo, vel gabellã ſive onera fraudãdo, ſed de evitãdo dãnũ ſibi ipſis inferendũ: nã ſi ipſimet extraherent, vel immitterẽt, ſine onerũ ſolutione, quia immunes, tãto pretio vẽdiſſent, prout cum tali pacto, & conventione vendiderunt; propter quod conſtaret de pacti validitate, ejuſque juſtitia, non quia ejus vi emptores aliqua gauderent immunitate, venditoribus perſonis conceſſa; ſed ipſimet venditores exempti, ob damnum, quod evitant de pretii diminutione, aliter per indirectum ad onera gravarentur.

284 Præmiſſa extenduntur ad affictatores, ſeu conductores bonorum præfatorum locorum, & perſonarum immuniũ, colonoſque partiarios, qui preter ea, quæ non in pecunia, ſed in fructibus pro affictu, & colonia dominis correſpondẽt, quoad alios fructus, & coloniæ portiones, ad ipſos conductores, & colonos ſpectantes, ad gabellarum ſolutionem, pedagiorum, cæterorunque onerum ſubjacent, prout cæteri laici, uti eorum propria, à ſolo jam ſeparata, & in ipſorũ dominio exiſtentia, Reg. Reverter. *dicta deciſ.* 192. *prope fin. à verſ. etenim hoc in caſu*, ubi de Marin. *num.* 8. *& Reſ. jur. d. cap.* 169. *num.* 4. *in med.* Reg. Rovit. *dicta deciſ.* 71. *à num.* 2. *uſque ad* 8. ubi in omnibus Altim. Viſcont. *concl. deciſ. verb. colonus, fol. mihi* 31. Marta *de juriſd. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 112. *n.* 2. Larrea *d. alleg.* 57. *n.* 7. Fontanel. *d. deciſ.* 266. *n.* 12. *lib.* 1. *& deciſ.* 307. *tom.* 2. Cancer. *var. Reſol. cap.* 3. *num.* 140. Gabed. *deciſ. Luſit.* 64. *num.* 8. *p.* 2. Caſtill. *deciſ.* 227. *lib.* 3. de Graſſ. *dicto eff.* 3. *à num.* 53. *uſque ad* 57. *& à n.* 147. *cum ſeqq.* Olea *de ceſſ. jur. dicto tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 3. 4. *&* 5. eodenque modo, & emphiteutæ Eccleſiarũ, & clericorum, qui pro fructibus rei emphiteuticę, canone, ſive annua præſtatione deducta, uti de Eccleſia, clericiſque, quo ad reſtãtes nedum gabellis, ſed etiam collectarum onerib. ſubjacent, Reg. de Marin. *Reſ. jur. cap.* 99. *lib.* 1. ubi Rodoer. Ciarlin. *dicto cap.* 22. *à num.* 41. *uſque ad* 47. *& cap.* 120. *lib.* 1.

285 Ad quorum iſtar regulantur bonorũ feudalium conductores, etſi tempore Reg. Reverterii *deciſ.* 373. & Salern. *deciſ.* 59. aliter tenuiſſet R. C. ſub ratione, quod feudatarius ob ſolutionem

adhoæ, qua gravatur, ab onere gabellarum, ac similium eximitur, quum non sit justum duplici onere gravari, & in feudatarii fructibus determinavit R. C. S. *in Arrest.* 41. *de recollect. per Reg. de Marin.* Moles *decis. R. C. S.* §. 6. *quæst.* 14. quia etsi feuda conducta sint, ipse etiam remanet dominus, licèt per alium retinerentur: nam conductor non alio nisi domini nomine, possidet; modo quo conductores ipsi simplices detentores sunt, & proinde feudatarius per indirectum veniret ad substinenda onera gabellarum, & adhoarum, si ad gabellas teneretur conductores. Ac etiam quia per illud, quod notat ibi Reg. de Marin. vigore hujus Regni capituli, incipientis *Porrecta* 199. potiùs immunitas videtur cõcessa rebus, quàm personis, & inde uti realis ad conductores cum re transit, Olea *ubi supra num.* 2. Sed contrarium invenitur observatum, & multoties determinatum per R. C. uti magis juri uniforme juxta attestationem Reg. Roviti *dicta decis.* 71. in quo loco habetur bis R. C. S. determinasse, conductores non gaudere, cum qua sententia videtur pertransire Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta decis.* 373. *num.* 2. 3. & 4. & per priùs substinuisse *in Res. jur. dicto cap.* 169. *num.* 7. *vers. intellige tamen.* Arrest. allegata per eumdem Reg. *in allato num.* 4. *ad dictam decis. Reg. Revert.* sunt 655. & 684. quæ Arresta uniformantur, cum alio scilicet 583. promulgato sub die 15. Ianuarii 1613. & quo ad feudatarios respectu fructuum, qui immittuntur pro contractatione, licèt à feudalibus rebus sint recollecti, quia sunt contractandi, etiam à solo separati, propter quod non non ampliùs pro feudalibus, sed burgesaticis habentur, sub die 18. Iunii 1597. R. C. S. mandavit esse solvenda Iura Dohanæ, quæ solvuntur ratione contractationis, custodiæ, & exituræ, ut in Arresto 508. *de prædictis recollectis* à Reg. de Marin. & per priùs sub die 5. junii 1570. apud Reg. Moles *dicta quæst.* 14. *num.* 6. nam immunitas qua gaudent feudatarii quo ad ipsos fructus feudorum, etiam ope dicti regni hujus capituli, habet reflexũ ad collectas, & similia oncra, prout diximus *supra à n.* 137. non aliter, quo ad jura dohanæ, & fundici, quæ ex aliis juribus debentur, ex dispunctis per Reg. Moles *dicta quæst.* 14.

Ad num. 92. 93. 94. 95. & 226.

286 PVblica, ac cõmuni utilitate dictante, ex naturali jure, rationeque, secundùm magis communem DD. sententiam, Nos *in obser. ad alleg.* 13. *Io: Vincentii de Anna* fundavimus; haud clericos, ecclesiasticasq; personas exemptas venire à contributionibus indictarum impositionum pro reparatione pontium, viarum, & similium, ad publicam, communenque utilitatem, & interesse tendentia; illucque te, studiose lector, remitto, etiam ad finem agnoscendi tali in casu renitentiæ, aut solutionis dilatationis á quo nam judice, ecclesiastico scilicet, vel laicali cogendi sint.

Ad num. 108.

287 PVblicarum rerum exactores tã Regii Fisci, quàm alicujus publicæ cõmunitatis, & ipsorum dominorum nomine, quàm etiam uti earum conductores, dum à publico dependent, publicani appellantur (desumpto nomine à re, quam exigunt, aut) conducta habentur, atque se gerunt, juxta Vlpiani dictum *in l.* 1. §. *hic titulus*, *l. quantæ audaciæ* 12. §. *publicani*, & Cai *in l. sed & ij.* 13. §. *præterea*, *ff. de public. & vectigal. commis. ac in l. eum qui* 16. *ff. de verb. signific.* Gloss. *in dicto* §. *hic titulus verb. à fisco*, P. Bened. Pereyra *Theologiæ Moral. lib.* 2. *elucid.* 18. *sect.* 3. *num.* 1279. Amaya *super Cod. in rubr. de exactoribus tributor. num.* 3. Christophorus Pellerus *observ. ad Gaspar. Klockium de Ærario in lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 22. ad differentiam illorum, qui reddita privatorũ exigunt quæstus causa, vel alia pactione, aut conducunt, dum publica penes se haud habent, siue retinent, ex prædicto publica-
288 norum nomine, non appellantur; Quorum æxtimatio antiquissimis temporibus, penes omnes magna erat, ob officiũ, quod gerebãt in favorem fisci, publicæque utilitatis, ita quod hoc exercitiũ in magna consideratione, & honore habebatur. At quia hominum malitia, avaritiaq;

Digitized by Google

ritiaque multùm crevit ob iniquas, & pravas, quas agebant exactiones publicani, cum extortionibus; quapropter, quod bonum habebant nomen, odiosũ reddidere, & exactiones prædictæ Præsidibus provincialibus, ac judicibus fuerunt commissæ, Amaya *ubi supra in medio num.* 5. ac ad prædicta evitanda, & ne indebitum exigeretur, extortionesve fierent in publicæ utilitatis perniciem, quia vires hominum deficerent, ut ait Gaspar Klock. *de Ærario dicto lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 18. *vers. verùm, & hoc moris, & num.* 19. 20. ubi Christophor.
289 Peller. *num.* 23. 24. à I.C. multæ emanatæ fuerunt leges, cum pœnarum præfinitione, in quas incidèrent, qui plus illo, quod debebatur, persolvi facerent; ad finem cohercendi eorũ avaritiã, ut si ad plus debito exigendum processerunt ex Prætoriano edicto actione infactum, vultra indebiti restitutionem, ad dupli pœnam adstriguntur, prout specialiter in de quo agitur casu determinatur in *dicta l. prima, & in* §. *dixerit aliquis, & in dicta l. locatio* 9. §. *quod illicitè, ff. de public. & vectig.* & generaliter *in l. missi opinatores* 7. §. *quod si ad nos, C. de exactoribus tributorũ, lib.* 10. *l. unica Cod. de superexactoribus, eod. lib.* Gasp. Klock. *de contrib. cap.* 18. *num.* 227. *in principio.* cujus medietas ipsis privatis, sive provincialibus, à quibus indebitum hoc solutum fuerit, dabitur, altera verò fisco, Imperatores *in dicto* §. *quod si ad nos, & in allata l. unica, Cod. de superexactoribus lib.* 10. Amaya *ubi supra num.* 21. si verò cum hac civili ex edicto actione, illa etiã criminalis conjungitur, quam cumulationem Imperatores haud prohibuerũt, prout *in l. unica, Cod. quando civilis actio criminali præjudicet, &c.* Reg. Reverter. *decis.* 259. *vers. etenim inquirebatur, infine,* Gomez *var. Res. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3.
290 *vers. unum tamen*: nam ipsa principaliter intentata, de civili incidenter agi valet ad partium interesse refectionem, ex collectis, à dispositis per I. C. *in l.* 1. §. *si dicatur, ff. finium regund.* Godofred. ab Avo *Prax. & Theor. Crim. lib.* 2. §. *fal-*
291 *sum, nu.* 48. 49. & 50. cujus ope à maleficiorum Iudice cognosci, & determinari potest, ad inutile circuitum evitandum, *l. solemus* §. *latrunculator ff. de Iudiciis,* Godofred. ab Avo *ubi supra*
292 *num.* 51. 52. doli mali ex furti ratione, uti fures puniri debent, ejusque pœna ad quadruplum, si manifeste, si verò secus, ad duplum est, *l. in furti actione* 51. *ff. de furtis, dicta l. unica, ubi supra* §. *pœna* 8. & §. *fin. institut. de obligationibus quæ ex delicto, &c.* §. *pœnam tantùm, instit. de actionibus,* Reg. Reverter. *decis.* 260. Novar. *in Pragm.* 40. *de offic. Proc. Cæsar. num.* 4. Menoch. *de Arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 5. *cas.* 443. Bajard. *ad Clar. lib.* 5. *sententiar.* §. *furtum, nu.* 10. Conciol. *Res. crim. verb. gabella, Res.* 6. Pichard. *in instit. ad* §. *duplum* 23. *num.* 1. *eod. tit. de actionibus*
293 Amaya *loc. cit. num.* 19. & 20. propter quod quis infamis reputatur, ac efficitur, *l. Athletas,* 4. §. *fin. l. furti* 6. *ff. de his, qui notantur infamia,* infamianque affert, ita quod in actoris electionem est publicanum, exactorenque conveniendo infamem declarare ex actione furti, vel ex simplici Prætoris edicto, ipsum
294 convenire, Amaya *ubi supra nu.* 20. si modo reiteratas non commiserit similes extortiones, propter quod delicto furti gravaretur, *l. capitalium* 28. §. *solent,* & §. *grassatores, ff. de pœnis,* cum aliis adductis per Godofred. ab Avo *dicto lib.* 2. §. *delicta num.* 28. & §. *furtum, num.* 68. & per Gasp. Klok. *de contrib. dicto cap.* 18. *num.* 227. quo in casu ultra interesse refectionem, quo ad partes; capitali pœna puniuntur, *dicta l. unica* §. *si quis autem, Cod. de superexactor. lib.* 10. Afflict. *in constit. officiales reipublicæ num.* 3. & determinavit R.C. S. apud Reg. Reverter. *decis.* 259. *à vers. ulterius, usque ad finem, & in dicta decis.* 260. *part.* 1. Reg. de Marin. *in dicta decis.* 259. *num.* 2. Godofred.
295 *ubi proximè,* Klock. *in dicto nu.* 227. Si autem de quo exigi non debet gabella, vel jus aliquod, ad exactionem processerunt, ad cohercẽdam tam magnam eorum avaritiam, capitali pœna puniendos esse, Imperator determinavit *in l. universi, 5. Cod. de vectig. & commiss.* Conciol. *ubi supra num.* 2.
296 Quoniam commissa per officiales, delicta magis gravant, ad privatorum differentiam, quibus qualitates, & circunstantiæ in officialibus concurrentes, intui-

intuitu officii, & ratione, deficiunt; eodenque modo graviùs ſunt puniendi habito reſpectu ad delicti gravitatem, *l. quadam delicta* 14. *cum alia ſequenti, & l. aut facta* 16. §. *perſona, ff. de pœnis, cap. præterea de teſtib. cogend.* R. Rev. *dec.* 259. *verſ. in officiali autem,* ubi Reg. de Marin. *nu.* 1. Præſ. Merlin. *contr. cap.* 28.
397 *num.* 2. *lib.* 2. quod eorum ſola negligentia in officio commiſſa, per quam aliqua delicti commiſſio gravis ſequuta ſit, punibilis eſt, ex eo quia, quo ad offi-
398 ciales, nullum invenitur diſcrimen, ob delictum per commiſſionem patratum, aut per omiſſionem, quæ omnia tam in primo, quàm in ſecundo caſu, ne dum præjudicialia privatis, ſed multò magis reipublicæ ſunt, quam lædunt; & præcipuè in omittendo ex negligentia, quæ ſemper dolo proxima eſſe deſumitur, latæque culpæ æquiparatur, *l.* 1. §. *hæc actio, ff. ſi menſor falſum modum dixerit, l. cedere diem* 213. *& l. magna* 216. *ff. de verb. ſignific. l. dolus,* 44. *ff. mandati.* cum aliis relatis à Batio *ad Afflict. in dicta conſtit. Regni officiales, qui, litt. A.* & alii mox allegandi; ac dolum, atque damnum inferunt, ultra propriam ipſorum officialium obligationem præciſam, in opere eſſe, quam ſegnitiam habere; in quo graviter delinquunt; inde coæquali pœna plectendos, ſtatuerunt Imperatores *in l. ſi quos judices* 3. *Cod. de offic. præfecti prætoriorum Oriētis l. quicunque* 5. *Cod. de diverſ. offic. & appar. lib.* 12. *l. carcer.* 9. *ff. de cuſtodia reorum,* §. *ſancimus, Auth. de Armis* Paulus *in l. magiſtratus* 7. *ff. de adminiſt. rer. ad Civit. pertinēt.* & Vlpian. *in l. fidejuſſo* 29. *ff. mandati;* Afflict. *in conſtit. officiales,*
399 *qui, n.* 1. & hoc uſq; ad officii privationē, *d. l. ſi quos Iudices* 3. Reg. Conſ. Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 16. *num.* 519. Præſid. Merlin. *contr. for. cap.* 28. *num.* 5. 7. *lib.* 2. Reg. Rever. *deciſ.* 114. Reg. Moles *deciſ. R. C. S.* §. 16. *quæſt.* 1. *num.* 7. 8. & 9. Reg. Conſil. de Giorgio. *alleg.* 42. *à num.* 9. *cum ſeqq. uſq; ad* 18. *& num.* 23. Caſar. *ſpec. Peregrin. quæſt. d. quæſt.* 2. *nu.* 33. Reg. de Filippis *diſſer. fiſc.* 14. *n.* 14. & 18. D. Chryſtoph. Creſpi de Valdavera *obſer. Ill. deciſ.* 98. *à num.* 7. *cum ſeqq. lib.* 2. Amaya *ſuper Cod. in l.* 3. *nu.* 17. *de Canon. largit. lib.* 10. *& in l. Iudices* 10. *Cod. de Annon. & trib. lib.* 10. *num.* 5. Bovad. *polit. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 147. 153. Giurb. *conſ. crim. deciſ.* 44. *nu.* 14. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dec.* 14. *n.* 3. & alii ubi ſupra, at deciſum per Regiam Iunctam *refert* Reg. Sanfel. *deciſ.* 61. *num.* 11. *verſ. & de menſe, & num.* 12. de qua eſt *deciſio* Reg. Roviti 36. cauſæ relatore; verùm ſi non de negligentia, ſed de commiſſione venirent attinti, patrata ratione, & intuitu officii, ejuſque exercitii, colore, calore, prætextù, ac authoritate, ita quod in officio deliquerint, juxta exarata per Proſp. Caravita *in Rit. M. C. V.* 49. *num.* 27. Reg. Rovit. *in Rub. de officialib. & quæ iis prohib. num.* 9. Reg. Conſil. Carleval. *loc. cit. num.* 521. *verſ. quando autem,* Præſ. Merlin. *dicto cap.* 28. *num.* 3. Reg. de Marin. *Reſ. jur. cap.* 18. *nu.* 4. *lib.* 1. Reg. Conſil. Petra *in Comment. ad Rit. M. C. V. dicto Rit.* 49. *num.* 7. *verſ. & quando,* Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 292. *p.* 2. Io: Mar. Novar. *in Pragm.* 1. *de Aboliz. num.* 41. cum aliis allegatis *in Pragm.* 5. *num.* 5. *de offic. Iudicum,* Caſar. *Spec. Peregr. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 26. Maſtrill. *de indultu cap.* 40. *num.* 9. Ricc. *de publ. Iud. in ſpecie, quæſt.* 1. *num.* 45. & 46. ob quod in præmiſſis tam de cōmiſſione, quàm de omiſſione, officiales convincuntur, quia in officio deliquerint, ex quarum patratione, in eorum perſonas infamia irrogatur, eodenque ſpreto beneficio venirent privandi, pœnam luendo in quo, & per quod delictum commiſit, nā gerere haud ampliùs ſe debent in illo, in quo deliquerint officio, ad quod penitus reverſuri ſunt, de interverſione convicti; proùt clara in uno quoque
300 de præmiſſis ſunt jura, nulla diſtinctione adhibita, ſi pretio comparatū ſit, aut ex alia cauſa ad officialem pervēit, quoniam ſibi ipſimet eſt imputandum, dum ex propria culpa, & defectu officium amittit, ex eo etiam quia omnia earum conceſſionum privilegia, ex ſtylo Regalis Cācellariæ concipiuntur cum clauſula, donec, & quouſque promotus fideliter ſe geſſerit in officio, cum qua, etſi caret, ſubintelligitur cōceſſum, ita quod ejus etiam ope, maleficio patrato, cùm in fedelitate peccaverit, ex clauſula prædicta,

Digitized by Google

dicta, resolutam esse colligitur concessionem, & officium ad dominum concedentem revertitur, sive devolvitur, ma-
301 leficio per judicem declarato: nam habetur ex dictæ clausulæ virtute, ac si cum pacto in diem adjectionis, legisve commissoriæ fuisset concessum, Reg. de Ponte *dicta decis. 7. num. 38.* cum aliis,
302 mox allegandis, privatione procedente ex malè gestis in officio, privationem merentibus, ex propria, & immutabili officiorum natura, cum qua semper transeunt, licèt emptione, vel alio oneroso titulo, ita quod sibi imputet acquirens sub talib. periculis subjectus, obnoxiusque, Imperatores *in l. si aliquid 12. Cod. de susceptorib. præpositis, & arcariis lib. 10. l. nullus 2. C. de palat. sacrar. largit. lib. 12. l. Iudices 12. Cod. de dignitatib. lib. 12. l. ordinariorũ 7. §. eos etiam, Cod. de Cohortalibus lib. 12. d. l. si quos judices, Cod. de offic. præf. Prætor. Orient.* Afflict. *in dicta constit. Regni officiales reipublica, num. 3. in medio vers. Caveant etiam, ne committant,* Reg. Cons. Capyc. *decis. 121. num. 17.* Reg. de Ponte *decis. 7. num. 17. 34. 35. 36. 37. & num. 33.* respondet *ad Consil.* Aymon. 6. & explicat, ac *decis. 16. & in tract. de potest. Proreg. tit. 3. §. 1. n. 2.* Præs. de Franch. *decis. 457. num. 12. infine,* Præs. Merlin. *contr. for. dicto cap. 28. nu. 4. & 6. cent. 2.* Reg. Sanfelice *dicta decis. 61. num. 1. & in prax. Iudic. sect. 3. num. 17. & 21.* Reg. Costantius *in l. 1. nu. 108. Cod. de pœnis fiscalib. lib. 10.* Reg. Fab. Capyc. Galeota *Resp. fisc. 15. num. 100. & 123. infine,* Reg. Revert. *decis. 2. vers. secundò fuit,* Reg. Rov. *cons. 104. num. 14. & cons. 106. num. 23. lib. 2.* Reg. Consi. de Georgio *dicta alleg. 42. num. 18.* Capiblanc. *de Baronib. in Pragm. 5. num. 56. lib. 1.* Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta decis. 2. num. 2. ad decis. 14. num. 4. & ad dictam decis. 260. num. 2. infine,* Reg. de Philippis *dissert. fisc. dicta dissert. 14.* Masull. *ad Capyc. dicta decis. 121. nu. 10.* Reg. Consil. Pratus *Resp. crim. 2. num. 84.* de Medicis *cons. 143. num. 10.* Cafar. *Spec. Peregr. quæst. dicta quæst. 2. num. 29. 30. 31. & 32.* Altim. *ad Reg. Rovit. cons. 104. à nu. 16. usque ad finem, lib. 2. & cons. 70. num. 20. lib. 3.* Iul. Clar. *lib. 5. sententiarum quæst. 73.* ubi Addent. Giurb. *cons. decis. 44. per totum,* maximè *in num. 13.* Ricc. *de public. judic. in specie dicta quæst. 1.*
303 *num. 31. 32. 34. 36. & 39.* quo tamen judicio pendente, ex quo inquiritur de delicti patratione in officio, ejusque intuitu, & colore commissi, taliter quod instructo processu, ejus privatio sequitur ex eis, quæ colligi possunt ex præsumptionibus, conjecturis, & à summaria informatione in informativo capta, licèt ipso non citato, ex quibus moveri possit judicum animus, ad id pro nunc tenendum in hoc primo, & summario judicio, sive summaria cognitione, ab officii administratione, ac exercitio, est suspendendus, privandusque: nam, si in ea administratione, & exercitio nõ rectè se gessit, ne publico de novo aliquod dãnũ, jacturaq; inferatur, de quo etiam magna ex præcedentibus urgeret suspitio interdici debet, ut Imperator mandavit *in l. eum quem ut suspectũ, 7. C. de suspectis*
304 *tutoribus;* ad quorum instar ope administrationis, & potestatis officiales judicantur, taliter quod de tutore ad officialem valet argumentum ex æquiparationis ratione, *l. præfectus 63. ff. de Rit. nuptiar.* Camill. de Medicis *cons. 143. n. 2.* R. Cons. Prat. *d. Resp. 2. n. 53. 54. & 55.*
305 ac etiam quia, etsi ipsa accusatio infamiam inducens, sufficiens haud sit ad privationem officii, est tamen valida ad illius exercitum suspendendum, *l. 1. Cod. de reis postuland. & l. judices Cod. de di-*
306 *gnitatib. lib. 12.* nam infamia ex pœna haud infertur, sed ex causa, ob quam ipsa irrogatur, Giurba ex juribus, quæ
307 allegat *in dicto cons. 44. n. 26.* inde cõcurrente tali causa delicti infamiam irrogante, jure merito veniret suspendendus, & determinavit Reg. Collat. Cons. cum R. C. S. per ea, quæ habentur penes Præs. de Franchis, ipso Prosiscipatrono, jussu Domini Proregis, interveniẽte, *dec. 8.* & Reg. Revert. *dicta decis. 2. vers. Tertiò, & tandem,* & vers. *hoc tamen, & dec.*
301 Reg. Moles *in d. §. 16. quæst. 6.* apud Reg. de Ponte *dicta dec. 7. infine* ex exaratis præcisè *in num. 7. 10. & à num. 13. vers. ex adverso, usque ad nu. 17. & decis. 25. num. 11. 12. & cons. 133. lib. 2.* Reg. Sanfelic. *dicta decis. 61. à num. 3.* Præs. Mer-

Merlin. *dicto cap.* 28. *à num.* 10. 11. *&* 12. De Georgio *dicta alleg.* 42. *num.* 8. *vers. de his, & num.* 21. 22. Reg. de Marin. *ad Revert. dicta decis.* 2. *num.* 3. 4. *& ad dec.* 301. *nu.* 1. Reg. Conf. Pratus *dicto Resp.* 2. *à n.* 43. Camill. de Medicis *dicto conf.* 143. *num.* 4. Altim. *ad Reg. Rovit. conf.* 85. *à num.* 15. 16. *&* 17. *lib.* 1. Ricc. *de publ. judic. in specie d. quæst.* 1. *nu.* 41. 42.

308 Ex quibus inde rationibus, quousq; causa, de qua accusatur officialis, tam gravis sit, quod atrociter veniret plectẽdus, etsi extra officium deliquisset, ab officii administratione est suspendendus, ad evitandũ scandala, & cætera damna, quæ Reipublicæ ope dictæ administrationis obvenire possunt, ac ob infamiã accusato illatam ex delicto, *cap. inter solicitudines, de purgat. canon.* Gloss. *in cap. Presbyter* 2. *quæst.* 5. Præs. Merlin. *dicto cap.* 28. *num.* 10. Altim. *in dicto conf.* 85. *num.* 15. *vers. nisi cum crimen, lib.* 1. *Reg. Roviti.*

309 Ac etiam præmissa quoad omnia obtinent effectum, nulla adhibita distinctione, si officialis perpetuus, vel temporalis sit: nam etsi annales, subsunt definito tempore, quo officium deponunt, syndicatui: hoc enim procedere in causis levibus, non autem in illis, quæ ob circunstantiam, & qualitatem delictum aggravant, & enorme reddunt, Caravita *in Rit.* 49. *nu.* 25. Præs. Merlin. *dicto cap.*
310 28. *num* 16. dum officialium crimina graviora sunt, quàm si à privatis patrata fuissent, per ea, quæ fundavimus *supra num.* 296. dum ab eis privati exemplum sumunt, ita quod ex omnibus eorum obligationibus, ac rationibus in bonum se gerere debent, sed quia secus, graviter
311 sunt puniendi, & ob eorum delictorũ gravitatem ab indultu, & Principis indulgentia juxta casuum occurrentiam excluduntur, ex text. *in l. mancipia*, 5. *C. de servis fugitivis*, Reg. Consil. Rocc. *de officiis rub.* 14. §. 13. *num.* 44. Mastrill. *de indultu dicto cap.* 40. nisi expresè per Principem indulgentem ad dispensandum quod de jure communi statutũ est, ipsi officiales in abolitione includantur. Sed quia hæc facinora puniri, non autẽ aboliri debent, etiam quo ad aliorum exempla, per Nostrum Catholicum, & Invictissimum Regem in omnibus abolitionibus, officiales ipsi delinquentes expresè excluduntur, ut ex plerisq; indultis, abolitionibusque generalibus colligitur.

312 Verũ multoties casus eveniunt, quod judicio pendente super certitudine, vel è contra, accusati facinoris, ex supra notatis, officiales suspenduntur ab officii administratione, ipsiusque beneficio; ac aliquando ob circunstantiam causarum evenit suspensio administrationis officii, non autem beneficii illius, ex adnotatis per Reg. de Ponte *dicta decis.* 25. *num.* 2. demum absolutione obtempta, in officiis ipsis restituuntur, eodenque modo rehabere valeãt fructus, & salaria; cum suspensionis tempore per alios administrata fuerunt, ex quo absq; exercitio existere haud poterant; in cujus quæstionis resolutione clara sunt jura, & DD. sententiæ, quod ob absolutionem ab accusationibus obtẽtam, redarguitur de injusta suspensio, & sic omnia ab officio, isto medio tempore dependẽtia, ac perventa recuperantur, & ad ipsos spectant, *l. ex causa* 15. *ff. de re militari*, cum aliis, allegatis à DD. mox laudandis; & sic extantibus fructibus, ac salariis: nam secus, si exacti ab exercente officium: quoniam ad ipsorum revocationem, ac avocationem minimè adveniri potest; cùm qua distinctione omnes pertranseunt DD. & non semel determinavit R. C. S. penes Reg. Moles *dec. R. C. S. dicto* §. 16. *quæst.* 7. Reg. Fornar. *in alleg.* 11. *num.* 10. *in recollect. per Reg. de Marin. Res. jur. lib.* 3. eundem Reg. de Marin. *Res. jur. cap.* 310. *lib.* 1. *& ad Reg. Revert. decis.* 162. *num.* 5. 6. Reg. de Ponte *d. decis.* 24. Reg. Consil. Rocc. *de officiis, rubr.* 10, *num.* 16. *vers. idenque est*, Reg. de Ponte *dicto conf.* 133. *num.* 6. 7. *&* 8. & determinativè *num.* 9. *lib.* 2. *& d. decis.* 25. Crespi ad Valdaura *observ. Ill. decis.* 111. *num.* 12, *lib.* 1. nil obstante quod à prætẽso facinore fuerint absoluti, ex quo hoc non attenditur declarationis, absolutionisve tempus, & causarum justificatio; sed illud, & status suspensionis, illiusque determinationis, pro juridica habitæ, exequutæque, licèt demum ob defensiones, vel aliter

ter ex noviter deductis, accuſati juſtitia appareret, pro quo effectu tunc juſtè alius ſubrogatus fuit in officii exercitio pro interim, cujus labor præmium illud exactionenq; fructuũ, & ſalarii adferret. DD. *ubi ſupra* ſi ab adminiſtratione, & beneficio fuit ſuſpenſus: nam ſi ab adminiſtratione tantùm ex cauſis, quæ cõcurrere poſſunt, & à Reg. de Ponte ad numerantur *in loco mox allegando*, dum retinet beneficium, ſolitum eſt dividere ſalarium, & aliquid de fructibus, ut de Ponte *dicta deciſ.* 25. *num.* 2. ſicuti in caſu, quo inquiſitione pendente aliquid de ſalario officiali ſolvatur, ad cujus reſtitutionem cauſa accuſationis determinata, & ob eam ab officio privatus, tenetur, adſtringiturque, dum ex ea verificatur ſuſpenſionem adfuiſſe, ne dum reſpectu exercitii, ſed etiam beneficii, ita quod conditione indebiti reſtituere tenetur indebitè exactum, ut determinavit R.C.S. ſub die 29. Novembris 1589 adverſus Regentẽ Alphonſum de Salazar, & Præſidentes R.C. Fabritium Villanum, & Marcellum de Mauro, quibus ſoluta fuerunt ſalaria, etſi per Regium Generalem Viſitatorem ab eorum officiis ſuſpenſi pendentibus cauſis inquiſitionũ contra eos propoſitis, ad quorum ſalariorum ſolutionem fuit deventum præcedentibus litteris S. C. M. de die 19. Octobris 1585. attamen quum demum ope inquiſitionum fuerunt privati, per R. C. S. condemnati fuere ad ſalaria, hoc interim exacta, reſtituenda, *prout in Arreſt.* 478. *recollect. per per Reg. de Marin.* ſi verò non ex hoc capite juſtitiæ ad officiorum exercitia redeunt; ſed ex gratia à Principe obtempta, ad præteritorum fructuum, & ſalariorum, etſi extantiũ uti à nemine perceptorũ, incorporatorunque, ac per habitorũ, in totum, vel in partem recuperationem pervenire non poſſunt, niſi ſpecificè in gratia dictorum fructuum, & ſalarii mentio facta ſit, & intelliguntur diſpoſita per I. C. *in l. qui excubias* 10. *ff. de re milit.* cum aliis, allatis per Reg. De Ponte *dicta deciſ.* 25. *num.* 9. Novar. *in pragm. ad rubr. de Abolit. num.* 37. & alii, *ubi ſupra.*

313 Quod officialium nomen, quum ſit tam generale, largoque modo conceptum, immo generaliſſimum, ad omne miniſterium, tam jus dicentium, quàm extra, adaptatur, ita quod omnis, qui aliquid exercet, atque adminiſtrat, ſub hoc officialium nomine adnumeratur, ut Nos in *Rub.* 1. *de incantu* diximus *num.* 259. quæ generalitas in reſtrictis caſibus
314 non ita indefinitè procedit, prout in excluſionibus in his abolitionibus contentis, in quibus de officialibus fit mentio, non de aliis eſſe, & intelligi, niſi de juriſdictionem exercentibus, & jus dicentibus, qui propriè Officiales nuncupantur, ab eorum proprio ſignificatu ſumpti, habitu, & actu, *l. mancipia, Cod. de ſervis fugitivis*, And. de Iſer. *in tit. quæ ſint regalia, in verb. ad juſtitiam miniſtrandam, verſ. ſtricto verà modo, num.* 67. ubi etiam Afflict. *num.* 4. 7. & 8. Caravita *in Rit. M.C. V.* 9. *num.* 5. & 49. *num.* 22. Præſ. de Franch. *deciſ.* 407. *num.* 5. & *deciſ.* 505. *num.* 20. 21. Franc. Ant. Coppola *in alleg.* 36. *à num.* 4. *de recollect. per Reg. de Marin. reſ. jur. lib.* 3. Reg. Conſ. Rocc. *de officiis rubr.* 14. *de compoſ. & tranſact.* §. 13. *à num.* 49. de Luca *ad Franch. deciſ.* 403. *num.* 5. Maſtrill. *de indultu dicto cap.* 40. *num.* 5. 6. ubi in fine
315 ita judicatum fuiſſe refert, & ex prædictis, non de aliis, quàm de jusdicentibus, & juriſdictionem exercentibus, facinora patrantib. tam activè ab officio dependentia, & ipſius intuitu, cauſa, & colore, quàm paſſivè, ob offenſas, vel alia officialibus ipſis facta, ex cauſa, & officii intuitu, juxta intellectum à DD. datum *Rit. M.C.V.* niſi ipſa M. C. cognoſcere valeat ex ejus præeminentia, vigore *Rit.* 49. & 51. ibi: *quod Curia ipſa, & qualibet ipſarum cognoſcat de exceſſibus officialiũ, ſi deliquerint in officiis eorum, ea exercentibus, & non aliter*; & *Rit.* 61. ibi: *Curia cognoſcit de exceſſibus officialium, ſi delinquant in officiis, ea exercendo, & non*
316 *aliter*, etiam quo ad Baronum officiales, ad quos dicta præeminentia se extendit, dum uniformatur cum juris communis diſpoſitione: ex eo quia ipſa Regis Vicaria tantũ cognoſcere debet de cõmiſſis per hos officiales, vel adverſus eos patratis; qui etſi à Barone promoti

moti facultatis ope à Rege tributæ ex jurisdictionis concessione ab ipsomet Rege creati intelliguntur, & uti Regii officiales habentur, per ea, quæ latè fundavit Reg. Consil. Honuphrius de Palma, tempore quo fisci partes tuebatur in M. C. V. *in Resp. crim.* 50. *Regii Consil. Prati*, Caravita *in dicto Rit.* 49. *num.* 7. ubi etiam Reg. Consil. Petra *num.* 5. Præs. de Franch. *decis.* 274. *num.* 4. *dicta dec.* 407. & 505. *nu.* 7. Reg. de Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 3. *de elect. official. num.* 3. Reg. Rovit. *in rub. de official. et quæ iis prohibeantur, nu.* 6. 7. & 8. Capiblanc. *de Baronibus in Prag.* 8. *par.* 1. *nu.* 229. Io: Babtista Thoro *compend. decis.* 1. *p. verb. officialium delicta*, Reg. Sanfelice *decis.* 63. *num.* 14. 66. *num.* 2. *par.* 1. & 345. *p.* 3. Amend. *ad Franch. dicta decis.* 407. *nu.* 11. Præs. Merlin. *contr. for. cap.* 69. *num.* 21. *lib.* 1. Novar. *in pragm.* 47. *num.* 1. 2. *eod tit.* Mele *ad Gizzar. dec.* 24. *num.* 22. Severin. *ad Reg. Sanfelic. dicta dec.* 345. *vers. d. Rit.* 49. & *vers. insuper advertendum*, de Luca *ad Franch. dicta decis.* 407. *num.* 3. Ricc. *de publ. judic. in specie, quæst.* 1. *num.* 90. *per totum*, Bajard. *ad Clar. lib.* 5. *sententiar. quæst.* 16. *num.* 10.
317 ita quod sub his venire, ac connumerari non possunt illi, qui largo modo cõcipiuntur sub hoc officialiũ nomine, de quibus hæc jura, quæ stricto modo in hac non favorabili, sed odiosa causa, intelliguntur, ac intelligi debent, eorunq; intellectum habent, ac alios comprehẽdere minimè possunt; modo præter jurisdictionem exercentes, quo ad alios non privantur Barones causarum cogni-
318 tiob. prout sunt Ærarii, scribæ, actorũ magistri, & similes, licèt baronalis Curiæ, ipsiquæ adnexi, attamen sine jurisdictione, uti residẽte penes Gubernatorem, & ejus assessores, quicquid in cõtrarium tenuerint Capibl. *de Baronib. in pragm.* 5. *num.* 58. Reg. Rovit. *decis.* 72. *num* 50. *ad rubr. de official. & quæ, &c.* cum allegatis aliis à Regio Consil. Petra *in d. Rit.* 49. *nu.* 9. *vers. verùm recepta est*, Sese *decis. Arag.* 339. & decidit S. R. C. tempore Io: Vinc. de Anna *sing.* 48. Reg. Consil. Gizzar. *decis.* 24. nàm moderniores cõtrarium substinuerunt, Reg. Consil. Fab. de Anna *cons.* 107. *num.* 20. 21. *par.* 2. Reg. de Ponte *de Potest. Proreg. tit.* 3. *de elect. official.* §. 5. *num.* 26 & 27. Præs. de Franch. *dicta decis.* 407. Reg. Rovit. *in dicta rubr. de official. & quæ, &c. num.* 3. & *dicta decis.* 72. *num.* 24. Reg. Sanfelic. *dicta decis.* 61. *num.* 7. *lib.* 1. Petra *ad Gram. decis.* 40. *num.* 17. Novar. *in pragm. in rubr. de official. & quæ iis prohib. nu.* 2. 7. 8. & *in pragm.* 1. *ubi quis de delicto conven. num.* 29. Caravita *super Rit. M. C. V.* 4. *num.* 5. *in fine*, & *dicto Rit.* 49. *nu.* 23. Barbat. *de div. fructuum cap.* 9. *num.* 56. Severin. *loc. cit. vers. verùm actuarios*, & *vers. non comprehendi*, Reg. Consil. Petra *in loco ubi prox. in princ.* de Luca *ad Præs. de Franch. dicta dec.* 407. *num.* 6. Bajard. *ad Clarum lib.* 5. *sententiar. dicta quæst.* 16. *num.* 10. ita quod pro communi habita, ac recepta sit per Almum nostrum Supremum Senatum S. R. C. cùm per ipsũ, non semel, sed multoties determinatum sit, ne dum priscis, sed etiam modernis temporibus, per ea quæ habentur penes Io: Baptistam de Thoro *compend. decis. verb. actuarius an officialis dicatur, lib.* 2. Sempron. Ascia *determin.* 107. & anno 1621. in beneficium Illustris. Ducis Acheruntiæ, qui remissionis causam obtinuit ad Relationem Regii Consil. Vargas; Iuliani Salzani actuarii casalis Iuliani, dum pro delicto ex causa officii inquirebatur in banca Danielis; ac pro Illustris. Principe Conchæ, ad cujus Curiam esse remittendum S. C. mandavit Io: Antonium Locolellam Magistrũ actorum dictæ Curiæ, inquisitum de multis, ac diversis extorsionibus in officio patratis in banca de Amico; demum anno 1622. die 15. Martii Io: Angelus Falconus Actuarius Curiæ Terræ Policastri, ad relationem Regii Consil. de Frãchis, nil obstante, quod inquirebatur de pluribus maleficiis, intuitu officii commissis; ob quod M. C. V. mandaverat in in ea procedi, per S. C. deinde fuit ad Curiam dicti Illustris Comitis remissus, ut in banca Scacciaventi, sicuti habetur penes Novar. *in rubr. de Actuariis, nu.* 5. & Nos obtinuimus pro Illustris. Marchione Aquævivæ, & Domino Terræ Fornilli D. Carolo Carmignano in S. R. C. ad relationem Regii Consil. D. Petri

Petri Cortes, in Aula Regii Conſiliarii Eraſmi de Ponte, olim almi ſenatus S. R.C. Decani, votantibus ipſo cauſæ relatore, ac Regiis Conſil. D. Michaele Muſcettola, D. Antonio de Silva, D. Alvaro de Quadra, & dictæ Aulæ Præfecto in anno 1679. dum mediante ſententia fuit declaratum, benè fuiſſe appellatum pro parte dicti Illuſtriſſimi Marchionis, & malè per M.C.V. judicatum, (quæ dum tractabatur de delicto officialium ob offenſas patratas ab Evangeliſta Petrarca, de vulneribus, cum inſultu in perſonam Michaelis Vecchio Actuarii dictæ Curiæ dictæ Terræ Fornilli, & intuitu officii, dum per dictum Actuarium inquirebatur pro quodam furto ceraſorum in rure baronali ad inſtantiam Coadjutoris, mandaverat eſſe in ipſa M.C. procedendum, petita remiſſione per dictum Illuſtriſs. Marchionem non obſtante) ac proinde remittendam eſſe cauſam prædictam ad curiam Baronis, prout ex dicta ſententia in banca Laviani in dicto Sac. Conſ. & de Caccavo in M. C. V. in maleficiis.

319 In quibus quidem judiciis officialium ſuſpenſionum, ratione delictorum patratorum intuitu officii, aut extra, juxta deſuper exarata, oppoſitio hæc fieri debet antequam in accuſationis judicio lis conteſtetur, & inquiſito defenſiones dentur, cujus ope judicis partes conquieſcunt uſque ad ſententiam, pro quo effectu DD. affirmant in jure, & ita in praxi obſervari in his inquiſitionibus, duo formari judicia: unum ſummariũ quo ad cauſæ cognitionem circa ſuſpenſionem ab adminiſtratione, exercitio, & officii beneficio, juxta modum à DD. ſupra traditum *à num.* 303. alterum verò principale reſpectu inquiſitionis ad finem condemnandi, vel ſecus ſi de innocentia appareret, pro quo effectu Advocati Fiſcales per Præſidem de Franchis admonentur, ut ſint cauti, & hanc conficiant inſtantiam ante litis conteſtationem, aliter ſi ſecus non amplius eſt locus hujus ſuſpenſionis cognitioni, ad inſtar exceptionum dilatoriarum, quæ poſt conteſtatam litem haud admittuntur, prout fuiſſe deciſum refert idem Præſ. *in dicta deciſion.* 8. *num.* 7. & in praxi ſervari, teſtatur Præſ. Merlin. *dicto cap.* 28. *num.* 12. *à verſ. addit quartum, uſque ad finem*, Afflict. *deciſ.* 357. *num.* 6. Regens de Ponte *dicta deciſ.* 7. *num.* 14. 15. 16. *& deciſ.* 25. *num.* 7. Capiblanc. *de Baron. dicta pragmat.* 5. *num.* 280. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta deciſ.* 2. *num.* 4. Regens Conſiliar. Prat. *dicto Reſp. crim.* 2. *num.* 51. 52. 57. Petra *ad Capyc. dicta deciſ.* 121. *num.* 6. Cancer. *Var. Reſ. p.* 3. *cap.* 12. *num.* 214. 215. de Luca *ad Præſ. de Franch. dicta deciſ.* 8. *num.* 1. *prope finem, & num.* 2. hocque jure utimur, quicquid in contrarium ſentiat pro cliente Camillus de Medicis *dicto conſ.* 143. *num.* 1. *& 3. in fine*, cui non adhæret Reg. Conſil. Prat. *Reſpon.* 2. *num.* 56. ſed potiùs obſervantiæ allatæ à Præſ. Merlino, etiam quia *à num.* 58. *& ſeqq.* conatus ſit probare pro ſui clientis tuitione nullitatem decreti ſuſpenſionis ab officio, non quia ante conteſtationem prolati, ſed quia nulla præcedente fiſci inſtantia, ac ipſo officiali inaudito in hoc ſummario cognitionis judicio ſuſpenſionis, in quo audiendus eſt, ut valeat eodem modo ſummariè ſe adverſus capita inquiſitionum defendere, ac ſua oſtendere jura, ne ab officio poſſit ſuſpẽdi, prout ipſe fundat *in dictis locis à num.* 58. *cum multis ſeqq. uſque ad num.* 84. & habetur penes de Ponte *dicta deciſion.* 7. *num.* 16. Reg. Sanfelic. *dicta deciſ.* 61. *n.* 4.

Ad num. 128.

320 DE pertinentibus ad hunc numerum plura dicta ſunt *in noſtra obſervatione ad allegationem* 3. *Io: vincentii de Anna* itaque, amice lector, ut ea non repetamus, illuc te remittimus, ſperantes, quamprimum in lucem eas edere.

Ad num. 134.

321 INdiviſa bonorum poſſeſſio inter clericum, & laicum ex quovis ti-

Digitized by Google

tulo perventorum, non operatur in casibus,in quibus clericus suo immunitatis privilegio fruitur , ut exemptio portionis, quam clericus repræsentat, individuitatis ope laico communicetur, ita ut respectu omnium immunia sint: nam ipsa individuitas ob indivisam possessionem, ita minima est , ut divisionem pati nequeat, ob portiones, quas possessores de eis repræsentant,quæ etsi inter possessores ipsos ex eorum facto divisæ haud sint , à lege tamen dividuntur , & sic à judice ex ejus officio,ad finem,ut omnes à suo cognoscantur judice , & immunes à subjectis separentur legali modo , ita quod ad clericum spectantia immunia serventur ; respectu verò laicorum ad omnia subiiciantur, ut omnes cæteri cives , & uti bona à subdito possessa non eximantur ab oneribus , quæ possessoribus injunguntur, etiam ratione rei, quæ pro laicali habetur, ac reputatur , quorum præstatio,ac solutio divisim fieri potest,nullanque dependentiam habent ab indivisa possessione cum clerico privilegiato, quo ad se tantùm, & ad ea , quæ sub sua possessione adsunt ex legitimo jure , Goffred.noster *hic*, Baldax. de Angelis *super Cod. in l.sacrosanctæ*,8. *de sacrosanct. Eccles. num.*3. Maranta *specul. jur.p.*4.*distint.*11.*num.*24.Spec.*in tit.de clericis conjug.vers.quid si clericus habens bona*,Capiblanc.*de Baronib. in Pragm.* 8. *p.*3.*num.*89.Boss.*de Regalibus tit. de foro comp.num.*112. Covar.*pract.quæst.cap.* 34.*num.*2. *ad finem*,Bovad. *Polyt. lib.*2. *cap.*17.*num.*92. *tom.*1. Gabed. *decision. Lusit.*64.*num.*9.*par.*2. Lazar. *de Gabell. cap.*19. *num.*17. Fontan. *decis. Cathal.* 307.*num.*6.7. *part.*2. Gaill *practic.obser. lib.*1.*obser.*37.*num.*2.*in med.* Salgad.de *Reg.Protect.part.*3. *cap.*9. *num.*212. & 213. nam laicorum persona distincta est ab illa clerici, & semper laico subest Iudici,ita ut omnia indivisa inter clericum, & laicum,dividi possunt , divisionenque patiuntur ; hinc legale ortum est illud axioma in ore omnium decantatum:*clericum dimittimus, & laicum detinemus.*

322 Immo in casu fortiori(amice, ac studiose lector, ne mireris , si in *summario* hujus *Rubricæ* designatus sit numerus cum materia, de qua verba facturi eramus , & postea illam non invenies : quia necesse est, ut illam trãsferamus *in observatione decimatertia ad allegationes Ioannis-vincentii de Anna*, quamprimum favente Deo alibi in lucem edenda postquam præsens opera à typis liberata fuerit , quo in loco multa utilia pertractabuntur,& inter cœtera referemus jura, & rationes, quibus redduntur valida enarrata in hoc numero,ac etiam rerum judicatarum auctoritatibus comprobata,ne dum nostrorum Supremorum Tribunalium, sed etiam,& aliorum, ubi te remitto.)

323 Ex eo etiam quia adversus hos debitores debitoris datur utilis personalis non ex proprio , sed ex ipsius debitoris jure ; itaquod efficitur , ac si esset illius cessionarius , & creditor aget contra nomina debitorum ipsius debitoris eadem actione utili,quæ contra prædicta nomina suo debitori directo competebat : quoniam dum nulla in judicio deducitur personalis contra principalem debitorem ipsius non requiritur excussio; idcirco recta via tam executivè, quàm hypothecariè conveniri valent juxta formam libelli , de qua mentionem faciunt Horat.Montan. *controv.forens.*47. *num.* 3. & Speculat.*in lib.*4.*partic.*3.*tit.de pignorib.num.*10.*& in tit.de procurator.* §. *sequitur*,*num.*8.Ioan.Fab. *in* §. *item Seviana*, *sub num.*37.*vers.dicit talis actor*, *Instit.de action.*& comunem esse sententiam,docuerunt Alexand. Trentacinqu. *var.resolut.lib.*3.*tit.de solutionib. resolut.* 29.*num.*5.8.Surd.*cons.*4.*num.*23. *& à n.* 32.*usque ad* 38.*tom.*1.*dec.cons.*349.*num.* 10.Negusant.*de pignorib.part.*2.*membr.* 3.*num.*24.*vers.sed in prædicto dubitatur*, *&* 8.*p.membr.*1.*num.*19. Carocc. *de excussione* , *p.*2.*cap.*7.*num.*3. *vers. & potest agi*,Gratian.*discept.forens.cap.*507.*à nu.* 11.*tom.*3.Baron.*de citat.quæst.*19.*nu.*53. *tom.*1. Rot. Roman. recentiorum *decis.* 760. *num.*2.*p.*2. Noguerol. *alleg.*35. *à num.*5.Cancer.*var. resolut. lib.*2. *cap.*3.

de

Digitized by Google

*de Inſtrum.quarantig. nu.*137.Ant.Conciol.*alleg.for.*52.*num.*6.Gratian. *diſcept. for.cap.*507.*p.*3.Buratt.*deciſ.Rot.Roman.* 301.*num.*5.913.*num.*2. 937. *num.*5. *& in annot.ad.deciſ.*793. *à litt.A. uſque ad finem.* Poſtio *Reſ.Civil.*122.*num.*13.16. *&* 18. Salgad.*de Regia Protect. part.* 4.
324 *cap.*8. *num.*247.248.*&* 249. ex quibus ibi adnotatis concurrentibus de indubitabili agentis credito,& ſubjugantis debitoris debito, resolvuntur ponderata per Reg. de Marin. *dicto cap.* 75. ex quo opus non eſt principalem debitorẽ audiri, atque excuti, juxta per Nos deducta *in allato loco*, & expreſsè tenet Gratian. *dicto cap.*507. *n.*11. ibi: *minus obſtat,quod requiratur, &c.* Poſtius *loc. cit. num.*16. & proinde per indirectum non reducuntur coram judice laico cõparere, ad ſe,& ſuum defendendum de-
325 bitorem, ob quam cohactam ſequutam ſolutionem, quia juſſu judicis, adverſus quẽ faciendo totũ ſuum poſse,ita quod ampliùs reſiſtere haud potuit,liberatur, licèt non ſit ſequuta ſolutio in ſui principalis creditoris beneficium; ſed illius, cui per judicem ſit mandatum ſolvi tanquam indubitabili creditori ſui creditoris, ita quod liberationem obtineat,etſi ipſum non requiſiverit, ac non denunciaverit de judicio contra ſe moto,ex Vlpiani determinatione *in l. ait Prator* 7.*§.permittitur etiam, ff.de Minoribus,l. Paulo Callimaco* 27. *§. Iulius ſaverus,ff. de leg.*3.*l.liberto ſuo,*21.*§. Lucius Tityus,prope fin.ff.de annuis legatis,*cũ aliis,relatis abAccurſio *in verb. imputãdũ,*Afflict.*deciſ.*150. *ex nu.* 8.*& præcisè à num.*17.*uſque ad finem*, Reg.Conſil. Ioſeph de Roſa *conſult.for.* 25. *à num.*2. *uſque ad* 7.Reg.Conſil.Staiban. *reſ.for.* 26.*lib.*1.Reg.Conſil.Pratus *Pract. obſer.* 5.6. Ant. Faber *in ſuo Cod. lib.*8. *tit.* 30. *de ſolution. & liber.defin.*9. *& in Pãdect. lib.*1.*Ration.in dicto §.permittitur, verb. quid tamen ſi Prætor decernat*, Gamma *deciſ.Luſit.*285.Parlad. *rer. quotid.lib.*2. *cap.fin. part.* 5. §.17. *num.*7.8.9. *&* 10. Cancer.*var.Reſol.lib.*2.*cap.*4. *à num.*26. Caſtill.Sottomayor *contr.jur.cap.*59. *nu.* 40.*lib.*4.Fontanell.*de Pactis Nupt.clauſ.* 3.*gloſſ.*2. *à num.*42.*uſque ad* 49.Salgad. *de Regia Protect. part.*4. *cap.*7. *nu.*153.
326 *&* 154. & hoc habito reſpectu ad juſſum judicis, cui proculdubio parend ũ eſt, aliter ſi ejus mandato non obtemperatur,injuria ſit judici, ex dolo,cum quo procedere videtur in non parendo,
327 *l.injuriarum* 13.*ff.de injuriis*; prout è contra ſi obſerventur judicis præcepta, quoniam deſumitur fieri quod à legibus mandatur,ceſſat omnis dolus, & culpa ob neceſſitatem mandatis parendi, *l. non videtur* 167. §. 1. *& l. is damnum*
328 *dat*, 169. *ff. de reg. jur.* inde ſi firmitatem non haberet, iniquum foret, debere iterum ſolvere, quod coactè, ac judicis juſſu ſatisfecit, *l. quod autem*, 6.§.*apud Labeonẽ, ff. quæ in fraud. cred.* Ant. Fab. *Ration.in loc. cit. verſ. at in*
329 *propoſito*; & hoc etianſi ipſe debitor moroſus fuit in tempore non ſolvendo ſuo creditori quod debebat, ac decursũ erat, nã ſi á creditore ſui creditoris non fuiſſet invẽtũ exiſtere, demũ per judicẽ, haud fuiſſet ſolvi mandatũ,taliter quod nõ alteri, niſi ipſimet moroſo,& doloſo afficere debet; ex eò quia in eademmet mora, & culpa adeſſe videtur ipse creditor cum ſuo creditore, cui eſt ſolutum ex ordine,inde cedere in ejus injuriã, & damnum uti moroſi, itaquod potiùs ex ſui culpa dictus caſus fortuitus evenerit,
330 quã alterius; quadere cõcurrente mora debitoris cum illa, à creditore quoad ſuum creditum contracta, mutua compenſatione tolluntur, ut de dolo ad cul-
331 pam,*l.ſi ambo* 10.*ff.de compenſ.* ob paria,quæ ſunt delicta, quæ mutua compenſatione auferuntur, *l.viro,atq; uxore*
332 40.*ff.ſoluto matrim.*etiam quia mora, á creditore contracta,uti ultima,præpõderat,dum finalis,inde magis nociva,*l.ſi*
333 *ſervum* §.*ſequitur,ff.de verb. oblig.* & per ipſam alia extinguitur contracta à debitore, cujus conditio in his melior eſt,Afflict.*dicta deciſ.*150. *à num.* 12.*&* 24.Reg.Capyc.latr.*conſul.for. cap.*37.*n.* 22.23.24.Fontanel. *loc.cit. num.*46. 47. Rota Genuæ *deciſ.*118.*&* 144. *nu.*13.
334 Prout, & in caſu difficiliori pro liberato habetur debitor ſponte ſolvens creditori ſui creditoris,de qua ſolutione adverſus ſuum debitorẽ excipere valet ad ſe ab eo eximendum, nil obſtante quod non appareat, hoc eſſe permiſſum

invi-

Digitized by Google

invito, & ignorante creditore ipso, per text. *in l. invito* 12. *Cod. de solutionib.* ea quidem de ratione, quia facta creditori sui creditoris indubitabili, ob quod cessat omnis fraus, & dolus, *l. si opera*, 6. *ff. de doli mali, & met. excep.* & decisum refert R. de Marin. ipso patrocinante *Res. jur. cap.* 192. *par.* 1. & substinet *in observ. ad Reg. Revert. decis.* 147. *n.* 6. 7. Rodoer. *ad Reg. de Marin. dicto cap.* 192. inde, si hoc in sponte solvente, quid in coactè,
335 & judicis jussu? & contraria sunt intelligenda quando per creditorem aliqua substantialia habentur ad sui creditoris exclusionē, aut in creditore fraus, dolusque concurreret.

336 Ex cujus communione cum laico, & in præmissis nulla datur communicatio exemptionis privilegii quo ad res; præstatur tamen, atque admittitur quo ad hospitandi onus, à quo laici in communi habitantes, cum clericis exemptis, dum in eorum, in quibus habitant, domibus hospitari vetitum est, eodem privilegio, fruuntur dictæ communis habitationis ope, Baldasar de Angelis *in dicta l. Sacrosanctæ*, 8. *num.* 3. *in medio*, Capibl. *in dicta pragm.* 8. *par.* 3. *num.* 172.

Ad num. 142.

337 VErborum indefinitè prolatorum sensus intelligi debet quo ad ea, de quibus loquuntur, ac disponunt cum effectu, actuq; perfectionato, nullā retrorractionem habēs, aut interpetrationem requirens; quadere sub Religiosorum, Monachorunque appellatione, non veniunt nisi illi, qui nedum introierunt in religionem, sed professionem emiserunt, ob quam ingressi, Religiosi efficiuntur, non autem ex habitus assumptione, cujus simplex assumptio sufficiens haud est ad effectivam, perfectanque inducendam in ingressu religionem, prout professio; propter quod desumptum est exioma illud *professio*,
338 *& non habitus facit monachum*, ita ut de religioso loquendo, intelligitur de professo tacitè, vel expresè, non autem de illis, qui non adhuc professione peracta, in habitu existunt, ad ignoscendum infra annum, si in religione persistere possunt, aut talem habeant persistendi animum usque ad professionem, infra quod tempus ingressi status in suspenso manet, quia resolvibilis, uti sub conditionibus existens, & non perfectionatur, nisi modo quo supra professione sequuta, & isti tales propriè Novitii nuncupantur, per ea, quæ disposuerunt Sūmi Pontifices *in cap. porrectum* 13. *cap. ex parte*, 21. *de Regular. cap. Religioso*, 21. §. *quanvis autem*, *de senten. excom. in* 6. *cap. consuluit*, 4. *qui clerici*, *vel voventes matrimonium*, *&c.* Glosl. *in dicto cap. porrectum*, *verb. non faciat habitus*, Camillus Salernus *in consuetud. si moriatur*, *gloss. quid si ingressus*, *litt. F. fol. mihi* 65. Reg. Capyc. latr. *decis.* 118. *num.* 1. 2. *lib.* 1. Reg. de Marin. *Res. jur. cap.* 120. *num.* 2. 3. 4. 5. *&* 6. *lib.* 1. *& cap.* 150. *num.* 3. *lib.* 2. Altim. *ad Reg. Rovit. cons.* 27. *num.* 5. 6. Nicol. Vinc. Scoppa *Theorico-pract. obser. ad decis. Gratian.* 35. *à nu.* 11. Carol. de Rosa *ad consuetud. Neapol. in consuetud. etsi Testator*, *à num.* 60. Mutius Ant. Grossus *ad consuet. si quis vel si qua*, *annot.* 14. *nu.* 19. *& seqq.* Reg. Valenz. Velasquez *cons.* 83. *à nu.* 124. *lib.* 1. Sperell. *decis.* 16. *à num.* 2. *cum sequentibus lib.* 1. D. Franc. Ant. Feloaga *Enchiridion juris controversi cap.* 5. *num.* 27. *&* 28. Petrus Gilken. *comment. super Cod. in Auth. in-*
339 *gressi*, *num.* 3. 4. *de sacrosanct. Eccles.* sed quia inter claustra religiosorum manet cum ipsius habitus susceptione, ex qua à laicali mutatus est in religiosum, licèt commutabiliter, & sic sub ista resolutiva conditione, dicto tamen novitiatu perdurante, gaudet ecclesiasticis privilegiis, quia in ejus favorem, & quo ad ea, quæ favorabilia sunt, pro persona Ecclesiastica habetur: dum nulli dubium esse potest de monasterii familia, & ipsi-
340 us communitatis pariter esse, atque interim ejus bona, uti ecclesiasticæ personæ, à collectarum onere veniunt exēpta, ac gabellarum solutione, si sub ejus dominio, & possessione adsunt, Episc. Ricc. *prax. eccles. res.* 132. *part.* 3. Novar. *de elect. & variat. Fori p.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 63. *nu.* 10. Flor. diez de Mena *var. quæst. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 198. D. Carolus de Grassis *de effect. cleric. effect.* 3. *num.* 131.

foro-

Digitized by Google

341 foroque eccleſiaſtico fruitur, tam in civilibus, quàm criminalibus cauſis, Reg.Capyc.latr.*dict.deciſ.*118. *num.*10. *infine*,Marta *de Iuriſd.part.*4.*cent.*2.*caſ.* 121. *num.*24. Novar. *dicta quæſt.* 63. Carol.de Roſa *in add.ad Proæm.conſuet. Neap.num.*146.Cevall.*de vi, & violen. quæſt.*104.Bovadil. *Polit. lib.*2.*cap.* 19. *num.*17. *tom.*1. Sperell. *dicta deciſ.* 16. *num.*14.Maſtrill.*dec.*290. *num.*267. Fe-
342 loaga *ubi ſupra num.*29.30. ac in honorē, decuſque habitus, & futuræ ſpei profeſſionis ſequendæ,gaudet beneficio *Canonis ſi quis ſuadēte diabolo*,17. *quæſt.* 4.Goffred. noſter *hic*, Reg. Capyc.latro *dicta deciſ.*118. *num.*10. Montan. *contr. for.cap.*46.*num.*12.*verſ.cùm ergo*, Reg. Conſil. Carleval. *de Iudicis lib.*1. *tit.*1. *diſp.*2.*num.*406.Novar. *dicta quæſt.*63. *num.*9.de Luca *de linea legali art.*3.*nu.* 16.Car.de Roſa *ubi ſupra dicto nu.* 146. *& ad conſuet.etſi Teſtator*, *nu.*55. *&* 66. Groſſ. *ubi ſupra num.* 21. Sperell. *dicta deciſ.*16.*num.*13.Cancer.*var.reſol.lib.*2.
343 *cap.* 1. *num.*317.& dicto probationis anno perdurante in novitiatu, feudo haud privatur, ſi per antea ipſum poſſederit,ex ponderatis à Reg.deMarin.*Reſ. jur. dicto cap.* 120. *lib.*1. ubi Rodoer. *num.*11.*&* 12. rejecta aliorum opinione *in nu.*1. allegatorum,Altim. *ad Reg. Rovit.dicto conſ.*27.*num.*5.*infine*,Nicolaus Vinc. Scoppa *ad Gratian. dicta dec.* 35. *num.*22.de Luca *de lin.leg.dicto art.*3.*n.* 14.*to.*1.de Roſa *in loco alleg. à n.*68.*cū ſeq.*Groſſ.*in d.conſuet. ſi quis, vel ſi qua, d.annot.*14. *nu.*23. & fuiſſe determinatū per R.C.S.& Collat. Conſ. refert Montan.*Contr.for.dicto cap.*46. *num.*12. *in-*
344 *medio* ex eo quia, quo ad prædicta, & alia, quæ tendunt in ejus damnum, & perniciem, ob profeſſionem tacitè, vel expreſsè non factam, non habetur pro religioſo, & eccleſiaſtica perſona, ſed pro mero laico, & pro tali dejudicatur,
345 ac habetur; Verùm ſi decederet inteſtatus interim in novitiatu perſiſtens, non adhuc completo anno, & profeſſione emiſſa,propter quam efficitur religiolus, & de communitate, á Monaſterio,proximiores, per legales diſpoſitiones ad inteſtatam ſucceſſionem vocati, cùm bonorum diſtinctione à noſtris *cōſuetudinibus* demandata, haud excludūtur, ex quo uti nō religioſus,adhuc ſubeſt,& ligatus eſt diſpoſitionibus noſtrarum Conſuetudinum, quarum ope proximiores excludi non poſſunt à Monaſterio, nondum religioſum mortuum repræſentante: quoniam dicto mortis tempore, non ut monachus,ſed laicus deceſſit;prout eſt communis DD. ſententia, per ea, quæ habentur penes Montan.*contr.for.dicto cap.*46. *num.*12. *infine*,Reg.Conſil.Io:Baptiſtam Melior. *conſil.*28.*in* 2.*tom.Reg.Roviti nu.*8. Reg. de Marin.*in Reſ.jur. dicto cap.*150. *lib.*2. Ricc.*prax. eccleſ.reſ.*138. per quem ita decidiſſe Curiam Archiepiſcopalē refertur,Molfeſ.*ad conſuet.Neap.par.*4.*quæſt.* 64.*à num.*2.*& num.*14.*tom.*2. Bottilier. *de ſucceſſ. abinteſt.Theor.*72. *n.*5. Altim. *ad Reg.Rovit.dicto conſ.*27.*num.*7. *lib.*2. Carol.de Roſa *ubi ſupra in Proæm. num.* 149.*& in conſuet.ſi quis, vel ſi qua*, *nu.* 420. ubi etiā Mutius Groſſ.*d. annot.*14. *à num.*16. Sempron. Aſcia *determ.* 174. Ciarlin.*contr.for.cap.*193.*ante num.*23. ibi:*nam hæredes ſuccedunt novitio*, *Monaſterium verò profeſſo*,& num.38.*infine*, ibi: *Sed quis ſuccedat in ea; nos autem jure merito defendimus Monaſterium ſuccedere:quia profeſſa eſt puella*, *& Pater,vel alii hæredes ſuccedunt tantummo-*
346 *do,ſi moriatur novitia*,quicquid in cōtrarium alii ſentierunt, intelligendo diſpoſitionem *Auth. ingreſſi Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.*de primo ingreſſus actu, ita quod decedente infra annum ab inteſtato, Monaſterio acquirantur, uti illius hæredi: ex eo quia præſumitur, ex ea, quam habuit à principio ſui ingreſſus, voluntate, dū in eadē perduravit in monaſterio,ſe ſuaq; dedicare, taliter quod pro profeſſo habitus fuit, ac dejudicari debet: nam ſui animi deſtinatio erat profitendi,& religioſus eſſe;cujus actus, etſi per accidens mortis eventu perfectionatus haud fuit; attamen ex animi deliberatione pro perfectionato habetur, etiam quia Monaſterium ſemper præſumitur paratum, ac promptum ad profiteri faciendum,ita quod per ſe non ſtet,*Auth.ſi qua mulier*, *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.l.cùm quidem, & l.ſi non fuerit*, §. *quid*,*ff.de auro*,*& arg.legato*,*cap.ſi cupis*, 15.*quæſt.*

Digitized by Google

15.*quæst.* 1. Reg. Capyc. latr. *dicta decis.* 118.*num.* 33. Marta *de jurisd. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 95.*num.* 8. Visconte *concl. jur. verb. novitius*, Sperell. *dicta decis.* 16.*num.* 11. & 20. Ciarlin. (sibi contrarius) *dicta*
347 *contr.* 193. *num.* 32: quoniam eo casu proximiores ab intestato successuri à Monasterio excluduntur, quousque agitur de succedendo religioso, qui professionem emiserit, & pro professo habeatur, *cap. nolo*, 12.*quæst.* 2.*cap. beneficium*, *de regularib. in* 6. Reg. Rovit. *d. cons.* 27.*num.* 3. ubi Altim.*num.* 9. Gross. *in*
348 *dicta annot.* 14. *num.* 12. 13. & 15. in quo haberent locum disposita *in dicta Auth. mulier, & Auth. ingressi*, quarum intellectus semper fuit de ingressu effectuali, non autem conditionali, & suspẽsiuo, *cap. viduam, de Regular. & cap. interrogasti*, 27.*distin.* cum aliis, supra alle-
349 gatis *à num.* 338. in quo, & non aliter proximiores per Monasterium excluduntur, Caput. *in consuet. Neap. in Prælud.* §. 3.*nu.* 37. *& in consuet. si moriatur, part.* 3. §. 1. *nu.* 12. Reg. Consil. Provenz. ad Gloss. *in consuet. si moriatur observ.* 2.
350 nam si aliter foret, quod Monasterio ob ingressum acquirerentur uti successuro, non potuisset permitti novitio ante professionem, suis de rebus ad sui libitum disponere, tam per cõtractum inter vivos, quàm ultimæ voluntatis, Reg. Capyc. latr. *decis.* 29. *nu.* 1. Altim. *ubi supra num.* 10. Carol. de Rosa *in dicto proœm. ad consuet. Neapolit. num.* 148. *& in dicta consuet. si quis, vel*
351 *si qua, num.* 421. prout etiam si egreditur à Monasterio, omnia in se habet, retinetque, Nicol. Vinc. Scoppa *in dicta observ.* 35.*num.* 24. de Rosa *ubi prox. nu.* 422. etiam virtute specialis determinationis Tridentin. Concil. *sess.* 25.*cap.* 16. ibi: *ut abeuntibus antè professionem omnia*
352 *restituantur, quæ sua erant.* Vnde per in monasterium ingreum, non videtur novitius à possessione, ac dominio suorũ bonorum desiisse, atque prout de mero laico habetur ejus successio; quapropter secundùm mandata per nostras consuetudines, quo ad bona, in districtu nostræ Civitatis Neapolitanæ existentia: nam, si extra, secundùm jus commune, nullo particulari, sive locali concurrente, regulatur.

353 Quæ quidem premissa eorum effectum habere, mentetenendum est, si per ipsum novitium, non quia professurus est, & ejus intuitu de suis bonis disponatur infra tempus à Sacro Trident. Concil. *dicta sess.* 25. *cap.* 16. determinatum, sed quia videns se prope ad naturalem, non autem civilem mortem, ac intuitu ipsius; quo in tempore, cùm pro mero laico habeatur, omnino dispositionibus nostrarum consuetudinum subjacere debet, & secundùm eas est regulanda dispositio, aliàs á vocatis p illas, quo ad medietatem infringi jure valido potest, id quod ansam multis præstat ad
354 ostendendum, licèt dispositio fieret à novitio infra duos menses ante professionem cum solemnitatibus, omnibusq; requisitis allati Concilii, & sic non causa naturalis mortis, sed civilis, sive future professionis in religione; ex ea tamen ratione, quod inspecto tẽpore cõfectionis actus, cùm pro laico se gerebat, omnes ejus dispositiones causa mortis subjacent laicalib. legibus, & consequenter nostris consuetudinibus, & signanter *consuet. etsi testator*, si in damnum ab ea vocatorũ, puta quia in beneficiũ extranei tenderent; ab ipsis impugnare quo ab medietatem, in qua vocantur ab ipsa municipali lege, & ad quam veniunt ex ipsius providentia: nã concurrerent isto in casu, omnes conjecturæ, ex quibus fraudis suspicio colligitur; si modo non vocasset in dispositione Monasterium, in quo professionem emisit; ea quidem ratione, quoniam talis dispositio ad non titulum redigitur, ac si confecta non fuisset, & proinde Monasterium suo religioso professo succederet, Montan. *cõtr. for. contr.* 46.*per totam*, & signanter *à nu.* 16. Reg. de Marinis *dicto cap.* 150.*num.* 4. *& á num.* 10.

355 Nam haud competit proximioribus ab allata consuetudine vocatis, actio ad infringendam dispositionem quo ad medietatem antiquorum bonorum, respectu quorum veniunt ab ea provisi, ob deficientiam eorum interesse, & in consequentiam consideratæ, & suppositæ fraudis: quoniam negari nõ potest ab iisdemmet in contrarium sentientibus, in libera facultate præfati novitii

Digitized by Google

vitii esse disponendi actum, & monasterium succedere, de Luca *ad de Franch. dicta decis.*40. *num.* 2. ac in sui monasterii beneficium tendere,adversus quod in omni, ac unoquoque præfatorum casu,actio non competeret respectu medietatis dictorum bonorum antiquorum ipsis, qui succederent, etsi dicto tempore, quo disposuit in monasterii favorem, laicus erat, & pro laico reputabatur: nam cessaret fraudis suspicio in excludendo proximiores,quia disponere non poterat, & monasterium bona
356 præcaperet,& ita esset excluſi,ea itidē ratione ipsos excludendo,in aliorum beneficiū disponendo, nil ab eis auferendo,aut in eorum perniciem, ac præjudicium fraudandi causa conficiendo, ac ipsam dispositionem conficeret, & consequenter ex rationis indentitate non infringitur, quia nisi ipse disposuisset, nec etiam succederent, per ea, quæ argumentativè habentur *in l. si ita stipulatus*, §. *possum*, *ff. de verb. oblig.* & docent Lælius Caputus *ad Consuetud. Neap. in prælud.* §. *3. de personis num.* 36. *& num.* 37. *& in consuet. si moriatur, dicta par.* 3. §. 1. *num.*13. Reg. Consil. Provenz. *dicta observ.*2. *num.*5. Carol.de Rosa *super consuet. Nap.in dicta consuet. etsi Testator,nu.*46.*cum seqq.* Mutius Gross. *in dict. consuetud.si quis, vel si qua, à num.* 32. *usque ad* 40. per quos in corroborationem ipsorum cōmunis sētentię,adducitur decisioS.R.C. relata per R.Rovit.*in d. cons.*27. ubi fuit determinatū, proximiores à *consuetudine* vocatos carere actione contra convētos,in quorum beneficium,novitius,qui deinde suā cōfecit professionē, infra determinatū tēpus disposuit: Dū absoluti fuerunt ab impetitis per ipsos proximiores actores, non per aliam, quā ob premissam rationem, prout notat Caput.*in allegato loco in præludio*,nam in ea non interfuit ipse Reg.Rovit. sed pro cliente scripsit; non autem quod dispositio regulabatur per contractum inter vivos: quia sub donationis verbo, & non ulti-
357 mæ voluntatis,confecta erat, in quibus dispositio dictæ *consuetudinis*, *etsi testator* restringitur, suunque habet locum,Reg.Rovit.*dicto cons.*27.*nu.* 1. cum aliis, allatis à Blasio Altimare *ad cons.* 28.*nu.*18.*dicto lib.*2: ex eo quia peracta erat infra tempus duorū mensium, juxta Tridentini Concilii dispositionem, & sic in tēpore, & pro effectu emittēdę
358 professionis, cujus ope civiliter erat moriturus, de ejus patrimonio disponere benè poterat, non secus,ac si naturaliter esset ab hoc mundo discessurus; modo tamen, quod pro ultima voluntate, & causa mortis facta censetur, etiam ope suæ revocabilitatis, sub qua inter vivos dispositio haud subsisteret; casu quo novitius non profiteretur, vel si facta,ex causis nulla declararetur, aut ex alio modo,& causa cōcurrente á Religione exiret,Reg. Consil. Io: Baptista Melior *ubi supra num.*11. Reg. de Marinis *dicto cap.*150.*à num.*5.Gross. *loc.cit. num.*36. *&* 37. quicquid in contrarium mutata priori sententia sentiit Molfes. *super consuet.Neap. p.*3. *quæst.*8. *à num.* 12. se fundans in dicta decisione Reg. Rovitis dum per eam, licet hoc declaratur fuisse decisum;ex præmissis tamē totum diversum patet, prout habetur per Caputum *loc.cit.num.*37.*infine.*

359 Neque subsistineri ipsa determinatio potest,sicuti nobis videtur, ex ratione, quæ defertur à Carolo de Rosa *in loco ubi proximè num.*75. *&* 76. quod donatarii obtinuerunt: non quia contractus erat reputandus inter vivos, & sic non subjaceret dictæ *consuetudin. Et si te-*
360 *stator* dispositioni; sed quia suum nō habet effectum,patre, vel matre in me-
361 dio existente; quod indubitatum est, etiam si avus, vel avia existeret, quo ad ipsos tantùm ascendentes, *ut infra in num.*364. & Nos *in Obser. ad Alleg.* 34.
362 *Io:Vincentii de Anna* scripsimus;inde, cùm donatio á novitio fuit collata tam in beneficium fratrum utrinque conjuctorum, quàm matris; omninò cessaret effectus *consuetudinis*, cui, ob matris existentiam,dicta dispositio, etsi ad ultimam voluntatem restringendam, nō subjaceret.

363 Ex eo quia illi, qui concurrebant contra præfatos reos conventos, fratres erāt consāguinei donatoris per consuetudinem, uti proximiores vocati ad bona,disponenti perventa à latere, quo

Digitized by Google

364 conjũgebantur, cujus municipalis legis diſpoſitio, etſi non procedat, locunque habeat ob aſcendentis in medio exiſtentiam, ipſius reſpectu, perſonę,
365 & portionis repreſentatæ; non autem, quo ad omnes alios vocatos, & in ea comprehenſos; reſpectu quorum, ne dũ bonorum diſtinctio haud excluditur, ſed in eis ſuccedunt, quo ad portiones, ad quas vocantur; ſi modo ipſi ſint in gradu, qui concurrere poſſint, cum aſcendente, uti de comprehenſis in diſpoſitione *Auth. defunct. Cod. ad Tertull.* pernoſtrum conſuetudinarium jus, non correcta; ſalva tamen diſtinctione bonorum;
366 licèt cum mare, fœminæ concurrent per præfatam *Auth.* diſpoſitionem admittendæ: nam *conſuetudinis* ope concurrunt ad partes faciendum, ſed ipſæ demum fratribus utrinque conjunctis accreſcuntur; taliter quod aſcendens cum omnibus his proximioribus con-
367 currit; in quo unum invenitur inconveniens, cùm in una ſucceſſione, ex diverſis concurrentibus juribus, plures admitti poſſint, juxta magis communem ſententiam plurium rerum etiam judicatarum authoritate fulcitam, ſicuti la-
368 tiùs per Nos *in dicta Obſerv.* 34. quapropter non ex prædicta matris concurrentia, conſanguinei fratres ſuccumbuerunt: nam reſpectu bonorum fratri novitio perventorum á patre, ex cujus erant latere conjuncti, & per *conſuetudinem* vocati, minimè excludebantur per matrem, ejuſque exiſtentiam; ſed ſuccumbentiæ rationes fuerunt illæ á Nobis ſupra præmiſſæ.
369 At quo ad rationem ab eodemmet R. Rovit. allatam *n. 6. 7.* haud ipsã diſpoſitionem ſubjacere diſpoſitionibus noſtrarum *conſuetudinum*, in quibus tam activè, quàm paſſivè clerici minimè alligantur juxta communem noſtrorum patrum ſcholam apud Præſ. de Franch. *dec.* 411. Reg. Capyc. latr. *conſul. for.* 85. *num.* 36. 37. & 38. Reg. Conſil. Hodiern. *ad Surd. deciſ.* 20. *num.* 10. de Luca *de linea legal. dicto Artic.* 3. *num.* 12. & 28.
370 ita quod diſponendo, poteſt de medietate bonorum antiquorum proximioribus prejudicare, ex indentitatis ratione,
371 & æqualitatis ſervandæ, prout adverſus diſpoſitionem confectam à laico, ob quam privatur medietate ipſa, extraneum inſtituendo, Reg. de Marinis *Reſol. jur. cap.* 56. *num.* 9. *lib.* 2. de Luca *ad Frãchis dicta deciſ.* 411. *num.* 7. aut de portione, ſi in aliis æqualiter in gradu diſpoſitio ſit redacta, advenire haud valeat: nam, ſi ipſe clericus, diſponendo,
372 activè, non ligatur; (ſecus autem ſi ab inteſtato deceſſerit, quo *in* caſu deſumitur ſe voluiſſe uniformare juri vigenti, quo ſi vult uti, poteſt, Reg. Conſil. Ho-
373 dierna *ubi ſupra num.* 11.) neque etiã paſſivè *conſuetudine* uti valet ad diſpoſitionem infringendam, tam ſi teſtatus laicus deceſſerit, quã ſi inteſtatus: quoniam aperitur via, & ipſam acquirunt immediatè ſucceſſores, ac in gradu ſubſequentes, ipſo clerico de medio ſublato, DD. *ubi ſupra* Caput. in Prælud. *dicto* §. 3. *à nu.* 27. & 32. de Luca *ad Præſid. de Franch. d. dec.* 411. *n.* 1. 2. 3. 4. & 6. Groſſ.
374 *d. annot.* 14. *n.* 2. 3. 4. 5. ſi per alios proximiores in ęquali gradu cũ clerico diſpoſitio non infringatur, ad medietatem obtinendam: nam hac peracta petitione per laicos, clericus concurrere, atq; petere valet ſuã portionem, à qua iſto in caſu non veniret excluſus: ex ea quidẽ ratione, quia non ipſe *conſuetudinis* diſpoſitione utitur ad diſpoſitionem impugnandã; ſed laicus conſocius, coęqualiſque in gradu, itaquod nil de per ſe facit, ſed per laicum, cuius utitur beneficio in partem faciendo in medietate illa, laico delata, Caput. *dicto* §. 3. *num.* 28. Reg. Conſil. Rocc. *Reſp. deciſ.* 28. *lib.* 2. de Luca *de Franch. dicta deciſ.* 411. *& in tract. de linea leg. dicto artic.* 3. *à num.* 25. etiam quo ad excluſionem ſororis, ope dictæ communicationis laicalis privilegii, de Luca *ad Franch. loc. cit. num.* 10. in qua, ac ſi abinteſtato fuiſſet delata habetur, ob fractionem, ac impugnationem, á laico factam, quo in caſu clerico non invenitur prohibitum poſſe laico ſuccedere abinteſtato decedenti, quo ad prædicta bona, de Luca *ad Præſid. de Franch. deciſ.* 40. *num.* 1. *& in dicta deciſ.* 411. *num.* 8. per quem ſubſtinetur in *dicto Artic.* 3. *à num.* 20. *uſque ad* 24. *& à num.* 35. *cap.* 4. *uſque ad num.* 40. omnia prædicta, etiam eorum debere

re

Digitized by Google

re locum habere in clerici favorem, si ab aliquo remotiori in gradu ad dispositionis impugnationem devenitur.

375 Quę quidem præmissa procederent, si capacem religionem ingressus fuerit, & in ea professionem emiserit: nam, si secus, disponendo infra bimestre tempus ante professionem, omnino subjacet *consuetudinis* dispositioni in beneficium proximiorum quo ad medietatẽ: nam ob incapacitatem monasterii, cessat ratio, ob quam dispositio subsisteret in proximiorum præjudicium, *supra allata à num.* 355. cùm, etsi abinteſtato fuisset decessurus, nec etiam monasterium succederet, itaque dispositio haud salvari potest, ut à præteritis proximioribus nõ infringatur, quo ad medietatem, ad quã vocantur, sicuti determinavit S. R. C. anno 1672. ad relationem quondam Reg. Consi. Erasmi de Ponte, per ea, quę habentur penes Grossum *dicta Annot.* 14. *à num.* 40. *cum multis seqq.*

Ad num. 145.

376 COmmunionis causa ab individuitate dependente secundum subjectam materiam, utile per inutile infirmari substinuimus *in observat. ad*
377 *alleg. Io: Vincentii de Anna*, ac suũ etiã habere effectum in illis divisionem patientibus, si autem sub incertitudine existunt, respectu quantitatis, ob quam utile per inutile vitiatur, ex dispositis per I.C. *in l. si non fortem*, 26. *ff. de cõdit.*
378 *indeb.* ope cujus cõditionis, etiam quo ad quantitatem verè debitam datio in solutum fundi facta ultra debitum in totum repetitur, rescinditurque: ex eo quia incertum est, quænam pars ipsius fundi in restitutionem veniat, cùm etsi dividuum sit in sui essentia, partitionem haud recipiat ex se, sine novo ipsius insolutum dantis con-
379 sensu; quoniam in his rebus, quarum partes inter se distributionem non recipiunt, aliud pro alio rectè minimè solvi potest creditore invito, juxta Pauli sententiam *in l. mutuum* 2. §. *mutui datio, ff. de rebus creditis*, Præs. Ganaver. *mox. alleg.* Ant. Faber. *in Ration. in dicto* §. *mutui datio, vers. quia aliud pro alio, tom.* 3.
380 qua de causa, actu formæ individuæ, & inseparabilis attento, de dividuitatis essentia nõ est curandum, ob ejus incertitudinem, partitionem non recipientem; modo in his, utile per inutile sem-
381 per vitiatur; quibus de rationibus præsumitur fuisse in cõmissum, interceptumque incursa omnia dolia vini in navi onerata ultra certã quantitatẽ, pro qua à Principe gratiã extrahendi ab hoc Regno per extra fuerit obtenta; quapropter quantitas illa licita, ac permissa, ut extrahatur, pro illa illicita, ob commissum interceptũ, pro amissa habetur, per ea, quę reperiuntur dispositа per Imperator. *in l. cùm proponas*, 3. *Cod. de nautic. fœnor.* & I.C. *in l. cotem ferro*, 11. §.
382 *dominus, ff. de public. & vectig.* ex quibus cecidisse etiam in cõfiscationis pœnam, sive interceptum navis, licèt res licita sit cum illicitis in ipsa onerata, quibus adhęret, & de continentibus sit: quũ licitum, per illicitum confiscari, & in commissum incidere, non esse irrationabile, notavit Goffred. noster *hic in num.* 147. Mauson. *de contraban. quæst. 6. num.* 4. Reg. Rovit. *in rub. de extract. num.* 17. Novar. *in ead. rub. num.* 3. Reg. Consil. Rocc. *de officiis Rub.* 14. §. 2. *num.* 5. 6. Bovad. *Polit. lib.* 4. *cap.* 5. *à num.* 31. *tom.* 2. Salgad. *de Regia protect. part.* 4. *cap.* 10. *num.* 106.
383 Sin verò de dividuis ageretur rebus, ita quod õnis incertitudo, & individuitas cessaret; licita illa, per alia illicita haud amittenda sint, & in confiscationẽ incidant; *dicta l. si non fortem*, 26. §. *idem Marcellus*, ibi: *superfluum olei esse repetendum, non totum*: nam quo ad illa bona, quæ expressè extractionis prohibitioni non subsunt, non alia á nostris Regiis pragmaticis pœna infligitur, quam amissionis illarum ob solutionem dirictuum haud factam; ita quod, quo ad ipsas, de quibus expeditiones non loquuntur, de dirictuum solutione, amissionis pœna locum habet, non quo ad alia licita, Goffred. noster *hic num.* 155. Vincentius de Anna *sing.* 225. Mauson. *dicta quæst. 6. nu.* 16. Alex. Trentacinque, *Var. Resol. lib.* 1. *tit. de jure fisci, Resol.* 3. *num.* 1. *vers. aut loquimur de rebus, quæ licitè portari possint*, Reg. de Marin. *ad*

Reg. Revert. decis. 222. *num.* 7. Reg. Consl. Rocc. *ubi supra nu.* 3. 4. 12. *&* 15. & pro absoluto habitum fuit à R. C. S. penes
384 Præs. Ganaver. *decis.* 25. *infine*: ex eo quia illo in casu, navis, junctim cum illicitis oneratis incidit in commissum, interceptunque, prout ipsa illicita, quousq; costaret de scientia domini in controbanni commissione, veluti si à portu exivit sine debitis expeditionib. propter quod pro complici habetur in delicti intercepti patratione, & proinde incurrit in pœnam navis amissionis, juxta intellectum datum dispositioni textus *in dicta l. cotem ferro* 11. §. *dominus*, juxta quem viget nostri Regni jus in *cap.* incip. *ut illorum fraudibus*, *vers. volu-*
385 *mus ut portulani*, per quod statuitur adventa navi onerata sine expeditionibus, incidere merces, & navem in pœnã intercepti ad fisci beneficium: nam ex ly *adventa* supponitur de vno ad alium locum fecisse transitum, & sic cum scientia domini navis, Reg. Tapia *de jure regni lib.* 7. *in annot. ad allatum capitulum in vers. tam onus, quàm navis*, Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. decis.* 552. *num.* 5. 7. *lib.* 2. R. Consil. Rocc. *dicta Rub.* 14. *n.* 10. & decidit senatus Grationop. penes Guid. Papam *decis.* 572. *num.* 1. & noster Rge. Cam. Summ. sub die 4. Iunii 1658. referente dicto Domino Regente de Marinis tunc temporis Præsidente *in allato loco*, & *Arrest.* 702. *de per eum recollectis*, in cujus calce adnotat, ita censuisse, & intellexisse dictum tribunal laudata *dicti* §. *dominus navis*, dispo-
386 sitione; ita quod, si cùm adhuc à portu, sive marina, in qua navis oneratur, iter nõ incæperit, vel ad id parata nõ sit, intercepta in ea inveniantur, tam ex forsan oneratis rebus pluspuam mercator licentiam obtinuit, dirictusque persolvit, aut non adhuc licentia extrahendi
387 obtenta cum dirictuum solutione; & si quo ad merces oneratas mercator delictum intercepti patraverit, ob sequutam onerationem, & proinde merces in cõmissum, incontrobannunque inciderent, & in pœnis in his controventionibus
388 statutis; dominus tamen navis non incurrit in pœnã amissionis: quia per illũ nullum extractionis, sive controbanni delictum desumitur patratum, uti non discessurum á portu, vel marina, nisi omnes, quę concurrere debent licitè ad extrahendum, vel asportandum, interveniant expeditiones, ob quod cessaret illa ratio, ex qua præsumi potest delictum forsan esse patrandum: quoniam in casu dubio, semper cadit præsumptio pro delicti exclusione, *l. qui sententiam*, *Cod. de pœnis*, & jura exclamant, in ambiguis benigniorem sequi sententiam oportere, *l. si fuerit* 10. *ff. de reb. dubiis*, *l. proximè*, 3. *ff. de his, qui in testam. del. l. favorabilio-*
389 *res* 168. *ff. de reg. jur.* si non convincatur de dolo in operatione ipsa, prout habuit pro vero ipsamet R. C. S. ad relationem Reg. de Marinis, ut ipse idem refert *in Obser. ad Reg. Revert. ad dictam decis.* 552. *num.* 4. 6. *lib.* 2. Reg. Consil. Rocc. *dicta rub.* 14. §. 2. *num.* 11. Bovad. *ubi supra* Grivell. *decis. dolan.* 81.
390 Quibus non adversatur determinatio per Reg. Consil. Rocc. *in laudato loc. num.* 17. relata, & emanata per Regiam Iunctam Contrabãnorum, per quam fuerunt declarata, nedum frumenta legitimè extrahenda, de quibus licentiam extrahens obtinuerat, & dirictus persolverat, verùm etiam illud pluris oneratũ, & navis cum eis armigiis, & omnibus aliis in ea contentis, uti intercepta esse vendenda, & pretium Regiæ Curiæ applicandũ: ex eo quia aut navis in itinere fuit inventa, aut de delicti commissione navis dominus erat conscius; aliter contra præmissa, & R. C. S. determinationes fuisset; nec non per ea, quæ adnotat dictus Reg. Consil. Rocc. *in n.* 16. *Versic. veruntamen, propè finem*; & demum decidit Regia Iuncta, ex quo contra principalem extrahentem mandavit, quod citaretur ad informandum, & ad capitula, cum abreviatione termini dierum viginti ad forjudicandum; desumitur ultra amissionem rerum in commissum incursarum, capitali teneri pœna; quo in casu ex delicti continentia incurrit patrans, nedum pœnam capitalem, sed etiam bonorum publicationem; quaderè licitum propter illicitum confiscari, & publicari debet: nam secundùm ipsam subjectam materiam, & formæ actũ pro individuo dejudicatur, licèt

cèt diviſionem patiantur, ut loquitur Goffred. noſter *hic*, *& numeris ſeqq.* & eſt omnium DD. ſententia, per ea, quæ habentur penes Reg. Rovit. & Novar. *ſuper alleg.* Mauſ. *dicta quæſt. 6. num.6.* Alex. Trentacinque *var.reſol.ubi ſupra verſ.ſecundus caſus eſt*, Reg. de Marinis, *ad Revert. dicta deciſ. 222. num. 8.* Reg.Conſil. Rocc.*dicto* §. 2. *num.13. &* 18.& ſic eſt intelligenda Senatus Gratian.determinatio,Guid.Papæ *dicta dec.* 572.& notata per Boerium *deciſ.*178. *à nu.*24. ut tenuit Reg.de Marinis *in laudato loco.*

391 Quo ut ſupra poſito caſu, ſi cum ipſis rebus illicitis navis domini, miſta fuerint aliqua bona licita alicujus extranei, qui conſcius ſit de prædictis illicitis oneratis,omnia confiſcantur,per ea,quæ dicta ſunt ſupra in domino navis, & in terminis docent DD. *mox alleg.*ſin verò inſcius de prædictis ſit, & aſportans ſolvendo non eſt ad pretii ipſarum licitarum rerum in domini beneficium ſolutionem; confiſcationem, & venditionem impedire valet, ad finem res ipſas rehabendi, recuperandique, petendo adverſus ſtatutam pœnam in integrum reſtitutionem ex generali clauſula *ſi qua mi-*
392 *bi ex juſta cauſa*: Prout etianſi navē, animal, vel currum locaverit, & ab eaducentibus prædicta committuntur, vel cum eorum conſenſu; illorum factū, nocere vero domino non debet,quouſque à prædictis pretium cum intereſſe recuperare haud poſſit, ad quod tenerentur, ex juribus allegatis à Goffredo noſtro *hic num.*150.*verſ.meritò*,& docent Trētacinque *ubi ſupra verſ.primus eſt*,*quando licita*,Boer.*dicta deciſ.*178.*à nu.*25.

393 Illud quoque ad hoc eſt notandum, quando cenſendum ſit, aſportantem, vel vehentem eſſe incurſum in intercepti delictum, ut præmiſſa in unoquoque ipſorum caſu haberent locum.Et quidē, ſi agitur de commiſſis per mare,pro patrato,conſummatoq; habetur ex oneratione ſequuta non præcedentib. debitis expeditionibus, cum dirictuū ſolutione, adhuc ſi navis iter cæptum haud eſt,
394 prout ſupra diximus in *nu.*386.Quod etiam quo ad monetarum extractionem habetur ex Regia *pragmatica* 23. *de extract.*ubi ſatis eſt,ut delictū ſit conſummatum,& pro tali dejudicetur, ſi extrahens ſit in navi pro effectu exeundi; ſin autem per terram, tam quo ad ipſam monetam,quàm ad aurum, vel argentū in maſſa,aut in virga, ſi in cōfinibus Regni inveniatur,attenta dictæ regiæ *prag-*
395 *matica* diſpoſitione; ob quod ceſſarent ponderata per Reg.Revert.cum determinatione relata *in dicta deciſ.* 222. *verſ. per Regiam Cameram*, ex eo quia non habetur pro diſceſſuro,ſi per infra Regnum invenitur iter faciendo:quoniā colligi non poteſt recta concluſio, quod extra Regnum, ſuum fuiſſet paratum iter; nam bene tueri poteſt, ſe per alias civitates,vel regni terras, & partes fuiſ-
396 ſe iturum, ſuumque paraſſe iter. Ac etiam ſi conſtaret, non aliter niſi per extra verſum eſſe; attamen cum pœnitere poſſit, & non diſcedere, recedendo à deliberatione exeundi; & hoc ante
397 quam ad confines perveniret: nam cū ſumus in delictis, principium inſpiciendum eſt,cum fine tamen ſequuto, ut pro formatis, & conſummatis intelligantur;
398 inde ſequitur præfatum delictum pro conſummato haud haberi, etſi nō longè à finibus prædictis, & diſtinato loco inventus fuiſſet, dum ad prohibita loca non adhuc pervenit,ſicuti determinavit R. C. S.ad relationem Regentis Iacobi Capycii Galeota Ducis Santi Angeli, tunc dictæ R. C. S. Præſidentis ſub die 29. Ianuarii 1656. in invento cum pecunia extrahi prohibita in Civitate Fundi, licèt ſuum iter Romam paratum erat, quum non adhuc perveniſſet ad confines, *Arreſt.*692.*de recollectis* per Regentem de Marinis,& idem ad Reg.Revert. *dicta deciſ.*222. *num.*4. *& ad deciſ.*552. *num.*3. Mauſon. *dicta quæſt.*6. *num.*8.
399 dum *pragmaticæ* vetantes extractionem, non aliter ſunt intelligendæ,niſi delictis conſummatis; cū *ly* verbum *extrahere* denotet perfectionem adveniētem á præterito tempore, non aliter præſentis,ut ſi mandarent, *ſi quis repertus fuerit portare*,ſufficeret, quod per iter aliquis inveniretur, ex juribus allegatis à Goffredo noſtro *hic num.*165. *&* 168.Boer.*dicta deciſ.* 178. *num.*30. 31.
400 *&* 32.inde in interceptum minimè incide-

cideret niſi ad confines accederet atten-
401 ta diſpoſitionẽ dictæ *pragmaticæ*, quã non habere locum determinavit R.C.S. facta relatione in Collaterali Conſilio,ſi pecunia,etſi in hocRegno cuneata,vel Hiſpaniis, in hoc tamẽ introducta,immiſſaque ab extraneo non animo permanendi,ſed per tranſitum, deſtinata in aliquo loco impendendi, negotiandi cauſa,aut pro alio effectu,tanquam non ſuppoſita ſub ejus diſpoſitione,loquente de pecuniis ad uſũ Regni deſtinatis,in eodẽ impendendis,prout penes R.Revert.*deciſ.* 441.ubi Reg.de Marinis *num.*1.2.3.

402 Itaque,cùm ea, quæ infra Regnum vehi vetita ſunt de uno ad alium locum, aut per extra extrahi, excuſari quemquam haud poſſe ad locum non vetitum ire, ſi prope fines illius prohibiti inveniatur, & ex veriſimilibus judici videbitur,iturum fuiſſe ad prohibitum locum, attenta qualitate perſonæ,loci in quo ſit inventus,& rerũ,quæ vehuntur,*l.ſi fugitivi*,3. *C.de ſervis fugit.l. quia nonnunquã* 3.*C. quæ res vendi non poſſunt*,Goffred.noſter *hic dicto nu.*165. Novar. *ſuper Pragm.in Pragm.*9.*num.*12.*de extract.*Mauſon. *de controb. quæſtio.* 1. *&* 3. Reg.Conſil. Rocc. *de offic.dicta rub.* 14.§.1. *num.*38. §.6.*num.*21.Giurb.*Conſil.*16. *á num.* 15. Franc.Marc.*Deciſ. Delph.* 162. *num.*12. *Deciſ.*139.*&* *deciſ.*617.*ante num.*2. Grivell. *deciſ.Dolan.*81.Baron.*de effect.inimic.effect.*150. *num.*21. Boer. *ubi ſupra num.* 32. & decidit R. C. S. de qua in *Arreſt.*702.*inter recoll.per. Reg. de Marin.*& Regia Iuncta Controbannorum penes Reg. Conſil. Rocc. *dicta rub.* 14.
403 §.14.*à num.*97. Ac etiam ſi, per inuſitatam viam,& inſolitum locum iter efficitur,non niſi animo fraudandi,& interceptum committendi deſumitur, Reg. Moles *deciſ.R.C.S.*§.14. *quæſt.* 4. *nu.*25. Reg.Rovit.*in rub. pragm. de extract. nu.* 18.Reg. Conſil. Rocc. *ubi ſupra*, Giurb. *dicto Conſil.*16.*nnm.*16.*&* 34.Baron. *ubi ſupra num.*23. aut ſi antequam, ad locum prohibitum ingrederetur, aut confinia exiret,apprehendatur:quoniã nunquam capi poſſet, ſi hoc eſſet expectandum,ut in fraganti comprehendatur,Iulius Clarus *lib.*5.*ſententiarum quæſt.*82. *num.*40.Grivell.*loc.cit. num.*3.*&* *ante num.* 10. Giurb. *in allato conſil.* 16.
404 *num.*21.*&* *alii deſuper laudati*. Verũ quouſque in omnibus prædictis caſibus ad venditionem bonorũ interceptatorũ proceditur interceptato vetitum haud eſt,ad eorum accedere, ac advenire emptionem licitationis tempore, Goffred. noſter *hic num.*162.*&* 163.Mauſ. *dicta quæſt.*6.*num.*17.

Ad num. 170.

405 DElictorum animadverſionem,ex Divinis præceptis colligitur Deum mandaſſe,*Exod.cap.*21.*&* 22.ne impunita remaneant,quod valde Reipublicę intereſt, ob damna, quę inferunt, & illorum multiplicitatem, quæ in ipſi-
406 us pernicię ſequeretur:& quia magna daretur anſa delinquendi malefactoribus,ſi,cùm ut plurimum delicta occultè patrentur, teſtes illa comprobantes deeſſent, & aliud probationis genus non admitteretur, impunita patrata ſcelera remanerent; ideo Tormentorum ſubſidium inventum eſt, per quæ, quod per teſtes habere nequit,coſtare valeat,*l. itẽ apud Labeonem*,15.§. *quæſtionem*, 36. *cũ alio ſequenti,ff. de injuriis,l.*1. *in princ.l. edictum*,8.*propè finem,& l.Divus*, 9. ibi: *ſi aliter veritas inveniri non poſſit, quod & aliis reſcriptis cavetur, ff. de quæſtionibus,l.*1.§.*in cæteris*,*Cod.eod.* Gloſſ.*in dicto* §. *quæſtionem, Verb. quęſtionem, & in d.l.*1. *in prine. verb.quæſtio,* Andreas de Iſernia *in cap.*1.§.*inſuper, de conten. int.dom.& fid.*Reg.Conſil.Gram. *conſil.* 1.*nu.* 2. Nuntius Tartaglia *Prax. Crim. cap.*11.*num.*2.Maranta *ſpecul. aur.part.* 6.*act.*14.*de quæſt. num.*12. Angel.Sciaioya *prax.de torquend. Reis, cap.*1.*nu.*2. 3. De Angelis *ad Foller. ad tit. item quod eſt notorius delinqu. num.* 2. *& ad tit.Rei indurati torqueantur,num.*16. Papar. *Prax. de indic. & tortura cap.* 2. *num.*1. Majorana *Opoprax. Crim. lib.* 2. *cap.*9.*num.*1.Vveſſemb.*Paratil. in Pandect.lib.*48.*tit.*18.*de quæſt. nu.*2.6.12.*in princ.*Coler.*Conſil.* 13.*num.* 17. Gomez *Variarum reſol.lib.*3.*cap.*13.*de tortura Reorum,in princ.propè finem*, *& num.*1. *verſ. & talis quæſtio*, Ambroſinus *Proc. inform.lib.*4.*cap.*1.*nu.*2. Antonius Matheus

theus *de criminibus in lib.*48.*ffff.tit.* 16. *cap.*15.Giurb.*consil.*23.*num.*7.*& consil.* 98. *num.*6. Muta*super consuet. Panorm. cap.*9.*num.*77.Ioseph Riccius *de publicis judiciis in genere,quæst.* 33. *n.*2. 8. Petr. Greg.*Syntagm.jur.univ. lib.*48. *cap.* 12. *num.*30.32.33.Zacchia *quæst. medic. legal.lib.*6.*tit.*2.*quæst.*1.*nu.*7.8.*&* 9.*quæst.* 2. *num.*2. *& quæst.*3. *num.* 13. *tom.*2.

407 itaquod inter privilegiatas probationes,illa quæ ab hac torturæ confessione procedit, cõnumeratur,uti omnibus fortior, tanquam depẽdens á proprio principalis delinquentis ore,cui potiùs, quã aliis,est credendum, unde pro firmissima,clara,certissima, ac indubitata probatione judicetur, nil aliud merens, quàm executionem,*l.* 1. *ff. de confessis*

408 Coler. *dicto consil.*13.*nu.*15. etsi hoc, quod ab ipsa quæstione examen dependet, non nisi valde rigorosum, & rigidum,ob modum, qui in ipso inest,ad veritatem eruendam, appellatum; quoniam Reus citra voluntatem fatendi, ex corporis cruciatu,ipsiusq; intuitu deponit, Io: Zanger. *de quæst. seu tort. reor. cap.*4.*num.*11. & alioquin contrarium finem de illo optato rehabet: dum taliter patientes ob eorum impatientiam, & tormentorum intolerantiam, potiùs mentiri cupiunt,& contra veritatem fateri, morique,vel aliæ ordinariæ pœnæ malunt se subiici, quàm in ipsis pati; inde loquuntur in tortura cum ipsius sensibus, atque vocibus, ut in ea finis imponatur; & sic ipsa tormenta, non autem patientes loquuntur, modo quo pro fragili, & periculoso ad veritatem perquirendam, prefatum hoc remedium esse colligitur,ita quod quando veritas pro indagata supponitur,in fallentiam incidit, taliter supponẽdo judex,in veritate esse; sed è cõtra, in mendacio certissimus esse potest, ut latè explicavit Vlpian.*in l.*1.§. *quæstioni fidem,ff.de quæstionib.*Reg.Consil.Pasch. *de patr.potest.par.*3.*cap.*1.*num.*47. Reg. Consil.Petra *in Rit.M.C.V.*54.*num.*12. Scialoya *de torq.reis cap.*11. *nu.*1. Zanger.*ubi supra cap.*1.*num.*2.Ciarlin.*contr. for. cap.* 181. *num.*101. *par.* 2. Conciol. *resolut.crim.Verb.tortura,resol.*19. *nu.*1. *vers. torturæ enim,*Reg.Valenzuola *consil.*163. *num.* 20. *lib.* 2. Almontus Giazzius *discept.crim.ad reor. defensam,cap.*1. *num.* 177.186.341.*cap.*9.*à nu.*139.378.379. 382.391.*&* 591. Berber. *aur. viator. utriusq; jur.par.*4.*rub.*3.*de prob.nu.*130, prout multi sunt casus,qui offeruntur,& signanter de quo habetur penes Iul. Clar.in duobus,qui confessi fuerunt in tormentis, quendã nobilem occidisse, qui deinde multos post annos ab eorũ morte, inventus fuit ab illo tempore in quodam Castro carceratus, *in lib.* 5. *sententiar.*§.*fin.quæst.*64.*num.*46.*prope finem,Vers.multi enim*; ac de illo,mulierem quandam occidisse fatens in tormentis,& inde in flumen projecisse; cujus confessionis ope ultimo supplicio fuit traditus;ac demũ mulier illa nõ interempta,sed in vita existens invẽta fuit apud Ann.Rober.*rer.judicatar.lib.*1.*cap.* 4. præter multa alia exempla relata à Parid. dePuteo *de Syndic. in verb. tortura,il secondo,cap.*1. *num.* 3. Valer.Maxim.*lib.*8.*cap.*4.§.1. Reg.Valenz. *loc.cit. num.*21.Cavalcan.*de brach.Reg. part.*3. *num.*1.Ac annis retrò elapsis ultra alios casus,unus horrendus adfuit,vi fallaciæ dictorum tormentorum,in quibusdam pauperrimis nauthis, fatentibus,in mare homicidium in personam cujusdam puellæ, ejusque raptoris commissum, & tamen ipsa puella, regressa deinde Neapolim,adhuc viuit, ut clarum, & apud omnes notorium est,& refert Reg. Consil.Petra *in Rit.*274.*num.*158.*vers. quod cum,tom.*3.

409 Qua de causa, ut confessione hac, contra fatentem uti valeat fiscus, quia metu, & tormentorum impulsu emanata, oportet, ut reus in ea perseve-

410 ret; itaque opus est, ut post quæstionem, tanto secluso tempore, ut tormentorum species sint sedatę;extra tamẽ locum,in quo tormenta passa sunt, itaut nec inspici possit locus ille per patientẽ ipsum,suam confessionem,expresè,non autem tacitè, ratificet; aliter de illa non non habetur ratio, nec illi est nociva, ad finem,ut puniri valeat secũdùm qualitatem delicti,*l.*1. §. *divus Severus,*vbi Accurs.*in verb.pro exploratis,ff.de quæst.* Aflict. *in constit. Regni,si damna clandestina,n.*61.Io:Franc. Papar. *de indic. &*

tor-

Digitized by Google

tortura cap. 6. num. 6. 7. Anell. de Sarno *prax. cr. m. lib.* 2. *form.* 40. *vers. & ideo ut reus fol. mihi* 45. Iul. Clar. *dicta quæst.* 64. *num.* 40. ubi Bayard. *num.* 129. Ant. Gomez *Var. res. dicto cap.* 13. *num.* 24. Vvessemb. *ubi supra num.* 12. *vers. nam, & si*, Boer. *decis.* 163. *num.* 18. Godofred. Abavo *tract. reat. quæst.* 19. *num.* 6. 55. & 59. Conciol. *dicta res.* 19. *num.* 1. 15. 16. Ciarlin. *dicto. cap.* 181. *num.* 91. *lib.* 2. Ayllon *ad Gomez loc. cit. num.* 25.

411 in qua, & ob quam, uti sponte confessus habetur, non verè tamen, sed interpetrativè, Præs. de Franch. *dec.* 638. *n.* 6. Danza *de Pugna doctor. lib.* 3. *de confesso, & confessione, cap.* 12. *vers. etsi non*

412 *ratificaverit, in fine*; cujus ope ad condemnationem devenitur; tempore quo semper pro extorta vi tormentorũ

413 habenda est, etsi practicetur illa cautela lapsi temporis à tortura ad ratificationem ad minus unius naturalis diei, scilicet 24. horarum, licèt secundùm qualitatem delicti, & personarum breviari valet, judicis arbitrio; sed communiter hoc tempus currere debet, & pro justo reputatur DD. *ubi supra* Pappon. *Arrest. Francie lib.* 24. *tit.* 9. *Arrest.* 9. Cõciol. *loc. cit. num.* 16. & Clar. *num.* 41. ubi

414 Guiotius *n.* 142. *vers. non in carcere*, & extra locum tormentorum, & in banco justitiæ, Curia pro Tribunale sedente, & sic extra carceres: nam adnegari haud potest existere reum in timore, si non in dolore passorum tormentorum, & quod pejus, quod possit iterum illis subiici; quoniam, si in confessione torturæ non perseverat, pro torto minimè habetur,

415 ac proinde ad iteratam torturam advenire debet, si tantummodo dicat, contenta in confessione non esse vera, uti vi dicta, & tormentorum causa, & ut ab ipsorum atrocitate, & cruciatu recede-

416 ret, Crusius *de indicis p.* 4. *cap.* 42. & alii *supra laudati à nu.* 410. aut de erroneitate, ac errore opponeret, non docto de

417 eo infra brevẽ terminũ, repetitur tortura, cũ ex variatione, ipsa, nedũ priora non habẽtur pro purgatis, sed novũ superadditur indiciũ, DD. omnes *ubi sup.* Elisæus Danza *da pugna doctor. p.* 3. *d. tit. de confesso, & confessione, cap.* 12. *à vers. verùm quando tortura*, usque ad finem, Sanfelic. *decis.* 252. *num.* 1. Pappon. *Arr. lib.* 24. *tit.* 9. *Arr.* 2. *à vers. Verùm si in quæstione* D. Io. Coppen. *pract. observ. lib.* 2. *observ.* 122. *num.* 6. Berlich. *decis. Germ.* 63. *par.* 1. Scialoya *de torq. reis cap.* 11. *à n.* 2. 14. Paschal. *de patria potestate. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 46. & 48. *cum seqq.* Majoran. *dicto lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 98. *usque ad* 102. cum aliis infra alleg. *in nu.* 465. & observavit M.C.V. in Anno 1630. ter torquendo ex prædictis Marcum Vvlpicella de Casali Seconiliani inquisitum de ictu scoppittæ in personam cujusdam sacerdotis, morte inde sequuta, ex furti causa, qui tertia vice demum ratificavit, & fuit in furcis laqueo suppensus, ut ex actis penes Honuphrium Marriello, & refertur à Sarno *loc. cit. vers. etsi in die*

418 *seqq.* secus tamen, si in omnibus duabus reiteratis quæstionibus, licèt in tortura confiteatur; attamen in ratificatione negat, in qua persistit omnibus tribus vicibus, ultra quas non est licitũ ampliùs torqueri, de Marinis *ad Reverter. dec.* 154. *num.* 5. Foller. *Prax. Crim. d. tertia pars tertiæ partis, num.* 71. ubi de Angelis, Reg. Consi. Carol. Ant. de Rosa

419 *Prax. Crim. cap.* 8. *num.* 88. Verùm loco quartæ ad extraordinariam punitionem devenitur, ob quod ex predictis quæstionib. nulla ratificatione peracta, indicia, quæ urgebant, non remanent in omnibus purgata, immo ex confessionibus in tormentis, licèt non ratificatis, quæ geminatæ nova inducunt indicia, Afflict. *in dicta constit. si damna, n.* 44. Bajard. *ad Clar. lib.* 5. *sentent. quæst.* 21. *n.* 140. *vers. quinimo, si reus*, & decisum refert Reg. Sanfelic. *dicta dec.* 252. Majoran. *dicto lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 103. Pappon. *ubi supra*

420 *à vers. superq.* nil obstante, quod in cõtrarium tenuit Clar. *dicta quæst.* 21. *num.* 24. quem sequitur Farinac. *de indiciis, & tortura, quæst.* 38. *num.* 96. *vers. si verò ipse reus*: dum esse liberandum tenent sub fidejussione de se præsentando, Ber-

421 lich. *ubi supra nu.* 3: nam, si magnus sit malefactor, nulla habita ratione revocationis confessionum in tortura factarũ, ab ordinaria pœna non excusari, ope delicti gravitatis, & præsumptionis urgentiæ, ex malitia revocasse decidit Senat. Lyps. apud Berlich. *d. decis.* 63. *n.* 4. prout

Digitized by Google

422 prout quoque ordinaria pœna eſſe plectendos, ſi de extrajudicialibus confeſſionibus convincuntur, ob quas, & alia indicia, iterum in tortura confeſſi ſunt, licèt demũ in ratificationis actu negaſſent, aut ipſas confectas confeſſiones in tortura, revocaſſent, ex quibus uti geminatis, ac roboratis, & adminiculatis, ex ipſa indiciorum urgentia plena oritur probatio, ut locus ſit animadverſioni, nulla habita ratione de revocatione, quæ ex prædictis pro malitioſa judicatur, Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. interpret. cap.* 1. *num.* 5. *in fine*, Berlich. *dicta deciſ.* 63.

423 *num.* 6. 7. *&* 8. *par.* 1. & ſic repetitiones fiunt, lapſo tamen tempore de una ad aliam competente, ne aliquid patiatur damnum in perſonam, pro quo conſule Zacchiam *quæſt. medic. legal. dicto lib.* 6. *tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 16. *tom.* 2. Ciarlin. *di-*

424 *cto cap.* 181. *num.* 70. & ultra horam in graviſſimis delictis excedi non debet, ob pericula, in quæ poſſet patiens incidere, Zacchia *ubi ſupra num.* 15. *&* 16.

425 nam media hora pro gravi tortura reputatur, Ciarlin. *ubi prox. n.* 69. *&* 72.

426 itaque pro majori pœna; ex doloribus, membrorunque diſſolutionibus, ac aliis periculis, quibus ineſt, dejudicatur, quàm illa utriuſque manus abſciſsionis, Imper. *in auth. ut nulli judicum*, §. *quia verò*, Muſcatell. *prax. crim. de cognitione ſeu probat. delictor. tit. de extract. extra regnum*, *num.* 136. Præſ. de Franch. *dec.* 459. *num.* 2. Majorana *dicto lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 166. Muta *ubi ſupra cap.* 9. *num.* 59. Boſſ. *in tract. crim. tit. de tortura, num.* 12. 14. *& in tit. de exam. reorum, num.* 14. Giazz. *dicta diſcept.* 1. *num.* 189. *& diſcept.* 9. *num.* 380. Ludovic. à Peguera *deciſ. Catbal.* 16. *num.* 5. Iacobus Novell. *tract. ad defenſam reor. rubr. de excuſationibus à reo faciend. num.* 24. Bened. Carpzou *prax.*

427 *crim. quæſt.* 119. *num.* 9. 10. *p.* 3. In ea inde inferenda, judices oculati eſſe de-

428 bent, & cum maxima cauſæ cognitione, ac ſcrutinatione procedere, ob damnum irreparabile, quod in ſe ineſt: nam ipſa tortura illata, brachia pro non tortis, membrorum excuſſio pro non ſequuta, doloreſque pro non paſſis, haberi minimè poſſunt, nec detrimentum ex iſtis eventum haberi, ac ſi non fuiſſet, Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de Bonis Prodit. num.* 38. Reg. Conſil. Prat. *diſcept. forenſ. cap.* 45. *à num.* 14. *uſque ad* 18. *lib.* 3. Reg. Conſil. Petra *in dicto Ritu* 54. *nu.* 12. *verſ. aufertur enim*, Majorana *loc. cit. cap.* 9. *num.* 115. *verſ. & concedatur*, Zanger. *in proæm. in tract. de quæſt. ſeu tortura reor. num.* 42. Barthol. Bertazzol. *conſ. crim.* 225. *num.* 12. Ant. Pichard. *Manud. ad prax. p.* 4. *præcep.* 11.

429 *num.* 7. ita quod ſi ineptè per judicem ad torturam pervenitur, in ſyndicatu, aut ante, ſecundùm qualitatem delicti inquiri poteſt: ex quo in caſibus, reſpectivè, litem facit ſuam, quo ad intereſſe ipſius patientis, ultra pœnas à jure cõmuni, & carcerationis per biennium, ad quam incurreret de jure noſtri Regni, ex cap. *ſi juſte*, 146. & obſervatũ fuiſſe cõtra quendam aſſeſſorẽ, refert Gram. *conſil.* 15. Tartaglia *in dicto cap.* 11. *num.* 3. ſi non proceſſit cum dolo, ob quod augeretur in eo pœna, ut *add. ad Clar. & Carpz. in reſp. mox alleg.* ſed ex ejus culpa in non rectè perquirendo, aut ſi ultra modũ ipſam in affictũ inflixerit torturã, pro modo dictę allatæ culpę locum habet pœna, ſed arbitraria, & ſic extraordinaria eſt, ultra alia ponderata per Reg. de Marin. *reſ. jur. cap.* 205. *num.* 16. *lib.* 1. *& ad Revert. deciſ.* 42. *num.* 4. Majoran. *ubi ſupra lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 28. Clar. *in dicta quæſt.* 64. *num.* 2. ubi Add. Conciol. *reſ. crim. verb. tortura reſ.* 9. *nu.* 21. Zanger. *loc. cit. in proæm. num.* 43. & ex multis juribus concordantibus in *cap.* 4. *nu.* 22. *&* 23. Matth. Vveſſemb. *in Paraty. ad Pandect. tit. de quæſt. dicto lib.* 48. *tit.* 18. *num.* 8. 9. Bened. Carpzou *prax. crim. p.* 3. *quæſt.* 127. *num.* 7. *deciſ. Ill. Germ.* 188. *num.* 24. *& Reſp. jur. elect. lib.* 2. *tit.* 5. *reſp.* 64. *tom.* 1. Henric. Bocer. *de quæſt. & tortur. cap.* 6. *num.* 16. 17.

430 Ignotum haud eſt, nõ aliter ad quæſtionem deveniri jure optimo poſſe, niſi quando ex defectu probationum, plenè, ac de facili patrati delicti veritas haberi, ac indagari nequit: nam, ſublata omni ſpe aliarum probationum, tunc, & eo caſu, ad hoc extremum, & ſubſidiarium remedium veritatis eruendæ, perquirendique perpatrati maleficii, eſſe recur-

Digitized by Google

rendum, omnes communiter docent ex legalibus, imperialibuſque diſpoſitionibus in *l. quoties* 12.*Cod.de queſtionib.* & *l. divus Pius* 9. *ff. eod.* Gram. *conſ. crim.* 12.*num.*23.& *vot.*2.*num.*6. Franc. Ant.Papar.*de indic.& tortur.cap.*2. *num.* 9.Scialoya *dicto cap.*1.*num.*4. Majoran. *loc.cit.cap.*9.*nu.*9.Pappon. *Arreſt.Franc. lib.*24.*tit.* 9. *Arreſt.* 1.Godofred.Abavo *dicta quæſt.*19. *num.*8. D. Io: Coppen. *pract. obſerv. lib.*2. *obſerv.* 122. *num.* 4. Zanger. *loc. not. cap.*2. *num.* 2.3.4. *&* 5. Bertazzol.*dicto conſ.*225. *num.*12. Ambroſ.*proc.inform.lib.*2.*cap.*2. *num.*9. 10. Giurb.*conſ. deciſ.*23. *num.*7. *& conſ.*98. *num.*6.Bened.Carpzou *prax.crim.quæſt.* 119.*num.*66.*p.*3.Henric.Bocer.*de quæſt.*
431 *& tort. cap.*3. *num.*5. ſi modo de corpore patrati delicti appareat,ac inquiſitus ex probationibus contra eum factis congruè indicietur,indiciorum qualitas per judicem omni cũ diligẽtia ſcrutinari debet,ne dum ſi ſunt gravia, luce meridiana clariora,verùm etiã probabilia,ac veriſimilia,ita ut ex eis,tanquã ex omni parte ſufficientibus, judex ſuum arbitrium, ſecundùm legales diſpoſitiones, non autem ſic abſolutè moveri debet, adhoc, ut valeat quæſtionem inferre,ob qualenqualem probationem ex deductis contra ipſum inquiſitũ, ut præſum-
432 ptio commiſſi criminis deducatur, ex propria indicii etymologia, quod nõ eſt niſi ſignũ delicti adminiculativũ, ac de-
433 monſtrativum; ita quod Principi per judicem reſiſti poſſit ad torturam non-
434 inferendam, neque mandandam,legitimis non concurrentibus indiciis, licèt hoc per judicem juberi mandaſſet, ut á multis ex noſtratibus obſtatũ eſſe reperitur apud Gram.Afflict.& alios mox *alleg. l.* 1. ibi: *cum ſuſpectus eſt reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur*,& *l. unius* 18.§.*in ea*, ibi: *in ea cauſa,in qua nullis reus argumentis urgebatur, tormenta non facilè adhibenda ſunt*, & *l.fin.ff.de quæſt.l.*1.§.*item illud*, *ff. ad Sen.Conſul.Syllan.l.milites* §.*oportet*,*l. cũ conditionaliter* 3.*Cod.de quæſt.* & per noſtrum Regni jus municipale, aliud eſſe perquirendum requiſitum, juſſit Carolus II.ut ſc.accuſatæ perſonæ conditio, & qualitas,omni diligentia inſpiciatur, *Cap.tormenta* 144.*in ord.* his verbis:*tormenta juxta proviſionem juris communis, præcedentibus legitimis indiciis, argumẽtis, & ſuſpitionibus, volumus adhiberi, qualitate, & conditione perſonæ,quæſtionibus exponendæ,diligenter inſpecta*,ita ut de levitate vitæ conſtare debeat contra inditiatum; etſi de unico inditiatus indicio,nulla diſtinctione adhibita ſi remotũ,aut proximũ ſit: nã licèt de jure hoc diſceptatũ reperitur, ita tamen ex cõmuni conſuetudine receptũ eſt, & in praxi ſervatur, cum qua pertranſeunt tam noſtra, quàm totius Orbis Tribunalia,ſi de eo legitimè apparuerit,& ſufficiens judici videbitur, nil obſtante quod jura præfata cum pluralibus verbis loquuta ſint,prout obſervatur, & in uſu receptum eſt, Andreas de Iſernia *in conſtit.Regn.ſi damna, in verb. perſonarum levium, & vilium*, Reg. Conſil. Gram. *conſil.*15.*num.*5. *& vot.* 32. Reg. Conſ.Afflict. *in conſtit. in quæſtionib. nu.* 12.*& in dicta conſtit. Regn. damna clandeſtina,num.*40.Baſt.de Neap.*in dicto cap.tormenta,num.*4. & alii Add. *nu.* 16. Paſch.*de Patr. poteſt. dicto cap.*1. *par.* 3. *num.*29.Reg.Revert. *deciſ.*43. ubi Reg. de Marin. *num.* 1. 2. Tartaglia *in dicto cap.*11.*nu.*6.7.Scialoya *Prax. torq.reor. cap.*3. Io:Franc. Papar. *ubi ſupra,cap.* 2. *num.* 4.*& cap.* 4. Rocc.*de offic. rubr.* 14.§.14.*num.*35. Reg. Conſil. Prat. *diſcept.for.cap.*46.*à num.*1.*lib.*3. D.Fulv. Majorana *in loc. alleg. lib.*2. *cap.*8.*num.* 26.*&* 34.*cap.*9.*num.*2. Iul.Clar. *dicta quæſt.*64.*num.*3.9.13.14.ubi Bajard. *nu.* 29. & Drogh. *num.* 60. *ad verb. ſive ſit proximum, ſive remotum*, Godofred. Abavo *dicta quæſt.* 19. *num.* 11. *à num.* 21. cum multis ſeqq; Giazz. *diſcept.*1. *num.*169.*diſcep.*9. *num.*167. *diſcept.*25. *num.*188. Ioſeph. Ricc. *de public. judic. in gener.quæſt.*23.*num.*6. *quæſt.*27. *num.* 8.*& quæſt.*33.*num.*72.73. Conciol. *Reſ. crim.verb.tortura,reſ.* 9. Pichar. *manud. ad prax.p.*3.§.3.*nu.*32. Gomez. *var.reſ. p.*3.*dicto cap.*13. *num.* 1. ubi Ayllon *nu.* 2.Matth.Coler.*dicto conſ.* 13. *num.*18. & 25. Io:Coppen. *pract. obſerv.lib.*1. *obſervatione* 10. *num.* 3. Io: Zanger. *in proem.ad tract. de tortura,num.*38. *& cap.*2.*nu.*1.Bened. Carpz.*deciſ.Ill.Germ.*

Digitized by Google

90.*num.*10.11.*& decis.*197.*num.*9.10. 11.*& prax.crim.quæst.*108.*num.*15.16. & 17.*dicta quæst.*119.*á num.*54.*usque*
435 *ad* 59.*& quæst.*120.*num.*1.10.*p.*3. & si secus, de confessione à patiente ipso habita in tortura, nil obstante si deinde ratificata sit, nulla de ea habetur ratio, ob nullitatis labem, rationenque; cujus ope nullum præjudiciũ confitẽti affertur, ut ex ea valeat animadverti, ex quo dũ ipsa nulliter illata, retorqueri minimè potest, per ea, quæ colliguntur, ex dispositis per I.C. in all. *l.*1. §.*divus Severus, ff. de quæst.* & habetur penes omnes comuniter, Reg.Cons.Pasch.*de patr.potest. dicta part.*3.*cap.*1.*num.*45. Gram.*vot.*6. *num.*8.Capyc.*decis.*145. *num.*3.Foller. *prax.crim.in rubr.etsi confitebuntur, num.* 1.Danza *ubi supra cap.*1.*nu.*7.*& d.c.*12. *vers.& primò*, R.Cons.Rocc.*ubi supra, n.* 36.37.*&* 38. Reg. Consil. Prat. *ad Paschal.loc.cit. à vers. ad nu.* 65. *cum duobus aliis sequentib.* Franc. Ant.Paparus *loc.cit.cap.*3.*num.*12.Majorana *ubi supra lib.*2.*cap.*8.*num.*31. *vers. contrarium tamen*, Bajard. *ad Clar. dicta quæst.*64. *nu.* 30.Conciol.*res.crim.verb.tortura, res.*9. *num.*13.Berber.*aur. viat. utriusque jur. dicta par.*3.*rubr.*3. *à num.*100. *usque ad* 103.Godofred. Abavo *dicta quæst.* 19. *num.*56.

436 Beneverùm non in omnibus maleficiis judici est permissum ad quæstionem pervenire, licèt urgeant contra inquisitum indicia: quum non in omnibus ratio haberi possit de tortura, nisi patratis criminibus capitalibus, & atrocioribus, de quibus rei inquirantur, ita quod in capitales pœnas inciderint, juxta Pauli I. C. sententiam ex Augusti edicto. *in l. edictum* 8. *ff. de quæstionib.* ultra relegationem: cùm talis atrocioris delicti modus probationis, non nisi in gravioribus practicari debet, ne pœna, quæ ad perquirendã veritatem infertur, major sit illa, quæ, crimine verificato, con-
437 fessatoq; infligi debet, modo quo justè tortura dejudicatur præparatoria ad naturalem, vel civilem mortem, Ant. Faber *in suo Cod. lib.*3. *tit.*4. *ne quis in causa sua, defin.* 2. *in num.* 7. *prope fin.* Majoran. *ubi supra, lib.* 2. *cap.*8. *nu.*166.
438 quod commune jus magis expressis verbis nostro hujus Regni municipali uniformatur, prout in dicto Cap. *tormenta* 144. *in fine*, ibi: *in criminibus omnibus pœnam ultra relegationem infligentibus in convictos*; & in Cap. *tormentis* 194. ob delicta, quæ connumerantur per Regem, in quibus tortura potest inferri, dum in eorum coercitionem corporales pœnę corporis afflictivæ in reos inflinguntur, ut mortis naturalis, membrorunque abscissionis, fustigationis, libertatis amissionis, etsi pro actu civili dejudicetur, cùm tamen est in sevitute, morti civili æquiparatur, ut sunt relegati, ad metallum damnati, publicunque opus; in quibus duobus finalibus, subrogata est hodie triremium damnatio, ut Nos *in observat. ad alleg. Io: Vincentii de Anna*; ita quod super hoc multum debent judices, ac jusdicentes omnes invigilare, ne contra jus ad hunc corporis cruciatum adveniãt: nam tales pœnæ, ultra relegationem, corporis afflictivæ nuncupantur, Gosfred noster *hic num.*170. Add. *in allatis cap.*Gram. *dicto consil. crim.*15. *num.*4. *consil.*37.*num.*15.*& vot.*15. *à num.* 12. Tartaglia *dicto cap.* 11. *nu.*4. Muscatell. *prax.crim.rubr. de vulnerib. latalib. &c. num.*29.Scialoya *de tortura, dicto cap.*1. *nu.*22.Reg.Rovit. *in pragm.*2. *de jurisd. invicem non turband.num.*60. 65.66.67. & 68.Revert. *decis.*415. *vers. unde cùm in Regno*, Maranta *spec. aur. p.*6. *act.*14. *num.*5. Reg.de Marin. *ad Revert. decis.* 400.*num.*6. *& ad dictam dec.*415.*num.* 7.Papar. *ubi supra, cap.*2. *num.*8. *& cap.* 7.*num.*1. Reg.Consil.Prat.*Resp. crim.*1. *num.*36.*& Resp.*17. *num.*52. *& discept. for.dicto cap.*46.*num.*36.*lib.*3.Majorana *ubi supra, lib.*2.*cap.*9.*nu.*15.16. Peguera *dicta decis.* 16.*num.*2. 6. Ayllon *ad Gomez loc.cit.num.*3. Clar. *dicta quæst.* 64. *num.*34. ubi Bajard.*num.*11.Giurb. *cons. crim.decis.*14.*num.*14.*cons.*73.*num.*6. & ex multis *num.*11. *& cons.* 82. *num.* 24. *& cons.* 91. *num.*19. Muta *in loc. allato num.* 58.Ioseph Ricc. *de publ. judic.in genere, dicta quæst.*33.*num.*19. Conciol. *Res.Crim.verb. tortura, res.*11. Bened. Carpzou *prax.crim.quæst.*119.*à n.*7.*usq; ad* 22.*part.*3. ita quod quousq; mitiori pœna, quàm relegationis veniret reus

Digitized by Google

multãdus, omnino ceſſaret tortura: quia
439 non ſunt pœnæ corporis afflictivæ, etſi pecuniariæ ſint: ex quo in pecuniariis, minimè eſſe locum, Imperatores mandarunt in *l.* 1. §. *in pecuniariis*, *Cod. de quæſt.* Scialoya *dicto cap.* 1. *num.* 20. 26. Nicolin. *Prax. crim. nu.* 580. *lit. H.* Add. *ad Clar. dicta quæſt.* 64. *num.* 8. Ayllon *ad Gomez, ubi ſupra n.* 3. Ricc. *de publ. jud. in genere, d. quæſt.* 33. *n.* 21. Bened. Carpzou *Prax. Crim. dict. quæſt.* 116. *n.* 35. 36.
440 Rectè igitur concludit Goffred. noſter *hic*, in illis controbannis, interceptiſque, in quibus, tam ex communi jure, quàm noſtro municipali, amiſſionis tantùm rerum intercæptarum, & aliqua alia pecuniaria pœna eſt indicta, ad torturæ actum, in defectum probationis, adveniri non poſſe, ex noſtro particulari hujus Regni jure, dictorum capitulorum
441 *tormenta*, & *tormentis*, ope: nam, ſi de jure communi procederetur, aliter alii tenẽt: ex eo quia intercæptum delictum eſt; quod cùm annexũ ſit cum illa civili cauſa pecuniaria, poteſt quis torqueri, non ad infligendam pœnam, ſed ad veritatem patrati criminis eruendã, ſi ex alia parte haberi nequeat, *l. Divus Pius 9. ff. de quæſt. l. quoties* 12. *l. hoc quod placet* 13. *& l. interrogari* 15. *Cod. eod. cap.* 1. §. *quo circa*, *verſ. nam*, *& judicibus, de depoſito*, Præſ. de Franch. *deciſ.* 276. *num.* 12. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. deciſ.* 266. *num.* 1. 2. Scialoya *in dicto tract. cap.* 14. *num.* 11. Gomez *loc. alleg. num.* 29. *prope fin.* ubi Ayllon *nu.* 30. *in verſ. adde tamen*, Ricc. *dicta quæſt.* 33. *num.* 23. Sed hoc ſi crimen illud tale eſſet, quod ſi criminaliter ageretur, ſubiici deberet reus torturæ, in quo caſu intelligenda ſunt allata jura; aliàs magis priv̄ilegiata fuiſſet cauſa civilis, & levis, quàm criminalis, Scialoya *in loc. ubi prox. infine*, & Bened. Carpz. *dicta quæſt.* 119. *nu.* 37. ex Paride de Puteo, Foller. & aliis, quibus adhæremus, & ita eſſe de
442 jure cenſemus, prout in caſu illo, de quo fuiſſet, ex Principis gratia, vel indultu, reus à delicto abſolutus, ac liberatus, etiam quo ad pœnam: quoniam ſublata fuit de medio cauſa criminalis, ejuſque pœna, & in ſui eſſe remanſit tantùm civilis, nil obſtante, quod ex patrato delicto torquendus eſſet ad eruendam veritatem, de concernentibus ad civile intereſſe; torqueri haud poſſet: dũ habetur eo in caſu pro mera civili cauſa, in qua procederet regula illa vulgata, deſumpta ex text. *in l. qui accuſare, Cod. de edendo, cap. fin. de jure jurando*, nempe *actore non probante, reus abſolvitur*: quoniam ex gratia illa omnia, quę à criminalitate dependent, pro ſublatis, ac derogatis habentur, de quibus Princeps indulgere valet; & ſic eſſe intelligendum Sanfelic. *deciſ.* 53. ſalvo jure partiũ intereſſe, pro quo agere valeant; tamen non quo ad modum criminalẽ, & uti cum ea criminalitate annexum, ſed civiliter, & ſicuti in civilibus judiciis actitatur, & ita decidit M. C. V. penes Reg. Moles, ipſo referente, *deciſ. R. C. S. in tit. de jure dobanar.* §. 6. *quæſt.* 8. *num.* 12. 13. Thor. *comp. deciſ. p.* 3. *ſect.* 3. *verb. torqueri an poſſit*, de Luca *ad Præſid. de Franc. deciſ.* 459. *num.* 3. *& 5. verſ. altera*
443 *eſt queſtio*; Quibus non adverſatur *deciſio* Reg. Revert. 266. ex eo quia illo in caſu abſolutus non erat torquendus cõtra ſe, ſed ad validè teſtificandum contra ſocium criminis, tam ad veritatem eruendam, dum aliter haberi non poterat, quàm ad purgandam infamiam in ſe exiſtentem ex delicti patratione, per gratiam abolitam, ita ut valeret, ac probaret ejus depoſitio contra ſocium, uti in tortura emiſſa, præcedente juramento de veritate dicenda reſpectu ſociorum, & ſimilium, Reg. Conſ. Prat. *reſp. crim.* 23. *nu.* 26. 27. itaque uti teſtis ad validè deponendum torqueri poteſt, licèt quo ad ſe, & delicti commiſſionem, ſit abſolutus, & à pœna remiſſus, Præſ. de Franch. *deciſ.* 459. Reg. Revert. *dicta deciſ.* 266. ubi de Marin. Scialoya *dicto cap.* 14. *num.* 84. de Luca *ad allatam de Franch. deciſ.* 459.
444 Adveniri autem minimè poteſt ad torturæ irrogationem, niſi priùs reo præſtita ſint copia, capitulorunque, ſive indiciorum capita ex proceſſu, Curiæque informatione deſumpta, ad inſtar libelli, ac Repertoriorum, & hoc cum deſcriptione nominum, & cognominum omniũ examinatorum teſtium, ut valeat ſua tueri jura adverſus eorum perſonas, &

dicta

Digitized by Google

dicta,etianſi à rẽo petita non ſint,dũ ex officio á judice eſt præſtanda, ac lis inde reo conteſtanda, ut ſe adverſus ea, quæ adducuntur,defendere,indiciaq;evacuare queat, Foller. *Prax. crim. prima par. ſecunda partis tit. detur copia capitulorũ; & in tertia par. tertia partis, num.* 51. inquibus locis *Baldax. de Angelis* Reg. Conſil. Carolus Antonius de Roſa *Prax. Crim. cap.* 8. *nu.* 47. 48. Cruſius *de indic. part.* 4. *cap.* 32. Mattheu *de re crimin. controv.* 25. *num.* 61. *cum aliis, mox allegandis*; aliás omnia corruunt, & ſub nullitatis labe exiſtunt, etiam ſi confeſſus fuerit delictum: cùm talis confeſſio abſque prædictis non ſit nociva, dictæ nullitatis ope, per ea, quæ habentur, ne dum ex
445 communi jure, per quod nemo eſt quæſtionandus, niſi auditus, & conceſſis defenſionib. *l. unius* 18. §. *cogniturũ, ff. de quæſtionib. l.* 3. §. *ſi ad diem, ff. de re mili-*
446 *tari*, uti à naturali jure dependẽtibus, quod ab alio auferri nequit, *l. ut vim ff. de juſtitia, & jure, Clem. Paſtoralis*, §. *ca-*
447 *terùm, de ſenten. & re judic.* ſed etiam noſtro hujus Regni *in capit. habebitur* 145. & notavit Goffred noſter *hic num.* 172. Afflict. *deciſ.* 391. *nu.* 8. Reg. Revert. *dec.* 276. *verſ. nam ſi verum eſt*, Reg. Tapia *deciſ.* S. C. 22. *nu.* 1. 13. 17. Præſ. Merlin. *contr. for. cap.* 33. *à num.* 3. *lib.* 2. Mauſon. *de controb. quæſt.* 10. *num.* 28. *& ſeq. & quæſt.* 15. Scialoya *de torq. reis, cap.* 6. *num.* 6. *&* 11. 12. *&* 13. Papar. *de indic. & tortura, cap.* 16. *num.* 2. Reg. Conſil. Prat. *diſcept. for. cap.* 45. *num.* 9. 10. 11. 12. *lib.* 3. Severin. *ad Reg. Sanfelic. deciſ.* 350. *à verſ. & in primis, cũ multis ſeqq.* Godoffr. Abavo *dicta queſt.* 19. *num.* 14. Majoran. *dicto c.* 9. *lib.* 2. *nu.* 11. Conciol. *Reſ. crim. verb.* 6. *tortura, reſ.* 4. Bovad. *Politic. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 16. Gomez *ubi ſupra, dicto cap.* 13. *num.* 21. ubi Ayllon *num.* 22. Salgad. *de Regia protect. p.* 3. *cap.* 14. *num.* 46. itaquod omni jure concedẽndæ ſunt reo defenſiones, antequam torqueatur: nã ſi in contrariũ, eſt contra expreſſas jurium prohibitiones, canonũ vetationes, ęquitatis ſuaſiones, ac humanitatis exclamationes, ex deſuper exaratis, at ponderatis; idcircò ſe abſtineãt judices ab omnib. his, quæ auferũt reo defenſiones; in quib. & ex quib. audiãt ambas partes, ut ſuũ rectè valeant ponere judiciũ, aliàs diffiniretur cauſa ipſo inaudito reo, ob nõ factas defenſiones, *c.* 1. §. *nec nos*, ubi Gl. *in verb. diffinire, de cauſa,*
448 *poſſeſſ. & propriet.* Qua de ratione pro odioſa habetur tortura, ex proceſſu informativo inferenda, ob defenſiones, quas reo aufert, magnumque, quod adducit præjudicium, Reg. Conſil. Prat. *diſcept. for. dicto cap.* 45. *num.* 13. Reg. Conſ. Petra *in com. ad Rit. M. C. dicto Rit.* 54. *nu.* 12. *verſ. aufertur*, Majoran.
449 *ubi ſupra cap.* 9. *nu.* 105. unde non ſic de facili M. C. V. ſed rarò utitur præeminentia torquendi ex proceſſu informativo, ſibi tributa ex *cap. huius Regni* incip. *ſi cum ſceleratis*, 272. prout obſervantia docet, & multi ex noſtris teſtantur, de Nigris *in allat. c. n.* 17. Paris de Puteo *de ſyndic. verb. tortura*, §. *& antiquis, infin.* Gram. *vot.* 3. *n.* 33. Præſ.
450 Merlin. *d. cap.* 33. Verùm hoc ſolummodo obſervari in delictis gravioribus, inſignibuſque, ac ſæverioribus, cum urgentia indiciorum, vitęque levitatis criminati, ejuſque qualitatis perſonæ; quibus in caſibus ob gravitatem facinorũ, licitè juris ordine non ſervato procedi
451 poteſt, contradicendo legibus, defenſiones non eſſe auferendas, nec à quæſtione incipiendum, jubentibus, *l.* 1. *& l. maritus, ff. de quæſt.* Reg. Tap. *deciſ. S. C.* 22. *num.* 12. Præſ. Merlin. *dicto cap.* 33. *num.* 3. propter criminum atrocitatem;
452 ſi modo copulativè concurrerent prędicta tria requiſita, aliàs ad torturam ex informativo proceſſu adveniri haud poſſet, cùm eorum concurſus ſpecificè requiratur per allatum capitulum, exquo hæc præeminentia infertur; inde omnino quo ad omnia debẽt obſervari, quando ea practicatur, prout deciſũ in Coll. Conſ. in S. R. C. & in M. C. V. nempe non eſſe ad torturam deveniendũ ex proceſſu informativo, niſi prædicta tria requiſita concurrant, dum copulativè per prædictum capitulum requiruntur, penes Afflict. *dec.* 391. Reg. Revert. *dict. deciſ.* 276. *&* 415. Præſ. Merlin. *dicto cap.* 33. Reg. Conſil. Petra *dicto Rit.* 54. *infin.* & noviter apud de Luca *ad Præſ. de Franch.* in cauſa Ignati de Sio, *in Apen. ad deciſ.* 691. & ita eſſe de praxi, ac obſer-

servantia utendi hac præeminentia, testatur Reg. Consil. Afflict. *in dicta constit. Regn. damna clandestina, num.* 45. ubi etiam And. de Isernia *num.* 70. Reg. Consil. Gram. *in consil.* 64. *á num.* 4. *& in vot. decis.* 3. *à num.* 24. & priùs *in constit. prosequentes, num.* 19. Reg. Tap. *dicta decis.* 22. *num.* 3. *& in lib.* 2. *jur. Regn. in d. cap. si cum sceleratis, n.* 1. Præs. Merlin. *dicto cap.* 33. *num.* 2. tam in foro seculari, quàm Ecclesiastico, prout, & aliquibus aliis regionibus, DD. ubi proximè, Reg. Consil. Prat. *discept. for. cap.* 45. *num.* 30. *cum seqq. lib.* 3. Reg. Cons. Petra *dicto Rit.* 54. *num.* 10. & ita communiter omnes docent, concurrentibus his tribus qualitatibus, ac requisitis, à qua sententia uti communi, & ab omnibus amplexa, rerunq; judicatarum fulcimine roborata, recedendum haud est, Io: Baptista Thor. *comp. decis. verb. tortura an de jure, lib.* 1. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta decis.* 276. *num.* 4. 5. 6. *lib.* 1. *& in dicta decis.* 415, *num.* 1. *lib.* 2. Reg. Sanfel. *decis.* 350. *num.* 1. Papar. *ubi supra, cap.* 1. *num.* 6. Scialoya *de torquend. reis, dicto cap.* 6. *num.* 58. Ricc. *ad Præs. de Franch. decis.* 143. Carrab. *de Præem. M. C. V. num.* 52. Papar. *in eod. tract. cap.* 3. *nu.* 68. de Leonard. *Prax. offi. cap.* 3. *nu.* 59. Reg. Consil. Prat. *dicto cap.* 45. *à num.* 31. *cum multis seqq.* & præcisè *num.* 50. *lib.* 3. *& discep.* 46. *tom.* 4. Baldax. de Angelis ad Foller. *prima par. secundæ partis ad tit. Rei indurati torqueantur, num.* 7. Reg. Consil. Petra *in dicto Rit.* 54. *nu.* 12. *prope fin. vers. requisita verò,* Reg. Consil. Carl. Ant. de Rosa *Prax. crim. dicto cap.* 8. *à num.* 51. Mattheu *de re crim. d. contr.* 25. de Rubeis *certam. jur.* 12. Sever. *ad Reg. Sanfelic. dicta decis.* 350. *vers. ut ad præeminentiam,* de Luca *ad Præs. de Franch. decis.* 143. *num.* 1. D. Fulvius Majorana *ubi supra, cap.* 9. *n.* 105. Mastrill. *decis.* 166. *Scacc. de Iudic. cap.* 97. *nu.* 88. Reg. Consil. Rocc. *de offic. dicta rubr.* 14. §. 14. *num.* 29. etsi *in num.* 30. contrariũ assentaverit in praxi servari, & cùm per Regiam Iunctam in quadam particulari causa designatam corã Excellentissimo Comite de Pigneranda tunc hujus Regni Prorege, fuisset determinatum, duobus, de his tribus requisitis, concurrentibus scilicet delicti gravitate, indiciorunque urgentia, posse reum torqueri ex informativo processu, ut per eundem Reg. Cons. & causæ Commissarium *in num.* 31. refertur; propositis ad versus hanc determinationem nullitatibus, licèt in earum discussione votantes in paritate fuerint, attamen datis adjunctis, fuit dirempta paritas pro reo, nullitates obstare, & sic revocata determinatio inferendæ torturæ ex informativo processu, tribus his non concurrentibus requisitis.

453 Qua quidem præeminentia uti nõ valet M. C. V. etsi omnia prænarrata cõcurrant, adversus Neapolitanum, & Casalensẽ, uti fruentẽ omnibus privilegiis, & immunitatibus, civibus hujus Fidelissimæ Civitatis Neapolis concessis, etiansi quo ad jurisdictionem sint separata Casalia ab hac Civitate, prout alibi dicemus, nisi priùs obtempta á Domino Prorege, cum voto *Regii* Collateralis consilii licentia, & dicti Privilegii dispensatione, per quem aliquando denegatur, quando non esse locum videtur, ex justis, rationalibusque causis dicti Domini Proregis, ac Collateralis Consilii mentem inducentibus, *pragm. 5. de immun. Neap. & 22. de Baronibus,* Præs. de Franch. *decis.* 143. *&* 316. *num.* 5. de Medicis *consil.* 149. *num.* 34. Præs. Merlin. *contr. for. cap.* 51. *num.* 5. *& cap.* 100. *num.* 4. *lib.* 1. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta decis.* 415. *num.* 2. Scial. *dicto cap.* 6. *num.* 79. 81. Papar. *loc. cit. cap.* 1. *num.* 2. 3. Reg. Cons. Petr. *in com. ad Rit.* 54. *num.* 9. *& in Rit.* 259. *nu.* 15. de Luca *ad Præs. de Franch. dicta decis.* 143. *nu.* 2.

454 Qua etiam præeminentia utuntur Regiæ Audientiæ hujus Regni, nulla tamen ex concessione, vel privilegio expresso, sed vi extensionis, & inveteratæ consuetudinis acquisita, etsi aliqui dubitavere de ipsius validitate acquisitionis per consuetudinem, ex quo facultas hæc uti exorbitans, auferẽdo reis defensiones, minimè acquiri potest ex consuetudine; attamen, cùm ea non utantur, nisi in gravioribus delictis, & enormibus ad evitendam eorum frequentiam, talis modus procedendi acquiri ex consuetudine jure optimo potest, *l. cũ inspeximus* 6. ubi

6.ubi Gloss.*in verb.consuetudine, Cod.de emancip.liberor.l.viros* 8.ubi Gloss.*verb. obtinuit, Cod. de diverſ. officiis lib.*12. & ita omnes noſtri tenent, & paſſim per Regias Audientias obſervatur, etiam reſpectu illarum, quæ priùs ſervabant obtinere à Domino Prorege licentiam hac utendi præeminentia de ſemeſtre in ſemeſtre, Caravit. *in Rit.M.C.V.*259.*nu.* 10.Reg.Tap.*in dicta deciſ.*22.*num.*6.*& in jure Regni in dict.cap.ſi cum ſceleratis, ubi ſupra num.* 5. Mauſon. *de Controb. quæſt.*10.*num.*6.Reg.Sanfelic. *dicta dec.* 350.*à num.*2. *uſque ad* 8. Præſ. Merlin. *dicto cap.*33.*num.*15. Scial. *dicto cap.*6. *num.*59. Capibl. *de Baronibus in pragm.* 8.*par.*1.*num.*75.76.*&* 77. Reg. Conſil. Petra *in dicto Rit.*54.*nu.*10. *verſ. Regiis verò, & in dicto Rit.*259. *num.*16. Heliſ. Danza *de pugn.DD.tom.*1.*tit.de præem. Reg.Aud.c.*1.*n.*47.Major. *ubi ſup. cap.*9. *nu.*109. Papar. *dicto cap.* 1. *num.*13. & ſi aliqui dicunt, ut Capibl. & Majorana, eſſe intelligenda, quo ad capita contenta in *Pragm.* 10.§.48. *de offic. judicum*: nam reſpectu aliorũ deberent obtinere licentiam à Prorege, ex eo quia extentio hujus præeminentiæ à DD.allata, fatentur eſſe quo ad omnia, in quibus M. C. procederet, & dicta pragm. non loquitur, niſi in caſibus, in quibus Regiæ Audientiæ procedere debent ad modum belli; indæ non recta ſequitur conſequentia quo ad alia, in quib. ceſſat hic procedendi modus; ſed ſi comprehenſa in dicta præeminentia, uſus acquiſitus
455 ex conſuetudine ceſſat; prout in aliis inferioribus judicibus, etiam Baronalibus, nil obſtante, quod in gravioribus cauſis, & enormibus criminibus procedere poſſunt, & eorum juriſdictionis exercitium habent, mero, miſtoque utẽtes, ac fruentes imperio, per ea, quę latè, ſcripſit Carolus Rota in *Florilegio Practicab.Concl.*19.*à num.*13. ob quod non proinde jure licito ſequi poteſt, ut procedere valeant in his irretractabilibus actibus, ante quam defenſiones dentur, quod eſt contra jus, ut ſupra fundavimus, et ſic juris ordine non ſervato, ſpecialem requirens habere à Principe poteſtatem, cũ facultas hæc nõ ſit comprehenſa in quavis ampliſſima juriſdictionis conceſſione; & M. C. V. tributa, tanquã Tribunali, cęteris aliis hujus Regni ſuperiori, Regiſq; Vicariæ; quapropter caſib. obvenientibus, ad Principem eſt recurrendum, omnibuſque enarratis, ac relatis, quo ad delicti gravitatem, indiciorunque urgentiam, & criminati levitatem vitæ, licentiam obtinere, ut ritè, validè, conſultèque procedere valeant, cũ qua concludit idem Rota *loc.cit. nu.* 14. *in fine:* quia magis tuta, & pro communi habetur penes Capibl. *notato loco num.* 78.Reg.Conſil.Petra *ubi ſupra, num.* 10. Scialoyã *dicto cap.*6. *num.*66.Majoranã *in allato cap.*9.*à num.*110.*cum ſeqq.*

456 Vnum tamen valde notabile eſt advertendum, quod ſi à fiſco, vel querelãte perpetatur hac uti præeminentia illud Tribunal, ſive judicẽ, qui ea fruitur, decernatur expreſsè, ſed tacitè per proceſſum ad ulteriora, nolle uti, aut nõ eſſe locum; ab hac determinatione, ejuſque nolleitate, non datur appellatio: ne dum, quia à decreto de non quęſtionando haud conceditur, cùm gravа-
457 men non contineat, ad differentiam comminatæ, mandatæque quæſtionis, adverſus quam determinationem reo cõcedenda ſit appellatio, cùm contineat damnum irreparabile, ne dum ex juris diſpoſitione, *l.ante ſententiam* 2.§.*de appell.recipien.vel non*, verùm etiam hujus Regni *cap.ſi juſtè quis*, 146. Barthol.de Capua *in cap. Regn.ſubjungendo, num.*2. Reg.Tapia *in lib.*3.*juris Regni, rub.de appell.in Rit.M.C.V.*259.*nu.*3.4.*fol. mihi* 220.Gram.*in dict. cap.Regn.ſi juſtè quis, num.*4.Foller.*Prax.Crim. tertia par. tertiæ partis, in verb.etſi confitebuntur, num.* 50.ubi de Angelis, *n.* 29. Præſidens de Franchis *dec.*143. ubi Riccius, Caravit. *in dicto Rit.M.C.V.*259. *num.*14. ubi etiam Reg.Conſil.Petra *num.*13.Taſſon. *de antefato, verſ.* 3. *obſer.* 3. *num.* 111. *verſ. hujus domini Præſidentis, uſque ad numerum ſequentem*, Novar. *de gravam. vaſall. gravam.*82. *tom.*3. Papar. *de indic.& tortur. cap.*6. *num.* 18. Majoran. *Opoprax.crimin.lib.*2.*cap.*7.*à num.*11.D. Ferd. Quadra *in ejus reſponſo deſcripto per Reg. de Marinis reſol. juris cap.*10. *num.* 13. *lib.*2. Iul. Clarus *lib.*5. §.*fin. quæſt.*64. *num.*27. ubi Bajard. *num.* 84.

Gomez

Digitized by Google

Gomez *Var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 23.* ubi Ayllon *num. 24.* Bovad. *in politic. lib. 5. cap. 3. nu. 19.* Salgad. *de Regia protect. par. 2. cap. 1. à num. 98. 111. & 112. tom. 1.* Farin. *Prax. Crim. quæst. 38. à num. 11. tom. 2.* Guid. Papa *decis. 74. num. 2. & decis. 75. num. 2.* Pappon. *Arrest. Franc. lib. 24. tit. 9. de quæstionib. seu tortura, Arrest. 5. & 13.* Franch. Marcus *decis. Delph. 60. num. 5. decis. 907. num. 4.* Guazz. *ad defens. Reorum, defens. 30. cap. 1. à nu. 2. tom. 2.* Zanger. *de quæstionib. & tortura, cap. 4. à num. 3.* Crusius *de indiciis par. 4. cap. 48. num. 2.* Conciol. *Resol. crim. verb. appellatio, Resol. 1. & verb. tortura, ref. 17.*
458 *num. 5.* etiansi foret ex processu informativo; quo in casu, dicunt nostri, esse intelligendam dicti Ritus dispositionẽ, denegantem appellationem, sicuti penes Caravit. *ibi num. 9.* Scialoyã *in Prax. de torquen. reis, cap. 7. num. 15. vers. & supra dictus,* Reg. Consil. Petrã *loc. citato vers. unde, &c.* etiam attenta quadam apostilla *in pragm. 10. §. 23. de officio judicum*;
459 aut si ad modum belli, Danza *de Pugna Doctorum lib. 1. sub tit. de potestate ad modum belli, cap. 6. nu. 27.* Reg. Cons.
460 Petra *ubi proximè*; sed tamen semper colligitur, appellatione interposita, ei esse deferendũ, & judicis manus esse ligatas; ita quod justè, & validè minimè possit ad quæstionem procedere, tam si mandata sit ex processu informativo, quàm datis reo defensionibus, ex cumulatis per Præsid. de Franchis *in dicta dec. 143.* Reg. Tapiam *in loco supra laudato, num. 4. 5.* ibi: *sive ex processu informativo, sive factis defensionibus, fuerit prolatum,* Prosperum Petra *ad Gram. decis. 34. num. 38.* Scialoyam *ubi supra nu. 15.* Reg. Consil. Petram *dicto num. 13. vers. & sic passim,* Crusium *loc. cit.* ad cujus rei æquiparationem, accusator, & fiscus, cũ ad imparia non sint judicandi, in omni quolibet casu denegationis petitæ torturæ inferendæ possunt appellare, & ad superiorem recurrere, ex quo etiam infertur gravamen in diffinitiva irreparabili ex tali denegatione, dum quæstioni reus tali in casu subiiciendus est, in defectum probationum, cùm ex confectis solummodo indiciatur, ita quod ad veritatem eruendam jura mandant, reum esse torquendum; itaque ex denegatione fiscus, & accusator privãtur hujus generis probatione delicti patrati, p quã pleniùs verificatur; ut reus puniatur, quod Reipublicæ multum interest DD. ubi proximè, Gomez *dicto cap. 13. num. 27. vers. ex quo infertur*, Salgad. *dicto cap. 1. à num. 104.* Bajard. *ad Clarum in dicta quæst. 64. num. 86.* Suarez de Paz *part. 5. cap. 3. §. 12. num. 79. tom. 1.* Ayllon *ad Gomez loc. cit. num. 24. vers. sed profecto*;
461 attamen gravamen hoc non ita irreparabile est, sicuti illud sequutæ torturæ, cujus factum, atque afflictio passa retractari minimè possunt, nec in sententia reparari, aut per appellationem tolli; prout in casu negativo inferendæ quæstionis: quoniam per appellationem à diffinitiva reparabilis fit probationis defectus, ex quo alioquin adaptari potest ordinaria, vel extraordinaria pœna, absque torturæ tormento, & cruciatu, Neviz. *consil. 60. à nu. 7.* Bajard. *ad Clarũ ubi supra, num. 86.* de Angelis *ad Foller. Prax. crim. prima par. secundæ partis, tit. rei indurati toqueantur, num. 24. infine* Scaccia *de judiciis lib. 1. cap. 97. ex num. 81. & 183. & in tract. de appell. quæstio. 17. limit. 47. memb. 1. num. 154.* Guazzin. *ad defens. reorum dicta defens. 30. cap. 1. num. 7.* & latè Antonius de Mattheo *de Criminibus in lib. 48. ff. ff. tit. 16. cap. 4. num. 6. & 7.* & invenimus, fuisse observatum in causa Ignatii de sio accusati de appensato, & proditorio homicidio; adversus quem, cùm per fiscum, & querelantem instabatur, ut M. C. V. præeminentia uteretur, in quæstionando Ignatium ex processu informativo, licèt per Iudices dicti Tribunalis fuit facta paritas, ad quam derimendam tres accesserunt Regii Consiliarii, nempe Fran. Rocc. D. Sancius Lossada, ac D. Petrus Guerrero, determinaverunt cum parte negativa, & Ignatio datæ fuerunt defensiones; à qua determinatione, etsi fuerit appellatum, & obtenta Regia decretatio de verbo faciendo in S. C. tamẽ ad inquisiti suplicationem coram spectabili Regente, & Præsidente S. R. C. D. Felice de Vlloa, in contradictorio cũ Regio Fisco, & querelante, revocata, & suspensa fuit, prout apud acta penes

Anto-

Antonium de Simone, ſcribam fiſcalem M.C.V. in maleficiis.

462 Verùm prædicta limitanda ſunt in caſu illo, quo à decreto de quæſtionando reum fuerit appellatum, & obtentum coram judice ad quem, haud eſſe quæſtionandum, cùm ab hac determinatione poſſit fiſcus, vel querelàs appellare, ex deductis, & ponderatis per Scacciam *in dicto memb. 1. nu. 154.* & Guazzin. *dicto num. 7. in fine.*

463 Semel illata tortura ex proceſſu informativo, an repeti poſſit, tam ante, quàm poſt defenſiones? Mauſ. *dicta quæſt. 10. à num. 7.* Reg. de Marin. *ad Revert. deciſ. 154. à num. 9. & ad deciſ. 415. num. 3.* Reg. Conſil. Petra *in dicto Rit. 54. num. 11.* Majoran. *dicto cap. 9. à n. 117.* Reg. Conſ. Carol. Ant. de Roſa *d. cap. 8. num. 91.* de Angelis *ad Foller. in dicto tit. rei indurati torqueantur, num. 26.* Ciarlin. *contr. for. cap. 181. num. 89.*

464 *lib. 2.* Sed quid ſi contra Neapolitanũ prætendatur repeti? Præſid. Merlin. *dicto cap. 51. lib. 1.* Scialoya *dicto cap. 6. nu. 83.* de Luca *ad Franch. dicta deciſ. 143.*

465 *num. 3.* At quando in aliis cauſis ad torturæ repetitionem adveniri poſſit, perſiſtente reo in negativa? Reg. de Marinis *ad Rever. dicta deciſ. 154. à num. 4.* Reg. Conſil. Petra *in dicto Rit. 259. num. 17.* Campana *de forjud. reſol. 15. num. 25.* de Angelis *ad Foller. in loc. proximo allegato,* de Luca *ad Franch. deciſ. 143. nu. 3.* Reg. Conſil. Carol. Ant. de Roſa *dict. cap. 8. num. 88.* Nicolaus Vinc. Scoppa *ad Nicolinum Prax. Crim. forma ratificationis num. 100. pag. mihi 28.* Godofred. Abavo *dicta quæſt. 19. num. 57. & 60.* Papar. *dicto cap. 1. num. 8. & cap. 6. num. 15. & 16.* Conciol. *reſol. crim. verb. tortura, reſol. 12.* Ioſeph Riccius *ubi ſupra, quæſt. 30. num. 43. & dicta quæſt. 33. nu. 119.* Zanger. *loc. cit. cap. 5. num. 76. 77.* Ciarlin. *dicto cap. 181. num. 75. & 93.* Ayllon *ad Gomez ubi ſupra à nu. 27.* &

466 à quo incipi debeat tortura ſi plures pro uno maleficio quæſtionandi ſint? & quid ſi inter ipſos fœminæ adſint? Zanger. *in dict. loc. cap. 4. à num. 25.* Conciol. *in allato verb. reſol. 13.* Abavo *d. quæſt. 19. num. 63.* Addit. *ad Bertazzol. conſil. crim. 335. lit. A.* Ricc. *dicta quæſt. 33. à num. 120.* Cruſius *de Indic. part. 1. cap. 39. num. 10.* Carpzou *Prax. crim. quæſt. 129. à num. 13. Proc. jur. tit. 2. artic. 3. nu. 63. 64. & defin. forenſ. part. 1. conſt. 22.*

467 *defin. 18. n. 1. 3.* & á filio incipiendum quando inſimul cum patre torquendus eſt, & quare? de Angelis *ad Foller. Prax. Crim. in dicto tit. rei indurati torqueantur, num. 9.* Carpzou *dicta quæſt. 124. à num. 18.* Abavo *dicta quæſt. 19. num. 66.* Bajard. *ad Clarum ad allatam quæſt. 64. num. 91.* Sarnus *in Prax. crim. p. 2. pag. 46. col. 1. poſt medium.*

Ad num. 266. 267.

468 LIberum hominum arbitrium, non tam largo modo, prout Imperatores *in l. re mandata 21. Cod. mandati* declararunt, interpetrandum eſt, etſi diſponerent de eorum propriis ſubſtantiis, ſuper quibus non ab aliis, quàm ab ipſismet veris dominis, legem, quam cupiunt imponere, ac ſtatuere, poſſint, permiſſunque ſit, ſi tamen in eis omnis fraus, ac dolus deficeret, nè in alterius tenderent damnum, per quod adverſaretur præcepto *de alterum non ladenda,* ad quod perveniretur, ſi præfatis malitiis cõdonaretur, adverſus quos iniquos, malitioſos, læſivos, ac doloſos actus jura exclamant, minimè indulgendum eſſe, ut ſubſtineri valeant, ſed omnino irritari, ac reſolvi ex utili tamẽ Calviſiana, aut Faviana actione, per text. *in l. 1. in princ. & §. ſi alienatio, & §. ſi quis in fraudem, l. in Faviana 2. ac l. conſtitutione 13. §. ſi quid itaque, ff. ſi quid in fraudem patroni factum ſit, l. in fundo 39. §. cenſuimus, verſ. neque enim, ff. de reivindic. l. Tityus rogatus 54. ff. ad ſen. conſ. Trebell. cap. unico. §. ſi verò, verſ. hoc licebat, ſub tit. qualiter olim poterat feudum alienari,* & *cap. vnic. §. beneficium, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum, & Agnatos vaſalli,* Ant. Fab. *in ſuis Ration. in dicta l. in fundo, 39. in verb. neque malitiis indulgendum*

469 *eſt;* cujus ope, etſi de feudo hæreditario feudatarius ad ſui libitum per contractum inter vivos, filiis, vel legitimis

Digitized by Google

succeſſoribus exiſtentibus (ob quorum exiſtentiam ceſſaret, ac deficeret Regis directi domini intereſſe) validè diſponere poteſt, regio aſſenſu mediante, cujus ope, ac ſi eſſent allodiales reputantur, & de allodialib. bonis erat diſpoſitũ, cujus effectus per hos ſucceſſores impediri, vel impugnari haud poſſit, ob nullũ quod in feudatarii vita jus habent, atq; intereſſe ſuper his hæreditariis feudis, cùm nullũ jus, nullaque actio pro acquiſita haberi, ac repræſentari poſſit, niſi evento caſu mortis feudatarii, & feuda in ipſius re-
470 periantur hæreditate; ſin verò in ultima voluntate diſponeret, filiique, qui ſucceſſuri eſſent, conqueri haud poſſunt de gravamine illato quo ad feudorum valorem in extraneorum beneficium, ultra legitimam, ſcilicet tertiam partem filio debitam loco legitimæ de integro feudi valore, non autem tertiæ tertiæ, quæ ſemper ſalva eſſe debet, ob nullũ,
471 quod recipit gravamen; de qua detractione, cùm non habeatur ratio ſobole non exiſtente, de integro feudorum pretio ſucceſſuros collaterales onerari, etſi nullum in feudis jus aliquod conſtituatur; ſed extra, cùm ſucceſſorum feudatariorum perſonæ gravantur, quia hæredes in perſonali actione uſque ad vires feudorum, nil obſtante ſi appareat, feudatarium, per hanc indirectam viam, immediatum ſucceſſorem velle privare; ſi non de feudis (de quibus non poteſt, quia in eis præcisè ſunt inſtituendi) adminus de eorum pretio, cùm ſit fraus permiſſa à juribus per modum cautelę, Andr. de Iſern. *in cap.* 1. §. *etſi libellum num.* 9. *verſ. ſed quid ſi acquiſivit*, Sigiſmund. Loffred. *conſ.* 46. *num.* 7. 24. Reg. Lanar. *conſ.* 80. *num.* 26. Præſ. de Franch. *deciſ.* 1. *num.* 39. *à verſ. ſi ergo*, & *num.* 48. 49. *et deciſ.* 704. Reg. de Ponte *conſ.* 88. *à num.* 39. *uſque ad fin. lib.* 1. Reg. Rovit. *in pragm.* 4. *de feud. nu.* 115. 116. 117. & 124. & *conſ.* 35. *à num.* 3. *lib.* 1. Larat. *Theat. feud. par.* 12. *dilucid.* 88. *num.* 7. 8. *lib.* 2. Montan. *contr. for.* 23. *nu.* 11. 12. Reg. de Marin. *Reſ. jur. cap.* 82. & *cap.* 116. *num.* 4. *lib.* 2. & *ad Reg. Revert. deciſ.* 532. *num.* 3. 4. *lib.* 2. Reg. Marcian. *diſp. for.* 76. *lib.* 2. Reg. Conſil. Staib. *Reſ. for.* 99. *à nu.* 49. *lib.* 1. Reg. Conſil. Rocc. *de offic. rubr.* 13. §. 6. *à num.* 44. *uſque ad* 50. Altim. *ad Reg. Rovit. dicto conſ.* 35. *num.* 19. 32. 33. & 37. de Luca *ad Franch. in dicta deciſ.* 1. *num.* 18. 19. 20. & *di-*
472 *cta deciſ.* 704. *num.* 29. 30. ita quod, ſi ultra certum valorẽ illatum feudatario hæredi gravamen ſit, non tenet ad illud plus: nã præmiſſa non ad aliud poſſunt hæredem feudatarium onerare, niſi pro quantitate valoris feudi, & non ultra; quaderè haud cohartari valet ad feudi diſtractionem ad legatariorum petitionem, ſi emptor inveniatur ſolvens feudum pro quantitate legata, etſi ad ſuum certum, verum, & indubitatum valorẽ, prætiunque non aſcenderet, ſi hæres ſit paratus ſolvere juſtũ, ac debitum feudi valorem, pro quo ſubſiſteret, & gravari permitteretur; aliàs ſequeretur poſſe onerari ultra veri feudi valorem, quod non eſt in jure cautum, Reg. de Marin. *dicto cap.* 82. *lib.* 2. *per totũ*, quo in caſu, & in aliis ſimilibus, in quib. eſt attendendũ juſtum pretium, ad ſubhaſtationis actũ minimè eſt adveniendum, in quo majus inveniri poſſit ex licitantium calore, non quod verè fundus valeat, & ſic per accidens, ſed illud attendi debet, quod per expertos in arte fit, ac extimatur, ſicuti in noſtris Tribunalibus obſervatur fieri per unum ex Tabulariis S. R. C. Reg. de Marin. *in loco ubi proximè num.* 12. 13. & 14. Rocc. *de offic. dicta rubr.* 13. §. 6. *num.* 41.

473 Si modo in diſpoſitionibus, quæ inter vivos fiunt, nulla cõvincatur fraus, poteſt fieri in perniciem, ac proximorũ ſucceſſorũ excluſionẽ, privationëq; nam indubitati juris eſt, poſſe feudatarium feudorum conditionem deteriorem facere, ac aliqua damna, præjudiciaq; permittere in ipſiusmet feudatarii damnum, & ejus durante vita, non autem Regis, ſi in ejus beneficium devoluerentur, aut agnatorum, quibus feudum pertineret ſucceſſionis cauſa: quoniam ipſis omnibus præmiſſa haud nocere poſſunt, & habetur ex ſpeciali text. diſpoſitione *in cap. unic.* §. *quid ergo*, & §. *è contrario autem*, *verſ. meliorem*, ubi Gloſſ. *in dicto verb. meliorem, de inveſtit.*

de

de re aliena facta, Goffred. noster *hic nu. 266. 267. & 273.* prout foret, & agnatorum conditio detorioraretur per hunc dolosum actum, ac fraudolentum, ut excluderentur á feudorum successione, quod, præter alia jura, dispositiones omnes, ex dolo, & fraude initas, nullas declarantia ex per Nos alibi exaratis, specialiter in feudalibus dispositionibus sancitũ esse videtur, quod sit prohibita alienatio feudorum, quæ cum fraude concipitur ad agnatorum exclusionem, *cap. 1. §. sed etiam res*, ibi: *feudum tamen cuilibet dare potest, nisi fiat in fraudem*, cum Gloss. ab omnibus communiter recepta, *in verb. in fraudẽ, sub tit. per quos fiat invest. & per quos recipiatur*, Reg. de Marin. *Resp. jur. cap. 24. num. 2.* Reg. Consil. Rocc. *dicto* §. *6. n. 42.*

474 ita quod etsi per existentiam successorũ cessaret Regii Fisci interesse, & cõsequẽter nõ esset in alienationib. dispositionibusq; faciendis per feudatarios denegãdus assensus, in cujus elargitione, gratia conficitur, & pro gratia habetur, ex congestis per Nos *in observ. ad Alleg. 39. Io. Vincentii de Anna*; & proinde dicimus dependere à mero arbitrio cõcedentis, ita quod denegando nullam injuriã inferat, sed cõtra honestatẽ esset, congruis tamen causis nõ concurrentib. sin verò secus, concedi potest, sed denegari omni jure debet, nil obstante quod suum cessaret interesse: nanque concurreret illud agnati proximi successuri, ad quem fraudandum, de feudis fit dispositio, vel alienatio, unde ipsis pro denegatione instantibus, non semel ex his fuisse assensus denegatos apparet penes Io: Vinc. de Anna *in dicta Alleg. 39. & in constit. Regn. Constitut. divæ memoriæ, num. 48.* Reg. de Ponte *de Potest. Proreg. tit. 10. de diversi. provision. cap. de legitimatione, seu restitut. natalium, num. 8.* Reg. Rovit. *dicto cons. 35.* Tason. *de Antefato vers. quarto, observ. 2. nu. 10.* Reg. de Marin. *Resp. jur. dicto cap. 24. lib. 1.* Mich. Ang. Gizzius *ad Reg. Capyc. latro decis. 43. num. 10. 11. & 12.* Altim. *ad Reg. Rovit. dicto cons. 35. num. 21.* si feuda antiqua sint, in quibus interesse filiorũ, si extant, vel agnatorum concurreret, non autem in novis, in quibus nullum jus habere, acquirere, ac repræsentare valent, nulla adhibita distinctione, si hæreditaria, aut plana, & de tabula sint, per ea, quæ habentur penes Reg. Rovit. *cons. 15. num. 30. & dicto cons. 35. num. 7.* Reg. Consil. Rocc. *resp. decis. 100. num. 56. 57. lib. 1.*

475 Quæ quidem præmissa eorum etiam habere locum, omnes nostrates assentiunt in eis, quæ subsunt consuetudinib. hujus Civitatis Neapolis, quarũ santio non sortitur effectum, nisi in ultimis mortis causa, dispositionibus, ob loquutionem per verbum, *disponere*, quia quicquid per jus locale non reperitur provisum, dispositioni juris communis remissum censendum est, & quia dictæ consuetudines sunt exorbitãtes, cùm restringant, & cohartent liberam hominũ dispositionem, non nisi pro odiosis haberi, & ad alium non posse, de quo loquuntur, extendi casum, & si in aliis casibus extentionem recipiunt æquitativam, ob eandem humanitatis rationem concurrentem, omni tamen fraude, & dolo cessante, aliás irritantur, Reg. Consil. de Giorgio *Alleg. 22.* Reg. Capyc. latro *cons. for. 123.* Montan. *contr. for. cap. 1. num. 61. & controv. 5. num. 9.* Reg. Cons. Staib. *Resp. for. 77. num. 17. 18. lib. 1. & Resp. 127. num. 24. 25. 26. lib. 2.* Reg. de Marin. *dicto cap. 24. nu. 7.* Vinc. Brilla *in consuet. Neap. tit. 2. cap. 1. à*

476 *num. 9. usque ad 15.* penes quos, & infra allegandos habes, in quibus causis, rationibus, ac præsumptionibus, pro infraudem conceptis haberi debeant, Rodoer. *ad de Marin. ubi supra prox. alleg.*

477 quo in loco *à num. 22.* substinet in totum corruere præfatas dispositiones; Sed alii quo ad medietatem, de qua non est permissum civibus disponere, docuerunt, quibus adhæremus: nam quo ad medietatem, pro qua agnati, vel cognati fraudarentur, & in qua fraus consisteret, dispositio vim non habet, ob jurium resistentiam, irritantium ea, quæ cum dolo, & fraude fiunt, respectu quorum, ac quo ad ea, quæ fraudi subsunt, prout est illa medietas, de qua permissũ haud est disponere, & habet ma-

Digitized by Google

nus ligatas, & os clausum civis, qui pro parte testabili, & qua valet disponere pro testato decedere, quo ad aliam non permissam intestabilem, etsi de omnibus disposuisset, quo in casu in totum dispositio non corruit, sed quo ad illam medietatem, in qua sunt læsi, ac fraudati proximores vocati à consuetudine, & sic dividitur dispositio; inde ex humanitatis ratione æquitativa, ad illam inter vivos extēdi valet, ob nullam diversitatis concurrentem rationem; respectu alterius medietatis, de qua in disponentis voluntate, arbitrioque est, etiam vigore ejusdem nostræ consuetudinis facere ac disponere, prout cives volunt, atque intendunt: quia dispositio non est in totum fraudolenta, sed pro ea parte, in qua non cadit dispositio in perniciem proximiorum á consuetudine vocatorum, pro qua medietate fraudolenta, dispositio, distracta, alienata, vel donata, dispositio resolvitur: quoniam ejus fraus non est de directo contra legem ad ipsam eruendam, & fraudandam, sed tātummodò in damnum, ac perniciem hominum, sive proximiorum à lege, ut ab ipsa consuetudine, vocatorum, quo in casu fraudatis ipsis succurritur revocationis remedio ex Faviana, quæ contra possessorem dirigitur, Calvisianaque actione in personam, usq; ad quantitates, pro quibus defraudati veniunt, ad quas advenirent si nulla fraus confecta fuisset, *l. si libertus* 16. *ff. de jure patronat.* ibi: *Planè si qua alienaverit in fraudem patroni, adhuc tamen post alienationem major centenario remaneat, alienatio quidem vires habebit, veruntamen per Favianam, & Calvisianam actionem revocabuntur ea, quæ per fraudē sunt alienata*, ubi Gloss. *in verb. vires, & in verb. & Calvisianem*, & determinavit S.R.C. tempore Afflict. *in decis.* 370. *num.* 17. ibi: & ideo *fuit judicatum, quod fuit facta donatio* (de qua agebatur) *in fraudem dictæ sororis, & sic non potuit ipsam facere in præjudicium dictæ sororis, quam fraudare non potuit successione bonorum antiquorum pro medietate, juxta dispositionem præallegatæ consuetudinis Neapolitanæ, & docuerunt Stephan. de Gaeta in Apostill. ad consuetud. etsi Testator incipientem in text. propè finē, à vers. tam in casu*, Vrsill. *ad eundem Afflict. decis.* 107. *num.* 3. Reg. Consil. de Georgio *dicta alleg.* 22. *num.* 3. & 5. & in cōtrarium ea obtinerent locum, quousque unica militaret ratio, quo ad omnia in dispositione, vel donatione contenta, itaut unū sine altero existere haud posset, aut essent correlativa, ut fundavimus supra *á n.* 265. itaquod uno ex correlatis irritato, alterum similiter resolvatur; quę omnia in casu, de quo agitur, non concurrunt, cùm medietas libera de per se stat, nil comune habens, aut correlationem cum illa consuetudini adnexa, ultra quam proximiores carent actione.

Ad num. 285.

478 VEndito fundo, quæ sub ipsa venditione, unà cum re principali distracta comprehendantur, scripsimus *in observationibus* ad Io: Vinc. de Anna.

Ad num. 295.

479 EXplorati juris est, in commissum incidere merces omnes, de quibus Fundici jus solvi debet, & solutum haud invenitur, prout etiam quo ad omnia alia jura, & directus ratione extractionis, contractationis, passuum, & similium, *l. si publicanus* 4. §. *de rebus ff. de public. l.* 1. & 2. *Cod. de vectig. & commiss.* nil obstante si post commissionis incursum, parata sit directum, & debita jurium solutio, *l. fin.* §. *quoties*, & §. *si quis professus, ff. de public. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 163. Mastrill. *de Magistr.*
480 *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 229. 230. *tom.* 1. ob quarum fraudationem, controbannique commissionem, ultra pœnas, inquas papatrantes incurrunt, tam pecuniarias, quàm corporis afflictivas, ad quas evitādas, dum contra ipsos criminaliter agitur, componi, ac trāsigi possunt á Principe, in quo propriè residet potestas præfatorum criminum condonationem, trāsactionenque perficiendi, uti de regalibus; cujus elargitas, ac jurisdictionis exercitium, specialiter, & cū individuali men-

Digitized by Google

mentione concedi debet; unde per insolutum dationem á Rege factam arrẽdamẽtorum in consignatariorum beneficium, minimè esse comprehensam, ita quod in fisci beneficium pœnas has, & transactiones cedere, ac spectare, non autem ad ipsos consignatarios, decrevit Reg. Coll. Consil. cum R. C. S. penes Reg. Revert. *decis.* 28. cujus est generale decretum in *arrest. recoll.* per Reg. de Marin. 192. ac iterum per aliud generale decretum determinavit ipsa R. C. S. ad relationem Reg. & Præs. *R.* C. S. Io: Camilli Cacacii sub diebus 9. & 5. Martii 1650. *in arrest.* 657. *vers. tertio similiter, in fine*, ibi: *alias vero pœnas ultra intercepta prædicta, vel illorum pretia spectare tantùm ad Regium fiscum*; & non semel habuit pro vero Regia Iuncta controbannorum penes Reg. Consil. Rocc. *de offic. rubr.* 14. §. 5. *à n.* 82. *usque ad finem*, & substinuit per juris regulam Reg. Consil. Ascanius Raetanus tunc Fisci Patronus dictæ *Regiæ* Iunctæ, *in suis allegationib. ibidem insertis à n.* 102.

481 Et à mercium amissione non eximitur ob jam patratum delictum ex professione facta absque dirictuum solutione, aliarunque solemnitatum observatione, in beneficium tamen illius defraudati arrendamenti, in contemptum cujus datii, sive gabellæ solutionis, commissum sequutum sit, eidenque accresceret, atque spectaret in recompensationẽ damni passi defradati dirictus, non autẽ ob delicti punitionem; quo in casu procederent præmissa, & haberent locũ disposita per I. C. *in l. Papinianus* 8. §. *meminisse, ff. de inoff. testam.* omnes communiter docuerunt, tam si dominus sit, quàm conductor ipsius arrendamenti juris, *per text. in l. commissa* 14. *l. interdũ* 16. §. *divi quoque, ff. de public. & vectig. l. si quis* 11. *in fine, Cod. de vectig. & commis. l. post. legatum* 5. §. *amittere ff. de his quibus ut indign.* Reg. Revert. *dicta decis.* 28. *vers. hæc causa*, Reg. Constant. *in l.* 1. *Cod. de pœnis fisc. lib.* 10. *num.* 12. 13. Reg. Sanfelic. *decis.* 407. *num.* 11. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta dec.* 28. *num.* 1. Capibl. *de Baronib. in prag.* 8. *part.* 1. *num.* 230. *vers. prout etiam*, Mastrill. *de Magistr. dicto cap.* 10. *num.* 232. Avendan. *de exeq. Mandat. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. ac habetur determinasse Reg. Coll. Consil. cum Regia Camera penes dictum Reg. Revert. *decis.* 28. quod similiter refertur *in dicto Arrest.* 192. ac decidit R. C. Anno 1650. *in dicto Arrest.* 657. *vers. tertio similiter*, & alias determinavit Regia Iuncta controbannorũ penes Reg. Cons. Rocc. *de offic. dicta rubr.* 14. §. 5. *à num.* 97. *vers. prædictis*

482 *etiam*. Si tamen unicus sit dirictus: nam si datia, quæ solvi debent á merces extrahentibus, vel profitentibus, multa sunt, eo casu interceptum, sive controbannũ, non ad arrendamenti beneficium cederet, sed ad interessatos illius juris, per cujus custodes captum sit, cujus jura potiora esse dejudicantur, & ob interesse quod habent, proprium egisse negotium videntur, præveniendo in intercepti captura, solutis tamen arrendamento, ac ceteris aliis juribus, eorum respectivè dirictibus, juxta quod viget stylus, ac observantia in consuetudinem deducta inter arrendamenta, quę in his attendi debet, per text. *in l. si publicanus* 4. §. *in omnibus, ff. de public. & vectig.* ac fundavit Reg. Consil. Rocc. *dicta rubr.* 14. §. 10. *à num.* 30. & in facti contingentia decidisse sub die 29. Novembris 1663. Regiam Iunctam controbanor. refert. *nu.* 34. *&* 35. *ex desumptis à num.* 26.

483 Quæ quidem controbannata bona; etsi occupata essent ab arrendatoribus, vel officialibus constitutis per interesse habentes, & vectigalia repræsentantes, non videntur tamen desiisse à domini dominio, ex quo, occupatio procedit, si bona in nullius dominio adsunt: nam

484 per alios acquisita, ac possessa, non nisi traditione, naturalique apprehensione, virtute alicujus justæ, juridicæ, ac rationabilis causæ ad tradendum inductivæ, transferri, & acquiri posse, diximus *in antecedenti rubr. à num.* 170. ac latè substinuerunt D. Melchior de Valentia *Ill. Iur. Tract. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *&* 12. *num.* 7. Petr. Greg. *Syntagm. jur. lib.* 20. *cap.* 10. *per totum*, & præcisè

485 *num.* 6. aut ex valida usucapione, præscrip-

scriptioneque, ut Nos, *supra in hac 2. Rubr. à num. 67.* cùm in omnibus his respectivè casibus domini consensus adesse desumatur, scilicet in tradendo rem, quæ in alium translata est, ac etiam in permittendo patientiam, quæ præstando, sive negligendo, ut res sua tanto, ab alio possideatur tempore, ut præscriba-
486 tur: quoniam clarum esse in jure fundavit Fulvius Constantin. *lucubration. in tit. instit. de usucapionib. in §. jure civili, ante num. 1. vers. casus facile,* dominiũ auferri minimè posse sine nostro con-
487 sensu tacito, vel expresso, si modo ad traditionem hanc non advenitur ex legis dispositione, cum qua legali traditione, nulla interveniente naturali apprehensione, transfertur dominium, quod cùm juris sit, rectè potest per legẽ transferri, Decius Cons. 186. *num. 4. vers. per legem autem*, & in multis casibus fundat D. Melchior de Valentia *loc. cit. dicto cap. 4. num. 9. 10.* inter quos,
488 istum, de quo agitur, adnumerat; quo in casu etiam verificari potest, quod adsit tacitus domini consensus transferendi: cùm jam omnibus clarum sit, cõmissi ope, res cedere vectigalium domino, *l. quæsitum 15.* ibi: *quæsitum est, an is, qui majestatis crimine reus factus sit, manumittere possit: quoniam ante damnationem dominus est, & Imperator Anto. Calphurnio Critonio scripsit, ex eo tempore, quo quis propter facinorum suorum cogitationem jam de pœna sua certus esse poterat, multò plus cogitatione, & conscientia delictorum, quàm damnatione jus dandæ libertatis, eum amisisse, ff. qui, & à quibus manumis.* unde meritò ex his Vlpianus declaravit, quod ipso tunc desinunt esse transgredientis, delictunque patrantis, & in dominium domini vectigalis trãseunt, & sic ex legali traditione *in l. cõmissa 14. ff. de public. & vectig. c. cùm secundùm leges civiles, 19. §. ac etiã illicitas, de Hæretic. in 6.* & colligitur *ex l. cotẽ ferro 11. §. dominus,* ibi: *dominus navis, si illicitè aliquid in navẽ, vel ipse, vel vectores, vel conductores imposuerint, navis quoq; Fisco vendicatur*, ac in §. *eam rẽ*, ibi: *eam rem, quæ cõmisso vendicanda est, ff. de public. & vectig.* ex ly *vendicanda*, quod non competit nisi domino, & sub quo dominium resident, *l. in rem actio. ff. de rei vindic. & l. 1. §. fin. ac tot. tit. Cod. & ff. de rei vindication.* & concludunt Reg. Moles *dec. R. C. S. §. 9. quæst. 3. num. 4.* Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. decis. 516. num. 3. in verb. Præsidentis Iulii Cæsar. Minad. propè fin. in vers. sicuti,* R. Consil. Rocc. *dicto* §. 10. *num. 2. 4.* Salgad. *in tract. de labyr. creditor. part. 4. cap. 9. nu. 2. 13. tom. 3.* Conciol.
489 *Res. Crim. verb. gabella, res.* 8. & quia ex culpa, defectuque incidẽtis in cõmissum, ejusque pœnam, ob translationem hanc, ab omni nexu oneris, & per antea hypotecæ liberatæ sunt, ac dissolutæ, causa extinctionis, atque jure à commisso dependente omnium præcidentium resolutivo, juxta Scævulæ conclusionem *in l. lex vectigali 31. ff. de*
490 *pign. & hypotec.* nam ex allatis juribus ac dispositionibus, ipso tunc, factoque ipso, in commissum cadentes privantur bonorum interceptatorũ dominio, unde oritur acquisiti tituli, ex tunc resolutio, ac extinctio, ex quo resolvitur, & illico ad fiscum, vel vectigalis dominum transfertur ipsarum rerum dominium, non autem rescinditur; quo in casu cùm ad imparia non dejudicentur resolutionis casus ex ui pacti, & legis dispositionis idem operantium, nam lex itidem resoluit, prout pactum, & transfertur ipso jure, in quibus succedit fiscus, vel vectigalis dominus, non autem universali jure, & cum hæreditaria qualitate per translationem, sed privationẽ, personæque annihilationem, ad vindictam patrati criminis, ex suo tamen proprio jure à lege præscripto, non autem ex illo privati, uti jam extincto; itaque nullum ipsius. privati factum tenetur observare in beneficium ipsorum, qui jus habent discẽsivum à dicto criminoso, jam non adhuc existens, uti resolutũ; eodenque modo eorum jus pro resoluto, extinctoque habetur, super res ipsas, quæ in commissum inciderunt, taliter, quod liberæ ad fiscum, vel vectigalis dominum ab omni onere hypotecæ, quia resolutæ, adveniant, Salgad. *loc. cit. num. 13. 14. 15. & seq. & à num. 75. usq; ad finem.*

Qua

Digitized by Google

491 Qua in re; etsi per privationem fiscus, vel vectigalis dominus succedit, in eunque rerum dominium transfertur ex allegatorum jurium dispositionib. per quas ex nulla antecedenti causa, ac dependente ante acquisitionem, vel in ipso acquisitionis actu, advenitur ad resolutionem dominii, sed ex nova, causam habente, postquam rerum dominus ipsas acquisivit, & proinde obligatæ, & hypotecatæ sunt suis creditoribus; quibus inficiari haud potest ipsa nova superventa causa, ob quã debitor, etsi lege cogente, & sic ex necessitate privatur rerum dominio, cum ipsis hypotecis, ac obligationibus transeunt, uti per antea super eis contractæ, quibus non fisci, vel vectigalis domini
492 acquisitio dominii præcessit, cùm habeatur statim ac controbannum sit cõfectum, & non priùs, ex quo ejus intuitu desinunt esse de dominio primi acquirentis, & in fiscum, vel vectigalis dominum transeunt, prout sunt clara verba jurium desuper allegatorum *in dicta l. commissa*, ibi: *nam quod commissum est* (id est confectum, perfectionatunque intercepti, controbannique delictum) *statim desinit ejus esse*; inde nil per antea, sed statim, idest ipso tunc, quod cõtrobannum patratum sit, ut consummatum, & ex omni parte perfectionatum, & non priùs: cum quo sensu similiter loquitur I. C. *in dicta l. cotem ferro*, §. *dominus*, & §. *eam rem*, Salgad. *in dicta*
493 *cap. 9. à num. 36.* Quod non concurreret in emphyteusis caducitate, et similibus, per Nos relatis *in antecedenti rubrica à num. 122*: quoniam præmissa in allato nostro loco proveniunt non ex lege, sed ex propria contractuum conditione, cum qua partes contraxerunt, priusquam res in dominium debitoris pervenerant; inde non est mirum, quod evento casu caducitatis, vel resolutionis ex vi retrotractiva omnes resolvuntur obligationes, & hypotecæ medio tempore contractę; quo in casu procederent jura *in dicta l. lex vectigali* 31. per ea, quæ ex ipsius verbis colligũtur, ibi: *lex vectigali fundo dicta erat*; inde de vectigali fundo indicto, non autem de his, quæ vehuntur, aut extrahuntur, loquitur; deinceps: *ut, si post certum tempus vectigal solutum non esset, is fundus ad dominum rediret*; esto de pacti resolutivi conventione antequam fundus acquisitus fuerit, fundo postea acquisito per possessorem, hypotecatus sit; quia evento resolutionis casu, hypoteca resolvitur, ut ibi: *postea is fundus à possessore pignori datus est*; demum: *si, cùm in exolutione vectigalis tam debitor, quàm creditor cessassent, & propterea pronunciatum esset, fundum secundùm legem domini esse, cujus potior causa esset? Respondit, si (ut proponeretur) vectigali non soluto jure suo dominus usus esset, etiam pignoris jus evanuisse*; cum aliis concordantibus, per Nos adductis *in dicto loco num. 125.* Præs. Anell. de Amato *cons. 10.* Reg. Rovit. *cons. 46. num. 9. 10. lib. 2.* Reg. Consil. Hodierna *ad Surd. decis. 160. à num. 4.* Ant. Faber. *de error. pragm. decad. 23. err. 1. & decad. 24. err. 5. à num. 4. & 11.* Fontan. *de pact. nupt. clauf. 7. gl. 2. part. 9. à num. 68. cum seqq.* Salgad. *labyrint. credit. par. 2. cap. 13. à n. 12. cum seqq. & part. 4. d. cap. 9. à nu. 26.*
494 *cum multis seqq.* ita quod nequaquam fiscus, aut vectigalis dominus excludere potest, atque valet creditores anteriores, per criminosum contractos ante controbanni perfectionem, qui super interceptatis bonis satisfieri possunt, uti sibi ipsis per priùs obligatis, hypotecatisque, Reg. Consil. Carleval. *de Iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 1. num. 50. tom. 2.* Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. decis. 28. num. 4. part. 1.* Reg. Consil. Rocc. *Respon. decis. 23. num. 17. lib. 1.* Iul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 78. num. 31.* ubi Bajard. *n. 171.* Ann. Robertus *rer. judic. lib. 4. cap. 16. in vers. pro Seio, lit. G.* Acosta *de Privil. credit. regul. 2. ampl. 7. à num. 178. cum multis seqq.* Fontan. *de pact. nupt. clauf. 5. gl. 4. à num. 62. tom. 2.* D. Iuan. de Hevia Bolannos, *Curia Philipica p. 2. lib. 3. cap. 10. tit. pena de com-*
495 *missom, num. 10.*: nam uerè, & propriè loco hæredis non habetur, ex eo quia non in omnibus bonis, confiscationis ope, sit successurus, sed in aliqua particulari parte, in vindictam patrati criminis,

nis,& consequenter in contraventionis pœnam; pro cujus perceptione minimè
496 præfertur creditoribus,etsi in simplici actione personali sint: quoniam onerosa causa anteferri debet lucrativæ, eò fortiùs posteriori, pro qua nullam haberet hypotecam super bonis, etsi promulgata sit sententia,respectu creditorum exclusionis, licèt quo ad debitorem, ejusque bona,omni ære alieno deducto, cõpetere valet,Reg.Costant.*in dicta l.unica,num.*107.Reg. Consil. Carleval. *loco*
497 *cit.á num.*20.quod non videtur esse in jure dissonum, cùm legatario pro legati consecutione clarum sit,hypotecam cõpetere in testatoris bonis; attamen anteferri haud potest defuncti creditoribus, nulla hypoteca fruentibus,dum tractant de damno evitando,*l.*1.2.*Cod. commun. de legatis l.fin.*§.*licentia,C. de jure delib.*
498 quibus nullum obstaculum afferre valet dominii translatio, quæ cum ipsa acquisitione fit: cùm tunc prosit ad creditorum exclusionem, quando dependet ex causa antecedenti hypotecæ, & creditorum contractationis: nam si postea,ut in de quo agitur casu, quòcunq; transferuntur bona, cum eorum nexu vadunt; quadere postponenda veniunt fisci, vel vectigalis domini jura, creditoribus, sicuti legum dispositiones exclamant,*l.non possunt* 11. ibi: *non possunt ulla bona ad fiscum pertinere,nisi quę creditoribus superfutura sunt,l.in summa* 17.ibi: *in summa sciendum, est omnium fiscalium pœnarum petitionem creditorib. postponi,l.quod placuit,*37.*& l.statius florus* 48.§.*Cornelio felici,ff.de jure fisci,* ac Rubr.*& l.unica,Cod.de pœnis fisc.lib.*10. Reg.Moles *dec. R.C.S.*§.*6.quæst.*12.*à n.* 5.Reg.Constant. *in dicta l.unica,à num.* 56.Alex.Trentacinq.*Var.res.lib.*1.*tit.de jure fisci,res.*2.*nu.*2.3.Reg. Consil. Car-
499 lev. *loc.cit. num.*26.*&* 50. Præferendus autem est fiscus pro expensis erogatis pro capiendo, & in sequendo criminosum, si modo ex his in meliorem sit effecta creditorum conditio ex ipsius fisci opera, ita ut utile negotium gestũ esse dignoscatur: ex eò quia malefactores sequi, & capere Principis onus est,& ex proprio tenetur,Reg.Constant. *loc.cit. nu.*109. & multa scripta sunt per Reg.Cons. Carleval *allato loco à num.* 27.*cum multis seqq.*

500 Explorati tamen juris est, in de quo agitur crimine controbanni, dum in pœnam ipso tunc bona cadunt in commissum,etsi requiratur declaratio, cujus effectus retrotrahitur ad tempus patrati criminis,ejus persecutio cõtra hęredes datur, si hoc medio tempore principalis criminosus decedat, ex allegatis à Reg. Cons.Rocc.*de offic. rubr.*14. §.9.*à num.* 53.*&* §.10.*num.*6. Cyriac. *in dicta con-*
501 *trov.* 370. *num.* 66. licèt tamen ultra hæreditarias vires, adstringi nequeant, etsi de beneficio inventarii minimè sint prouisi, Reg. Consil. Rocc.
502 *dicto* §.9.*nu.*66.*&* 67. de imprescriptibilibus casibus non esse, si modo diligentiis peractis sciri potuit, ob notitiam de ipsius criminis patratione, si ab ipso tempore quinquennium lapsum sit, & infra illud bona vindicata nõ fuerint,omnino veniunt liberatá,omnisque actio extincta virtute præscriptio-
503 nis;aut res non existerent,cùm ad pretium minimè agi possit, omni tamen deficiente dolo, *l.neque commissum* 2. *Cod. de vectig.* & *commiss.* ubi DD. omnes Goffred noster *hic nu.*313. Regner. Sixtin. *de Regalib. cap.*6. *num.*186. *&* 187. *cum sequentib. lib.*2. Mascard. *de probat. concl.*837.*vol.*2.Rosental. *de feud.cap.*5. *concl.*42. Cyriac. *ubi supra à num.* 60. Salgad.*dicto cap.*9.*num.*3.

Ad num.335.338.

504 NEmini licitum est in suimet beneficium obligationẽ perficere,ac quicquam debere, aut debiturum esse,ex quo vetitum est in jure, ab eoque ex omni parte improbatum;aliàs daretur actio,& passio in eodem subjecto: cùm incompatibile sit, quem esse creditorẽ,& debitorẽ in uno actu, ex eo quia distinctæ esse debent personæ credentis, & debentis, prout ex Aphricani sententia *in l.hæres à debitore* 22. §.*servo tuo,&* §.*quod si stipulatur,ff.de fidejussorib.l. tutor pupilli* 19. *ff. ad sen.cons. Vell.* ac Papin. *in l.si debitori* 51.*ff. de-*

fide-

Digitized by Google

*fidejuſſ.*cũ aliis,allatis per Præſ.de Amato *conſ.*5. *num.*12.Reg.Conſil.Arias de Meſ.*Var.Reſ.lib.*1.*cap.*22.*num.*10.Mar. Muta *ſuper.conſuet. Panhorm.cap.*63.*nu.* 25.26.Franciſ. Hotoman. *in coment. ad tit.Cod.de pact.in l.debitori 7. verſ.hoc eſt pro quo effectu*, & Nos *in obſ.ad alleg.* Io: Vinc. de Anna ſubſtinuimus, etſi deſtinctim à principio fuiſſent obligationes cõ ſtitutæ;attamen una alteri ſuccedente, confuſione tolluntur,nõ ex alia ratione, niſi quia junctim ſtare haud poſſunt in eodem ſubjecto, cum declarationibus
505 ibi recollectis; ita ut propriam rem ſibi quis pignorare non valeat, prout expreſsè Vlpianus docuit *in l. neque pignus* 46.*ff.de regul.jur.*& Iulianus *in l. ſi rem* 29.*ff.de pignor. action.* §. *item nemo rem ſuam* 21. *inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Reg.Capyc.latr.*deciſ.*16. *num.*18. Præſ. de Amato *dicto conſ.*5.*num.*11. *propè finem.*Reg.Conſil.de Meſa *ubi ſupra*,Reg. Conſil. Rocc. *Reſp.*95. *num.*5. *lib.*2. Pichard. *in dicto* §.*item nemo rem ſuam*, Caſanatta *conſ.* 29. *num.* 27. Merlinus *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 87. Decius *de regul.jur. in dicta l. neque pignus* 45. *num.* 1. 2. *ubi* Fabr. Saraynus
506 *in addit.lit.A.B.&* C. eodéque modo rem ſuam propriam facere, quod ſibimet ſerviat, ac ſervire debeat nil obſtãte,quod in ſua poſſeſſione, dominioque
507 exiſtat,ex quo ſervitutes in re propria exiſtere nequunt, ſed in aliena, *l. uti frui*,5.ibi: *nec enim poteſt ei ſuus fundus ſervire,ff.ſi uſus fructus petatur, l.in re communi* 25.ibi: *nulli enim res ſua ſervit,ff.de ſervit.urban.prædior. l.propriũ*, ibi: *ſibi nemo poteſt*, *& l. quicquid.*11. cujus ſunt verba *nullam enim habuit, quia nemo ipſe ſibi ſervitutem debet*, *ff. communia prædiorum,l.cùm in fundo*, 81. *in princ.ff.de jure dotium*,Napod.*in conſuet. Neap.ampliùs nu.*39. *in princ.* Reg. Capyc. latr. *ubi ſupra num.* 17. Molfeſ. *in conſuet.Neap.p.*13.*tit. de ſervit. quæſt.* 3.*num.*1.*tom.*3.Reg.Conſil.de Meſa *loc. alleg.in fine*,Ant.Pichard.*in inſtit.lib.* 4. *tit.*6.*de actionib.*§.*æque ſi agat*,2. *nu.*16. *&* 24.*tom.*2. D. Ioſeph Vela de Orenna *diſſert. jur.* 47. *num.* 4. 6. *lib.*2. Mar. Muta *ubi ſupra num.*27.Ciarlin. *contr. for.cap.*76. *num.* 17. *lib.*1. Tholoſ. *Syntagm.jur. lib.*4. *cap.*23. *num.*4. Vveſſembec. *in Pandect. in tit. quemad. ſervitutes amittantur*, *num.* 2. *in med.* Cepolla *in tract. de ſervit. urban. præd. cap.* 24. *num.* 1. Coppen. *pract. obſeruat.* 80. *num.* 2. *lib.* 1. De-
508 cius, ejuſque add. *loc. cit.* inde ſequitur, quod ſi res, vel fundus ſerviens in poſſeſſionem dominantis pervenerit, ita quod efficeretur dominus utriuſque prædii dominantis,& ſervientis inrevocabiliter; facta ipſo tunc acquiſitione, & hac conſolidatione, ipſa extin-
509 guitur ſervitus, ad inſtar uſusfructus, qui amittitur conſolidatione peracta,
510 *vulgatis juribus*; Nam etſi hæ ſervitutes, fundis, non perſonis, annexæ ſunt; attamen adnegari non poteſt, quod perſonis fundi dominantis, acquirantur, inde debendæ à perſonis fundi ſervientis, licèt non primariò, & per ſe, & licèt in bonam conſequentiam perſonæ ſunt utentes, & patientes, tamen reales ſunt, & confuſionis ratio debet habere locum, & primum modum, ex quo ſervitutes amittuntur; ob quod rectè ope dictæ conſolidationis, ac confuſionis extinguuntur abſque ulla ſpe reviviſcentiæ, ita quod à ſer-
511 vitutibus liberatus ſit, taliter ſi demum fundus ille priùs ſerviens venundetur, & in alium transferatur ſine ulla expreſſa enarratione,debere fundo meo inſervire,ad nihilum teneretur,& pro libero venditus, translatuſque eſſet, ac ſi nunquam fundo dominantis inſerviret, ex clariſſimis I. C. verbis *in l.* 1. *ff. quemad.ſerv.amitt. dicta l.ſi quis ædes* 29. cujus Pauli I. C. clariora verba ſunt: *ſi quis ædes, quæ ſuis ædibus ſervirent,cùm emiſſet,traditas ſibi accepit, confuſa, ſublataque ſervitus eſt: & ſi rurſus vendere vult, nominatim imponenda ſervitus eſt: alioquin liberè væneunt, l. ſi communi fundo* 27. *& l. tria prædia* 31.*ff. de ſervit. urbanor. prædior.* Goffred. noſter *hic*, Napod. *loc. cit.* ibi: *immo ſi aliena res mihi, aut rei meæ ſerviret, ſi efficeretur mea, extingueretur ſervitus*, Molfeſ. *in dicta quæſtione* 3.*&* 24.*num.*1.*in eod.tit.* Præſ.de Amat.

Digitized by Google

ubi ſupra num. 23.24. Vincentius Brilla *in conſuet. Neap. tit. de aperturis non faciendis, cap. unico num.* 27. 28. Borgia *inveſtig. jur. Civil. contra Fabr. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 17. *tom.* 1. *& lib.* 20. *cap.* 12 *tom.* 2. Io: Coppen. *dicta obſerv.* 80. Boer. *conſ.* 47. *num.* 9. Cepoll. *in allata quæſt.* 24. Vveſſembec. *in allato loco num.* 1. *&* 2. Ant. Faber. *in Rationali in tit. quemadmod. ſervitut. amit. in dicta l.* 1. Fontan. *dec. Cathal.* 194. *à nu.* 6. *uſque ad* 11. *lib.* 1. Decius *ubi ſupra num.* 2. & ejus Add. *lit. D. & E.* Tholoſ. *Syntag. loc. cit.* ac habitum fuit pro vero apud S. R. C. penes Reg. Rovit. *deciſ.* 98. Thor. *Compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verb. ſervitus*

512 *viæ*, niſi poſſeſſor fundi antea dominātis ex alia parte acceſsū, ingreſſumq; habere haud poteſt, quàm per eundem priùs ſervientis.

513 Quò verò ad multas, diverſaſque alias quæſtiones concernentes ſervitutū amiſſionem, acquiſitionem, & præſcriptionem, recurre, ſtudioſe lector, ad omnes ſupra allatos Doctores, penes quos diſtinctim omnia invenies, ac etiā penes Reg. Rever. *deciſ.* 68. *deciſ.* 128. *lib.* 1. *dec.* 445. *et* 550. *lib.* 2. in quibus locis Reg. de Marin. & idem *reſ. jur. cap.* 205. *lib.* 2. *Carpan. in Stat. Mediol. c.* 331. 332. 335. 336. 337. 338. 339. 342. 352. *&* 379.

514 At reſpectu confuſionis jurium, actionum, & hypotecarum, habes *in noſtris obſervationibus ad allegationes* Io: Vinc. de Anna.

Ceſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI

Digitized by Google

RUBRICA TERTIA

De Fundico Flagelli.

RITVS I.

SI vaſſellum oneratũ mercibus veniat de extra Regnum, puta Neapolĩ, vel ad aliũ portum, vel terram Regni, vi ventorum, aut tempeſtate; ſi ceſſante tempeſtate velit recedere, nec exoneret, nihil ſolvet pro Iure Fundici: quia non videtur veniſſe, qui coactus, & impulſus venit; unde in capitulis Magiſtrorum Portulanorum ſic continetur, quod ſi vaſſellum vi ventorum, aut tempeſtate veniat ad portũ, debet curare Portulanus, ut ſtatim ſedata tempeſtate recedat; ex quo videtur, quod ſi voluntarius remaneat ſolvere debeat. Dicunt tamen multi non irrationabiliter, quod ſolvet jus Anchoragii, quaſi pro hoſpitio, ſeu hoſpitatione, & albergatione: nec immerito, quia in tali portu ſecurum fuit vaſſellum, ſicut in domo propria; ubi verò voluntariè veniſſet cauſa commercii, etiam ſi non exoneraſſet, ſolvet fundicũ, vel cavebit ire ad terram fundici infra Regnum.

RVBRICA III.

De Fundico Flagelli.

SVMMARIVM.

Vaſſellum, quod vi ventorum venit, nunquam dicitur veniſſe, num. 1.
Delinquens in inſula, poteſt convenirì in Civitate, ſub qua eſt inſula, num. 2.
Pactum, quod facit publicanus, vel alii contrahentes cum Civitate, vim ſtatuti habet, num. 3.
Princeps imponere non debet nova vectigalia, pro ſervanda juſtitia, num. 4.
Stipendia, qua ab aliquibus accipiuntur, ut benè eorum officium miniſtrent, ſi non rectè ea miniſtrant reſtitui debent, num. 5.
Collecta in tempore Regis Gulielmi, nunquam fuerunt, num. 6.
Imperator Fridericus I. fuit, qui collectas impoſuit, num. 7.
Collecta, ad hoc ut ſit juſta, debet eſſe juſta quantùm ad Deum, & veritatem, num. 8.
Reges Sicilia inter alias conventiones jurant, ut ſubditos ſecundùm tempus Regis Gulielmi vivere faciant, num. 9.
Murmur quodammodo præſcriptionem apud Deum interrumpit, num. 10.
Deus permittit opprobium dejectionis in malis dominis, num. 11.
Prælati, & Principes ſæpe ſæpius dominantur ex voluntate, non ex ratione, num. 12.
Laici cùm contendant de ſolutione collectarum, eò magis, & clerici qui ſunt expreſsè exempti, num. 13.
Collecta conſiſtit in Papæ voluntate, quo ad ejus impoſitionem, & quæ? num. 14.
Collecta, qua ratione neceſſitatis impoſita fuit, ceſſante neceſſitate, etiam debet ceſſare, num. 15.
Vaſſellum, quod cauſa commercii venit, & poſtea non exoneravit, ſolvere debet jus fundici, aut debet cavere de eundo ad terram fundici, num. 16.
Vaſſellum, quod vi ventorum venit, ſi ſtatim ſedata tempeſtate recedat, ad nil tenetur, niſi ad Anchoragium, num. 17.
Vaſſellum, quod vi ventorum venit, ſi poſt tempeſtatem exoneraſſet in terra, vel in alio vaſſello, ſi merces ſint communes, tenetur de ſuis, & non præjudicat aliis, num. 18.
Animus, per exteriora declaratur, nu. 19.

Digitized by Google

Vassellum ad portum veniens, debet manifestum producere, in quo omnes merces scribuntur, de quibus solvere jus fundici tenetur, cum locorum destinatione, num.20.

Ancoragium an sit solvendum, quando tantùm esset jus dohanæ quantum ipsius Angoragii? nu.21.

Jus fundici, & dohanæ, si non solvitur, merces amittuntur, num.22.25.

Rituum R.C.S. compilator Andreas d'Isernia fuit. num.23.

Merces quando sunt subtiles, aureæ, vel aliter pretiosæ ex antiquo usu permittuntur, ut alibi detineantur per mercatores quam in domo fundici, num.24.

Denunciatio, vel requisitio haud fieri debet, cùm quis scire debeat id, ad quod tenetur, num.26.

Fiscus, quinquennio elapso, non habet jus vendicandi merces ope jam facti intercepti num.27.

Merces amittuntur si per mercatores non profitentur, nam ad duo tenentur mercatores, ut securi sint ad professandum, & directus solvendum num.28.

Mercium professio, quæ nam sit? n.29.

Fiscus efficitur dominus mercium per ipsarum amissionem factam ex intercepto, num.30.36.

Mercatores fraudantes, ob quod in pœnam merces perdidissent, sin autem ipsæ nõ adsunt, vel non inveniuntur, tenetur ad pretium in fisci favorem, num.31.33. eò fortiùs si pretium ad mercatores pervenit ob mercium interceptarum venditionem, num.34. & quare? num.37. 38.40.

Res si casu periit, per allegantem probandus est casus obventus perditionis. num.32. & non tenetur pœna comissi. num.42.

Nemo debet locupletari cum aliena jactura. n.35.

Lis contestatur in Summariis, & extraordinariis Judiciis, cùm sit captus actus num.39.

Heres mercatoris, qui interceptum commisit, tenetur infra quinquennium in beneficium fisci, num.41. scilicet ut possessor bonorum num. 50.

Conscientia non ligat, quos natura non obligat, n.43.

Mercator per incursum in commissum, ipso tunc perdit dominium, sed non possessionem, nu. 44.51.

Mercator si ignoranter non professavit, vel ex deceptione publicani, non amittit merces, n.45.

Merces non incidunt in commissum ob non solutionem, professionemque factam, cùm publicanus remisit, sed ipse remittens tenetur ad fisci beneficium, n.46.

Directus non soluti, etiam quinquennio elapso peti possunt, & quare? nu.47. sed dubitative nu,48.

Ignorans incidit in pœnam commissi, si de supina ignorantia appareat, num.49.

Pactum factum cum habente potestatem condendi legem, pro lege habetur nu.52.

Professio fieri debet, etsi de illis rebus gabella non solvatur, num.53.56.

Gabella non solvitur de rebus, quæ portantur sui usus causa, nu.54. sed profiteri debent nu.60.

Scholaris non solvit gabellam pro libris, num.55.

Denunciatio requisita à statuto, si aliquid occurrit punibile, an fieri debeat de facto illo, quod punibile haud sit? num.57.

Dominus locans territorium, de cujus fructibus colonus solvit gabellam, de quantitate afflictus dominus eximitur à solutione gabellæ, & quare? num.58.

Interceptum an intelligatur commissum si animal invenitur ultra terminum, & non constat quod dominus duxerit? num.59.

Publicanus, sive exactor directuum, an possit prorogare, & remittere? num.61.

Licita, an propter illicita publicentur? num.62.

Merces, quæ veniunt de extra regnum, & ducuntur ad terram fundicum non habentem, ordinatur per litterã solvere jus fundici in transitu Terræ Laboris ad rationẽ granorum quindecim pro qualibet uncia, num.63.

Jus Passagii tantùm solvitur, quando merces fundicatæ exportantur, num.64.

Jus Passagii continet augustale unum, & simpliciter solvitur de mercibus, quæ expertantur in terram fundici, in quo jus fundici exigitur, sed exiguntur duo jura passagii, & fundici, si iter fit in terram non habentem fundicum, num.65.

1 AD hoc facit *lex Cæsar*, infra allegata: quia non dicitur veniſſe, qui vi ventorũ venit, vbi *Bart.* ſingulariter notat, quod ſtatuta de novo recipiunt interpretationes reſtrictivas; & etiã notat, quod omnes portus, inſulæ ſunt, vt inſula, & ſic delinquens in inſula poteſt conve-
2 niri in Civitate, ſub qua eſt inſula; Item quod ea, quæ apponuntur in contractibus, factis ab eo, qui habet poteſtatem legis condendæ, habent vim legis ad ligandum alios; & ſic pactũ, quod fecit publicanus, vel alius contrahens, cũ
3 Civitate, habet vim ſtatuti, quò ad omnes per hoc, quod not. *D. Andr. de Iſer. in tit. quæ ſint regalia, ſuper verb. vectigal*, ubi dicitur, quod nõ
4 debet de novo Princeps imponere vectigalia pro ſervanda juſtitia: quia etiam debet illam ſervare, ex quo redditus Regni ſui, ideò præſtantur ſibi, & habet dohanas, & alia jura, *ad*
5 *Romanos* 13. unde quaſi ſumat ſtipendia, ad hæc inſtituta, & ideò tenetur ille, qui percipit, cuſtodire ſubditos ab incurſionibus latronum, aliàs ipſe tenetur ad reſtitutionem, ut dicit *S. Thomas* 2.2. *q.* 63. *ar.* . . . . vt dixi ſupra in *præambulis* de illis, qui exigunt, an teneantur ad reſtitutionem? quia Rex quando jus alterius eximit, non poteſt ſine cauſa maxima, ut ob communem utilitatem; ſecus quando agitur de eo in quo non eſt alicujus præjudicium: tunc enim poteſt ſinè cauſa, & valet, ſi facit, licèt nõ debeat, ſecundũ *And. in loc. præallegato.*

Quan-

Digitized by Google

Quantum autem ad collectas, an possit Rex de jure imponere ? de quo per *Andr. in allegato tit. quæ sint regalia, super verb. & extraordinaria*, dicit ipse, quod de collecta dicunt fiscales nostri esse patrimoniale, & ordinarium: quia inducitur omni anno pro rebus, C. *de indict. l.* 3. & vocatur Collecta: quia colligitur per possessores pro modo facultatum in effectu, & idē videtur poni pro judicio, quod est canonicū, & ordinarium, *C. de indict. l.* 1. quia indicitur eo modo, & sic sentium, & non verba inspicimus, & hoc si collectæ justè imponerentur, ut si de voluntate subditorum, aut in casibus, quibus est usurpatum, sicut in Barone, & patet *ex capitulis exhortatoriis Papæ Honorii ad relevamen Regnantis, & Regni Siciliæ*; tempore tamen Re-
6 gis Gulielmi non fuerunr collectæ, sicut dicitur per antiquos Regni Siciliæ· quia Imperator
7 Fridericus, qui depositus fuit, primò cæpit imponere, & primum nomen fuit adinvenctum, deinde nominata est Collecta; & in *Capitulis, et Concessionibus Regni Inclyti Regis Caroli Primi* continetur, quod debeant vivere subditi, sicuti tempore Regis Gulielmi, quomodo potest dici collecta justè imponi quantum ad Deum,
8 & ad veritatem? Deus enim veritas est, *Ioan.* 14. quilibet Rex Siciliæ jurat inter alias conven-
9 tiones prædictas, ut subditos secundùm statum Regis Gulielmi vivere faciat; non potest ergo obumbrare conscientiam suam, quin habeat malam fidem, quæ prohibet præscribi Jure divino, per id sacramentum tenentur subditos tenere secundùm statum Regis Gulielmi, & curare, & facere, ut sic teneantur, ac prohibere ne alii faciant id, ad quod subditi tempore dicti Regis Gulielmi non tenebantur, *ff. locat. l. insulam, cap. de forma* 22. *q. ult.* cùm semper de
10 hoc sit inter Regnicolas, & Regnantem quæstio, etsi non expressa, tacita murmuratio, quod murmur interrumpit quodammodò præscriptionem apud Deum in illo, quem Diabolus allegabat multo tempore peccasse, & narratur in libro *B. Virginis*, quæ cùm scripta sint ad nostram doctrinam scripta sunt, *ad Romanos* 15. & qui tacet non affirmat, quando non potest reclamare sine discrimine; sed Advocati pro Fisco se excusant, quod Patronus Fisci allegat possessionem, seu quasi, quæ cùm sit injusta, nō potest eos tueri; quicquid sit de jure civili inter pares, & qui possunt habere, & habent copiam judicis, ideo tunc dicuntur potiùs fures: nam jure divino quantò diuturnius est peccatum, tantò gravius est; & Deus ista non respicit, maximè cùm impotentes non de facili, immo
11 nō sine magno eorū damno conqueruntur cōtra potentes, quibus pares esse non possunt, *ff. de alien. judic. mut. caus. fact. l.* 3. inde Deus permittit opprobrium dejectionis in malis dominis: quia Regnum transfertur de gente in gentem propter injustitiam, & propter injustitiam Deus sedes superborum destruit; & facit sedere mites in eis, *Eccles.* 10. sed peccatis nostris exigentibus, multa vidimus, & quotidie vide-
12 mus in Prælatis magnis, & in Principibus, dominantibus voluntate, nō ratione, cū summopere studere debeant justitiæ; & qui eam servat, habeat pacem, & non aliter, dicit *Gloss.* super illud *psal. justitia, & pax osculatæ sunt*: opus
13 enim justitiæ pax, *Isaiæ* 31. Et, si laici contendunt de hoc, multò plus clerici, quia expressim per dictas conventiones sunt exempti; verùm, domini mei, hæc materia multùm aggravat, & conscientias, & populos, ex quo dicitur quod collectæ non jure petantur, secundùm quod in *præambulis* dixi, & infra in *rubrica juratur ad litem, & condemnatur ad arbitrium officialis*,
14 & quod ibi dixi intelligas, secundùm quod hic dico. Sed in uno est advertendum, quia videntur impositæ secundùm voluntatem Papæ, ut apparet in dicto *cap. item volumus, & mandamus*, ubi *Carolus II.* voluit stare declarationi Papæ Martini; & licèt illam declarationē non habeamus, tamen habemus declarationem Honorii, in qua mandat certo modo collectas imponi; prēterea Papa, & omnes prędecessores sciunt collectas imponi, & exigi, & nō contradicūt, & ex vicinitate loci præsumitur sciētia; verùm, quicquid sit, etiam videretur, quod scientia Papæ non sufficeret, & sicut ipse Papa non posset imponere injustas collectas, nec consentire imponenti posset: nam, ut supra dixi, ubi tractatur de commodo concedentis legem ad damnum aliorum, non posset fieri, licèt Papa consenserit, ut dixi secundùm eundem *And. de Isern. in tit. quæ sint regalia, super verb. vectigal*; & ideo non possum considerare, qualiter de jure procedant dictæ collectæ, & maximè quando ultra modum, & ultra facultates, imponuntur, nisi quando esset evidens
15 necessitas; & tunc cessante necessitate, cessare debent collectæ. Veruntamen ex una ordinatione *capitulorū Domini Regis Roberti* possemus satis alleviare populos: quia voluit ipse Rex cō sentire certis gabellis imponendis per loca, & Civitates, secundùm quod plenè dixi in *dict. rubrica juratur in litē, &c.* & quod ibi dixi, hic replicari potest. Et de eo, quod dicitur, quando venit vi ventorum, dic, ut plenè dixi in *præambulis*, ibi: *item quod si quis metu hostium, &c.* ubi etiam dixi de eo, qui facit servādi sui juris causa; sed revertor ad *Ritum*, & sequitur.

RITVS II.

ITem, si veniſſet ad refriſcandū, ut multi dicunt, ſic ſervatū ex voluntate *Regnantis*; de qua ſi conſtaret, certum eſſet: nam do-

dominus Regni in terra ſua potèſt dicere legem, quam vult, in poſitivis præcipuè, & conſueta teneri convenit, quæ ſervari debent, licèt ſit per quam durũ; & ſic non obſtat, quod ea, quæ adſunt ad tempus, non perpetuò, non videntur adeſſe; ſicut hic, qui venit, non ut venderet, & perpetuò dimitteret merces in Regno, ſed ad tempus breve moraturus, quaſi non videatur veniſſe, cùm confeſtim ſit receſſurus: nam in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter; cavere tamen Principes ſibi debent, & Reges, ut hæc jura ratione carentia non ſtatuant ſine cauſa aliàs peccant, * Sed tamen, multa quidem vaſſella evadunt, quia gabelloti non poſſunt ea capere; unde, & jus Anchoragii quaſi pro albergaria, & jus fundici ſolvet, quia venit ad terram Regis.

* *Innocentius in cap. innotuit, de elect.*

Quaſi velit dicere, immo videtur, quod debeat teneri ad jura fundici, quia præſtat, quod convenit ad hunc fundicum; ſed reſpondet *ritus* ipſe: quia, licèt venerit, non propterea dicitur veniſſe.

RITVS III.

SEd ſi in prædictis caſibus inciperet vendere, vel exonerare, ſtatim teneretur jus fundici de omnibus ſolvere, vel cavere, ut dictum eſt, etiam ſi vi vẽtorum veniſſet impulſa; etſi exoneraret de vaſſello unde venit vi ventorum, & poneret in alio vaſſello navigante extra Regnum, ſolveret fundicum, ſicut ſi exoneraſſet in terra: nam commoditatem hanc habet in mari Regis; exonerando quidem de uno, & onerando in alio, videtur tanquam ſi de novo merces ōneraret, & exoneraret. Hoc quãdo coactus tempeſtate impulſus in mari Regis, ad quod non credebat venire, ſic de vaſſello in vaſſellum exoneravit; ſecus ſi voluntariè exiſſet aliquo portu Regni, ut extra Regnum iret, & deinde venit voluntariè ad alium portum Regni, & ibi de vaſſello in vaſſellum exonerat, ut dicitur infra in *Rit. de jure exituræ*: ratio diverſitatis ſatis patet ex voluntate coacta hic, & ſpõtanea ibi.

Ex eo quia non venit dimiſſurus merces, &c. ut dictum eſt proximè.

RITVS IV.

ITem, & aliud, ſi vi ventorum navis impulſa aliqui mercatores exonerant, & aliqui non: quia illi, qui exonerant ſolvent, nec præjudicabunt aliis, qui non exoneraverunt, cùm non habeant merces communes; & ſi eſſent cõmunes, pro ſua parte,

Digitized by Google

te ſibi tantùm præjudicarent: nam res, inter alios acta, aliis nõ præjudicat.

RITVS V.

ALiqui dicunt præmiſſo caſu, quando venit, ut alio tenderet, puta, ut refriſcaret, quod ſi non exonerat, ſolvet *jus* Anchoragii tãtùm, quaſi pro albergaria, jus fundici non ſolvet, ſi non exonerat: quia non vendit: & quia in domo fundici, quæ eſt Regis, merces debent exonerari, & quaſi pro penſione jus fundici ſolvitur; unde ſi non exonerat in domo fundici, nõ ſolvit, quia nõ vendit: nam, ſi venderet, emptor ſolvet, etiam ſi in domo fundici nõ ſint poſitæ; quaſi pro albergaria maris ſolvit Anchoragium; quod ſatis ęquũ videtur, ut non ſolvat, ubi nõ vendit, nec habuit volutatẽ vẽdendi veniens pro alia cauſa, quàm commercii faciendi ibidem maximè cùm mare, & littus maris naturali jure communia ſint õnibus, immo etſi voluntate vendendi venerit, & non vendit in mari, nec exonerat in terra, idem debet dici. Variæ ſunt tamen hominum voluntates, etiam in delictis, ſi pœnitet ante conſumatum crimen, eſt impunè, etiã in atrocioribus; oportet, quod veniret ad aliquem actum; nec poſſunt dici merces extractæ de Regno, quæ non fuerunt immiſſæ, licèt habuerit voluntatem immittendi, quam poſtea re integra mutavit. Cõtra quod eſt, quia mare propinquum Venetiis, & Ianuæ, dicitur mare Venetum, & mare Ianuenſe communi uſu loquendi, hodie ſicut, & moderni, & Canoniſtæ dicunt * , & qui exit de portu *Regni*, de Regno videtur exire, * ibi reſpondit, *tam etſi portus*, &c. ad hoc reſpondetur, quod non negatur exire de *Regno*; ſed nõ ideo debetur dirictus mercium, quia exit, vel quia non portat aliquid in vaſſello, debet dirictum; ſed ideo tenetur, quia exit cum mercibus, quas de *Regno* extrahit, vel ibi facit in commercium; non autem dicitur exire de *Regno* id, quod aliunde portatur, & non exoneratur in terra, vel in mari Regni; non extrahit, qui non immiſit, ſicut non ammittit, qui non quęſivit. * Simile dicitur infra de jure ſyclę in argento, quod aliunde venit, & non exoneratur in terra, vel in mari: * nam portare in portum, & non exonerare in terra, vel in alio vaſſello, non eſt immittere in *Regnum*: quia mare, & littus ne dum portus naturali jure communia ſunt. De uti-

* in cap. cupientes de electione in. 6.

* ut in l. cæſar ff. de publicanis.

* ff. ex quib. cauſ. fit maior. l. nec utile, de regulis iuris l. non videtur.

* arg. cõtra ff. de uſufructu, & quemadmodo quis utatur l. 3. § deſinere.

Digitized by Google

utilitate verò, ſeu cõmoditate, quã habuit in portu Regis,quia ibi tutus fuit,vel refriſcavit, debet dirictũ Anchoragii,ſeu hoſpitationis,& albergariæ, * ubi in dicta lege, oneraverat cotes in inſula, & licèt exierit, indeꝛ quia tamẽ in brevi rediit, non voluntate, ſed tempeſtateꝛ, non dicitur exiſſe illa prima,vel iſta ſecunda vice, quando poſt tempeſtatem ſedatam exiit, quaſi plus conſideretur, quia in inſula, & de inſula cotes oneravit; quod principaliter debet attendi, quia rediit tempeſtate compulſus, * maximè ſi non poſt longum intervallum per tempeſtatem rediiſſet, tunc nec exiſſe videtur * Longum intervallum eſt,ſi jam perveniſſet ad locum prædeſtinatum, ad quem ire deſtinaverat, quando primò oneratus exiit. *

* dict.l. Ceſar.

* arg.ff. de donat. l. qui id quod

* ar.ff.de public. l. 3.

* ar.ff.de fur.l.3.

RITVS IV.

SI tamen in vendendo,vel emẽdo merces, tãtum ſolveret pro jure dohanę,quãtũ eſſet,vel plus jus Anchoragii, tunc Anchoragium non ſolvetur; ſed hoc erit ſecundùm morem, & conſuetudinem, ſi ſic, vel aliter, fuerit diutius obſervatum; per hoc patet, quod Anchoragium ſolvitur pluries in omni portu, quaſi in omni albergo,ut ſupra dictum eſt.

16 Item advertendum eſt in eo, quod dicitur in hoc *Ritu poſt principium*, ubi dicitur, quod ſi voluntariè veniſſet cauſa commercii etianſi non exoneraſſet, ſolvet fundicum, vel cavebit ire ad terram fundici infra Regnum;ſed poſtea *quaſi circa medium* dicit, quod, licèt venerit cum voluntate vendendi, & non vendit, nec in mari, nec in terra exonerat, non tenetur ad fundicum: cùm pœnitere poſſit, & ſic vide-
17 tur contra illud, quod ſupra dixi; & ideo in hoc colligo talem diſtinctionem,quod, ſi vaſſellus veniat vi ventorum, & ſtatim ſedataꝛ tempeſtate recedat,ad nihil tenetur, ultra an-
18 choragium,niſi exoneraſſet,vel in terra,vel inꝛ vaſſello; & tunc ſi merces erant communes,tenetur pro ſuis, & non præjudicat aliis ſociis; ſi verò remaneat poſt tempeſtatem,& tunc ſolvet fundicum, ſicut ſi voluntariè veniſſet; & quando voluntariè venit cauſa commercii ſolvet,ſive vendat, ſive non, ſive exoneret, ſiveꝛ non,vel caveat ire ad terram fundici infra Regnum,& hoc quando cauſa commercii venit; ſi autem non venit cauſa commercii, ſed pro alia cauſa,& tunc procedit illud,quod dicitur *circa medium Ritus*, ſcilicet,quod poteſt pœnitere, niſi ad aliquẽ actũ exteriorem proceſſit, ut quia requiſivit ſenſarios, pro venditioneꝛ
19 facienda,exquo animus per exteriora declaratur,de quibus plenè per *gloſ.in l.fulcimus, ff.ex quib.cauſ.in poſſ. &c.* Sed in hoc practicatur,
20 quod cùm navis applicat portum, Scribanei producunt, & producere debent librum, qui vocatur *Manifeſto*, in quo ſcribuntur merces, quæ onerantur, pro certis partibus v3. hæc pro Gaeta; hæc pro Neapoli;hæc pro Panhormo;hæc pro Roma; & de illis ſolvitur tantùm ſecũndùm loca deſtinata,& pro dictis locis,ſecundùm quod in dicto *manifeſto* apparet.
21 Item in eo,quod *in fine* dicitur,quod anchoragium non ſolvitur in caſu, quando vendendo merces ſolveretur pro jure dohanæ tantum, quantum eſſet, vel plus jus anchoragii; ſed tamen refert ſe ad conſuetudinem, de quo infra *de jure Anchoragii*,& ibi habetur, quod contraꝛ conſuetum non exigitur.

Item in hoc *Ritu* ubi dicitur *de jure ſyclæ in argento, quod aliunde venit, &c.* ſequitur arg. contra *ff.de uſu fruct. & quomod. &e. l.*3. vult dicere,ex quo ibi dicitur, quod deſiit pertinere,quia nunquam incæpit pertinere; & ſic dicamus hic,quod dicatur exiiſſe de portu, licèt coactus veniſſet,vel non exoneraſſet;ſed tamen dictum argumentum eſt,quia *in dict.l.*3.nonꝛ incipit pertinere, cum effectu: quia legato uſufructu ſub conditione, ſi pendente conditione

Digitized by Google

tione datus fuerit, & assignatus legatario, & sic incæpit, non scilicet, cum effectu; & postea defecit conditio, dicitur desinere, scilicet, cum effectu, ex quo non debetur legatario, licèt de facto primò fuerit assignatus; secus in casu nostro, quando nec etiam de facto exoneratum fuit argentum in terra, quod aliunde venit: quia non propterea dicitur exisse de Regno. Quicquid sit determinatum in hoc *Ritu*, illi oportet stari tanquam legi Regni.

RITVS VII.

FVndicus flagelli consuevit solvi, A, ubi est, scilicet in Insula Pontis Scelerati, & consuevit solvi de qualibet salma pannorum augustale unum; si immittantur in Sancto Germano, & ibi vendantur, solvebatur plus, sed si in Insula, vel Sancto Germano vult cavere ire ad terram fundici, recepta fidejussoria cautione nihil exigebatur pro jure fundici, sed tantùm augustale unum per salmam pro passagio; si ergo merces portentur de Insula, vel S. Germano Venafrium, quando sunt ibi nundinæ franchæ; non permittat Secretus transire merces de Insula, vel Sancto Germano, nisi soluto ibi jure prædicto: nam, si aliunde, scilicet de locis, ubi non est fundicus, vadant ad nundinas franchas, & sũt merces, quæ in locis illis natæ sunt, B, vel factæ, nil solvitur; si verò essent merces, quæ de extra Regnum venissent, adhuc non habet Curia jus in illis mercibus, in loco nundinarum, ubi venduntur, quia franchæ sunt, secus si non franchæ, ut dictum est supra, * Imputet ergo sibi qui debuit custodire, ut non intrarent Regnum tales merces quin solutum fuisset id jus, vel data cautio, ut præfertur, & hoc si consumantur ibi; alioquin ubicunque inveniet merces non fundicatas, compellet id jus solvere; sed quia emptæ sunt in nundinis franchis, excusarentur de jure, licèt dohanerii aliud servent, ut supra proximè dicitur. Et antiqui dohanerii cõsueverunt dicere, *a buõ ladrone, buon guardatore*; quod non est in aliis casibus: nam qui fugiendo, C, evadit, quod in vulgari dicitur *sfuggire* dohanam, vel plazzam, id est jus Pasagii, sive Dohanæ, vel plateæ, perdet merces, sicut quotidie preconizatur per loca dohanarum.

* *in Rubrica 2. in Rit. 5. incipiens nemo invitus.*

, A, Ascolani, non obstantibus eorum privilegiis, non sunt immunes à jure flagelli, immo solvere tenentur rationib. in banca discussis, vide consultam Cameræ expeditam primo Aprilis 1544. in consult. 24. fol. 98. in qua exprsè habetur, quod semper Camera fuit in voto, quod dicti Ascolani fuerunt astricti ad solvendum dictum jus flagelli.

, B, *Nota*, ut superiùs dictum est, quod merces, quæ nascuntur in jurisdictione dohanæ non solvunt fundicum, etiam quod extrahantur, donec applicaverint dohanam, vel territorium dohanæ; secus si veniunt de extra regnũ: quia possunt compelli statim, ut caveant de eundo ad fundicum, ut supra dictum est.

, C, Prædicta omnia, quæ sunt dicta, quod merces, quæ nascuntur in jurisdictione, non solvunt fundicum, etiam quod extrahantur, non procedunt, si in fraudem per fugam aliò portentur.

22 Item ex hoc superiori *Ritu* habes, quod si non notificavit, nec si prædictũ jus fundici solvit, pœna est, quod perdit merces; & dicimus jura Curiæ, sive sit jus dohanæ, sive fundici, & similium: *Ritus* enim dohanæ æquiparat hæc jura, scilicet dohanam, & fundicum, ut habetur in *titulo de jure fundici in Rit.* 20.

Digitized by Google

circa finem, ubi dicitur, quod ſatis erit contra morem, & contra jus, ſicut eſt fundicus ſervari ubi eſt dohana, itaquod contra morē, & jus eſt non ſervari, id eſt nō ſolvere jus fundici, & dohanæ; & *Rit.* dicit, quod Curia ſervat ſolitū pro cōmodo ſuo, & alibi, & in *Rit. de jure cābii*, ubi etiam *Ritus* dicit, quod eſt valde notandum, &c. & quia dicitur quod pœna non eſt ſtatuta, ſcilicet in dicto *Ritu de jure cambii*, tunc erit arbitraria pœna; arbitrium eſt, ut puniatur in quo deliquit, ſcilicet, ut merces perdat, & infra etiam in *eod. Rit. de jure cambii* dicit de pœnis loquēdo, *ut ſi conſtaret, &c.* quod ſemper fuit ſic ſervatum à tempore, quo eſſet præſcriptum, itaquod etiam conſuetudo inducta eſſet, ſicut apparet in dohana Neapolitana, ubi ſemper ſic fuit practicatum, ut dixit etiam idem *Ritus de jure cambii*, quod hæc eſt pœna ſatis æqua cōmunis, & juſta: quia punit in quo deliquit modica in modico, & magna in magno; & hic *rit. de jure fragelli* dicit, quod qui occultat, & fraudat hoc jus, punitur pœna in hoc ſtatuta, itaquod ſi nō reperiretur ſtatuta, ſuccedit, quod ſupra dixi, *ex Rit. de jure cambii*, & alibi etiā dicit *ritus in rub. de jure dohanæ* ubi dicit, quod qui fugit dohanam, & plateam, ut fugiendo non ſolvat jus, perdit merces, de quibus ſolvere debebat, & quicquid ſit hoc habetur expreſſe *in conſtitutione Regni*, quæ incipit *magiſtros fundicarios*, quæ jura ſervantur principaliter in hoc Regno; ubi dicitur quod mercatores, venientes ad Civitates, ubi ſunt fundici, exoneratis, & depoſitis mercibus, quæ fundicari debent in fundicis, ibi vel ubi voluerint, hoſpitari permittant pœna publicationis mercium mercatoribus imminente, qui aliò merces fundicatas ſine ſpeciali mandato fundicarii depoſuerint, vel modo quolibet jus fundici fraudare,
23 ſeu furari tētaverint, & *D. And. de Iſer.* principalis Doctor in Regno, & qui *Ritus* compoſuit, dicit *in prædallegata conſtitutione*, quod venientes ad locum ubi ſunt fundici, debent exonerare
24 merces in loco fundici, & alibi non: quia perdent merces; fundicarius id debet quidem concedere ex antiquo uſu, quando merces ſunt ſubtiles, aureæ, vel aliter pretioſæ, quas ſiſtere in fundico non eſt bene cautum.

25 Item mercator qui jus fundici fraudavit, vel fraudare tentaverit, perdet merces, puta recedebat jure fundici non ſoluto, itaquod furtum jam deduxit ad actum; in quo non eſt multum inſiſtendum: quia ita expreſsè loquitur *D. An-*
26 *dreas*, nec eſt neceſſe, quod fundicarii denuncient, ſeu requirant dictum mercatorem, ex quo ita jure cautum eſt: cùm ſcienti, & ſcire debēti non ſit denunciandum de eo, quod ipſe tenetur, *ut in l. 1. ff. de act. empt.* & per *Bald in* 10. *Collat. in tit. qui ſucceſſ. ten.* cùm ſcire, & debere ſcire ſint paria, ut in *l. quod te*, cum ſua *gloſſ. ff. ſi cert. pet.* & maximè, ſi eſt civis mercator, & non ſimplex, ſed expertus, qui ſcivit, aut ſcire debuit, & imputet ſibi, ſi prohibita ignoravit, ut eſt *Ritus in rubrica de incantibus*, & tenet etiā *Bald.* expreſsè in *l. fin. C. de nau fœn.* ubi dicit, quod non excuſatur mercator de ignorantia; ſed ſufficit, quod habeamus *Ritum*, ut ſupra. Nec etiam obſtat, quod aliqui dicunt, ordinatum fuiſſe in Summaria, quod notificetur mercatoribus: quia ſalva reverentia dicentium, originalis ſcriptura non reperitur, verùm in Summaria pro quadam bona æquitate ordinatum verbo in banca ipsius Summariæ, ad tollendas fraudes guardianorum, qui ſtabant in portis Neapolis, & dum veniebant exteri, maximè ruſtici, & ignorabant *Ritus*, nihil dicebant guardiani, & venientes exteri ibant bona fide ad tabernam ad refriſcandum, vel alia eorum negotia faciendum, & Guardiani capiebant merces, dicendo perditas eſſe quia debuerant ire in dohanam; & ideo dictum fuit, quod ipsi guardiani debeant dicere exteris venientibus: Videte, ſi habetis merces, ite ad dohanā, quia aliàs perduntur; ſed hoc non eſt in caſu *Ritus* noſtri, quando mercator portat merces, & non ſolvit, aut non poſuit in fundico: cùm simus extra illum caſum, quando venit mercator, ponit ſuas merces in dohana, & non ſolvit, uel non poſuit, & eſt homo, qui ſcit, & ſcire debuit; tunc procedit quantum eſt, ſecundùm allegatam *conſtitutionem Regni, magiſtros, & D. And. de Iſer.*

Item nō obſtat, quod dicunt alii, quod debet ſolvi duplum de dirictibus fraudatis, sicut, & aliàs Carlucius de Alario Credenzerius, notabilis homo, & expertus in dohana, & interrogatus per me Goffredum tunc commiſſarium, preſente Regio Theſaurario ſuper cauſa fraudationis certæ quantitatis Zaffaranæ contra Franciſcum Pigulum de Neapoli Aromatariū, *In che maniera ſi praticava in detta dohana degl' intercetti, e mercātie fraudati, & che non ſi trovano in eſſere caſu cōſunte, o barattate*, dixit, *che in tēpo erano Antonio Caruſo, e Giulio Forte officiali della R. C. della Summaria, fu ordinato, che degl' intercetti, & delle coſe fraudate antiche, cioè da 20. in ſu doveſſe eſiggere dal padrone delle dette mercantie il deritto doppio, & non degl' intercetti novi*; Et hoc reperitur in actis factis corā me Goffredo tanquam Commiſſario in dicta
27 cauſa zaffaranæ; unde magis eſſe debemus in terminis legum noſtrarum, quando non reperiuntur merces fraudatæ, ut *in l. commiſſa, ff. de public. & in l. 2. C. de vectig.* ubi poſt quinquennium nō habet Fiſcus jus vendicandi; ſed dic, ut infra meliùs dicetur ad intelligentiam dictarum legum. Vnum tamen hoc ſcias, quod tales dirictus minui non poſſunt in hoc Regno, nec aliqua ordinatio fieri per Officiales, nec negligentia ipſorum Officialium præjudicat Fiſco; & de hoc ſunt litteræ Regiæ prædeceſſorum Regum, & maximè bonæ memoriæ Regis Ladiſlai, quæ ſunt in fine libri, qui eſt in

Sum-

Digitized by Google

Summaria, in quo ſunt litteræ extractæ ab archivo, & in fine iſtius operis credo ponere
28 Deo Duce cum aliis litteris; vnde etiam, ſi mercator non fecit profeſſionem mercium, perdet merces: quia ad hæc duo mercator tenetur, ad profeſſionem mercium, & ad ſolutionem juriũ,
29 ut plenè habetur *in l. fin. ff. de public.* Dicitur enim profeſſio, quando ſcribi facit, ut apparet *in Evang. Luce cap. 2.* ubi dicitur: *ut deſcriberetur univerſus Orbis, & ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in ſuam Civitatem; aſcendit autem, & Ioſeph, ut profiteretur, &c.* ſic apparet ibi, quod profeſſio erat, ut omnes ſcriberentur in ſolutione cenſus.

30 Item quod per perditionem mercium Fiſcus eſt effectus Dominus, ut habetur in allegata *l. commiſſa* per *tex. & Bart. ff. de public.* Ad hoc facit *cap. Regis Caroli Secundi*, quod incipit *bona proditorum* (171. ſecundùm ordinẽ de Nigris) ubi datur Fiſco vendicatio ſine adeptione poſſeſſionis contra quoſcunq; poſſeſſores uſq; ad 20. annos, & contra criminoſos, eorunq; filios, & deſcendentes, in perpetuum nulla data
31 præſcriptione. Et ideo videamus an perditis mercibus teneatur mercator fraudans ad pretium, ſeu æxtimationem mercium? in quo ſunt duo videnda v3. quando ſunt perditæ merces, ut quia in rerum natura non ſunt, nec penes mercatorem fraudantem, nec penes alium; Secundò quando non ſunt penes mercatorem, ſed tamen ſunt in rerum natura, ut quia mercator vendidit, & recepit pretium. Et quantùm ad primum habemus *l. 2. C. de vectig.* quæ vult, quod infra quinquennium Fiſcus poteſt vendicare commiſſum, & pro ea re commiſſa poteſt petere pretium, ſi res ipſa non extat, ut in caſibus v3. Si lis anticipata eſt, vel de dolo fraudantis res ipſa ſuppreſſa, vel fuit mercator in lata culpa; unde ſi lis fuit anticipata antequam mercator deſiiſſet poſſidere, ut puta ultimo Octobris fuit facta denunciatio Dohanæ de ipſa fraude, & primo Novembris Dohana incipit inquiſitionem facere, & examinare; Item & quod dolo, & culpa ipſius fraudantis deſiit poſſidere, quando mercator ſic ſcire debebat prohibita, maximè cùm erat civis, & non ſimplex homo, ſecundùm *Ritum in titulo de Incantibus, ſupra allegatum*; & ſic apparet, quod fuerit in dolo, vel ſaltem in culpa lata, quæ eſt quando ignorat illa, quæ omnes alii homines ſuæ conditionis ſcire debent, ut habetur *in l. quod Nerva, ff. depoſiti.* Hinc eſt, quod dicit *Bald. in alleg. l. 2. C. de vectig.* quod, ſi res incidit in commiſſum, & perit caſu fortuito, item ſi levi culpa, vel leviſſima, non tenetur debitor, ideſt mercator; ſecus ſi dolo, aut culpa lata; &
32 plus eſt: quia etiam quando caſu perit ille, qui dicit caſum, debet probare, de quo plenè per *D. Ang. ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis, §. Prætor ait*, ubi loquitur de modo probandi perditionem rei, & poſt multa concludit, quod qui allegat perditionem per caſum, debet probare, quod ſine culpa ſua, ut furtum, incendium, &c.

33 Sed in caſibus noſtris aliud eſt, cùm mercator ſcit, aut ſcire debuit, ut *in allegato ritu de incantibus*, & tenet *Bald. in l. fin. C. de nau. fœnor.* ubi dicit, quod in vectigalibus culpa eſt non explorare conſuetudinem loci, argumento *ff. de publ. l. fin. §. denique*, & maximè cùm denunciatum fuerit mercatori per Officiales ante venditionem mercium, licèt non ſit neceſſarium, ut ſupra dixi. Et hoc procedit quando ſumus in caſu perditionis mercium; ſi verò ſumus in caſu, quando mercator fraudans vendidit, & pretium recepit, tunc diverſus caſus eſt à ſuperiori, ſcilicet quando diximus merces
34 eſſe perditas, & non eſſe in rerum natura, & tamen quando mercator fraudans vendidit, & pretium recepit, diverſus eſt caſus, quia ille, qui pretium habet, rem habere videtur, & loco rei ſuccedit pretium: ita quod diſtrahens rem tenetur ad pretium, ut *in l. ſed etſi rem, ff. de petit. hæredit.* ubi plenisſimè *D. Ang.* ponit, & dicit, quicquid dicant alii, apparet ex ipſa natura
35 rerum: nam quis non debet locupletari cum aliena jactura, ut *in l. nam etſi, ff. de condit. indeb.* & *l. ſi et me, et Titium, ff. ſi cert. petatur*, & quod
36 res illa ſit Fiſci, & ipſo jure dominium eſt acquiſitum Fiſco, ut habetur *in d. l. commiſſa, ff. de publ.* & tu fraudans, & uendens habeas pretiũ, ita quod ex tua fraude lucrum portes, valde ſunt contra Iura, & Sacros Doctores, maximè *B. Thomam de Aquino in Summa 2. 2. q. 62. art. 2. 3. & 4.* ubi etiam dicit, quod ſi rem jam habitam auferet, tenetur ad reſtitutionem æqualem, & etiam de eo, quod damnificat, ubi meliùs videre poteris, & ut dixi, habet Fiſcus electionem, & contra delinquentem, & contra poſſeſſorem, ut per allegatum *Regni Capitul. bona proditorum*, hoc etiam apparet, quod notatur *in l. 3. in §. multa, ff. de Iur. Fiſci*, ubi dicitur, ut quando debitor Fiſci deſit eſſe ſolvendo, & quando ex ratione Fiſci nomine facta ſunt, ut per Rationalem Fiſci. Tertiò, quando ex contractu fiſcali debitores conveniuntur, hoc eſt ex contractu, qui Fiſco fuerit oſtenſus. Accipit pecuniam à Fiſco, & alii mutuavit, & ſic de pecunia Fiſci factus eſt debitor; his caſibus agit Fiſcus, & eligit quem vult: nam, & qui rem alienam vendidit non præjudicat domino, licèt in ſui præjudicium teneat venditio; Si ergo res erat Fiſci, non potuit vendi, poteſt enim Fiſcus ratificare contractum, & agere cõtra vendentem ad pretium, & intereſſe; & nihilominus agere contra poſſeſſorem, quando res inveniretur penes aliquem ementem.

37 Præterea de hoc caſus eſt *in l. un. C. de alienatione mutandi Indicii cauſa facta*, ubi habetur, quod ſi poſſeſſor alienavit rem, quæ ab eo petita fuit, condemnatur ad intereſſe, quod eſt plus, quàm ad pretiũ, & habet petitor electionem, an velit agere contra venditorem, an

Digitized by Google

38 tra emptorem. Ergo in casu nostro, cùm jam quæsitum fuerit dominiũ Fisco, vel etiam cùm incepta fuerit inquisitio, mercator possidebat, & postea vendidit, ita quod non est dubium, quod in fraudem, & judicii mutandi causa fecerit, non curando, an contestata fuerit lis, an
39 non: quia in istis extraordinariis dicitur lis contestata, cùm sit ceptus actus, qui solet fieri post litem contestatam, vel examinãdo testes, &c. ut est *glos.* notabilis *Io. Andr. in cap. 1. de elect. in. 6.* notat etiam *Bald. in l. nihil, C. de procurat.* & probatur in materia fiscali *in l. edicto in prine. de Iure fisci*, ubi sufficit, quod deferatur Fisco: quia solùm per delationem afficitur
40 res; & sic cùm dominium erat penes Fiscum, & possessio penes fraudantem; si postea fraudans vendidit, ita quod appareat, judicii mutandi causa factum, potest agere Fiscus ad interesse contra vendentem, & contra possessorem rei vendicatione; facit, quod habetur in *titu. in rubrica de non positis, & subtractis*, qui videtur sentire, quod sufficiat denunciatio, & inquisitio ad constituendum in mora debitorem Fisci. Nec obstat, quod habetur in *rubrica de Iure Fundici Rit. 4.* ibi: *Item quando verò merces intrant, &c.* ubi videtur facere differentiam de mercibus consumptis, & non consumptis, quia in alio casu loquitur, quod declara, ut ibi dixi.

41 Item quod dicitur *hic*, quod non est in aliis casibus, quasi velit dicere, quod in hoc jure fundici est, quod si Secretus non intercepit merces, uel sibi caveri non fecit de solvendo, vel eundo ad terram fundici, & postea merces essent venditæ, & consumptæ; ampliùs non posset Ius fundici petere de dictis mercibus; quod secus est in aliis casibus, scilicet quando mercator fraudaret dohanam, vel passagium: quia tunc etiam postea usque ad quinquenniũ tenetur de mercibus prædictis, vel de pœna, secundùm quod præconizatum fuerit, quod apparet, quia hæredes tenentur, ut *in d. l. commissa, ff. de publ.* ubi infra quinquennium potest Fiscus petere rem, quæ incidit in commissum, contra hæredes, & alios possessores; pro hoc est casus *in l. 2. C. de vect.* etiansi res illa non exter, dummodo dolo, & lata culpa supprimatur: quia tunc etiam ad pretium rei tenetur; si autem sine culpa lata, & dolo, res non extat, tunc
42 nec res, nec pretium peti potest. Et sic habes, quod, licèt res incidat in commissum, tamen debitor non tenetur, si res perit postea casu fortuito. Item etsi culpa levi, vel levissima; secus si lata, ut dictum est, & ideo si quis portabit frumentum contra vetitum, & debebat illud perdere, tamen si in itinere incidit in piratas, & derobaverunt eum, non tamen ideo tenetur Fisco ad æxtimationem frumenti, quod est notabile secundùm *Bald.* in allegata *l. 2.* si autem ipse moritur infra quinquennium, an in foro conscientiæ teneatur? dic quod non, secundùm *Nicolaum de Mattarellis*, quem sequi-
43 tur *Baldus*: quia conscientia non ligat, quos natura non obligat, secundùm *Bald.* & dicas,
44 quod eo ipso, quod omiserit professionem, & non solverit vectigal, incidit ipso jure in commissum, & dominus perdit dominium, non ta-
45 men possessionem; & dicas, quod si quis non solverit, & profitetur, & non solvet scienter, & tunc punitur, & publicatur res; si verò ignorãter, & deceptus à publicano, & tunc ei subvenitur, *l. fin. §. divi quoque fratres, ff. de publ.* si verò non à publicano decipitur, sed ab errore ductus, tunc non publicatur, ut *d. l. fin. §. Divi quoq; fratres*, secundùm *Bar.* & *Din. in allegat. l. commissa*: nam *tex. in d. l. fin. §. licèt, ff. de publicanis*, dicit: *licèt quis se ignoraße dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere*; sed in eadem *leg. circa fin.* dicitur: *Si quid autem indebitum per errorem solventis publicanus accepit, retro eum restituere oportebit*; & ita hic excusatur error, quod non est in proximè dicto; Sed *glos.* ibi in *d. §. fin. & verb. per errorem solventis* dicit: *facti* (scilicet) *vel juris, secus si sciẽs*; & respondet ad dictum *§. licèt*, dicens, quod ibi fuit errans in non solvendo, & ideo non excusatur, sed *hic* (idest *in fine legis*) fuit errans in
46 solvendo, & magis excusatur. Et nihilominus etiam dicas, quod, si publicanus remiserit jus vectigalis, non propterea res incidit in commissum; verùm tenetur publicanus, & ejus fidejussor Fisco, non tamen hæredes ipsorum tenentur ad pœnam, scilicet ad duplum (ad quã pœnam tenebatur publicanus quantum ad pœnam) sed in re commissa in Fiscum ob non solutum vectigal, benè tenentur hæredes, *ut in d. l. commissa.*

47 Sed quæritur quid in jure dirictus, qui debetur Curiæ, seu Fisco Ecclesiæ, quãdo quis incidit in commissum, quia non proficetur rem, nec solvit, & lapsum est quinquennium, ubi res illa perit sine dolo, & culpa lata delinquẽtis, an poterit fiscus, & curia petere illud, quod debebatur ratione rei pro passagio, vel jure dohanæ? & videtur, quod sic: cùm pro illo jure non sit obligata res, sed persona pro re, nec illud venit ratione pœnæ, sed ratione juris principaliter debiti fisco. Pro hoc videtur casus *in l. omnibus militibus, Cod. de vectig. & commissis*, ubi Imperator concedit privilegium militibus, quod non incidant in pœnã propter omissas professiones; nihilominus vult, quod solvere debeant vectigalia, si quæ debebantur, & dicit ibi *Bald.* quod hi milites nõ incidunt in commissum, tenentur tamen solvere omissum; sic ergo, licèt propter amissionem rei, vel lapsum quinquennii, quis liberetur à re, quæ incidit in commissum, non tamen liberatur à jure dirictus, & sic ergo tenetur ad duas pœnas ille, qui incidit in commissum: quia perdit rẽ, & solvere debet dirictum: cùm & sic duplicã pœna quis gravari non debeat, sed ad hoc te-

spon-

Digitized by Google

ſpondetur,quod quando fiſcus haberet rem illam,quæ incidit in commiſſum, ſatis erat pœnæ ſatisfactum;ſed cùm rem illam non habeat, poteſt dici, quod non perdit jus, quod debetur pro vectigali , ſicut diximus *in d. l. omnib.* Sed ad hoc poſſet reſponderi, quod ſi hoc caſu non habet fiſcus rem,quæ incidit in commiſſum ; eſt pro ſui , ſeu officialium ſuorum culpa, qui infra quinquennium nō petierunt, vel antequam res periret ; ſatis eſt , quod potuit petere,ſibi imputandum ſi non fecit: cùm, ſi ex defectu officialium fuit,potuit ſibi reſarciri facere ab ipſis officialibus ; & cogites : quia fortè hæc pars ultima eſt verior ad jus, & conſcientiam.

49 Item quod dixi, quod ignorans non incidit in pœnam commiſſi,non intelligitur de ſupina ignorantia.

Item quod videtur loqui ſecundùm Evangelium de quo dixit *Chriſtus Mattei 22.* interrogatus,ſi liceret tributum dari Cæſari,reſpondit: *Reddite quæ Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei, Deo,* & licèt Iuris Conſulti non videntur habuiſſe reſpectum ad Evangelium, quia tunc nō erat publicatum,tamen bene teneas,quod fuit ſupina ignorantia *in dicta l. fin. §. licèt*, ſecundùm *Bart.* & facit ad ſtatuta, quæ communiter ſunt in Italia de armis non portandis, & de frumento non extrahendo;an forenſes exuſentur ? & certè non, quia ſupina eſt ignorantia, argumento *dicti §. licèt, & in l. fin. Cod. de naut. fen.* & dicitur,clarè,& plenè per *D. And. de Iſer. in 10. Collat. in tit. quæ ſint regalia, poſt principium*, ubi diſtinguit de equis , & armis, quæ ſunt in Regno,vel veniunt ab extra.

50 Item habeas ex allegata *l. commiſſa*, quod, licèt ex delicto actio contra hæredem non tranſeat, tamen eſt verum contra hæredem ut hæredem,ſed non contra heredem ut ſimplicē poſſeſſorem, ut eſt caſus *in dicta l. commiſſa*, & quod dicitur in allegato *l. commiſſa*,quod incidit in commiſſum,dic niſi per errorem fuerit commißum,ut in *l. fin. §. divi, & §. quoties* ; poterit autem res commiſſa vendicari uſque ad quinquennium, & non ultra, ut *Cod. eod. l. 2.*

51 ſecundùm *Ang.* in *dicta l. commiſſa*, ubi etiam dicit,quòd licèt propter non ſolutum vectigal ipſo jure dominium rei tranſire debeat in fiſcū, non tamen transfertur ipſo jure poſſeſſio, ut in *d. l. commiſſa, & l. ultima Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & l. cum duobus, §. idem reſpondit, ff. pro ſocio*, ſecundùm eundem *Ang.* videas *capitulum* Regni *bona proditorum*, in quo videtur,quod ipſo jure fiſco applicetur dominium,& poſſeſſio.

52 Item quod ſtatuta recipiunt interpretationem reſtrictivam,etiam in vectigalibus,ut quis non puniatur indebitè , & pactum factum ab eo,qui habet poteſtatem condendi legem , lex eſt, *l. ultima, C. de donat. inter vir. & uxor.* & facit,ut civitas, quæ habet merum, & miſtum Imperium,ſic poteſt legem condendo obligare,ſimiliter civis,ita faciendo pactum , & ſuper hoc video pulchra verba *Innoc. in cap. in noſtra, de injuriis*, ſecundùm *Bart.* & *Ang. in l. cæſar ff. de publican.*

53 Item quod dictum eſt,quod de aliquibus rebus non debet ſolvi gabella, tamen qui portat illas debet profiteri,ſeu aſſignare,aliàs incidit in commiſſum,licèt minori occurratur, *l. fin. §.*

54 *divi ff. de publ.* ut ſi portet cauſa ſui uſus,non

55 bet ſolvi gabella,ut *ibi*. Et ſic facit, quod, ſi ſcholaris,qui non debet ſolvere pro libris gabellam,vadit ſine apodixa,incidat in commiſſum , ut *in §.* prædicto;ſed in contrarium facit *ead. l. fin. §. quoties*, & ideo dic ſecundùm *Bart.*

56 quod quædam ſunt, de quibus liquet publicano,quod non debet ſolvi,ut quia jam ſolvit,& tunc non debet peti apodixa , ut *d. §. quoties*; quando verò publicano non liquet, quod quis ducat cauſa ſui uſus, tunc debet peti apodixa, ut *dicto §. divi quoque* ; unde , cùm ei non liquet,an ſit ſcholaris petat apodixā;ſecus ſi eſſet res,pro qua non deberet ſolvi ex forma ſtatuti ; & cùm eſt dubium , an portet ſui uſus cauſa,recurrendum eſt ad conjecturas, & conditiones perſonarum, & in omnibus in dubio exiſtentibus recurrendum eſt ad juramentum, ut pluries dictum eſt per *Gloſ. in Clement. præſenti, de cenſibus.*

57 Item facit etiam in argumentum , ſtatutum eſt,quod Syndicus cōmunitatis debet denunciare maleficium,modo quidam interfecit bānitum , qui poterat impunè occidi,an debeat denunciare interficientem ? & videtur , quod debeat denunciare , licèt factum non ſit punibile,ſicut debet profiteri,licèt non debet ſolvi gabella,ut allegato *§. divus*, & ita dicit *Bart.* fuiſſe determinatum; & ideo dicit ipſe , quod putat ſi ſtatuto dicatur,quod ruſtici teneantur capere malefactores ; ſi quis occiderit bannitum,& ruſtici non capiunt, non teneantur : nam captura fit ad impediendum , ne fiat maleficium , vel eo facto ad exequutionem pœnæ , non ad cognitionem ; licèt abſentibus, vel non captis eis poteſt ignoſci , argumento *l. ſiquis in gravi, ff. ſi maritus, ff. ad Syllan.* Item

58 habes ex *§. quoties quis*, *cum ſua Gloſ.* quod quis non teneatur ſæpiùs pro eadem re ſolvere vectigal,& ſic facit ad ſtatutum, quod vult, quod de omnibus redditibus ſolvatur gabella; contigit,quod quis locavit fundum pro centū florenis,& colonus percepit fructum , & de eo ſolvit gabellam,an dominus fundi teneatur ſolvere de centum florenis? certè non,quia ſoluta eſt pro fructibus,quorum contemplatione dominus habebat florenos , & fortè propter gabellam minori pretio locavit , ſecundùm *Innoc. extra de decimis cap. fin.* & idem facis, quod, ſi permiſiſti rem vendere, & de promiſſione ſoluta eſt gabella , non debeat ſolvi de vendi-

vendicione, secundùm *Bart. in alleg. §. quoties.*

59 Item habes, quod si ista civitas, & aliæ habent confines determinatos, ultra quos dicitur portare vetitum, contra formam statuti, modo si mulus, vel somerius ultra terminum invenitur, nisi probetur dominum duxisse, non incidit in commissum, nec publicatur: quia potuit esse, quod mulus, seu somerius fugerit; oportet ergo, quod formans processum dicat, quod dominus duxit, aliàs non sequitur, invenitur mulus, ergo dominus duxit, argumento *dicti §. servi, qui in fuga, d. l. fin. de publ.* secundũ *Bart.* facit quod notat *Ang. in d. l. fin. §. si propter* ubi dicit, quod, si equus, vel mulus cõtra volũtatem domini deviat, & portat res in dorso contra uetitum, nõ punitur dominus talis animalis, sic deviantis.

60 Item ejus, quod dicitur, quod si sui usus causa portet, nihilominus debet profiteri ratio est, quia per publicanum debet cognosci, quæ sui usus causa portentur, vel non; & ste facit ad id, quod dixi supra, quod Syndicus communitatis debet denunciare malefactorem, licèt offenderit talem, qui potuerit impunè offendi, cùm per judicem de hoc debeat cognosci, & hoc si ad cognitionem tantùm fiat denunciatio, & vide supra, ibi: *item facit*, ubi fit differentia, an dicat *denunciet*, an *capiat*; secus si ad punitionem, *l. siquis in gravi*, *§. si maritus*, *ad Syll.* & vide *ad Turpill. l. 1.* & de *Custod. reor. l. Divus*, secundùm *Angel. in alleg. l. fin. §. divus.*

61 Item illud, quod dicitur, quod publicanus non potest provocare, vel remittere; dicas, nisi concessa sit publicatio; & de publicano, qui colligit pro communi, scilicet conducente à communi, & sic pro se exigebat, & fisco dabat certam quantitatem annuatim; vel si vis intelligere in publicano dicere potes, quod publicanus erat positus ad universalem exactionẽ, secus quando habebat speciale mandatum ad unam solutionem recipiendi tantùm, ut in juribus infra allegatis, aliàs non posset prorogare, vel remittere, *de verb. oblig. l. qui Romæ*, §. *Callimachus*, & sic potest limitari *l. penes illũ*, 4. *C. de vectig.* ubi habetur, quod non debet interrumpi præstatio, nec unum augmentum ultra debitum dandum est emptori, vel conductori ad solvendum fisco, secundùm *Bald. in allat. l. fin.* conjugendo *Angel.* in allata *l. fin. §. fin. ff. de publ.*

62 Item in eo, quod dicitur, an propter illicitũ fiat commissum de licito? de quo plenè in *præambulis*, & per *Bart. in l. cotem* §. *Dominus*, & pro hoc dicit Dominus *Ang. in d. l. fin. §. idõ Divus*, quod bonis publicatis, non videntur esse publicata ea, quæ sunt in aliena civitate, per *Bald. in l. tutelas*, *de capit. dimin.* & *Bart. in l. cunctos populos*, intelligendo, quod civitates sunt diversorum dominorũ, & jurisdictionum, secus si sub uno Regno, & sub uno Rege, per ea, quæ in simili notantur *in l. fin. ff. qui satisd. cog.*

RITVS VIII.

ITem quod pro juribus, redditibus, & proventibus fundici flagelli, secundùm quod ad præsens sunt declarata: videlicet, D, quod de omnibus pannis, & mercibus, quæ deferuntur de partibus extra Regnum, in Regnum, per partes Terræ Laboris, & Comitatus Molisii jurisdictionis tuæ per quancunque viam, & panni, & merces ipsæ non deferantur in terris, in quibus sint fundici ordinati, recto tramite recipiantur, & percipiantur grana quindecim pro qualibet uncia pretii, seu valoris pannorum, & mercium ipsarum, ob quod recipitur in Castro Sangri quando vadit Beneventum; & hoc de mercibus delatis extra Regnum: nam si Piscariæ merces bona fide emisset, & ibi solvisset sine fraude vera, vel præsumpta, nedum si iret extra Regnum, vel Beneventum, immo si Neapoli semel fundicet, ut superiùs dictum est; Idem si esset ferrum, vel merces, quæ non possint in aliam Provinciam immitti, quanquam essent fundicatę: quia, si vult ire Beneventum, solvet tantùm passagia, fundicum non, eo semel soluto non perdentur, quia in aliam Regni Provinciam immitti nõ possunt, quia non immittit, ut

velit

Digitized by Google

velit vendere per *Regnum*, ſed ut Beneventum vadat; ſicut ſi velit ire *Renate*, non perdetur ferrum tale, ſi ſolventur, quæ ſunt conſueta, quando exit, ſicut ſunt paſſagia, & alia ſolita in Benevento, ſi merces hæ nõ ſunt conſumptæ ibi; ſed ſi extra Beneventum portentur infra *Regnum*, capiẽtur per Secretũ, & officiales ejus tanquam prohibitæ immitti ad exercitium, & uſum hominum ſubditorum regiorum illius Provinciæ, niſi tunc diceret, & caveret ſe iturum ad terram fundici infra Regnum non ſubditam Secreto illi, puta Salernum, uel Neapolim, ſi ſecretia Principatus eſſet per ſe, à ſecretia Terrę Laboris: nam ſi veniret ſicut de Apulia, vel de Aprutio, vel de extra Regnũ per mare, vel per terram, idem eſſet: nõ enim immittit ad exercitium, & uſum hominum illius Provinciæ prohibitum, ſed tantùm tranſit per illam Provinciam *. Licèt de *jure* principali libero ex eo, quod fit de ſeta, & de filis, non debet ſolvi *.

* pro quo eſt, *Cod. de ædific. privat. l. ſi quis poſt, 6.*

* *ff. de Auro, & Argen. legat. l. & ſi non ſunt.*

Item quod dicta gabella recolligatur eo modo, & forma, quibus per alios gabellotos prædeceſſores recollecta, & percæpta injuribus ſuis prædictis.

Item quod à recollectione dictæ gabellæ excludantur, & repellantur omnes, & quicunque alii pereeptores, & recollectores jurium ipſius gabellæ tam in Inſula Pontis Sceleratis, quam Rocca ſicca, curvi, & locis aliis, & veniant ad computandum de pecunia recollecta per eos viſa per Præſidentes *in regeſto communi 14. 44. & 45. fol. 200.* & vide *in fol. 158.* communem ſolitam expeditionem per Cameram pro exactione ſupradictorũ jurium dicti fundici flagelli olim expeditam *ſub die 17. Ianuarii 1444.*

Pro ſalmis de matore, glieri, fugine, volpi de carſagna, & altre ſorti de baſſette comprate in Pontecorbo, & ſic extra Regnũ immiſſæ in Regno per il paſſo di San Germano, pagano per la ragione del flagello à ragione di carlini quindeci per ſoma; & quãdo ſi eſtraheno da Regno, per eſtra Regno, ſoluto jure fundici, non pagano altri deritti, etſi non ſit ſolutum debetur. Et quando ſi immettono da eſtra Regno, dandoſi plegiaria d'andare à terra di fundico non ſon tenuti ad altro pagamento, ne à detto jus fundici, & così s' habbia d'oſſervare de cætero, *Littera ex camera 15. Martii 1507. in letterarum partium 32. fol. 69. & in anno 1544. de mandato Regia Curia*, quod Præſidens, & Paulellus de Aliſandro Rationalis de introitibus dicti flagelli capiant informationem, exigant introitus, & ſolvant ſalaria officialibus; *Camera in commiſſione 15. fol. 1. ſub die 21. Octobris.*

RITVS IX.

ET de illis pannis, & mercibus, quæ deferuntur per uiam Inſulæ Pontis Scelerati ad terras, ubi ſunt fundici Curię ordinati, recipiat, & percipiat auguſtale unum pro ſalma, & de mercibus, quæ per eandem uiam extrahuntur de Regno recipiat, & percipiat ſicut hactenus cõſuevit, & ſic ſoluto auguſtale pro paſſagio, jus fundici ſolvetur in terra fundici, ad quam vadit, in Sancto Germano ſi vẽdat, vel alibi, ubi non eſt fundicus, jus fundici recipitur à Secreto pro Curia in loco, ubi venduntur, fundicum non habente, & hoc eſt æquum, quia fuit interceptus, antequam iret ad terram fundici, vel dic ut ſupra eſt: * nam ſi diceretur ei: non vendas hic, ſed caveas ire ad terram fundi-

* *In Rit. 5 qui incipit nemo invitus, rub. 24.*

ci

,D, Gabella flagelli hoc modo ſcilicet recolligitur.

Pro ſingulis ſalmis quaruncunque mercium per terram venientibus de extra Regnum ſolvitur pro dicta gabella auguſtale unũ, quod ſunt caroleni quindecim, & dicta gabella recolligitur in locis ſolitis, & conſuetis, & ubi aliàs recolligi extitit conſuetum.

Item delator ipſarum mercium debet præſtara fidejuſſoriam cautionem eundi ad terram fundici, & ubi eſt fundicus, ibique ſolvere jus fundici, & ſi noluerit ire ad dictam terram fundici ſolvat gabelloto grana quindecim per unciam pro valore ipſarum mercium.

Item pro omnibus, & ſingulis mercibus Gaetæ tempore nundinarum, quod non ſolverunt jus fundici à tranſeuntibus per loca prædicta, dictus gabellotus recipiat dictum jus fundici ad ad rationem granorum quindecim, ut ſupra.

Digitized by Google

ci, eſt in favorem mercatoris, ſed ſi ibi velit vendere, ibi ſolvat fundicum, & jus Curiæ pro fundico, & ſemel eo ſoluto, non ſolvetur ulterius. Ante hanc declarationem ſi ibat in Sancto Germano recipiebantur duo auguſtalia, ut ſupra; ſed hæc declaratio dicit unum auguſtale tantùm ſolvendũ pro paſſagio, ſcilicet quo ſoluto ibit ad terrã fundici, ſubaudiẽdum eſt, quod eſt juris communis, ut ſi nolit ire ad terram fundici, & vendat ibi, ſolvantur grana quindecim pro uncia pro fundico, quia auguſtale eſt pro paſſagio.

63 Super jure fundici videtur ſic intelligi debere; & advertẽdum primò, quod litteræ regię dirigũtur officiali Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii, & dicunt quod recipitur de mercibus venientibus de extra Regnum euntibus in terris, in quibus nõ ſunt fundici, recipitur jus fundici granorũ quindecim, & in Caſtro Sangri.

64 Sequitur ſi verè eßent fundicatæ, vellent ire ad terram fundici, tunc ſolvent paſſagia tantùm, ita quod breviſſimis verbis conjungendo effectum vult dicere, quod, ſi tranſit per Caſtrũ Sangri, & vadat ad terram, non habentem fundicum, ſolvet jus fundici; cum hoc non excludit, quod ſolvat paſſagium, quia ſequitur quando vadit ad terram habentem fundicum, ſolvat paſſagia, quia fundicum non, &c. quaſi dicat, quod, ſi non eſsent fundicatæ, & vult ire ad terram non habentem fundicum, tunc non tantùm ſolvat paſſagia, ſed etiam fundicum, quæ continuatio fit ad proxima, dum loquitur de Caſtro Sangri uſque ibi, ſequitur in litteris ubi poſtea tranſit ad aliam partem juriſditionis officialis, cui ſcribitur, quia primo dixerat de partibus Comitatus Molisii dicens, *quod tu officialis Comitatus Moliſii habeas recipere jura modo prædicto in Caſtro Sangri v 3. ſi non ſunt fundicatæ, vel vadunt ad terram non fundici, tunc ſufficit, quod ibi recipias gran. 15. pro fundico: quia ſi ſunt fundicatæ, vel vadant ad terram fundici, ſatis eſt, quod*, ibi, *accipias paſſagium, quod eſt auguſtale unum, fundicum verò non, ex quo ſunt fundicatæ, &c.* quaſi di cat: ſi non ſunt fundicatæ utrunque recipias.

65 Et totum loquitur hoc principium litterarum de paſſagio Sangri, poſtea ſequitur alia pars litterarũ, dum dicit, *tu etiã officialis Terræ Laboris recipias, &c.* de mercibus, quæ veniunt de extra Regnũ per viam Inſulæ Pontis Sceleratí, ex quo illa eſt via, per quam venitur per viam ab extra Regnũ, ad Regnum, per partem Terrę Laboris, in quo dicitur, quod quãdo ſunt fundicatæ, vel vadunt ad terram fundici, recipiant auguſtale unum pro paſſagio: quia jus fundici in terra ad quam vadit, ſupple ubi eſt fundicus, tunc recipitur à Secreto in loco, ubi venditur, & ubi non eſt fundicus; & hoc ideo, quia fuit interceptus antequam iret ad terram fundici, vel dicas ut ſupra, ſcilicet, ut quando vult ire, faciat ſibi cavere ire ad terram fundici, & tunc ſi vendet in terram fundici, ibi ſolvet, & eo ſoluto, non ſolvet ampliùs jus fundici; licèt olim recipiebantur duo auguſtalia, tamen unum ſolvendum eſt pro paſſagio, quo ſoluto, ſi ibit ad terram fundici, ſolvet grana quindecim pro fũdico, & ſequitur, quod auguſtale, eſt pro paſſagio.

Item, ut vides, ſemper pro firmo ponit auguſtale pro paſſagio, ſed de jure fundici recipiendo diſtinguit, aut ſunt fundicatæ, aut vadunt ad terram fundici, & non recipiat, niſi dictum auguſtale; aut non ſunt fundicatæ, nec vadunt ad terram fundici, & tunc recipiat dictum paſſagium, & ius fundici; ita quod prędictæ litteræ Regiæ non faciunt differentiam inter Caſtrum Sangri, & Inſulam Pontis Sceleratí, ſed tamen volunt denotare loca, in quibus recipiebantur predicta jura, & in Comitatu Moliſii recipiantur in Caſtro Sangri, quod eſt in confinibus Comitatus Moliſii; in Terra verò Laboris recipiantur in Inſula, quæ eſt in confinibus Terre Laboris, & hic videtur verus earũ intellectus.

ADDITIO

SVMMARIVM.

Voluntas in omnibus actibus attendenda eſt, per quam reguntur, & gubernantur. num. 1.

Cauſa obligationis deficietè, & ipſa obligatio ceſſat num. 2.

Delinquens involuntariè, à pœna excuſatur, eximiturque, num. 3. 5.

Voluntas, ac propoſitum in omnibus magis attenditur, quàm exitus, num. 4.

Cauſa quælibet apta eſt ad excuſandum à dolo, num. 6.

Pec-

Digitized by Google

Pèccatum voluntariè commissum, magis grave est, num. 7.
Confessio, actusque involuntariè factus; vel coactivè, pro nullo habetur, num. 8.
Voluntas coacta, licèt voluntas sit, nu. 9. *non tamen libera, & pro perfecta habetur, ita quod actus, ab ea dependens, pro valido teneatur, num.* 10.
Mulier nupta, vi cognita, pro adultera haud habetur, nu. 11.
Virgines, vi defloratæ, non amittunt ea, quæ virginibus competunt, num. 12.
Voluntas, quousq; in aliquo requiritur actu, de libera intelligitur, num. 13.
Navb. mercibusq; nõ in destinato loco ob tempestatem, & ventorum vi, aut latronum persecutione, sed alibi salvandi gratia introductis, non fit locus fundici juris solutioni, vel in commissum incursui, num. 14. 16.
Advenisse haud dicitur, qui coactè venit, num. 15.
Navis vi ventorum, & tempestate, aut ex inimicorum persecutione in loco non destinato adventa, tempestate sedata, & periculo remoto, debet suum prosequi iter, aliter tenentur mercatores, rerunque domini fundici jus solvere, vel cavere de eundo ad terram fundici, n. 17.
Anchoragii jus solvere tenetur dominus navis, vi tempestatis, aut aliqua ratione in aliquo portu perventæ, quando suum iter prosequi intendit, num. 18.
Anchoragii jus ab omnibus solvitur; sed quo ad quantitatem regulatur secundùm navium qualitatem, num. 19.
Ius fundici solvi debet per navis adventũ, etsi mences inde non exonerentur, aut cavere debent mercium domini de eundo ad terram fundici, num. 20.
Navis adventu ad refrigerandum, & comestibilia emendum, ad juris fundici solutionem nõ tenetur, neque ad cautionem de eundo ad terram fundici, nisi exonerare merces cæpisset, illiasque vendere, n. 21. *aut mercator proxonetas requisivisset ad hunc finem, n.* 22.
Mercatores ad solutionem jurium fundici, & gabellarũ non sunt adstricti, quousque, cùm advenerint vi ventorum, & similium, aut ad refrigerandum, & comestibilia emendum, si demum ad eorum iter prosequendum sint parati, & cohartentur ad merces exonerandum, & vendendum, num. 23. 24.
Mercatores eximuntur à juriumfundici, & gabellarum solutione, si exonerant navem, quæ vi ventorum, aut alia de causa devastatur, num. 25. 28. *etiansi ex causis prædictis cæpissent de mercibus exoneratis vendere, ad hæc damna passa resarcienda, num.* 26.
Iuri communi per particulare non correcto standum est? num. 27.
Navis vi ventorum adventu, aut alia ex enarratis causis: transvehendo merces in altam navem, ut cum ea possint dòmini mercium eorum prosequi iter destinatum, ad quorum juriũ solutionem teneantur? num. 29.
Cives ratione materialis habitationis in cõmuni loco, in societate esse dicuntur, num. 30.
Cives, eorunque habitatio civitatem faciunt, non autem ejus circuitus, & murorum ædificatio, num. 31.
Habitantes extra mænia murata civitati adhærentia, cives esse non desinunt, & pro talibus habentur, num. 32.
Suburbia, Villæ, Casales, & omnes aliæ partes, Civitati adhærentes, sub Civitatis appellatione veniunt, nu. 33. *& unicum faciunt corpus, num.* 35.
Cives suburbiorum, villarum, & similium, ac si orti essent in Civitate, reputãtur, num. 34.
Civitas extenditur, per quantum ejus territorium per terram est, num. 36.
Insulæ, quæ sunt infra cẽtum milliaria, Civitati maris adhærenti subsunt, & de illa sunt, nu. 47.
Delinquentes in insula, à judicibus Civitatis propringuioris infra centum milliaria, cui subest, cognoscuntur, num. 38.
Insula, quæ ultra centum milliaria sunt à terra, Cæsaris totius Imperii domino subsunt, si ab aliquo non sunt occupatæ, num. 39.
Casales, suburbia, villæ & similes, omnibus legibus, & statutis Civitatum ligantur, num. 40. 43.
Consuetudines Civitatis Neapolis, observantur etiam in Casalibus, num. 41.
Ius commune, & Regni non habent locum in Civitate, quæ regitur cum legibus particularibus, num. 42.

Digitized by Google

Privilegia, exemptiones, & immunitates, Civitati concessa, ad Casales extenduntur ex vi comprehensiva, num. 44. 47.
Favorabilia extensionem recipiunt, num. 45.
Pœnalia extensionem non recipientia, ad casales non extenduntur, num. 46.
Casales, eorunque cives, gaudent privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & omnibus aliis favorabilibus juribus, quibus civitas gaudet, etsi quo ad jurisdictionem à civitate sint separati, nu. 48.
Cives casalium hujus Civitatis Neapolis, gaudẽt privilegio trahendi etiãsi actores sint, n. 49. ne dum ad Tribunalia in Civitate existentia, verùm etiam ad Curias Casalium, num. 50.
Electio fori per viam perhorrescentiæ non habet locum contra cives Casalium, num. 51.
Perhorrescentia in Civitate Neapoli, & casalibus non habet locum, quia coram Principe, num 52. etiam in criminalibus, etsi delicta commissa sint in civitate, casalibus, eorunque territoriis, num. 53-55-57.
Baroni non datur remissio causarum deliquentium in Civitate, ejusque territorio, num. 54.
Delinquentes intus civitatem subditi Curiis Artis Serici, Lanæ, Magni Admirati, & similium, cognoscuntur à judicibus dictarum Curiarum, nu. 56.
Privilegia inter civem Neapolitanum de Civitate, & illum de casali, conquassantur, ita quod actor debet sequi forum rei, num. 58.
Cives Neapolitani eorum privilegio fori renunciare haud possunt, ita & casalenses, num. 59.
Negligentiæ, sive omissionis magnum crimen est, num. 60. etsi illud commissionis taliter appellatur, num. 64. & pariter sunt animadvertendi crimina prædicta patrantes, num. 65.
Negligentia semper comitatur à dolo, & culpa, num. 61.
Damna negligentiæ fructus sunt, num. 62.
Negligentiæ crimen impunibile non est relinquendum, num. 63.
Officiales, in officio delinquentes, privandi sunt ab eorum exercitio, nu. 66. & ab omni salarii præstatione, num. 67. 56.
Salarium debetur administratori propter laborem, præmium optantem, nu. 68. 79.
Salarium officiali non debetur, nisi à Principe, vel statuto definitum sit, num. 69.
Salaria oportet, ut officialibus statuantur, & quare? num. 70.
Sportulæ, quæ priscis temporibus officialibus præstabantur, quare ita nuncupatæ fuerint? num. 71.
Sportulæ excedere haud poterant trigesimã partem ejus, quod in judicio erat deductum, num. 72.
Trigesimæ quare sic appellatæ fuerint? n. 73.
Trigesimarum exactio abolita fuit, & quare? num. 74.
Salaria officialibus destinata fuerunt ex proprio Ærario ab Imperatore Carolo V. num. 75.
Salaria Regiis Consiliariis demum aucta fuerunt, & quomodo? num. 77.
Ius sententiæ, quod nuncupatur in S. C. si causa post contestationem litis componatur, pro medietate solvi debet, nu. 78.
Salaria plura debentur officiali, si plura exercuit compatibilia officia, num. 80. & resolvitur Regentis Sanfelicis decisio num. 81. etiansi à Rege solvenda sint. num. 82.
Salarium haud duplicatur ex impedimento legitimo alterius coæqualis officialis, propter quod cæteris collegis fuit actus labor, num. 83.
Officialis, plures exercens compatibiles commissiones, de omnibus debet reportare salaria consueta, num. 84.
Officialis, qui in commissione multas justas dietas vacare poterat, illis reductis ad pauciores ob duplicatum laborem, & expeditionis modum, pro justis dictis vacandis, dietas consequitur num. 85.
Officialis in commissione recipiens ultra quatuor testes quolibet die, in dietarum numeratione, de dicto numero tantùm habetur ratio, & dietæ taxantur, nu. 86.
Dietæ, quomodo computentur per terram, & per mare? num. 87.
Audientia testium infra dietam vigore Rit. M. C. V. *dispositionis, non conceditur, num. 88.*
Dietæ, doctoribus, qui uti curatores extra civitatem accedunt, ad rationem ducatorũ octo pro qualibet dieta, taxantur, & procuratoribus ad rationem duc. sex, num. 89.

Vo-

Digitized by Google

Voluntatis concurſus in omnibus hominum actibus requiritur, num.90. tam in cõtractibus, & ſimilibus, quàm in delictis, nu.92. aliàs omnia corruunt, n.91.
Conſenſus nequaquam deſumitur adfuiſſe in actibus confectis ab ignorantibus id, quod faciunt, num.93.
Ignorans haud habetur pro delinquente, nu. 94. propter quod ab omni eximitur pœna, num.95.
Culpa non conſideratur in ignorante, propter quam ad pœnæ animadverſionem advenitur, num.96.
Ignorantia juſta, & rationabilis excuſat à pœna, num.97. non autem craſſa, ſupina, & affectata, num.98.
Ignorantia juſta, & rationabilis à quavis, lege, & ſtatuto nunquam excluſa intelligitur, ſicuti craſſa, ſupina, & affectata, num.99.
Scientiam habere de eo, quod ſcire opus eſt, ac inveſtigare, idem eſt. num.100.
Scire debet actum conficiens, omnia, quæ in ipſius actus validitate concurrere debent, ipſaque perquirere, ut à culpa excuſetur. nu.101.
Forenſes quinam ſint? num.102.
Forenſes, gabellas, & alia jura in immiſſione, vel extractione mercium non ſolvẽtes, quia ignorantes, & ab exactoribus non certiorati, an incidant in pœnas? num.103. & 104.
Ignorantia, an juramento probari poſſit? nu. 105.
Cadaver, cùm diverſum ab hominis eſſentia ſit, pro homine haud habetur, num.106.
Mortuo delinquente, omnia ſolvuntur, n.107
Pœnæ terminantur cum morte delinquentiũ, num.108.110. tam ſi civiliter, quàm ſi criminaliter agitur, num.111. etiam data delinquentis mortis ignorantia, num.112.
Dictio, Et, eſt copulativa, & naturam copulandi habet, num.109.
Procurator cùm ſit effectus dominus litis per ipſius conteſtationem, mortuo principali, cum eodem mandari poteſt eſſe procedendum in damnum hæredis, n.113.
Sententia lata tam contra, quàm pro mortuo, eſt nulla, & quare? nu.114. 116. & hoc etiam quo ad alios in humanis exiſtentes conjunctos conventos, vel abſolutos, num.115.
Acta facta poſt mortem conventi, vel actoris, minimè valida ſunt, & quare? num.117.
Sententia, vel decretum, ex ſolemnitatibus, vel ſimilibus non ſervatis, nullum declaratum ob nullitates propoſitas, ſi de ejus juſtitia appareat, in eademmet declaratione, nullitates obſtare, mandari poteſt, quod ſententia ipſa, vel decretum exequatur juxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem, n.118. ſi ſubſtantialia proceſſus ſunt valida, n.119.
Delinquentium cadavera pro delictorum pœna haud arreſtari poſſunt, ut in eis ſententia exequatur, n.120. & quãdo ſecus? n.122.123.
Cadavera illorum, qui in vita fuerunt virtute, & dignitate ornati, etiam in morte ſunt honoranda, n.121.
Pœna perſonam delinquentis ſequitur, num. 124.
Alius pro alio in pœnis corporalibus non tenetur n.125.
Hæredes delinquentis ad nihilum adſtringũtur, n.126. quo ad corporales pœnas, n.130.142. non autem pecuniarias, ad quas teneretur defunctus, ſi viveret, & quãdo ſecus? n.127.133. nil obſtante quod illicitum ad hæredem non pervenerit, ſed ad defunctum, dum vivebat, & ab eo fuerit conſumptum, num. 128.131.135.149.
Hæredes delinquentis adſtringuntur ad pœnæ ſolutionem ex quaſi contractu inito cum defuncto, ſi cum eodem lis ſit conteſtata, n.129.
Hæres defuncti ſuccedens in univerſum jus, in omnibus juribus, & actionibus activis, & paſſivis, ſuccedere videtur, non aliter in particularibus, n.132.
Actio, & obligationis conditio, ex facto, & hæredis perſona, mutari haud poteſt, n.134.
Hæredes obligati ſunt ad defuncti conſcientiam exonerandam, nulla diſtinctione adhibita, ſi in terris Cæſaris, aut Eccleſiaſtici ſint, n.136.
Hæredes delinquentis tenentur civiliter ad pœnæ ſatisfactionem, etſi à delicto dependeat, & fiſco, aut parti, applicatur, n.137.
Hæredes delinquẽtis, de delicto defuncti apparente ad id, quod intereſt, tenentur n.138.

Digitized by Google

Hæredes delinquentis conveniri civili modo possunt ad pœnas à lege, vel statuto impositas, nil obstante, quod contra defunctum in vita non fuerunt petitæ, neque cum eo lis contestata, n. 139.

Fraudantes fiscalia jura, & vectigalia, ipso jure incurrunt in pœnas statutas & ad quas teneantur? num. 140. ad heredes transitorias, num. 141.

Hæredes delinquentis ultra vires hæreditarias haud tenentur, etsi inventarium non confecerint, num. 143. & quando secus? num. 144.

Actio contra hæredes delinquentis in vita non conventi, non nisi infra quinquennium à die obitus criminosi intentari valet, n. 145. 148.

Præscriptiones contra fiscales actiones non dantur, nisi per cursum temporis annorum viginti, n. 146. sed in quibus casibus secus? nu. 147.

Fisco debetur pretium rei in commissum incursæ, & non existentis, si fuerit vendita, vel consumpta cum dolo, & fraude, num. 150. & hoc ne dum contra principalem criminosum, verùm etiam contra ejus hæredes, num. 151.

Publicæ, communique utilitati cedit omne id, quod omnibus conjunctim consideratis competit, num. 152.

Reipublicæ utilitas privatæ præfertur, num. 153.

Pacta, & privatorum conventiones haud præjudicare possunt eis, quæ ratione publicæ utilitatis pertinent, numer. 154.

Singularitas haud servatur in eis, quæ competunt ratione communis, & publicæ utilitatis, & sic universali jure, n. 155.

Iuris periti, sive jusdicentes opus est, ut adsint, ut valeant jura Reipublicæ, & privata regere, dicere, & gubernare, num. 156.

Magistratus adesse, in publicam tendit utilitatem, num. 157.

Reipublicæ interest, multos habere litteratos, & juris peritos, num. 158. & juris peritos omnium scientiarum, n. 159.

Studii causa valde privilegiata est, ita quod tacitam habeat hypotecam cũ potioritate, & prælatione anterioribus creditoribus, num. 160. 162.

Dotis creditum, ne dum tacitam habet hypotecam, verùm etiam, & prælationem, num. 161.

Dispositum in uno, locum habet in alio equiparato, num. 173.

Argumentum de dote ad studii causam habet locum, num. 164.

Fideicommissum ab ascendente mandatum, sicut non obstat credito dotali, eodẽ modo nec studii causæ, n. 165. 168. etiansi ab aliquo de linea collaterali ordinatum fuerit, & quare? n. 166.

Studij causa inter alimentorum debita, & præstationem adnumeratur, n. 167.

Bona, fideicommisso subjecta, sicuti pro alimentis alienari valent, ita, & pro studii causa, num. 168.

Causis studii, & dotis concurrentibus, privilegia conquassantur, & datur locus regulæ, qui prior, &c. n. 169. 172. sed contra. num. 173.

Privilegiatus non utitur suo privilegio contra æqualiter privilegiatum, num. 170.

Mulier pro suo credito dotali non utitur suo privilegio adversus aliud dotale creditum, nu. 171.

Dotis causa, magis privilegiata est, quàm studii, & quare? num. 174. inde præferri debet, num. 175.

Privilegium majus, vel minus datur, attento causarum concursu, num. 176.

Curialis Sacri Consilii quoad forum, præfertur illi Curiæ Magni Admirati inferioris, num. 177.

Ecclesia, Ecclesiasticæque personæ in fori electione ex text. in l. unica, &c. *præferuntur aliis, in eadem legali constitutione vocatis, n. 178.*

Privilegiatus, in eadem privilegii specie, in maiori tamen potentia, & efficacia, præfertur minori, n. 179.

Scholares inter miserabiles personas adnumerantur n. 180.

Scholares habent privilegium trahendi ad eorum forum scholasticum, & coram eorum judicibus determinatis, & non posunt alibi trahi, n. 181. 183. 187.

Iudicum electio, non actori, sed reo competit, quando plures sunt ipsius rei competentes ex privilegio, num. 182.

Studentes, habitantes in loco studii, etsi per longum tempus, non per hoc dicitur recessisse ab eorum originaria civitate, & illius non esse cives, aut non habere domi-

Digitized by Google

micilium, num. 184. *& quando secus? num.* 186.
Pater, habitans insimul cum filio studenti, in studii loco, non dicitur habere in eo domicilium, neq; definit esse civis sui loci, n. 185. *& quando secus? n.* 186.
Scholares, non gaudent privilegio fori ex juribus sibi cessis, extra studii causam, num. 188.
Scholares fori privilegio renunciare an possint? n. 189.
Scholares immunes sunt ab omnibus contributionibus gabellarum, vectigalium, atque onerum pedagiorum, dohanarũ, & fundicorum, n. 190.
Scholares exequi haud possunt in libris, ad instar militum in armis, n. 191.
Scholariorum libri, nec etiam exequi possunt pro domus pensione ad instantiam domus domini, uti non hypotecati, nec tacitè, nec expressè, n. 192. *sed in praxi servatur exequi in subsidium, n.* 193.
Scholares eorum privantur privilegiis, quãdo studijs non vacant, n. 194.
Subditi, & alicujus artis matriculati, si artem non exercent, artis privilegijs non gaudent, n. 195.
Studentibus conversantibus in domo alicujus mulieris, desumitur illa esse meretrix, num. 196.

CVM in actibus conficiẽdis, voluntatis qualitas sit attendenda, uti omnium Princeps, sub qua, & per quam omnia regulantur, aliter corruunt ob deficientiam principalis, necessariique requisiti concurrentis voluntatis; eapropter defeciente causa, ob quam obligatio regitur, obligationem ipsam cessare, fundavimus *in prima Rubr. n.* 128. inde rectè sequitur, quod, si quis ad aliquid peragendũ coactè, & involuntariè advenerit, ab omnibus pœnis, in quas incidisset, si cum libera, & ultronea voluntate perfeciisset, aut delictum patrasset, liberatur: quia voluntate, & libero proposito carens, ad nihilum adstringitur, ac plectendus non est: cùm clarum sit in jure, quod voluntas, ac propositum maleficia distinguunt, in quibus attenditur, ac inspicitur magis voluntas, quám exitus, attenta causa faciendi, quæ semper inspicienda, ac attẽdenda est, quàm ipsum factũ, *l. verũ*, 40. *& l. qui injuriæ*, 55. *ff. de furtis*, *l.* 1. *§. divus ff. ad l. Corn. de sicar. l. quod reipublicæ* 33. *ff. de injuriis*, Mauson. *de controb. quæst.* 33. *num.* 3. & 4. Muscat. *de cognit. seu prob. delictor. in rubr. de Adulter. stupr. &c. num.* 29. Godofred. ab Avo *Prax. & Theor. Crim. §. venenum, nu.* 35. Bertazol. *cons. crim.* 35. *num.* 28. *tom.* 1. Giurb. *cons. crim.* 85. *num.* 14. Iul. Clar. *lib.* 5 *sentent. §. fin. quæst.* 60. *num.* 17. Bened. Carpz. *Prax. Crim. quæst.* 1. *num.* 17. 18. *& quæst.* 37. *num.* 49. *par.* 1. *& quæst.* 145. *num.* 13. 14. *p.* 3. *Resp. jur. Elect. tit.* 5. *Resp.* 58. *num.* 11. *tom.* 1. *defin. for. par.* 3. *constit.* 26. *defin.* 3. *num.* 7. *tom.* 2. *& dec.* 5 *Ill. Germaniæ* 95. *num.* 14. *tom.* 1. quadere causæ, voluntatisque defectu à pœna excusatur, *dicta l.* 1. *§. Divus, infine*, ubi 6 Hypol. de Marsil. *num.* 49. cùm quælibet causa apta sit ad escusandum, à 7 dolo, *l. igitur* 12. *ff. de liberali causa*; quinimmo multò gravius est peccatum, si de spontanea voluntate commissum sit, sicut è contra, nulla voluntate concurrente, pro nullo habetur: dum omnia in concurrentia liberæ voluntatis consistunt, prout habetur ex Divi Augustini sententia *in cap. merito* 15. *quæst.* 1. cum aliis, allatis DD. per Bened. Carpz. *dict. dec.* 95. *num.* 14. *& in dicto Resp.* 58. *nu.* 11. *& in Prax. Crim. in allegatis locis*, & 8 diximus *liberæ*, nam, si cum aliquo actu coactivo, confessus esset, id quod actum est, tanquam voluntate carens, pro 9 nullo habetur; ex quo licèt coacta voluntas, voluntas esse dicatur, ac pro voluntate habeatur, ope consensus præstiti, per ea, quæ habentur *in l. si mulier*, 21. *§. si metu coactus, ff. quod metus causa*, *l. si patre cogente* 22. *ff. de ritu nuptiarum*, *l. si privatus* 17. *ff. qui, & à quib. manum*, Gloss. *in l. postliminio* 17. *ff. de captivis*, Aristhoteles *Ethic.* 3. *cap.* 1. 10 Larrea *alleg.* 35. *num.* 3. Attamen verè ita non est: nam etsi voluntas sit, non tamen pro perfecta habetur, ac judicari potest; sed conditionata, & secundùm quid, immo imperfecta, nihilque operans, ob adversitatem in concursu oriẽtem

tem

Digitized by Google

tē inter ipsam voluntatē,& coharctatiōnē, cùm una consentiat, altera destruat; ob quod voluntatem adfuisse dici,allegarique non potest:quoniā quem velle, desumi minimè possit, quousque apparet interveniſſe compulsionem,voluntatis concursus impeditivam, uti voluntati contrariam; propter quod nolle potiùs præsumitur,quod citra voluntatem fecit,ex quo coactè, & sic violentiæ cedens, non autem liberè consentiens, uti ex vi extortū,à quo patientis voluntas abest, ita quod factum illud potiùs á necessitate,quàm à facultate dependeret:nam aliud est posse, quod verbum facultatis est, scilicet meræ voluntatis; aliud necesse,ut non á voluntate dependens,sed à coharctatione ipsius necessitatis ad id faciendum. Indè actus ille pro voluntario dejudicari, aut esse non valet, juxta Vlpiani sententiam *in l. velle non creditur*,4. *& in l. ad ea*,200. *ff.de reg.jur.l.novissimè* 7.§.1.ibi:*quid si compulsus*,*ff.quod falsi.tutor. author.*&c. R. Capycius Galeota *contr. jur.* 47. *nu.* 39.55.56.*lib.*1.Reg.Consil.Rocc. *Resp. decis.*37.*nu.*10.*lib.*1. Decius *de reg.jur. in dicta l. velle non creditur*, D. Franc. Hier.de Leon *decis.Valent.*14.*num.*15. *lib.*1.D.Matthias Coler *cons.*14.*à n.*54. Marc.Ant.de Amato *decis.Rotæ March.* 24.*à num.*40.41.*&* 42. Ludovic. Casanat.*cons.*37. *num.* 26. per quem multa alia allegantur jura ad materiam concordantia,D.Ant.Sola *in comment.super cōstit.& decretis Sabaudiæ*,*in decret.nullū*, *glossunic. num.* 4.*fol.mihi* 274. 275. Larrea *d.alleg.*35.*n.*4. Mattheus Vvessemb. *in Pand. Iuris Civil. lib.*4. *tit.* 2. *quod metus causa*,*num.*2.*& in Cod.lib.*2. *tit.*20.*de iis, quæ vi,met.num.* 3. Gaspar Klockius *de contrib. c.*10.*sect.*2.*à nu.*16.

11 *usquead* 20. Quaderè non ex alia ratione, nupta excusatur à pœna commissi adulterii, de quo nedum accusari; verū nec etiā animadverti potest,immo nulla infamiæ macula dicitur irrogata,cùm in sua semper inviolata extimatione,& honore permansisse desumatur: dum ob vim,mens intacta, & illibata adfuisse præsumitur, corpusque nō dicitur coinquinatum,nisi mens consentiat,*l.si uxor*, 13.§.*si quis plana*, *& l. vim passam*,39. *ff.ad leg.Iul.de Adult. l.*1.§. *removet*, 6. *ff.de postulando*,*l.fœdissimam*,20.*Cod. ad l. Iul.de Adult.* Io: Berber. *Aur. Viator. utriusque Iur.par.*1.*rub.* 2. *de Adult.stupr. incest. &c. num.* 25. *vers.* 3. Berlic. *pract.concl.*41. *num.*66. *part.*5. Bened. Carpz.*Prax.Crim.p.*2.*quæst.*75.*num.*78.

12 *&* Nos diximus, Virginem per vim defloratam omnibus uti frui insigniis, ac privilegiis, veræ virgini competentibus, & inter virgines adnumerari, ex latè exaratis *in Rubr.*1.*de incantibus*, *á num.* 51.*cum multis seqq.*& præcisè,*in n.* 56.

Ad num. 1.

13 ET licèt verum esset, quod voluntas coacta,voluntas sit, ita quod desumi posset, ut ex ea actus valere valeat; ex Prætoriana tamē dispositione, ac æquitate,ratione hujus defectus,nullius est virtutis, & efficaciæ: ex eo quia ope necessitatis ad concurrendum, ac vis ad consentiendum, pro non confecto habetur, ex defectu illius necessariissimi requisiti in omni, & quolibet actu, scilicet, voluntatis, quæ quotiescunque requiritur, non intelligitur nisi de illa non coacta, ac non procedenti ex aliqua causa compulsiva, *l. metum* 9. §. *volenti*,7. *ff.de eo*,*quod met. causa*, ubi explicativè Ant. Fab. *in Ration.lib.*4.*tit.*2.*tom.*1. Giurba *dicto cons.* 85.*num.*16.*in fine*.Sed,si hoc in actibus illis,qui perficiuntur ex meræ voluntatis concursu,& hoc non obstante locum non habet illud,quod dicitur, quod voluntas coacta, voluntas est; quid in illis, qui requirunt voluntatem,& cum qualitate libera, uti de substantia, prout sunt omnes illi actus, qui nedum damnum inferunt, verùm etiam aliquod delicti genus inferunt, & similes? Et quidem dejudicari non potest, voluntatem concurrisse. Primò si in plena securitate faciens non adfuit in illius actus confectione, *cap.cùm locum*, 14.*extra*,*de sponsalibus*. Secundò si in nullius metus, vel coactionis pœnam incidere poterat, *cap.gemma* 29.*eod.tit.* Tertio tandem, si nulla coactio interveniat, ita ut ex vi compulsionis potiùs factum sit voluntati

Digitized by Google

tati contrarium, quàm ex propria', & libera conficientis voluntate, cujus opę nunquam consentiisse intelligitur, *l. nihil consensui*, 117. *ff. de reg. jur.* ubi Gloss. magna; taliter quod requisita hac qualitate libera in concursu voluntatis, nunquam sufficiat, quod adfuisset voluntas, nisi cum qualitate prædicta libera, Baldaxar Mongollon. *de vi, & metus causa, cap.* 8. §. 2. *num.* 13. *& cap.* 9. *num.* 2. 3.

14 Qua inde de re, & rationibus, navis, vel vecturales, qui in aliquem destinatũ locum cum mercibus, quas vehunt, decreverunt ire; si ex vi ventorum, vel tẽpestatis, aut ad se ipsos salvandos ab incursu, ac persecutione latronum, hostium, aut pyratarum, aliquem non destinatum portum, vel locum appulerint; ad solutionem fundici juris, vel gabellæ minimè adstringi possunt, in commissumque non cadunt, ob præfatam juriũ solutionem non factam, ut determinaverunt Martianus, & Alfenus, iste *in l. Cæsar*, 15. ille *in l. interdum*, 16. §. *si propter necessitatem*, *ff. de public. vectig. & commiss.* ac Imperator *in l.* 3. *prope fin. C. de Nautico fœnore:* ex quo nulla major esse potest compulsio contra expressam, & liberam navigantis, vel vehentis voluntatem, quàm maris expulsio, & irritatio, latronunve, vel pyratarum persecutio, ad faciendum, ut contra propositum, & destinatum iter, in aliud valdę diversum, navis transferatur, & vehens eat: cùm citra evidens periculum subversionis, aut in pyratas incursionis, advenire haud possent navigantes in destinatum locum, si cæptum iter sequerẽtur; unde ex vi, ac coactione, opus, quod peragunt, coactum est, & extimatur contra eorum patientiam, & voluntatem, ut concludunt jura, & DD. allegati, & Vvessemb. *in pandect. jur. Civ. in allato tit. quod met. causa, num.* 2. ibi: *nec magis dici id potest voluntate patientis fieri, quàm volentis natura, quoties tempestate ad scopulum navis alliditur*, æqualitatis ope; faciunt etiam quo ad vehentes, qui ex enarrata causa in locum non destinatum vadunt ad effugiendos latrones, DD. mox allegandi; cum quibus juris communis dispositionibus, jus nostri Regni uniformatur, ex vulgata dispositione *Rit.* 1. non ex alia ratione, quàm quia, cùm coactè, & non ex libera, spontaneaque voluntate, placitoque, vel cum suo deliberato animo ibi permanendi navis delata sit, dici haud po-
15 test adveniisse; juxta cujus *Ritus* dis-
16 positionem decidit Reg. Camm. Sum. *in Arrest. recollect. per Reg. de Marinis, Arrest.* 3. *&* 362. & Collaterale Cons. penes Reg. Cons. Rocc. *resp. decis.* 32. *lib.* 1. & idem docet *in notab. Mercant. de Navib. & Naulo, notab.* 100. *num.* 259. *in fine, lib.* 2. *Resp. Iur.* Goffred. noster *hic*, & per priùs dixit *in secunda Rub. num.* 158. Afflict. *in constit. Reg. rapinas, num.* 9. *& in constit. magistros fundicarios, ante nu.* 6. De Nigris *in cap. Reg. ut illorum, nu.* 25. Reg. Revert. *decis.* 441. *vers. item faciunt notata*, ubi Reg. de Marinis *num.* 5. *tom.* 2. Altim. *ad Reg. Rovit. cons.* 42. *num.* 10. D. Iuan de Hevia Bolannos *Curia Philippica part.* 2. *lib.* 3. *de commercio naval.*
17 *cap.* 11. *tit. via se, nu.* 8. Verùm opus est, quod sedata tempestate, omnique remoto timore, recedat, iter suũ sequendo; aliter si in portu permaneat, solvere tenetur præfata jura, aut cavere de eundo ad terram fundici: dum ex illa voluntaria demoratione, excluditur præcedens, quæ coacta fuit; & ex hoc actu voluntario acquisitum jus est Fisco, quod per priùs compulsionis ope non competebat, ex expressis verbis *in allegato Rit.* 1. & debet curare Portulanus, ut statim sedata tempestate recedat. Ex quo videtur, quod voluntariè remaneat, & solvere debeat, Reg. Galeota *dict. cont.* 46. *num.* 30. *& cont.* 47. *num.* 5. Reg. Consil. Rocc. *dicto resp.* 32. *num.* 7.

18 Verùm non eximuntur mercatores ab anchoragii juris solutione, ob securitatem in portu perhabitam, ex mora
19 ibi fixis anchoris facta; qua de causa ab omnibus jus hoc solvitur, tam si exteri, quàm si cives sint, cum distinctione tamen quo ad navis qualitatem, ut in *Rit. unic. in Rub. de jure Anchoragii*, à quo hæ naves nunquam ex prædictis eximuntur, prout expressè determinat *dictus Rit.* 1. *vers. dicunt tamen multi, & Rit.* 5. *hujus Rubricæ vers. de utilitate verò*, juxta quam

quam dispositionem determinavit R.C. S. *in dicto Arrest.* 3. Goffred. noster *hic num.* 17. Reg. Galeota *d. cont.* 47. *n.* 6. 7.

20 Si verò naves veniunt mercandi, commerciique causa, licèt non exonerentur per mercatores merces, ad fundici juris solutionem tenentur; & si recedere intendunt, cautionem præstare debent de iter tenendo, portunque apprehẽdendo, in quo fundicus adsit intra Regnum, ne fraudetur jus fundici: cùm per adventum ex mera, spontaneaque mercatorum voluntate commercii causa, ipso tunc acquisitum sit jus exigendi dicti fundici juris, in cujus præjudicium ipsos pœnitere haud valet, sicuti expresè habetur in *dicto Rit.* 1. *in fine hujus rubr.* Goffred. noster *hic nu.* 16. 18. Reg. Galeota *dicta controv.* 46. *num.* 4. *& controv.* 47. *num.* 10. 12. *&* 13.

21 Ex eadem ratione observatur, quod, si naves veniant non commercii, sed alia ex causa, nempe ad refrigerandum, & comestibilia emendum, eorum destinatum iter sequi valeant: nam, etsi voluntariè accesserint, ex particulari actu, sive causa, non autem mercandi ratione, & commercium faciendi de mercibus, quæ ducunt, ad jura fundici, & similia, minimè tenentur: cùm ex his desumatur, quod animus mercatorum nõ fuerit, nec sit permanendi, & exonerandi ad commercia exercendum, sed casualiter, & recedendi; nisi incæperint hoc interim aliquas vendere, vel exonerare merces, *Rit. hujus Rubr.* 2. 3. 4. juxta quos

22 decidit R.C.S. *in dicto Arrest.* 362. aut proxenetas requisierint ad hunc finem, ob quẽ actum, licèt valde exteriorem, & remotum, nil obstante quod ad venditionem non pervenerint, verificatur, desumiturque, habuisse voluntatem vẽdendi, & commercium exercendi, ita, & taliter, ut ampliùs ipsos pœnitere non valeat, & recedere nequeant, nisi hoc soluto jure, vel cautione de eundo ad terrã fundici præstita, Goffred. noster *hic n.* 18. *in fine, &* 19.

23 Et sicuti adventu navis ventorum, tempestatisque vi, ad fundici juris solutionem minimè mercatores tenentur, attẽta juris cõmunis, & *Ritus* dispositione, ex principali ratione, cùm in d. adventù non adsit libera, propriaque mercatoru voluntas; ita ob eãden rationẽ, si hoc interim, vel sedata tempestate, recedere intendant ad eorum prosequendũ iter, & coacti sint ad mercium exonerationem, ipsarunque venditionem, licèt exoneratione sequuta ad fundici juris solutionem prima facie videantur adstricti; Nos tamen ex validissimis rationibus, credimus, non esse recedendum, à negativa.

24 Quoniam hoc non voluntariè fit, sicuti dicitur, quousque coactio intervenit, quo principio attento, ille exonerationis, & venditionis, qui demum advenit actus, & factus fuit à mercatoribus, non nisi juxta antecedentem regulatus, cùm ab eodem dependeat: nam si coacti nõ fuissent, haud exoneràssent, nec ad venditionem processissent, & sic exoneratio penderet à principio infecto compulsionis, & venditio ab ipsa compulsa exoneratione ad prædictum finem illata; itaque actus illi pro unico reputantur, licèt appareant inter se diversi, ex multis, quæ allegantur, juribus per Reg. Galeot. *dicta controv.* 47. *n.* 57. Salgad. *labyr. Cred. parte* 4. *cap.* 9. *n.* 121. nam ea, quæ prohibitivè loquuntur de exoneratione mercium, earunque vẽditione non facienda, non in alio eorum habent intellectum, ac observanda veniunt, nisi in exonerationibus, & venditionibus illis, ac immissionibus, quæ fiunt liberè, & de spontanea voluntate, non autem aliqua coactione, compulsioneque interveniente; quadere coactio, & non mercator operat, & actum facit, *l.* 1. §. *fin. de contrah. empt. l.* 1. §. *item emptio, ff. de rer. permut. l. invitum, Cod. de contrah. empt.* §. 1. *instit. de empt. & vend.* R. Galeota *d. cont.* 46. *n.* 7. *& cont.* 47. *à n.* 37. Thesaur. *quæst. for. lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 9. *vers. & istius*, taliter, quod ex his, aliisque rationibus, quæ apud DD. habentur, quorum dicta juxta nostrum stylum repetere non audemus, ita in judicando, & consulendo tenendum est, ne dum scilicet mercatores ipsos ad hujus juris fundici solutionem adstringi non posse, verùm nec etiam ad aliorum

jurium

Digitized by Google

jurium ſolutionem, ex eleganter ponderatis ad intellectum *Rit.* 1. *hujus rubr.* per Reg.Capyc. Galeot. *in dictis contr.* 46.& 47. *lib.* 1. & ex allegatis per Reg. Conſ.Rocc.*in dictis reſp.* 32. & 37. *lib.* 1. penes quem multæ R. C. S. determinationes habentur.

25 Sic etiam ſubſequuta exoneratione ex vi tempeſtatis, ob quam navilia ex naufragio deveſtata eſſent, modo quo etſi in portum perveniſſent, à periculo tamen perditionis mercium mercatores exempti haud eſſent, quam ob cauſam nulla concurrente libera, ac ſpontanea voluntare ad actum exonerationis pervenire opus eſſet, à compulſione, vi,& periculo amiſſionis, quo in caſu nemo diſcrepat haud eſſe addendam afflictis, propter paſſa pericula ex naufragio, & magnum,quod ipſis infertur, damnum ex eo,& ab exoneratione navis, ac refectione, afflictionem demum ſolutionis jurium ob dictã involuntariam, ac damnoſam exonerationem,originem trahẽtem, ab eventu tam luctuoſo, & mercatorum calamitate, à fortuito caſu obvento, prout eſt tempeſtas, & omnes contingentes caſus, qui reparari haud poſſunt,*l.ex conducto*, 16. §. *ſi vis tempeſtatis*,*ff.locat. & conduct.* Sebaſtian. de Medicis *de fortuit. caſib. part.* 2. *cap.* 3.

26 *num.* 5. & hoc ipſa attenta origine, & neceſſitate cogente, etſi aliquas vendidiſſent merces pro navilii refectione, aliter impoſſibile eſſet, poſt tempeſtatem ſedatam ſuum proſequi iter, itaquod omnia ex præciſa neceſſitate facta ſint, non ex libera,ſpontaneaque voluntate; qua in quolibet caſu deficiẽte,deſumitur Legislatoris mens horum Rituum fuiſſe excuſandi, eximendique mercatores,ac navigiorum dominos,abhujus juris ſolutione,ex latè ponderatis per Reg.Capyc. Galeot. *mox allegand.*

27 cui adhæremus,eò fortiùs,quod nulla ſpecialis in de quibus agitur caſibus,reperitur contra juris communis diſpoſitionem per hos Ritus facta proviſio, & ſic ipſi juri communi non correcto ſtandum eſt,Reg. Galeota *dicta controv.*47.

28 *num.*49. itaquod eximuntur mercatores,merciunque domini, ab omnium onerum ſolutione, juxta diſpoſitionem Imperatoris Conſtantini *in l.* 1. ubi Gl. *Cod.de naufragiis,lib.* 11. & deſumitur à diſpoſitis per Imperatores, qui integra in his caſibus, determinant dominorum bona eſſe, & taliter ipſis reſtituenda, nil obſtante quod in contrarium vigeret conſuetudo, & obſervantia; ergo abſq; ulla ſolutione, aliter non integra eſſent, & dominis non integrè reſtituerentur; prout eſt intelligenda,etiam quia eſt favorabilis,*Auth.navigia*, *Cod. de furtis*, Reg.Galeota *dicta controv.*46. *à nu.* 10. *cum multis ſeqq.*& meliùs quoad omnia premiſſa *controv.*47.*à.nu.*41. Reg.Conſ. Rocc.*in notat.mercat.tit.de aſſecuration. notab.* 100.*à nu.*259.*tom.*2.

29 Ad prædicta obſervabis, quod ſi navi tempeſtatis vi ad portum traducta, domini mercium ipſas tranſvehant in aliam navem, ut ex ea commodiùs adſportentur ad locum, ubi fuerant deſtinatæ; ratione, & intuitu commoditatis habitæ in illo portu, & mari, faciendi dictã translationem, habetur ac ſi facta fuiſſet illarum oneratio,& exoneratio,& ſic tenẽtur,ultra jus albergii, quod præſtatur ex alia ratione,& cauſa, *ut ſuperiùs à nu.* 18. diximus, ad fundici ſolutionem, ſive juris trabaleii præſtationem, ex diſpoſitis *in Rit.*4.*hujus Rubricæ*,juxta quam diſpoſitionem determinaſſe R.C.S.habetur in *Arreſt.*234.Reg. Galeota *dicta controv.*47.*nu.*41. & 42. Reg.de Marin.ad Revert.*dicta dec.*441. *num.*6.*lib.*2.

Ad num. 2.

30 HOminum, familiarumque cętus,ad ſocietatis inſtar,cohabitatio ſub aliquibus particularibus legibus, vel poteſtate exſtentium, non niſi materialiter Civitatem conſtituunt, ipſorum verò habitantium, ordinatio tribuit Civitati formalitatem,itaquod materialiter ſumpta,Civitas aliud non eſt, quàm ſocietas, domorum multitudo, generum,ſeu familiarum conjunctio, ob quam rationem pro ſociis habentur cives, ex quo cum eorũ familia in ſocietate cum aliis,quo ad materialem unitatem,vivere intendunt, prout ex Ariſtotele,Cicerone,& aliis,Henringius Arni-

Digitized by Google

seus *doctrin. politic. cap. 6. de Civit. & Civib.à vers.meliùs igitur, & vers. ver-*
31 *sor tamen;* itaquod, non est murorum existentia,quæ Civitatem constituit,sed civium habitatio, & ut supra coadunatio,Franc.Marc.*decis.Delfin.363.num.2.* 3.Acacius Ripoll. *de Regalib. cap.* 44. *à*
32 *n.3.*propter quod, etsi extra mœnia admuratæ Civitatis aliqui habitarent, cives esse non desinunt, sed prout cæteri cives intra mœnia habitantes reputantur: nam non per hoc, quod ex causa gubernii, vel alia de ratione, cives traducunt familias in Villas Civitati adhærentes, civitatem amittunt, cũ à Romanis isti tales pro veris civibus habiti fuerint,ex multis, quæ refert exemplis,Arnisęus *ubi supra*, *vers. quod si*
33 *habitatio*;aliter adhærentia, & ad muratam Civitatem continentia, quæ per extra sunt, sub ipsius haud venirent appellatione, quod pro falso habetur penes I.C. Marcellum *in l.ut Alphenus* 87. ibi: *ut Alphenus ait urbs est Roma, qua muro cingeretur: Roma est etiam qua continentia ædificia essent, nam Romam non muro tenus estimari ex consuetudine quotidiana posse intelligi cùm diceremus Romam nos ire, etiansi extra urbem habitaremus, ff. de verborum significatione*, & determinaverunt Vlpian. *in l. qui in continentibus* 147. quoniam continentia ipsa, & habitationes, ædificiaque,non nisi prout de illismet de Civitate murorũ decorata dijudicantur,& usq; ad finẽ prædictorũ cõtinentiũ, & si extra muros, Civitas denominatur *in l. ædificia*,139.ibi:*ædificia Romæ fieri etiã ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt*,& *in l. collegarum* 173. §. 1. ex verbis *qui extra continentia urbis est,abest, cæterùm usque ad continentia non abesse videbitur*, ac Paulus *in l.urbis* 2. ibi *: urbis appellatio muris Romæ autẽ continẽtib.ædificiis finitur,ff.eod. tit.* sub qua continentiæ appellatione suburbia intelliguntur; & sic habitationes civium extrá mœnia, sive muros Civitatis, Gloss. *in dicta l. urbis*, 2.*verb. continentibus,in dict. l.ut Alphenus,verb.*
34 *ædificia,& in verb.habitaremus;* in quibus orti,ac si eorum natalem habuissent in civitate habentur, Vlpian. *in l. qui in continentibus* 147.*ff.de verb. signific.* quoniam hæc adscripsit verba: *qui in continentibus urbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur*, & *in l.qui ex vico* 30. ibi: *qui ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere,cui reipublicæ vicus ille respondit,ff.ad munic.& de incolis*,Præs. de Franchis,*decis.*403. *num.*11. Augustin. Caputus *de Regimine reipub.cap.*7.§.20.
35 *num.* 8. ex quo sub ipsius Civitatis appellationem comprehenduntur Suburbia ipsa, Casales,& Villæ omnes, in districtu, territorioque Civitatis existentes, unum corpus repręsentantes, *l. nulli* 28.§.*quod si testator,vers.quod si in vico,C.de Episcopis,& clericis,l.si quis* 3. §.*quod si cui,Cod. de naturalibus liber. d. l.qui ex vico* 30.*l. Pupillus* 239. §. *territorium,ff.de Verb.signific.auth.quib.mod. natur. efficiantur sui*, §.*si qui igitur ex qualibet,l.*1,§.*cùm urbem nostram,ff.de offic.præfecti urbis*, Reg. de Ponte *cons.* 51.*lib.*1.Reg.Cons.Marcian.*cons.*58.*nu. num.*2.*lib.*1.Reg.Sanfelic. *dec.*73. *nu.*1. *lib.*1.Reg.Consil.Gizzarell.*decis.*71.ubi Angelis *n.*7.Mari *n.*4.& deMele *ad dec.* 23.*à n.*17.Reg.Cons.de Georgio *alleg.* 15.*n.*1.Præsid.Merlin.*contr.for.cap.* 99. *nu.* 8. *lib.p.& cap.*72.*n.*7. *lib.*2.Reg.Galeot.*cont.for.*20.*tom.* 2. R.Cons.Prat.*discept.for. cap.*16.*à nu.*20.*lib.*2.Nicolaus Vincentius Scoppa *in observ. ad decis. Gratiani* 96.Gratian.*discep.for.cap.*217. *à num.* 1. *tom.* 2. *& cap.* 893. *num.*35. *tom.*5. Reg.Valenz. *cons.*79. *à num.* 33. *lib.*1.*& à n.*42.*cum multis seqq.* Salgad.
36 *de Regia Protect.p.*4.*cap.*10. *nu.*123. & sic per quod Civitatis territorium, tenimentunque extenditur per terram; quo verò ad mare, terræ illæ, quæ à mari cinguntur (propter quod insulæ nuncupantur, Georgius Hornus *Orbis*
37 *Politic.p.*4. *verb. insula fol. mihi* 5.) ac infra terminos centũ milliariũ distant à civitate, ipsi civitati proprinquiori subsunt,& jurisdictioni subjectæ sunt; ita
38 quod in eis delinquentes ab officialib. civitatis prædictę proprinquioris reco-
39 gnoscuntur; si verò ultra centum milliaria distent in alto mari,Imperatoris tantùm jurisdictioni subjacẽt, uti totius orbis domini, si modo ab aliquo occupatæ non sint, Vlpian.*in l.Insulæ* 9. ubi Gloss.

Digitized by Google

Gloſſ.*ff.de Iudiciis in l.notionem*, 99. §. *continentes,ff. de verb. ſignificat. & in d. l.1.§.cùm urbem, ff.de offic. Præfect. urb.* Cajus *in l.adeo quidẽ* 7.§.*inſula*, Põpon. *in l.ergo ſi inſula*,30.*& in §. itẽ ſi inſulã, fin.*& Procul. *in l. inſula* 56.*ff.de acquir. rer.dom.*Goff. noſter *hic*, Reg. de Ponte *de poteſt.Proreg.tit.*11.*de triremib. cæteriſque navib.n.*31.32.ubi Io:Baptiſta de Thoro, Cepoll. *de ſervit. Ruſtic. prædior.cap.*26.*à num.* 12.*infine cum ſeqq. & in addict. lit. B.* C. Ant. Fab. *in Ration.in dict.l.inſulæ*,9,*tom.*2.Toloſan. *Syntagm. jur. univerſ. lib.* 20. *cap.* 8. *num.*3.

40 Quapropter ligantur Caſales ipſi omnibus ſtatutalibus diſpoſitionibus, legibuſque municipalibus Civitatis, ſub cujus membro, & nomine ſunt,ac comprehenduntur,Gloſſ.*in l. ex ea* 9.*ff. de poſtul. verb.ſententiam dixit*, Reg. de Ponte *d conſ.*51.*num.*31.*Molfeſ.in conſuetud.Neap.par.*2.*tit.*1.*de perſonis, quæſt.*9.*à num.*2.*cum ſeqq.* Reg. Valenz.

41 *dicto conſ.*79.*à num.*62.65.71. vnde conſuetudinariæ diſpoſitiones hujus noſtræ almæ,fideliſſimęque Civitatis Nea-

42 polis locũ habent, & in Caſalibus, inquibus omnes aliæ,tam communes,quã muncipales in toto Regno vigentes, haud procedunt in caſibus conſuetudinum, prout in eademmet Civitate

43 Neapolis,cum qua regulãtur ipſius Caſales, ipſorunque cives, Præſ. de Franchis *deciſ.*604.Lęlius Caput. *Super conſuet.Neap.Prælud.*§.4.Molfeſ. *in loc. cit. à n.*1. Baldaxar de Angelis *ad Gizzarel. d.dec.*61.*n.*6.de Mari *n.*7. R.Conſ.Prat.

44 *diſcept.for.d.cap.* 16.*num.*37. 38. ita tamen quod omnia privilegia, immunitates,exemptiones, honores, prærogativæ, & ſimilia favorabilia, in quibus datur extenſio, ex vi comprehenſiva ca-

45 ſalibus communicãtur, ex quo favora-

46 bilia extenſionem recipiunt; non autem pœnalia, & damnum inferentia: quoniam,cùm potiùs limitanda, quàm amplianda ſint, ad caſales nõ extenduntur, Gram.*conſ.crim.*48.*num.*4.Præſ.Merlin. *contr.for.cap.*99.*num.*8.9. *lib.*1. de Mari *ad Gizzar. dict. dec.*71.*num.*9. Scopp.

47 *in dicta obſerv.* 96. his favorabilibus uti,ac frui valent, & gaudent prout cæteri cives civitatis, de cujus corpore ſunt, & quo ad prædicta habentur, ac dijudicantur, ex juribus, ſuperiùs allegatis, Reg. Sanfelic. *deciſ.*50.*num.*12. Præſ.de Franch.*deciſ.*129.*num.*2. Præſ. Merlin. qui multos allegat *dicto cap.* 99. *num.* 4.5. Reg.Valenz. *dicto conſ.* 79. *à num.* 54. *&* 67. Bened. Carpz. *defin.for.part.* 2. *conſt.*5.*defin.*1.*num.*1. *tom.*1.

48 Etiam ſi reperiantur Caſales á Civitate diviſi ob ipſorum venditionem, vel conceſſionem à Domino Rege factam, cui hoc nedum vetitum non eſt, verùm & expreſsè permiſſum ex allegatis à Præſid.Merlin. *loc. cit. nu.* 12. quoniam pro ſeparatis habentur quo ad juriſdictionẽ, non autem quo ad civilitatem, & de civitatis membro ſunt,atque gaudent omnibus illius privilegiis, prout ante ſeparationem fruebantur caſales prædicti, eorumque cives, cùm adhuc pro Civitatis civibus habentur, *l.* 1. *Cod. de metropolit. Bart. lib.*11. & decidit. S.R. C. apud Præſ. de Franch. *deciſ.*316. Reg. Conſil. Marcian. *dicto conſ.*58.*lib.*1.Reg.Sanfelic.*dicta dec.*50. & 73.Reg.Conſil. Prat. *diſcept. for.cap.* 18.*lib.*3.& communiter omnes tenuere, per ea, quæ habentur penes Lælium Caput.*in conſuet. Neap. loc. cit. num.* 5. Præſes Merlin.*dicto cap.* 99. *à num.* 14. Novar.*in pragm.*2. *de immun. Neap.nu.* 9.Capibl. *de Baron. in Pragm.*8.*p.*1.*nu.* 57.de Luca *ad Franch. dicta deciſ.*316. de Angelis *ad Gizzar. deciſ.* 71. *num.*2. ubi de Mele *num.* 4. Reg. Conſil. Prat.

49 *dict.cap.*16.*tom.*1.qua de ratione Civibus caſalium competit privilegium fori quod trahant, & non trahantur, præter quam ad Tribunalia, in hac fideliſſima Civitate exiſtentia; prout ſunt etiam Curiæ illæ de Caſalibus, etſi ſeparatæ ab illis M. C. V. nam ſicuti habetur, quod Cives Neapolitani trahi haud poſſint à Tribunalibus, Curiiſque in civitate vigentibus, ut S.R.C. R.C.S. M.C.V. Curia Magni Admirati, Artis Serici,Artis Lanæ,& ſimiles,uti in Civitate exiſtentes,per ea, quæ diximus *in*

50 *prima Rub.*1. *à nu.*219.eodem modo à Curiis ipſorũ caſalium, tanquã de civitate,& de eodẽ corpore civitatis,à quo,

Digitized by Google

ejuſque diſtrictu trahi non valent, nil obſtante, quod quo ad juriſdictionem ſint diviſa; nam, ſi hæc vigeret ratio, nec etiam, quo ad præmiſſa, alia Tribunalia, Curiæque, a S.R.C. R.C.S. & M.C.V. diſtinctæ quo ad juriſdictionem reſpectu cauſarũ cognitionis aliquarũ perſonarũ generis, etſi in civitate exiſtetium, procedere valerent contra Neapolitanos cives, & habitantes; inde ob eandem rationem procedere in civibus Caſalium, à quorum judice, tanquam Neapolitani trahi haud valent, tam ſi actores ſint, quàm ſi rei, tam ratione contractus, quàm rei ſitæ, vel delicti, ſervata in omnibus forma privilegiorum Neapolitanis civibus, & in Civitate habitantib. conceſſorum, juxta dec. per S.R.C. in enarratis caſibus factas penes allatos ſupra DD. & Præſid. Merlin. *d. cap. 99. num. 11. verſ. hac diſtinctione*, De Angelis *ad Gizzarell. dicta deciſ. 71. num.* 8. Mele *num.* 4. & de Mari *num.* 7. & Nos non ſemel obtinuimus in M. C. V. & S.R.C. pro aliquibus civibus Ca-
51 ſalis Turris octavæ; taliter quod ab eiſdem curiis in caſalibus exiſtentibus, trahi non poſſunt à quavis perſona privilegiata, etſi per viam electionis fori veniret, & non ob aliam rationem, niſi per enarratam, quod Caſales dejudicã-
52 tur prout Civitas, in qua ob Principis, ſive Domini Proregis præſentiam, ceſſant diſpoſita per Imperatorem *in l. unica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & Regni hujus conſtit. *ſtatuimus*: cũ nõ detur perhorreſcentia, propter quam conceditur hæc fori electio, ac variatio; & ſic ea deficiente, uti ceſſante cauſa privilegii inductiva, ceſſat privilegium, quoniam haud datur hæc fori electio, & variatio in civitate, in qua non adeſt juſtus timor doli, & machinationis ſuſpicio ob Principis exiſtentiã, per ea, quæ determinarunt Imperatores *in l.* 1. *Cod. de his, qui per metum judi, &c.* Staib. ſen. *conſ. 74. num.* 13. Capibl. *de Baron. in pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 338. *infine*, Reg. Sanfelic. *d. deciſ. 73. nu.* 13. Reg. Conſil. Prat. *diſcept. for. d. cap.* 16. *nu.* 56. 57. 58. *lib.* 1. *& cap.* 17. *nu.* 3. *lib.* 3. Reg. de Marin. *reſ. jur. cap.* 338. *num.* 7. *lib.* 1. Altim. *ad Reg. Rovit. conſ.* 88. *nu.* 14. *lib.* 1. Reg. Conſil. Petra *in Rit. M. C. V.* 233. *num.* 20. per quem contrariis reſpondetur; & ab hac opinione recedi haud poteſt, uti magis juridica, & non ſemel à S.R.C. amplexa, nedum priſcis, verùm etiam modernis temporibus, dum ter ita decidiſſe refert Reg. Conſil. de Bottis *in Conſtit. Regn. ſtatuimus, in verb. miſerabilium perſonarum*, incipiens *No. quod in anno* 1541. *die* 6. *Novembris*, penes Reg. Tap. *dec.* 43. *num.* 5, 6. Reg. Rovit. *d. conſ.* 88. *num.* 4. *lib.* 1. & Præſ. Merlin. *contr. for. cap.* 100. *num.* 3. *lib.* 1. quicquid per priùs apparebat decidiſſe idem S. C. ex relatis per Reg. Tap. *in d. dec. S. C.* 43. *nu.* 7. nullo deguſtato articulo, rationibuſve diſcuſſis; & nos obtinuimus in M. C. V. ad relationem tunc judicis Don Octavii Sconditi, nunc S. C. Regii Conſiliarii, & Reg. Cameræ Summ. Præſid. contra Venerabilem Eccleſiam Divæ Mariæ Gratiarum Lapidis Piſcium; per quam ad finem evitandi cauſæ remiſſionem per conventum petitam ad Curiam Nobilis Artis Serici; electa fuit in forum dicta M.C. in Banca Caſtaldi, penes ſcribam Palumbum; cũ qua uniformatur dicta deciſio relata per dictum de Bottis in propriis terminis remiſſionis, petitæ ad dictam Curiã Nobilis Artis ſerici; ex identitate rationis, prout in Civitate, in Caſalibus etiam haud militare, ne Caſalenſes extrahi valeant à judicibus propriis ope dictæ variationis, vel fori electionis, ex perhorreſcentæ capite, etſi eligatur in judicem M. C. V. vel alia Tribunalia in Civitate exiſtentia, cùm in Caſalibus ipſis eadem vigeat ratio, prout in Civitate, non datur potentiæ timor, & machinationis ſuſpicio, uti de eodem Civitatis corpore; ita ut quod de Civitate dicitur, de Caſalibus etiam intelligitur, et ſi aliter foret, omnis deſtrueretur machina; quadere Caſales, & Civitas pro uno habentur corpore, & omnia, quæ favorabilia ſunt Civitati, Caſalibus quoque competunt, tanquam de corpore, & ſub ejus appellatione, ac vocatione veniunt, ut ſupra adnotavimus; & hæc eſt communis, & amplectenda ſententia, & pro ea dijudicavit S. R. C. in terminis terminantibus, diſcuſſo articulo,

Digitized by Google

53 lo, & in casu fortiori; in delicto commisso de homicidio intra Civitatem a Camillo Surrentino de Casali Turris Octavæ pertinentiarum hujus Civitatis,
54 uti delicto patrato in Civitate, cùnque sint offensæ aures, & Principis persona, ob ejus præsentiam in ipsius delicti loco, nunquam datur remissio ad Baronẽ, quovis privilegio gaudentem, cùm pro bono justitiæ cultu, venerari debeat locus Principis residentiæ, a quo omnis umbra violentiæ, criminisque patratio debet abesse; & hoc præcisè curandum est, ne in derisum deveniat reverentia
55 Principi debita, & hoc etiam si delicta commissa essent in Suburbiis, vel Casalibus, cùm pro eodem loco habeantur cũ Civitate, juxta inveteratam consuetudinem in usu receptam, & adhuc in viridi observantia vigentem; qua de causa præeminentia hæc M.C.V. in cognitione privativè, locum habet quo ad omnes, etsi sub judice alterius fori, cui elargita sit quo ad suos jurisdictio cũ mero, mistoque imperio extra civitatem, & casales submissos, per ea, quæ habentur penes Præs. Merlin. *dicto cap.* 100. *num.* 1. *& 2. lib.* 1. *& dicto cap.* 72. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. cùm habeatur pro vero nullam adesse divisionem, ac distinctionem à Civitate, tanquam delinquẽs de Civitate potest cognosci à suo Iudice Curiæ Casalium, ac si in Civitate ad-
56 esset, sicuti cæteræ aliæ Curiæ, quæ cognitionem habent suorum subditorum ob jurisdictionem sibi ipsis tributam, quo ad certũ personarum genus, etsi intra Civitatem delinquant, ut sunt Curiæ Magni Admirati, Nobilis Artis Serici,
57 Artis Lanæ, & similium, inde à M.C.V. esse remittendum ad Curiam dicti Casalis dijudcavit, contradicente uxore defuncti, cui uti vidua competebat electio; & licèt S.C. in prima instantia decretum M.C. revocasset, in gradu tamen reclamationis sub die 10. Aprelis 1602. octo Regiis Consiliariis intervenientibus, uno tantùm dissentiente, decretum Mag. Cur. confirmavit, suspenso primo ipsius S. C. decreto, prout habetur penes Reg. Sanfelic. *dicta decis.* 73. *p.* 1. Præs. Merlin. *controv. for. dicto cap.* 72. *lib.* 2. & aliàs apud Reg. Consil. Prat. *discept. for. d. cap.* 17. *& cap.* 18. *num.* 15. *lib.* 3. Thor. *comp. decis. verb. remissio, circa mediũ, p.* 2. per quem inseruntur allegationes editæ per Alex. Palmer. inde esse communem DD. sententiam á qua recedi minimè potest, uti juri consona, magisque rebus judicatis fulcita, pro qua semper esse judicandum desumitur, Præs. Merlin. *dicto cap.* 100. *num.* 3. *vers. similiter quoque lib.* 1. Altimar. *ad Reg. Rovit. dict. conf.* 88. *num.* 15. *lib.* 1.

58 His itaque præmissis pro æqualiter privilegiatis habentur cives Neapolitani de Civitate, cum illis de casalibus, propter quod inter eos privilegia conquassantur, ex vulgata regula; unde per Neapolitanũ, vel habitantẽ in Civitate trahi minimè potest civis Neapolitanus de Casalibus, etsi à Civitate divisis quo ad jurisdictionem in M.C.V. vel in aliud Tribunal in Civitate existens, sed servatur regula sequẽdi forũ rei, ex quo curia illa de casali similiter de Civitatẽ est, ut superiùs diximus, & sic conveniri debent in curiis casalium ob defficientiam privilegii trahendi reum ad Tribunal, & actoris judicem, Reg. Sanfelic. *dicta decis.* 73. *num.* 10. *& seqq.* de Angelis *ad Gizzarellum dicta decis.* 71. *nu.* 8. & fuisse decisum refert Reg. Cons. Prat. *discept. for. cap.* 18. *lib.* 3. & Nos obtinuimus pro Ioseph Rajola Turris Octavæ contra N.N. civem Neapolitanum
59 in Banca Calvanici. Inde sequitur, quod prout cives Neapolitani tam tacitè, quàm expressè privilegio huic renunciare haud valent, ex per Nos adnotatis *in* 1. *Rubr. à nu.* 221. Reg. Sanfelic. *decis.* 400. *num.* 4. Præsid. Merlin. *dicto cap.* 99. *num.* 2. *lib.* 1. eodem modo prædicti casalenses, qui in nihilo distinguuntur à civibus Neapolitanis in Civitate ortis, vel habitantibus.

Ad num. 5.

60 NEgligentiæ crimen, magna cum ratione, inter graviora, quæ perpatrari possunt, à juribus, jurisque peritis adnumerandum esse, describunt Velasc. *de jud. præfect. rub.* 15. *adnot.* 1. *num.* 23. Reg. Consil. Vargas *de syndic. justit. Arag. p.* 8. *tit.* 3. *consid.* 5. *num.* 3. *tom.* 2.

Giurba

Digitized by Google

61 Giurba *cons.* 72. *num.* 2. *in medio*: Nam non est nisi cum suis comitibus, dolo scilicet, lataque culpa, ab ipsa magna negligentia suam habentibus originem, atque dependentibus: cùm ab illa videatur dolus subsequi, quousque id, quod fieri debet, haud fit, juxta sui officii destinationem, per ea, quæ ad hanc describendam negligentiam, inferendanque, descripsit Vlpian. *in l. dolus* 44. *ff. mandati*, *vel contra*, & definitur per Paulum *in l. magna negligentia* 226. *ff. de verb. signific*, & habetur *in l. quod si nolit* 31. §. *culpam autem*, *ff. de Ædilit. edict.* Ant. Fab. *in tit. Cod. de*
62 *mand. defin.* 15. *num.* 2. cujus virtute, damnum inde sequitur, quod non aliud, nisi fructus ipsius negligentiæ esse habetur, ex dispositis per Imperatores *in l. cùm ad quanlibet* 2. *C. de conditis in public. horreis*, *lib.* 11. Monter. *dec. Arag.* 24. *num.* 27. Giurb. *practic. observ.* 4. *num.* 19.
63 *propè fin. & observ.* 13. *num.* 29. impunitum haud esse relinquendum, juxta tamen qualitatem illatæ negligentiæ; qua de causa, plura sunt ab I. C. adnumerata officialium delicta ope negligentiæ, quæ graviter puniri, ac vindicari jusserunt, ex enumeratis per Amayam *in l. præcepit* 3. *Cod. de Canon. largit. lib.* 10.
64 *num.* 15. nam etsi verum sit commissionis magnum esse delictum; non tamen pro levi habetur illud omissionis, cum ob damna, quæ infert, vel inferre potest in omissione peracta,
65 inter graviora connumeretur: quoniã ad instar commissionis dijudicari debet, ob eundem effectum; quibus de rationibus in allatis juribus, etiam omissionis delicta esse animadvertenda, & vindicanda statutũ est, ut *in l. Divus Marcus* 14. *ff. de officio Præsidis*, *l. non enim* 16. *ff. quibus ex causis major.* Bovadill. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 147. *tom.* 2. Amaya *in l. Iudices* 10. *Cod. de annon. & trib. lib.* 10. *& in dicta l. præcepit.* 3. *num.* 17. Vela *dissert. jur. contr.* 26. *nu.* 17. *part.* 1. Giur-
66 ba *dicto cons.* 72. *num.* 2. *in medio*; ita quod validè privari valeant, uti ad rem illam gerendam, ac gubernandam non apti, immo in officio delinquentes, & nõ rectè observantes, jubent jura, tam civilia, per Imperatores *in l. si quos Iudices*, *3. C. de officio Præfecti Prætorior. Orientis*, *& Illirici*, quám Canonica per Pontificem Innocentium III. *in cap. cùm ad Monasterium* 6. §. *Abbas verò*, *de statu Monachor.* ultra alia, quæ referuntur per Gloss. ibi *in verb. negligens*, *& in cap. dilecti filii* 15. *de renunciat. in verb. insufficientem*, Tholos. *Syntagm. Iuris lib.* 17.
67 *cap.* 9. *num.* 27. ac ab omni salarii constitutione, & præstatione excluduntur Bovad. *loc. cit. num.* 153. Amaya *in dict. l.*
68 *Iudices*, *num.* 2. quia illud non ex alia debetur ratione, nisi ob labores peragendos in officii administratione, juxta ejus institutum, ad quod, & per quod fuit promotus, cùm omnis labor suam correspectivam debeat reportare mercedem, unde ortum est illud, quod in omnium ore repetitur brocardicum: *Omnis labor optat præmium*, sed in benè, & rectè operantis beneficium, juxta Sapientiæ dictum *cap.* 10. *num.* 17. ibi: *& reddidit justis mercedem laborum suorũ*, & Apost. *ad Corint.* 2. quo in loco: *mercedam suã quisque accipiet secundùm suum laborem*, Imperat. *in* §. *hoc autem dicimus*, *Auth. de judicibus*, *cap. charitatem* 12. *quæst.* 2. §. *visitatores*, *propè fin.* ubi Gloss. *in verb. stipendium*, & sic esset in remunerationem, retributionenq; operum, vel laborum, *D. Th. p.* 2. *quæst.* 114. *art.* 1. *in corpore*, Eliseus Danza *de pugna Doctor. tit. de Salario*, *cap.* 1. Scoppa *ad dec. Gratian.* 101. Mastrillus *de magistr. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 30. *tom.* 1. Lanfranch. Zacchia *de Salario in proæmio num.* 2. *quæst.* 1. *art.* 12. Greg. Syntagma *jur. lib.* 27. *cap.* 2. *num.* 9. Bened. Carpz. *respons. juris Elect. lib.* 6. *tit.* 10. *resp.* 104. *nu.* 13.
69 *tom.* 2. si à lege, Principe, vel statutaria dispositione definitum esse ostẽdatur, ob quod de ejus præstationis justitia appareat, per ea, quæ disposuerunt Imperat. *in l. unica*, *Cod. de præbendo salario*, *lib.* 10. *cap. statutum*, §. *notarium*, *de rescriptis in* 6. cum aliis, allegatis à Mastrillo *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 9.
70 *tom.* 1. propter quod Octavianus Cæsar Imperator Maximus ab omnibus laudatur, ex quo nemo ante ipsum fuit, qui Magistratibus salaria persolvenda mandavit, tam eis, qui dignitate decorantur, quám si causa eorum laborum

ad

Digitized by Google

ad pondus ſibi ipſis injũctũreſpectu publici moderaminis, vel ſimiliũ adimplẽdum conſtituti ſunt, ſublato more illo ſubeundi muneris propriis eorum expenſis,ut ex eorum propriis bonis viverẽt,tempore quo cũ pro alienis ſuos deberent expargere labores, nullum proinde proprio patrimonio damnum inferri deberet, Bened. Carpz. *dicto reſp.* 104.*num.*12. ac etiam, quia multa inconvenientia ad bonum regimen, & ſuſtitiæ cultum,uti adverſativa cauſa, evitari poſſunt;ita quod pro juſto, ac juridico,fuit per ipſam Cæſaream Majeſtatem dijudicatum ſalaria ipſis eſſe ſtatuenda,Dion.Caſſius *in lib.* 13.52.53. *Roman.Hiſtor.*Maſtrill. *de magiſtr. dicto cap.*21.*num.* 7. Zacchia *de Salario in proœ.nu.*5.Gregor.Syntagm.*dicto cap.*2.
71 *num.*7. unde magna cum ratione ſportularum exactio,quæ ex juris communis diſpoſitione per priùs á partibus litigantibus ad ſalarii ſolutionem judicibus deſtinata,& ſub hoc vocabulo nuncupata, quia facta exactione per perſonam deputatam, deponebatur in quadam ſportula, ſive conſimili vaſe ad cõſervãdum uſque ad tempus diſtributionis faciendæ,*l.is,cui* 4. *infine, Cod. de ſportulis,&c.* Gloſſ. *in* §.*nullo quoque, Auth.de judicib.verb.diſpoſita,propè finẽ,* Ant.Fab. *Cod. de ſportulis defin.*1.*nu.*1.
72 ſed quia non excedere debebat trigeſimam partem ejus, quod in iudicio de-
73 ductum erat, demum trigeſimæ no-
74 mine appellata fuit, quæ trigeſimarum exactio, cùm valde damnoſa pro juſtitiæ cultu, & bono publico dejudicata fuiſſet,ex multis juſſionibus diverſis in temporibus emanatis, per retro hujus Regni Reges abolita fuit; cùnque præfatæ ordinationes minimè, ut pererat, obſervarentur, per invictiſſimam Cæſaream Majeſtatem, felicisſimæ recordationis Caroli V. præcisè obſervã-
75 das, mandatum fuit, & quod officiales omnes de ſalario ſibi ipſis ex proprio regali ærario deſtinato, contẽti ſint prout *in pragm.*3.*&* 4.*de Trigeſimis,&c.* ex cumulatis per V.I.D.Nicolaũ Topiũ *de origine Tribunalium lib.*2. *par.*2. *cap.*3.*à num.*4.*uſque adfinem,*Reg.Conſil. Petra
76 *in Rit.M. C. V.* 14. *num.*15. Itaque juri conſonum eſt, negligentes officiales, & juxta eorũ obligationẽ inobtẽperantes, cujus intuitu ſalaria ipſa præſtantur, ab ipſorum receptione abſtineri,ac privari iſta correſpectivitate ad labores,dũ ipſorum laborum concurrentia deficeret cum reliquis circunſtantiis *d. l.is cui, infin.*cũ aliis juribus,& DD. deſuper allegatis, Novar.*in Scholiis in d.l.Iudices.*
77 Verùm, quia annua quantitas Salariorum Dominis Regiis Conſiliariis debita,& ſolvi per Regium ærarium deſtinata,erat ducatorum ſexcentum, ac anno 1626. aucta fuit uſque ad ſummam ducatorum mille, quorum ſcilicet ducati ſexcentum remanſerunt ad onus Regis; reliqui verò quatuorcentum ſolvuntur illis ex jure unius cum dimidio pro centũ impoſito litigantibus,victoriam obtinentibus mediante diffinitiva, vel decreto vim habente ſententiæ diffinitivæ,Reg.Conſil. Petra, *ubi ſupra nu.*16.& patet *in prag.* 79. *de officio* S.R.
78 *Conſil.* cujus juris exactio licèt poſt ſententiam, & aliàs ut ſupra fieri mandetur; ſi tamen partes ad id nõ pervenerint, eo quia antequam in cauſa ſententiaretur, ad tranſactionem advenerint, hoc non obſtãte, ad aliquid pro hujus juris ſolutione tenentur; quanvis prima facie cõtra videatur, quia ſcilicet judices non laboraverunt, ex quo non ſtuduerunt in cauſa illa, in qua nulla reperitur lata ſenteatia: nam contraria affirmativa magis eſt juridica, & in obſervantia, nempe non eſſe in totum exemptos litigantes,ſed tantùm à medietate dicti juris, ſi tranſactio ſequatur poſt litis cõteſtationẽ,per quã reperitur judici acquiſitũ jus, neque per ſe ſtat, quod non laboret in cauſæ determinatione, ad quã paratus eſt, & videtur determinaſſe Iuſtinianus *in* §.*ne autem circa hoc, Auth. de judicibus*, cùm juſſit de quatuor aureis exigendis à judicibus, duo exigenda, & in partem habenda quousque lis conteſtetur, ſive in ipſius actu; reliqua duo in fine negotii;ita quod per litis cõteſtationem, ea per ſententiam non terminata, medietas juris illis debetur, & exigere valent, ut ex multis concludunt

dunt Ant. Fab. *in d. tit. Cod. de sportulis, &c. definit.* 8. Mastrillus *de magistr. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 25. 26. *tom.* 1. & sic multoties observatũ vidimus, & hoc utimur jure.

79 Nil tam naturale est, juxta Pauli exclamationem, quàm qui incommodum patitur, sentiat, & commodum, ab codẽ dependens, vel ipsi adhærens; modo quo emolumenta, & salaria, laborum intuitu, & exercitii destinata, omni jure debentur, ut ipsorum laborum pretium, & incommodi recompensatio, *l. secundũ naturam* 10. *ff. de reg. jur.* cùm qua uniformantur disposita per Imperatores *in l. unica*, §. *sed omnes personas, in fine, C. de caducis tollendis*, & per Pontif. Bonifacium VIII. *in cap. rationi congruit*, 77. *de reg. jur. in* 6. Gloss. *in dicta cap. charitatẽ*, *in lœc. alleg.* ac proinde sequitur, quod, sicut simplex labor, ut simplex unius officii administratio, simplex præmium

80 meretur, nempe unicum salarium; ita si duo officia, etsi inter se diversa, unicæ committantur personæ, ex superioris jussu, quæ in utriusque exercitio, ut decet, elaborare debet, cùm incompatibilitas, ac repugnantia aliqua non concurrat, quin ab unico insimul exerceatur subjecto; & sic duplex subeat onus, duplicenque sollicitudinem proprii scilicet, & alterius officii, non cohærentis officio suo, duplicibus salariis, gagiis, emolumentis, & honoribus utrique officio destinatis uti, ac frui debet: nam, si pro utroque incommoda patitur, alterius commodo non est privandus, ob divisionem, quam patiuntur labor, & salarium, ex clarissimis verbis I. C. Papiniani *in l. Sejo Amico fidelissimo* 10., ibi: *cùm tam labor, quàm pecunia divisionem recipiant, ff. de annuis legatis, &c.* Inde, cùm dictorum officiorum duplex sit onus, juris est, duplex consequi salarium, vel emolumentum illis destinatum, *l. iis scholaribus*, 14. *Cod. de erog. milit. ann. lib.* 12. *l. hac parte* 10. *Cod. de prox. Sacror. Scrin. lib.* 12. §. *illud tamen, Auth. ut Iudic. sine quoque suffrag. l. binos* 10. *Cod. de Advoc. diverf. Iudic.* cum aliis, supra allatis, & hæc est magis recepta DD. sententia, plurium rerum judicatarum authoritatibus fulcita, præsertim R. C. S. *in Arrestis generalibus*, recollectis per Reg. de Marin. ut anno 1564. *Arrest.* 288. anno 1652. *Arrest.* 676. anno 1655. *Arrest.* 690. præter alia nedum de nostratibus hujus Parthenopæi Tribunalis, sed etiam de Alienigenis, quæ habentur penes Camillum de Curte *in 2-par. comp. feud. cap.* 1. *à num.* 156. Reg. Tapia *in jure Regn. lib.* 2. *in Rit. M. C. V. Item quod nullus officialis* 8. *sub. tit. de officio judicum, num.* 1. *propè fin.* Reg. de Ponte *de potestate Proregis, tit.* 2. *de Annona, seu abundantia Civit.* §. 6. *num.* 14. 15. Thor. *comp. decision. verb. salarium duplicatum, to.* 1. *& in supplemento, eodem verb.* Præs. Merlin. *contr. for. cap.* 70. *lib.* 1. Reg. de Marinis *Rer. jur. cap.* 312. *lib.* 1. *& ad Reg. Reverter. decis.* 308. *num.* 4. *tom.* 2. Danza *ubi supra in d. cap.* 1. D. Franc. Hier. Leo. *decis. Valen.* 27. *part.* 3. Font. *decis.* 248. *p.* 1. & communiter omnes docent, & in viridi esse observantia testatur Reg. Consil. Petra *in Rit. M. C. V.* 8. *num.* 8. & 17. & per priùs ejus Avus ad *Capyc. dec.* 27. *nu.* 20. Reg. Consil. Rocc. *resp. decis.* 91. *nu.* 24. *lib.* 1. *& in tract. de officiis, rub.* 17. §. 9. *à n.* 33. Marcellus de Mauro *alleg.* 17. Reg. de Ponte *ubi sup. à num.* 11. Reg. de Marinis *d. cap.* 312. Novar. *in pragm.* 9. *num.* 4. *de Actuariis, &c.* Severin. *ad Reg. Sanfelic. dec.* 328. *vers. & quod exercens, & in dec.* 380. *in principio, & in vers. est etiam advertendum*, Scoppa *Menex. de Reip. Regim.* §. 13. *num.* 74. 75. *& à num.* 77. *usque ad finem, & in observ. ad Gratian. in decis.* 101. Zacchia *de salario, quæst.* 11. *à num.* 29. Gratian. *dicta dec.* 101. *n.* 17. 18. 19. Mastrill. *de magistr. dicto cap.* 21. *à n.* 72. *usq; ad* 81. *&* 104. Muta. *in cap. Sicil. cap.* 7. *nu.* 53. *tom.* 3. Sese *de inhibit. cap.* 1. §. 8. *à num.* 8. Avend. *de exeq. mand. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 56. *à vers. sed quæro, & num.* 47. Fontan. *decis.* 247. *à num.* 8. *part.* 1. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 223. *num.* 8. Gaill. *pract. observ.* 44. *nu.* 8. *lib.* 1.

81 Quibus nullum obstaculum inferunt allegata per Reg. Sanfel. *d. decis.* 328. ex eo quia eorum receperunt intellectum in officialibus militiæ, quibus non potest præstari duplicatum stipendium, sicuti adnotavit Reg. de Marin. *in d. observ. ad dec. Rever.* 308. cum aliis, relatis per Reg. Consil. Petra *dicto Rit.* 8. *nu.* 21.

nil

Digitized by Google

82 nil obſtante quod de publico, vel Regis ærario ſalarium conſequatur, propter quod, nil aliud prætendere valeat aucto labore, vel onere, ex quo intelligitur quo ad ſuum tantùm officium concernentia, non autem de extraneis, & penitus diverſis, & à ſuo non depen-
83 dentibus, Seſe *loc. cit. num.* 12. nam, ſi ex defectu, morte, vel impedimento, coæqualis officialis, onus, ſive labor augeatur, nequaquam augeri debet ſalarium, nec proprio uniri illud impediti, vel demortui, &c. quoniam illa laborum auctio, habetur uti ad officium pertinens, & annexa cùm omnes hi officiales ſint ad id deſtinati, per ea, quæ habentur pènes Gratian. *d. dec.* 101. ubi ita deciſum refert, Fontan. *d. deciſ.* 228. *par.* 1.

84 Quæ quidem præmiſſa eorum debent etiam habere effectum, quouſque per officialem plures exercentur diſtinctæ commiſſiones, una quarum exercitium alterius non impediat, ita ut eis compatibiliter vacare valeat; inde, cùm unaquæque ipſarum requirat officialis laborem, & ut inter ſe diſtinctæ, diviſam haberent ſolutionem mercedis, ſi per tot exercerentur officiales, quot ſunt commiſſiones; eodem modo, etſi per unum, ex quo omnia fiunt, prout ſi à tot officialibus exercerentur; itaque juſtum eſt, quod labore, ſuam habeat condignam, debitanque mercedem, & ſic conſequatur omnia, ſeu duplicata illa ſalaria, ſive dietas, dictis cõmiſſionibus deſtinatas, ac ſtabilitas, juxta adnot. per Præſ. Merlin. qui ita deciſum refert per R. C. S. *in d. cons.* 70. & eſſe communiter menti tenendum ſubſtinuimus *ſupra num.* 80. & docuere Reg. Sanſel. *dict. deciſ.* 328. *num.* 14. Reg. Conſil. Prat. *diſcept. for. cap.* 20. *nu.* 3. 4. *p.* 2. Reg. Conſil. Petra *ubi ſupra nu.* 10. *verſ. ſicuti ſi unico*, cum aliis, recollectis *in Rit.* 151. *num.* 4. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 68. *tom.* 1. Annichin. *de prævent.* qui omnibus contrariis reſpondet, & ad concordiam reducit, *cap.* 4. *nu.* 89. quicquid in contrarium referat fuiſſe deciſum Caſtill. *dec. Sicil.* 49. ne dum uti contra communẽ, verũ etiã quia appareret deciſio fundata in lege particulari hoc prohibente; ut *ibidem num.* 9.

85 Ac etiam commiſſarius, licèt non vacatis dietis illis, quæ ordinariè de jure requirerentur pro expeditione negotii ſibi commiſſi, ex quo in paucioribus, negotium expedivit, totum ex ejus induſtria, vigilantia, & labore extraordinario, ſalarium conſequitur pro omnibus dietis, quæ requirebantur, & vacare erat opus, non autem pro reſtrictis vacatis, Gloſſ. *in l. eos ff. de falſis*, & communiter tenent omnes penes Proſper. Petra *ad Capyc. deciſ.* 27. *num.* 9. *prope finem*, & *in deciſ.* 125. *num.* 7. *in fine verſ. ſed quaro*, Reg. Rovit. *in prag.* 6. *de commiſſ. num.* 10. Paſchal. *de patria poteſt. p.* 4. *cap.* 6. *num.* 41. *verſ. etſi officiali*, Reg. Sanſel. *d. deciſ.* 328. *num.* 18. Capiblanc. *de Baron. in pragm.* 16. *num.* 53. Reg. Conſil. Prat. *dicta cap.* 20. *lib.* 2. Petr. *loc. relato*, *n.* 10. Danza *de ſalario*, *dicto cap.* 2. *à nu.* 49. Maſtrill. *lib.* 1. *dicto cap* 21. *num.* 104.

86 qua de ratione ſi pluſquã quatuor teſtes recepti fuere pro qualibet dieta; in ipſarum computatione, non aliter, niſi de tali numeratione habetur ratio, per ea, quæ habetur apud Io: Baptiſtam de Thoro *in adnot. ad Io: Grandem de bello exulum*, *ad ſpeciale primum in num.* 69. *verſ. ſed hic incidit*, *fol. mihi* 51.

87 Quarum dietarum computatio, ſive denumeratio fit ſecundùm juris communis diſpoſitionem, ita quod omnes noſtræ municipales, localeſque leges, de dietis loquentes ſine ſpeciali numero milliarium, intelliguntur loqui ſecundũ denumerationem adjectam á jure communi, per quod quelibet dieta eſt viginti milliarium, ſi per terram iter eſt faciendum; modo quo ſi ultra viginti milliaria pro die fit iter, etiam ſi in uno excederet milliare, pro duabus dietis, ſive diebus fit liquidatio, Reg. Conſ. Petra *in Rit.* 151. *n.* 2. 3. *to.* 1. ſi autẽ per mare fit iter, dieta eſt 50. milliariũ, R. Conſ. Petra *ubi ſup. n.* 10. de quib. quidẽ dietis habetur ratio ex diſpoſitis
88 per Rit. M. C. 151. diſponentẽ, haud eſſe committendam teſtium audientiã infra dietam ab hac civitate, ita quod ſi per terram ſit iter ultra viginti milliaria, & per mare ultra quinquaginta, minimè eſt committenda, ſed vel in loco, ubi

Digitized by Google

pars examinare intendit, accedere debet examinator electus, vel teſtes adſportare ad examinandos in civitate; juxta quam diſpoſitionem hujus Ritus, quouſque de ejus diſpoſitione, & obſervantia per partes ſit oppoſitum, ſervatum vidimus, & multoties practicavimus.

89 Vnum verò valde notabile, & quod quotidie in praxi advenit, ex quo ſæpe ſæpius in diſcrimen vidimus in noſtris ſubſelliis, quæ nam quantitas pro qualibet dicta præſtetur Doctori, qui tanquã curator acceſſit, interfuitque in acceſſu facto extra hanc civitatem? non deſunt enim qui prætenderunt, non niſi ad plus ducatorum ſex pro qualibet dieta, ſub pretextu, quod minorem ſummam videtur determinaſſe Reg. Pragm. *6. verſ. orndiniamo, che i Dottori, de commiſſ. &c.* ſolevendam eſſe Doctori, qui accedit ad partis inſtantiam; ſed clariſſimè colligitur, haud diſpoſuiſſe in caſu, de quo agitur, propter quod non ſemel juxta caſuũ contingentiam, in contradictorio partibus diſcrepantibus videtur determinaſſe S.R.C. deberi curatoribus patrimoniorum ducatos octo pro qualibet dieta, & procuratoribus ducatos ſex, ſicuti in patrimonio Ill. Ducis Præcacordis in banca Magnifici de Fuſco penes ſcribam Ruſſum, à cujus patrimonii Magnifico Curatore, multę aliæ determinationes, & exempla porrecta fuere; ita quod ob tot determinationes uniformes tanti ſupremi Tribunalis, non videtur poſſe ampliùs de hoc diſceptari; meritò ipſas referre, & hæc adnotare voluimus.

Ad num. 26.

90 OMnes hominum actiones non aliud regit, regulat, atque format, niſi eorum volũtas, uti actio, ex qua deſumitur intellectus cognitio, & cogitatio cæteris præcedẽs: ex vulgato axiomate *nil volitum, quin præcognitum*: quoniam haud velle dignoſcitur, niſi per priùs in mente fuerit, atq; mens ipſa cogitaverit, vel deliberaverit, *l. Labeo* 7. §.
91 *id Tubero ff. de ſuppellect. legata*, aliter ſi non adfuiſſet, uti de medio ſublata, omnis actus eſſet indifferens, ſeu veriùs nõ eſſet; & ſic non entis nullæ ſunt qualitates, *l. fœdiſſimum* 2. *Cod. de adulter.* ubi

92 Gloſſ. *in verb. voluntate*; & hoc ne dum in contractibus, per ea, quæ deſumuntur ex text. *in l. non omnis* 19. *ff. ſi certum petatur*, cum aliis, alibi per Nos relatis verùm etiam in delictis, cùm omnia à voluntate dependeãt; itaque meritò pœnis non ſubiiciuntur, prout ex And. de Iſer. & aliis, docet Rovitus *in pragm.* 10. *de extract. à nu.* 10. & præcisè *nu.* 15. *16.*

93 nam nequaquam haberi poteſt ignorante conſcſus, Larrea *alleg. fiſc.* 9. *n.* 14.

94 cujus concurſus in his, de quibus loquimur caſibus contraventionum, & ſimilium, non aliter deſumi poteſt adfuiſſe, niſi de ſcientia convincatur, ob quam, & cum qua comitatur indiſſolubiliter voluntas: modo quo, ipſa deficiente voluntatis inductivæ cauſa, pro ignorantẽ habetur, & clarum eſt in jure, ignorantẽ non delinquere, nec haberi, aut reputari poſſe pro delinquente, *l. ſi ignorans* 53. *ff. locat. & conduct. l. ſi quis* 2. *Cod. ne Sanctum Baptiſma iteretur*, *l. quicunque* 4. §. *quod ſi ſervus*, *Cod. de ſervis fugitivis*, *l. generali* 3. *Cod. de Tabulariis, ſcribis, &c. lib.* 10. *l. ſuper ſervis*, 6. *Cod. qui militare poſſunt, vel non &c. lib.* 12. *l. ſi quis in gravi* 3. §. *ſi quis ignorans*, *ff. ad ſen. conſ. Syllan. l. ex maleficiis*, 4. §. *longè minùs*, *ff. de action. & obligat. l. ſi adulterium* 38. §. *iidem Imperatores*, & §. *ſequenti*, *ff. ad l. jul. de adulter.* And. *in conſtit Regni* incip. *homines extra Regnũ*, ubi etiam Afflict. *num.* 1. Reg. Rovit. *ubi ſupra à nu.* 10. Giurb. *conſ. deciſ.* 38. *nu.* 9.

95 & 24. inde exemptus eſt à quavis pœna, ob deficientiam voluntatis, cùm ſufficiẽs cauſa ſit, ut ab ea excludatur, ac eximatur, juxta Scevolæ ſententiam *in l. municipali* 6. *ff. de decretis ab ord. faciẽd.* Rovit. *loc. cit. num.* 7. Mauſon. *de contraban. quæſt.* 19. *num.* 21. Cyriac. *controv. for.* 289. *num.* 23. *part.* 2. & *controv.* 519. *num.* 4. *p.* 3. Giurb. *ubi ſupra* Conciol. *alleg. for.* 79. *num.* 18. Carpz. *defin. foren. par.* 2. *conſtit.* 18. *defin.* 6. *num.* 4. & *par.* 4. *conſtit.* 23. *defin.* 6. *per totam*, & præcisè
96 *num.* 6. ex eo quia nulla in eo conſideratur culpa, ſine qua nequaquam adveri poteſt ad pœnæ damnationem, Rovit. *ubi ſupra*, *num.* 17. 19. Cyriac. *in dicta contr.* 289. *num.* 25. & *dicta contr.* 519. *num.* 6. Conciol. *dicta alleg.* 79. *num.* 20.

ſi mo-

Digitized by Google

97 ſi modo juſta, ac rationabilis ſit ignorantia: nam ſecus, de ipſa nulla habetur ratio, uti à juribus improbata, immo po-
98 tiùs pro ſcientia dijudicatur, & eaſdem vires habet, ac ſcientia, uti craſſa, affectata, & ſupina, haud apta ad producendos præmiſſos effectus, ſed contrarios, ex diſpoſitis per I. C. Vlpian. *in l. nec ſupina, 6. l. regula* 9. §. *ſed facti, in princ. ff. de jur. & fact. ignor.* & ab Imperatoribus *in l. qui contra*, 4. ex verbis illis; *qui aut errore acerrimo, non affectata, ſimulatove, Cod. de inceſt. & inutil. nuptiis, l. & ſi conſenſum*, §. *ignorantia*, ubi Gloſſ. *in verb. ignorantia*, quæ concordantia jura allegat, *ff. de contrab. empt.* Mauſon. *de controb. quæſt. 9. num.* 19. *in fine*, & 20. D. Io: Solorzan. *de Indiar jure lib. 2. cap.* 7. *num.* 43. *tom.* 2. Giurb. *dicto conſ.* 38. *nu.* 24. Cyriac. *dicta controv.* 519. *num.* 40. Conciol. *alleg.* 33. *num.* 17. Creſpi de Valdaura *obſerv. deciſ. Ill. par.* 1. *obſerv.* 20. *num.* 29. Gaſpar Klock. *de contribut. cap.* 20. *num.* 280. & 290. Bened. Carpz. *defin. for. p.* 2. *conſt.* 50. *defin.* 3. *n.* 4. 5. *to.* 1.
99 ac leges, vel ſtatuta, quæ ſub certa pœna mandant, vel prohibent aliquid cùm clauſula *omni ignorantia ſublata*, non intelliguntur de juſta, legitima, ac probabili ignorantia: cùm juſta, & vera ignorantia, nunquam deſumatur excluſa, ſed tantummodo craſſa, affectata, & ſupina, Reg. Rovit. *ubi ſupra, num.* 24.
100 Giurba *conſ. crim. deciſ.* 14. *n.* 11. quoniam nullum conſideratur diſcrimen inter ſcire, ſive ſcientiam habere, ac ad omni ex parte ut ſciatur, aut ſcientia habeatur, inveſtigandum teneri, æquiparationis ope inter ſcire aliquid, vel ſcire debere, *l. quod te* 5. *ff. ſi certum petat. l. Iulianus* 21. *ff. ad ſen. conſ. Maced. cap. cũ inhibitio* 3. §. *ſi quis verò, de clandeſtina deſponſatione*, Laganar. *ad Rovit. loc. cit. ver. quando tamen*, Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect.* 81. *à nu.* 9. Solorzan. *loc. cit.* Maſcard. *de probat. concl.* 880. *num.* 16. 17. De Valdaura *obſerv. deciſ. Ill. par.* 1. *dict. obſerv.* 20. *num.* 28.
101 ex eo, quia antequam quis aliquem actum gerat, omni ex parte perquirere, ac inveſtigare debet omnia, quæ requiruntur in ipſius actus cõfectione, etianſi ab alieno facto dependerẽt; ita ut, ſi perquirat, certioretur, & de omnibus notitiam habeat; aliter in culpa eſt, indignus excuſatione, cùm teneatur uti omni diligentia ad perquirenda ea, quæ cæteris de ejus conditione, & qualitate nota ſunt, juxta expreſſam Pauli I. C. ſententiam *in l. late culpæ*, 223. *ff. de verb. ſignif.* Covar. *in reg. poſſeſſor, par.* 2. §. 7. *n.* 9. & 10. Valdaura *par.* 1. *obſerv.* 10. *num.* 66. Cyriac. *dicta controv.* 519. *nu.* 37. Conciol. *dicta alleg.* 33. *num.* 19. Klock. *de contrib. dicto cap.* 20. *num.* 291.
102 Itaque non eſſe excuſandos ex præmiſſis colligitur forenſes (qui propriè illi ſunt, ac nuncupantur, qui foris ſunt, ſcilicet ab alieno territorio venientes, ſive introeuntes, §. *ſi verò aliqui, il* 2. *Auth. de quæſtore*) nec etiã alienigenę, (ut ſunt illi, qui non ſunt de illo territorio, ac alienæ ſubſunt juriſdictioni, ex his, quæ deſumuntur ex diſpoſitis per Imperatores in *l.* 1. ubi DD. omnes ex ly *alienigena, Cod. de emancipationib. liberorũ*)
103 ſi ad gabellarum, & ſimilium ſolutionem non veniſſent, ſub ignorantiæ prætextu, & quod per officiales certiorati haud eſſent ad juris ſolutionem faciendam pro mercium, ſive rerum immiſſione, vel extractione: ea quidem ratione, quia certum, atque penes ferè omnes notum eſt, ex juris communis diſpoſitione, pro rebus, quæ vehuntur, immittuntur, vel extrahuntur, gabellas ſolvendas eſſe, juxta mores, ſive locorum conſuetudines, vel ſtatutarias diſpoſitiones, quoad modum, & quantitatis juris ſolutionem, quibus forenſes, & alienigenæ, ligantur, ob adventum ad locum juriſdictionis, in quo leges ipſæ obſervantur: ac etiã quia ob ipſam generalem, & indubitatam ex communi jure diſpoſitionem, ne dum ipſe forenſis, vel exterus ab omni ignorantiæ præſumptione excluditur, immo in culpa reputatur, in non perquirendo morem loci, quo ad ipſorum jurium, gabellarunque ſolutionem, & contributionem, ſicuti tenetur etiam ex ſe inveſtigare, cùm ſcire debeat id, quod apud omnes notũ eſt, & ad quod tenetur abſq; eo, quod requiſitio, vel denunciatio aliqua requiratur, Goffred. noſter *hic*; aliter ignorantia ipſa pro ſimulata, & ſupina habetur, nihilque ad ſui bene-

Digitized by Google

ficium apta est ad operandum, ne ad aliquid teneatur, quasi quod nō inciderit in commissum, prout determinavit Martian. I.C. *in l. interdum* 16. §. *licet, ff. de public. & vectig. commissis*, Goffred. noster *hic num.* 49. Afflict. *in dicta constit. homines, num.* 8. Laganar. *ad Reg. Rovit. in pragm.* 10. *de extract.* Mauson. *de caus. exec. lib.* 1. *ampliat.* 30. *à num.* 25. *cum tribus sequentibus*; qui, etsi *in tract. de controb. quæst.* 9. pro ipsis forensibus, & exteris videatur pugnare, attamnn *à nu.* 18. non recedit à supradictis per Nos exaratis. Verùm (omni tamen culpa, vel dolo remoto) cùm videntur esse in simplici errore, non autem fraudandi animo, ad duplicatam dirictuum solutionem teneri, I. C. mandavit *in dicta l. interdum* 16. §. *divi Fratres*; in usu tamen receptum est, ut admittantur ad tolerabilem compositionem, & sic non omnes merces amittunt, Afflict. *in dicta constit. homines extra Regnum*, *num.* 7. *prope fin.* Mauson. *dicta quæst.* 9. *num.* 20. 21.

104 Contraria verò eorum habent firmitatem in illis casibus, in quibus banna, vel statutariæ dispositiones aliquid de novo disponunt; quadere forenses, & alienigenæ rectè excusantur, ac excusari possunt ex justa ignorantia, ad quam evellendam sunt certiorandi de prohibitione, & usu ibi vigente, ne deinde ignorantiæ causam allegare valeant, sicuti habetur *in dict. Regni constit. homines extra Regnum, vers. & ut ignorantiā*, Reg. Rovit. *in dicta pragm.* 10. *num.* 21. ubi Laganar. *vers. secus verò*, Mauson. *dicta quæst.* 9. ex quo cessante scientia, deficit contemptus, cujus ope videtur banno, vel legi prohibenti contravenire: cùm ignorans nunquam dicatur contemnere, quia nescit, Gloss. *in l. statu liberum, verb. sciens ff. de statu liber. & in l. cotem ferro* §. *dominus, verb. restituatur, ff. de public. & vectig.* Rovit. *ubi supra nu.* 18. si modo forēses, & alienigenæ in Regno, seu in illo particulari loco, adhuc nō fuisēt, vel diu nō stetissent, ob quod jure licito est præsumendum de his omnibus notitiam non habuisse, Afflict. *in dicta constit. Homines extra Regnum, nu.* 6. & alii supra allegati.

105 Sed ignorantia an possit juramento allegantis probari? vide Reg. de Marinis *ad Revert. decis.* 434. *num.* 6. & *res. jur. cap.* 194. *num.* 9. *lib.* 2. Cyriac. *d. cap.* 519. *nu.* 7. & 41. Mascard. *de probat. concl.* 882. Vvessemb. *in parat. tit. de juris, & facti ignorantia, nu.* 3. *in fine.*

Ad num. 27.

106 CVm cadaver, ob sequutam divisionem animæ à corpore diversum esse desumatur ab illo primo homine, ob carentiam nedum ejus essentiæ, verùm etiam, & formæ, vitam tribuentis, uti jam toto resoluto, cùm anima à partibus sit divisa; diversus proinde resultat effectus, penitus ab antecedenti distinctus, ita quod pro homnine ampliùs nō habetur, nec dijudicatur, de Medicis *in tract. mors omnia solvit, par.* 2. *concl.* 152. *n.* 145. cū aliis, relatis à Reg. Consil. Vargas Machuca *dec.* 1. *n.* 438.

107 inde est, quod cadaver ipsum, a pœnis propter à primo homine patrata delicta, à jure determinatis, est liberum, ob esse hominis ad non esse reductum, & ipsæ pœnæ cum morte ipsa, ne dum sunt commutatæ, immo, & solutæ, juxta *mors omnia solvit*, per omnium ora proverbium, §. *deinceps, in princ. Auth. de nuptiis*, ubi Gloss. *in verb. similiter*, cum aliis, allatis per Coler. *in decis.* 29. *num.* 32. *lib.* 1. Bened. Carpz. *resp. jur. Elect. lib.* 2. *tit.* 5. *resp.* 65. *num.* 4. *tom.* 1. & *defin. for. part.* 4. *const.* 12. *defin.* 1. *num.* 8.

108 modo quo cum ipsorum hominum expiratione, delictorum etiā pœnæ exspirant, extintionis virtute: ex eo quia ipso tunc etiam pro extincto habetur delictum, sine quo pœna adesse non potest, juxta text. vulgatam dispositionem *in l. defuncto 6.*, ibi: *defuncto eo, qui reus fuit criminis, & pœna extincta est, ff. de publ. judic.* & sic extingui, Martian. I.C.

109 ait, crimē, & pœnā, ex dictione illa, *Et*, quæ uti copulativa, vim habet, & naturā, utrunque copulandi, quando in unitate sermonis sunt, *l. Titiæ textores 36.* §. *nihil differt, ff. de legat. 1. l. non itaque 3.* §. *si quis ita, ff. de eo, quod certo loco, l. unica*, §. *si ita definitis, C. de caduc. tollend. l. reos*, §. *cum tabulis, ff. de duob. reis, l. fin.*

Digitized by Google

l.fin.§.*cui dulcia,ff.de tritico, & vino legato,l.cùm delanionis,*§. 2.*ff. de fund. inſtruct.l.ea tamen adjectio,ff.de legat.3. l. quanvis,Cod. de impuber. & aliis ſubſtit.* Reg.Rovit.*conſ.*55.*num.*6. Reg. Capyc. latr.*conſult.for.*75. *nu.*120. *lib.*1. Carol. Ant. Bottelier. *diſſer.for.* 10. *num.* 50. Frantzkius *ad l.Gallus Aquilius* 29.*ff.de lib.& poſthum.diſput.* 2.*memb.*3.*ſect.*4. *num.*26. Cacher.*dec.* 81. *num.*1. 2. Poſt. *reſ. civil.* 120.*num.*14.*&* 36. *cum ſeqq.* Bened. Carpz. *defin. for. part.* 1. *conſtit.* 13.*defin.*2.*num.*6.*par.*2.*conſtit.*16.*defin.* 10.*num.*9.*& part.*3.*conſtit.*20. *defin.*16.

110 *num.*5.ſcilicet crimen, & pœna; aliter impropriè foret adjecta dictio illa à I.C. cum qua uniformatur alia Pauli determinatio *in l.ſi pœna* 20.*prope fin.ff. de pœnis,*& Vlpian.*in l.in ſũma* 59.§.*ſi quis,* ibi:*quia morte rei edictum peremptorium ſolvitur,ff.de excep.rer. judic.* cum aliis concordantibus, allegatis à Gizzarel. *deciſ.*15. *num.*3. & Amaya *in com.ſuper Cod.in tit. de jure fiſci, l. eorum patrimonia* 10.*lib.*10.*num.*3. Clar. *lib.*5.*ſentent.* §.*fin.quæſt.*51.*num.*13. Coler.*dicta dec.* 29.*num.*31.*&* *dec.* 107. *num.*37. ubi ita deciſum refert *par.*1.Gomez *variar. reſol.lib.*3.*cap.*1. *nu.*78. Vargas *dicta dec.* 1.*num.*89.351.*&* 437. Vela *diſſer.* 14. *num.*21.*part.*1. Ioſeph.Ricc.*de publ.jud. in gen.quæſt.*34. *num.*3. Bened. Carpz. *prax.crim.p.*3.*quæſt.*141. *num.*1.2. Reg. Conſil.Rocc.*de off.rubr.*14.§.10. *à nu.*1.

111 Altim.*de nullit.rubr.*9.*num.*27. & hoc nedũ in ipſis criminalibus negotiis,ex quibus pœnales oriuntur actiones, verùm etiam in civilibus: ex eo quia contra defunctum tanquam non ens ob hominis ampliùs nô eſſe, nulla ferri poteſt determinatio,quia nullius eſſet momen-

112 ti, nulliuſque efficaciæ, nulla adhibita diſtinctione, ſi de morte per judicem fuerit,aut non,habita ſcientia: nã, ſi omnino ſcientia requireretur, nun-

113 quam accideret quæſtio, cùm valde ineptum foret ad ſententiam promulgandam ſcienter contra mortuum procedere,nullo præcedente decreto procedendi cum procuratore effecto domino litis in damnum hæredum,*ex l. nulla dubitatio* 23. *Cod. de procurat.* & ſic ſervatur in praxi,de qua Freccia *de ſubfeudis lib.* 3. *num.* 15. Præſes de Franch. *deciſ.* 245. *num.*1. Reg. Capyc. Latr. *dec.*83.*nu.*6.*&* 20.Reg.Capyc. Galeota *contr.for.*28.*num.*8.*lib.*2. Reg.de Marin. *ad Rever.deciſ.*124.*nu.*5.6.Thor. *comp. deciſ.verb. judicium cæptum cum aliquo,* Reg.Conſ.Staib.*reſol.*153.*n.*2.Monach. *ad Minad.dec.*35.*n.*2.Gallup.*prax. S.R. C.par.*2.*cap.*16. *nu.*17. Mareſcott. *var. reſ.cap.*62.*lib.*2. Reg. Conſil. Petra *ad Rit.M.C.V.*105.*num.*11.*tom.*1.Altimar. *dicta rubr.*9.*quæſt.*39.*à num.*13. *uſque ad* 19. quicquid in contrarium ſenſerit Rovitus,qui validiſſimis rationibus refellitur à Reg.Conſil. Staib. contra quẽ tenuiſſe S.C.ipſo votante cum aliis doctiſſimis Regiis Conſiliariis teſtatur *in obſerv.ad dictam reſ.*153.*à n.*1.*uſque*

114 *ad* 55.*lib.*2. & ipſa ſententia eſt nulla, uti lata adverſus non exiſtentẽ in noſtro commercio, nec ſub judicis poteſtate, cùm ad ſupremum,ac divinum ſit translatus tribunal, quod ſubtrahit adſtantem ab humano judicio:etiam quia vivi cum mortuis nullo utuntur commercio, & ceſſat ipſo tunc,quo fit ſeparatio animæ à corpore, Amaya *ubi ſupra num.*6. propter quod deficeret, nedum judicii eſſentia, ob defectum unius ex tribus perſonis ad id neceſsariis, & cum quibus in judicio ipſo quaſi contrahitur,ac quaſi perficitur contractus, nempe Rei; verùm etiam judicis juriſdictionis, ex cujus defectu corruit judicium, & judicatum,*d.l.in ſumma* 59 §.*ſi quis, l.Paulus reſpondit* 2.*ff. quæ ſententiæ ſine appell.reſcind.l. de quare,*74.§. *cùm abſentem,ff.de judiciis,* immo nec etiam ſubſtineri poſſet in favorem ipſiusmet defuncti, niſi in aliquibus particularibus caſibus à DD.infra allegandis conſide-

115 deratis, prout etiam nõ valeret reſpectu alterius viventis una ſimul cum mortuo cõdemnati,ſi modo nullam pateretur ſententia diviſionem, etſi dividua aliquando eſſet in ſuis reſpectivis caſibus, in quibus non comprehenditur, quouſque prolata, & ſub unico capitulo, vel connexu, aut ab unica dependente,vel deducta in libello actione, quibus in caſibus ſententia ipſa conſideratur, non ratione materiæ,ut quia,ſummę, vel quantitates diviſionem recipiunt, aut ſimilia,

Digitized by Google

milia, sed formæ, ob quam individua
116 esse colligitur; & habitum pro vero fuit multoties in S.C. sicuti penes Præs. de Franch. *d. dec.* 245. Reg. Capyc. latro *d. dec.* 83. *lib.* 1. Camill. de Larata *cons. decis.* 17. De Angelis *ad Gizzar. dec.* 9. *num.* 3. 4. 5. & 7. ubi Mele *num.* 8. 9. 12. Mari *à num.* 2. & Persic. *ad eundem Gizzar. decis.* 12. Prat. *discept. for. cap.* 29. *à nu.* 1. *lib.* 1. De Luca *ad Franchum dicta dec.* 245. Altimar. *de nullitatibus rubr.* 8. *quæst.* 5. *num.* 37. & fusè quo ad omnia prædicta *in dicta rubr.* 9. *quæst.* 39. Gizzius *ad Capyc. latro dicta decis.* 83. Cabed. *dec. Lusit.* 197. *lib.* 1. Bernard. Grevius *ad Gaill. concl.* 109. *consid.* 1. *lib.* 1. si tamen ille, contra quem lata sit sententia, vitam cum morte cõmutavit, postquam omnia, quæ requiruntur pro processus instructione, confecta erant,
117 ante conclusionis actum, quo in casu, ex rationibus exaratis, sententia illa tãtummodo pro nulla habetur, sed omnia præcedentia valida sunt; ob quod constito de hac nullitate, quam sententia pateretur, causa demum finita, nullo alio instructo processu, prout foret, si eadem nullitatis labe acta laborarent, uti confecta post alicujus mortem, dum requireretur novus terminus, illiusque compilatio, non posset procedi ad causæ expeditionem ex eisdem actis, sicuti nõ semel S.C. determinavit, penes de Frãch. *dicta decis.* 245. *num.* 7. *vers. verùm declaravit*, & Reg. Capyic. latr. *dicta decis.* 83. *num.* 11. *vers. verùm quia*; sed Nos jure optimo existimamus in illo tantùm casu, quo mors illius, in cujus damnum, vel beneficium, tenderet sententia, eve-
118 nerit post conclusionem in causa, quadere sententia tantùm nullitatis labe laboraret; qua opposita, quanvis militaret, prout supra fundavimus; attamen si de ejus justitia apparet, ita ut denuo promulgari deberet juxta ipsius seriem continentiam, & tenorem, idcirco in eodemmet actu determinationis, decretiq; promulgationis ipsã nullitatẽ obstare, mãdari etiã potest, quod exequatur juxta sui seriem, &c. absq; ulla alia causæ expeditione ex eisdem actis, cùm id taliter fieri, haud vetitum sit; ex quo non est ita simpliciter tenendum, judicati executionẽ esse ipso jure revocatã, ita ut non possit confirmari, ob ipsius judicati justitiam, apparentẽ ex eisdẽ actis, meritis inspectis, prout ex Bart. Alex. & aliis Anna *allegat.* 93. *num.* 7. Reg. Rovit. *in pragm.* 5. *de offic. S.C. num.* 30. Franciscus de Petris *cons.* 41. *num.* 6. Puteus *decis.* 72. *lib.* 3. Carthar. *decis. Rot. Genuæ* 132. *nu.* 17. Vant. *de nullit. rubr. fin. qualiter, & quibus modis sententia, &c. à nu.* 129. *usque ad finem*, Barb. *vot. decis. post. de pens.* 51. cum aliis, relatis ab Altim. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 12. juxta quam communem, & indubitatam conclusionem, non semel fuisse decisum refert in Reg. Valentiana Aud. D. Franc. Hieron. Leo *decis.* 189. *lib.* 2. & per Rotam Romanam, ac Reg. Aud. Apuleæ confirmãte M.C.V. & S.R.C. Vivius *decis.* 331. *lib.* 2. nil obstante quod pars expressè de nullitate opposuerit, & super ea judicari insteterit, sicuti Nos obtinuimus pro Regali Monasterio Divi Agrippini de Neapoli, contra D. Corneliã Ferraro; per quam, & si adversus sententiam S.R.C. cujus vigore fuit cõdemnata ad solvendum dicto Regali Monasterio creditum ducatorũ mille, & pro eis correspondẽdum annuos duc. sexaginta, ac alios duc. tercentum tertiarum; sex fuerunt propositæ nullitates; & licèt in ipsarum discussione visum fuerit primam obstare, clarè tamen apparebat de meritis causæ, & sententiæ justitia, quę in ipsius nova expeditione iterũ promulgari deberet; sub die 16. Ianuarii 1677. ad relationem quondã Regii Cons. Erasmi de Ponte causę Commissarii emanatum fuit decretum, *Primam nullitatem obstare; verùm sententia exequatur pro summa ducatorum* 300. *tertiarum pro præterito decursarum, & ad correspondendos annuos ducatos* 60. *pro capitali ducatorũ mille in futurum, juxta minutas in actis existentes.* In Banca Figliolę, & iterum ad instantiam Venerabilis Monasterii Sanctorum Apostolorum de Neapoli Clericorũ Regularium adversus Ducem Belrisguardi; qui, etsi aliquas nullitates proposuerit adversus decretum S.C. latum ad relationem Illust. Ducis Campimellis D. Trojani Miroballi tunc Reg. Consiliarii, & causæ Commissarii, nunc me-

Digitized by Google

meritiſſimi Regiam Cancellariam Regentis, ad ipſarũ diſcuſſionẽ ſub die 24. Ianuarii 1679. fuit ordinatum, *ultimam nullitatem obſtare, & proinde reſtituatur depoſitum; verùm fiat ſequeſtrum pro ſumma ducatorum* 4000. *unà cum intereſſe legatorum à quond. D. Iacobo Pignatello in beneficium D. Hieronymi ejus filii in bonis dicti quond. D. Iacobi Ill. Ducis Belriſguardi*; quod idem erat ordinatũ in decreto, adverſus quod fuerunt propoſitæ nullitates *in Banca Clavelli*
119 ex quo iſto in caſu nullitates conſiſtũt adverſus ſolam ſententiam; ſecus autem eſſet, ſi nullitates comprehenderẽt antecedentia, ideſt actus principales, & proceſſus ſubſtantiam: nam tunc corrueret totum judicium, etſi de ſententiæ juſtiſtitia, & meritis cauſæ ipſam eſſe confirmandam, & exequendam appareret: cũ actus prædicti, ut fundamenta ſententiæ, ipſam ſubſtineant, & ſine illis haud ferri poſſit; propter quod nullitates ſunt inreparabiles, & ſicut ſentẽtia nõ poſſet promulgari, ità confirmari nequit ex eiſdẽ actis, cùm ſint nulli, & per conſequens repetendi; debet itaque ſententia ipſa ſuſpẽdi, ut demũ repetitis actis prędictis, ejus executio demandari poſſit, Altim. *dicta queſt.* 12. ac validiſſimis juribus, & rationibus concludit, & decidiſſe Sen. Valen. refert D. Franc. Hier. Leo *deciſ.* 17. *à num.* 7. *uſque ad fin. lib.* 3.

120 Redeundo ad terminos, a quibus diſceſſimus, cùm ex delinquentium obitu pro extinctis habeantur delicta, rectè ſequitur, quod ab omnibus pœnis ſint liberati, ita ut ad illas, ipſorũ cadavera haud ſint adſtringenda, vel exequenda; quod non ſic indiſinitè eſt intelligendum: quia quandoque delinquentis morte, maleficii pœna corporalis extinguitur, non autem illa, quæ etiam vivis delinquentibus infligitur, unà cum corporali, ut exemplaris, ſi tanta ſit delictorum atrocitas, ut in cadaveribus veniat exequenda ad aliorum exemplũ, quod valde reipublicæ intereſt, ut cæteri á prædictorum criminum patratione
121 ſe abſtineant; prout è cõtra, cadaveribus illorum, qui virtute ornati fuere, aut aliquam virtuoſam geſſerunt, ac exemplarem actionem, ſive demonſtratione facta, morte fuerunt præventi, corona, ac honor adjudicatur, ut viventes, & poſteri ad virtutẽ, & honorem alliciãtur, Carpz. *Prax. Crim. p.* 3. *q.* 131. *nu.* 13.
122 *in med.* eadẽ de cauſa, ut hac deterriti pœna, ejuſq; executione, cujus ſint memores ob exemplum, quod vigens cauſa eſt, ut cæteri ſe abſtineãt, & ne in mores, & magis frequentiores, fiant malefi cia, in delinquẽtium cadaveribus pœna exequitur, ac ſi in humanis eſſent, Menoch. *de arbitr. judiç. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 285. *conſ.* 99. *num.* 150. *lib.* 1. & de *recup. poſſeſſ. remed.* 1. *ex num.* 157. Clar. *dicta quæſt.* 51. *num.* 14. Gomez *variar. reſol. dicto cap.* 1. *num.* 58. *&* 79. ubi Ayllon *num.* 78. Pichard. *manuduct. ad prax. part.* 4. *præcept.* 4. §. 4. *num.* 3. Bovad. *Polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 143. *verſ. y por razon, tom.* 2. Solorzan. *de parric. crim. lib.* 1. *cap.* 2. Carpz. *loc. cit. à num.* 27. *uſq; ad finem:* quia reipublicæ intereſt, ut malè cum mortuis agatur, ut inde vivẽtes exterriti à criminum patratione removeantur; plurima ſunt exempla apud allatos DD. & quotidie apud Nos obſervatur in publicis latronibus, & campaneæ craſſatoribus, quorum corpora, denegata illis omnimodo ſepultura, in arboribus ſuſpenduntur; & ſi non evenit, prout in virginibus Militeſibus apud quas uſu receptum erat, ut furore percitæ, voluntariam mortem appeterent; ad quem evadendũ inhumanũ uſũ, à Mileſiis decretum fuit, ut virgines ipſę eodem modo, nempe laqueo, quo volũtariè in ſe ipſas violentas manus iniiciebant, omnino denudatis corporibus, palam in foro ſuſpenderentur; qua de cauſa, ac pudore deterritæ, hoc magnum ſcelus ampliùs non commiſerunt: quia licèt quotidie latrones hoc modo ſuſpẽdantur, craſſationes tamen non ceſſant.
123 Quod principaliter diximus, non teneri, ſcilicet, cadavera delinquentium ad pœnas, &c. intelligendum eſt, ſi criminoſi ante ſententiæ executionem, ipſorunque punitionem, naturali morte ab hac migraverint vita: nam, ſi non naturaliter, ſed cauſa data; puta quia ſibi ipſis mortem conſciverint veneno accepto, vel aliàs, ut à ſupplicii executione ſe redimant, tunc nulla adhibita diſtin-

diſtinctione atrocitatis, delicti vel non, in cadavere pœna exequitur, ne juſtitia eludatur, aut anſa detur talia patrandi facinora, cùm ex hoc graviſſimum oriatur delictum primò cumulativum, Bald. *in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. num. 2.* ubi etiam Iaſon *num. 2.* Decius *in l. Imperium, num. 16. ff. de juriſdict. omn. judic. & in d. l. 2. num. 8.* Paris *de Syndic. in parte, mortuus*, Reg. Conſ. Gizzar. *dec. 15. num. 9. 10.* ubi Mele *nu. 1. verſ. ſed quæro*, & Mari *num. 6. 7. 8.* Boer. *dec. 316. nu. 9.* Menoch. *dicto caſ. 285. nu. 6. 7.* Bened. Carpz. *dicta quæſt. 131. num. 48. 49.* & decidiſſe M. C. habetur penes Gizzar. *loc. cit. num. 25.* ac non ſemel Senat. Saxon. *apud* Bened. Carpz. *loc. cit. num. 50, 51.* & Sen. Peſnicenſ. & Lipſenſ. penes Coler. *dicta deciſ. 107. num. 38. p. 1.* & multoties practicatum, & deciſum refert Iul. Clar. *dicta quæſt. 51. num. 16.* ubi Add. *num. 42. 43.* & in Civitate Salmaticenſi, Gomez *in dicto cap. 1. nu. 79. verſ. ſecundò infero*, & obſervatum fuit in hac Civitate Neapoli ordine Regiæ Iunctæ formatæ per Excellentiſſimum Marchionem de los Velez hujus Regni Proregem præcedente ordine S. C. M. contra Io: Franciſcum Corradum Rationalem Regiæ Cameræ Summariæ inquiſitum de Aſſaſſinio, uti mandantem; per quam Regiam Iunctam cùm fuiſſet damnatus ad mortem, & pro ſententiæ executione adſportatus ad carceres M. C. V. ad illam evadendam, ſemetipſum necavit, veneno accepto, & ſub die 10. Iunii 1676. in qua nocte deceſſit, ejus caput à corpore obtruncatum, poſitum fuit ſuper talamo ante januam M. C. V. prout exequendum erat in loco delicti, vel in foro magno, R. Conſ. Petra *in Ritu M. C. V. 269. nu. 50. 51. tom. 3.*

124 Et licèt verum ſit, quod pœnæ à juribus ſint conſtitutæ cauſa coercendi delicta, qua de re tanquam dependentes à perſona delinquentium, ab eadem ſunt perſolvendæ: cùm ipſis delinquentibus, & non aliis infligi debeant, uti ipſarum authoribus, quos ſequi debent, & non alios, per ea, quæ determinavere Imperatores *in l. ſancimus 22. Cod. de pœnis, in l. ſi quis in ſuo, 53. §. legis autè*, ibi: *hoc iniquum judicantes, ut alieno odio alius prægravetur, Cod. de in offic. teſtam. l. ob meritorum 2. Cod. ne uxor pro marito*, cùm aliis, allegatis á Carpz. *dicta quæſt. 131. par. 3. num. 2.* Anton. Matth. *de crim. libro ff. ff. 48. tit. 18. de pœnis n. 1.*

125 aliter corporalibus pœnis alius pro alio ſubiiceretur, quod nõ eſt feredum, de Mattheis *ubi ſupra num. 2.* Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. quæſt. 86. num. 5.* ubi Drogh. *litt. L.* Godofr. *ab Avo tract. reatuum*

126 *quæſt. 25. num. 1.* qua de ratione liberi noxiorũ hæredes ad nihilum adſtringi, jura docuerũt *in d. l. ſi pœna 20. & l. crimẽ 26. ff. de pœnis*, Carpz. *Proc. jur. tit. 24.*

127 *artic. 1. §. 1. num. 10.* tamen non ita indefinitè præmiſſa ſuum recipiunt intellectum: quoniam in aliquibus particularibus caſibus, hæredes adſtringuntad pœnarum ſatisfactionem, prout defuncti ſi in humanis eſſent, ſi hæredes locupletiores effecti fuiſſent ex defunctorum delictis, ob id, quod in eorum beneficium perveniſſet, nil obſtante quod delicta ob mortem delinquentiũ ſint extincta: quoniam hæredes habere non debent, quæ ad ipſos pervenerunt ex turpibus lucris, & cauſis, à defunctorum ſcelere dependentibus, cũ ſufficiat, quod à corporalibus pœnis ſint liberati, *l. in hæredem 5. ff. de calumniatoribus, l. ſi plures, 17. §. hæc actio, l. in heredem 26. ff. de dolo malo, l. quod diximus 16. §. in hæredem autem, ff. de eo, quod metus cauſa, l. ſicuti 39. ff. de reg. jur. l. unica, C. ex delicto defunct. &c.* Amaya *ſuper Cod. dict. l. 10. à nu. 47.* Godofred. *ab Avo tract. reatuum quæſt. 22. nu. 5. &*

128 *dicta quæſt. 25. num. 13.* etiam ſi id, quod propriè à delicto dependet, non pervenerit ad hæredes; ex quo ſufficit quod ad defunctum pervenerit, & ab eodem conſumptum fuerit, ad ejus reſtitutionem venirent adſtricti: quia cũ hæredes ex aditione omnes hæreditarias obligationes ſuſcipere videantur cum univerſitate omnium jurium, & hæreditatis actionum translative, cum eiſdem ad eos hoc etiam, quod à defuncto fuit conſumptum, dicitur perveniſſe, Moles *deciſ. R. C. §. 16. de pœnis quib. &c.*

129 *quæſt. 8. à num. 6. uſque ad 11.* aut lis cum defuncto conteſtata ſit, operans eundem effectum, ſi poſt quàm condemnatus

Digitized by Google

natus fuerit, nulla pendente appellatione, aut alio impedimento deceſſerit; cujus vi, ac ſi in rei judicatæ executionem obierit, exiſtimatur, ex ipſo quaſi contractu, ſuborto ex dicta litis conteſtatione, vel ſententiæ emanatione, unde oritur rei perſecutio, expreſsè Imperatores *in l. unica, Cod. ex delicto defunctorum*, & Iuſtinian. *in dicto* §. *non autem omnes, inſtitut. de perpet. & temporan. action.* & I. C. reſcripſerunt *in l. conſtitutionibus* 32. *& l. ſciendum* 57. *ff. dè action. & obligat.* Amaya *ſuper C. d. l.* 10. *à num.* 10. *l. pœnalia* 125. *& l. omnes actiones*, 182. *ff. de reg. jur.* Carpz. *loc. cit.*

130 *à nu.* 5. aut verò omni corporali pœna ſemota, ad quam hæredes haud adſtringi poſſunt, uti ſublatam cum delinquẽtis perſona defuncta: quia pœnales omnes actiones ex delicto competentes, ac dependentes, omninò ſublatæ ſunt, modo quod contra hæredes non tranſeunt, Vlpian. *in l. Prætor ait*, §. *final.* cum aliis juribus, mox allegat. & Accurſ. *in l. pupillum*, 112. *verb. in hæredes, à verſ. item prædicta, uſque ad fin. ff. de reg. jur.* Gloſſ. *in dict.* §. *non autem omnes, verb. non competere, inſtit. de perpet. & temp. action. in l. inde Neratius* 23. §. *hanc actionem, ff. ad l. Aquil. l. hæc actio* 13. *ff. de ſervo corrupto, l. furtim cæſa* 7. §. *hæc actio. fin. ff. arbor. furtim cæſarũ, l. Prætor ait* 2. §. *hæc actio, final. ff. de vi bon. rapt.* Cajus *in dict. l. pupillum* §. *in hæredes*, & Iuſtin. *in d.* §. *non autem omnes, inſtit. de*

131 *perpet. & temp. action.* Sed ſi de re, ad hæredes perſecutoria ageretur, actio in hæredẽ datur, ſi depẽderet ex delicto, cum quo defuncti bona pœnę obnoxia eſſent, & ad quod ipſe, ſi viveret, teneretur, cui hæres ipſe in omnibus ſucceſſit: nam hæreditatis jus in illo conſiſtit, quod defunctus habuit tempore obitus, illunque repræſentat, juxta juliani definitionem *in l. hæreditas* 63. *ff. de reg. jur.* & Caii *in l. nihil aliud eſt*, 24.

132 *de verb. & rer. ſignific.* in hæredem aditionis ope translatum, cùm omnis definitio debeat cum definito ipſo converti, ut optima ſit, inde omnis ſucceſſio in univerſum jus, hæreditas eſt, & ſic qui ſuccedit in univerſo hoc jure, hæres eſt, nedum in ſingularibus, particularibuſque, verùm etiam in omnibus juribus, & actionibus, *l. hæres* 37. *ff. de acquir. vel omitt. hæred.* tam ſi activæ ſint, quàm ſi paſſivæ, quo ad ea, ad quæ aliis tenebatur, uti bonis, juribuſque ipſis hæreditariis conjuncta, & cum quibus oneribus tranſeunt, *l.* 1. 2. 3. *ff. de bonor. poſſeſſ.* §. *mortuo conductore, inſtit. de loca-*

133 *tione, & conductione*, cùm libertatem aliquã nõ obtineant ob principalis mortem: ex quo nõ attenditur ejus perſona, ſed bona, quorum cauſa in omnibus tam ſi pro, quàm ſi contra defunctum agereretur, hæredes ipſius repreſentant perſonam in actionibus rerum perſecutoribus, per ea, quæ deſumuntur ex diſpoſitis per Imperatores *in l.* 1. *Cod. ſi certum petatur, & l.* 1. *& l. pro hæreditariis* 2. *C. de hæreditar. action.*

134 cùm explorati juris ſit, haud poſſe ex perſona, vel ſucceſſoris cauſa, actionum qualitatem, & conditionem, atque obligationem immutari à defuncto dependentem, ut ſubſtinuimus *in obſer.* 3. *nu.* 11. *ad alleg. Io: Vincentii de Anna.*

135 itaque, quoquo modo actio ex delicto naſcens, ac dependens (amota corporali ad vindictam contra perſonam delinquentis) tanquam rerum perſecutoria rebus infixa, in hæredes dari, ac præſtari non evitatur, licèt ad hæredes, ex delicti cauſa nihil pervenerit, ope proſecutionis actionis prædictæ, ſuper bonis acquiſitis in vita defuncti, attento delicti tempore, ex qua nedum pœnales, ſed rei perſecutoriæ ſubortæ fuerunt, *l. in honorariis* 35. *ff. de verb. obligat.* Amaya *in*

136 *dict. l.* 10. *à num.* 51. eò fortiùs attenta juris Canonici diſpoſitione; quæ omnino ſervanda eſt, quouſque agitur de conſcientiæ exoneratione, & ſimilibus; qua de cauſa nulla fieri poteſt diſtinctio ſi in terris Cæſareis, vel Eccleſiaſticis ſit, quod expreſsè diſponit, nulla diſtinctione adhibita, hæredes teneri: quia obligati ſunt defuncti conſcientiam exonerare, ſicuti diſpoſuere Alexander III. *in cap. in litteris*, §. *quapropter, de raptoribus, & cap. tua nos* 11. *de uſuris*, Gregor. IX. *in cap. Parochiano ſuo*, 14. *de ſepulturis*, ubi Gloſſ. *in verb. ſed ejus hæredes*, ac de communi ex plurium DD.

Digitized by Google

ſenſu concludunt Reg. Moles *dicto* §. 16. *quæſt.* 8. *à num.* 19. *uſque ad finem*, Clarus *dict. quæſt.* 51. *num.* 7. Covar. *variar. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Cacheranus *dec.* 151. precisè *num.* 8. 9. Gomez *dicto cap.* 1. *num.* 85. Vaſquez *contr. Illuſt. cap.* 96. *num.* 27. *verſ. ſexta limitatio, lib.* 3. Pichard. *ſuper inſtit. in* §. *non autem, n.* 55. *de perpet. & tempor. action.* Fachin. *contr. jur. cap.* 5. *lib.* 9. Godofr. ab Avo *dicta quæſt.* 22. *num.* 6. Cevall. *com. cont. com. quæſt.* 464. Borgia *inveſtig. jur. contra Fabr. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 27. *tom.* 1.

137 quia ex ipſa actione ad rem, rerunque perſecutoria habetur prout ſi civiliter ageretur, etſi ex delicto depẽdeat, vel Fiſco, aut parti applicetur: nam origo ex delicto non ampliùs inſpicitur, ſed judicii formalitas, & natura rei proſequendæ ad intereſſe, vel ad pœnam pecuniariam, vel bonorum, contra hæredes ſu-

138 per bonis hæreditariis; in quo judicio, conſtito de delicto, ipſoque declarato, damnantur hæredes ad id, quod intereſt, ac ad pœnas pecuniarias, & in bonis á jure determinatas incurri, ipſo jure, ipſoque facto; ob quod bona, ipſo attento initio, ſcilicet commiſſi criminis, jam obnoxia fuere tali oneri, à criminoſo domino, poſſeſſoreque contracto;

139 quapropter non aliud per ſententiam fit, niſi quod criminis patratio declararatur, & ſic per conſequens tenetur delinquens ad totum id, quod intereſt, vel ad pœnas, ut ſupra, determinatas à jure, pecuniarias, bonorum confiſcationis, & ſimilium; quæ declaratio haud prohibetur fieri contra hæredem, ipſo tamen audito: quoniã iſto in caſu, refectiones prædictæ ad pœnæ ſubmiſſionem, uti à legibus, vel ſtatutis mandatæ, haud venirent in conſequentiam delicti, ſed pœna principaliter ab omni corporali diſtincta, quæ tantùm ope delinquentis obitus extincta ſit, non autẽ illa pecuniaria, aut bonorum confiſcationis in hæredes tranſitoria, in quam delinquentes incidunt ipſo jure; licèt actio hæc in criminoſi vita non fuerit propoſita, aut lis cõteſtata: ex quo per criminis commiſſionem, à lege ipſa, vel ſtatuto, ipſo tunc reus damnatur, & ſic in ejus vita; quanvis non ab homine; ſententia damnationis ad pœnam emanata eſſe colligitur; unde nedum habetur, ac ſi actio propoſita, ac lis conteſtata fuiſſet, verùm etiam, ac ſi taliter ſit ſententia mediante animadverſus: nam declaratio illa, (quę omnino requiritur) criminis commiſſionem adfuiſſe; non ad aliud deſervit, niſi ad pœnæ incurſionis declarationem, illiuſque poſſeſſionem tranſferendam in fiſcum, ex ſic illius acquiſitio, ſive incurſus, ex tunc, ſcilicet, ex ipſo delicti patrationis tempore, cujus cauſa in pœnam incidit, fiſco acquiſita fuit; in cujus declarationis actu, etſi reus vitę ſtatum commutaſſet, ob ejus mortis eventum, contra hæredem fieri non eſt vetitum, Reg. Rovit. *dec.* 64. *num.* 10. 12. 13. 14. Reg. de Marin. *ad Reg. Reverter. deciſ.* 516. *nu.* 3. *tom.* 2. Reg. Conſil. Rocc. *de officiis. dict.* §. 9. *num.* 49. *& ſeq. & nu.* 65. Clarus *d. quæſt.* 51. *num.* 15. Gomez *d. cap.* 1. *num.* 80. *verſ. ſextus caſus eſt*, Godof. ab Avo *dicta quæſt.* 22. *num.* 4. Grivell. *dec. Dolan.* 6. *num.* 7. Amaya *in dict. l. eorum patrimonia*, 10. *à num.* 39. *cum ſeq.* & deciſum fuiſſe per Regiam Iunctam controbannorum, teſtatur Reg.

140 Conſil. Rocc. *ubi ſupra num.* 68. uti de actione rei tantùm perſecutoria, & in pœnis pecuniariis, rerunque amiſſione, ob fraudem in vectigalibus commiſſam, vel in exactione facienda, prohibitione non obſtante, ipſo jure, ipſoque facto incurrere, tam ex juris communis, quàm hujus Regni diſpoſitione, per id, quod

141 fundat *num.* 53. ita quod omnino ad hæredes tranſitoria ſit, per ea, quæ habentur *in l. fraudati*, 8. *l. cotem*, 11. §. *illicitarum, l. commiſſa*, 14. *ff. de public. & vectig. com. l. neque commiſſum*, 2. *Cod. de vectig. & commiſ.* Reg. Conſ. Rocc. *ubi*

142 *ſupra à num.* 35. quibus non officiunt diſpoſita per Martianum *in l. interdum* 16. §. *pœna, penult. ff. de publ. & vectig.* expreſsè ſtatuẽtia, contra hæredes fraudantis, pœnas haud peti poſſe, ſi quæſtio mota non ſit in vita delinquentis: nam intelliguntur quo ad pœnas corporales, non autem quo ad pecuniarias, & rerum perſecutorias, in quas patrans ipſo jure, ipſoque facto ex legis diſpoſitione inci-

143 dit; beneverùm hæredes ultra vires hæreditarias nequaquam teneri, etſi in-

Digitized by Google

inventarium non confeciſſent, ipſiuſque beneficio carerent, nulla bonorum cœlatione concurrente: ex eo quia, quo ad jus Canonicum in foro animæ, ultra id, quod ad eos pervenerit, adſtringi non
144 poſſunt; quo verò ad Civile, omiſſio inventarii noceret quouſq; tenerentur ex civili actione, dependente ab obligatione, & defuncti contractu; non autem ſi civilis hæc actio ſuam haberet dependentiam à civili jure pœnali, tanquam pœnę ope, & intuitu, ex delicto orientis, non autem ex obligatione, vel contractu aliquo, quo in caſu apud omnes ex communi concluſione habetur, inventarii omiſſionem haud hæredibus nocere, Reg. Conſil. Rocc. *dicto* §. 9. *num.* 66. 67. Altim. *ad Rovit. conſ.* 54. *num.* 25. *lib.* 2. *in conſ.* 57. *num.* 9. *& in conſ.* 60. *num.* 38. *lib.* 3. Cevall. *com. contra com. dict. 2. quæſt.* 464. Clar. *d. quæſt.* 51. *n.* 18. Cacheran. *deciſ. pedam.* 152. *num.* 8. *infine, & num.* 9.

145 Verùm, ſi lis, ſeu actio contra delinquentem haud cœpta ſit ipſo vivente, ob quod contra hæredes perpetuetur; eo defuncto, non niſi infra quinquennium proponi poteſt adverſus heredes,
146 nil obſtante, quod per Hermogenianũ *in l. in omnibus*, 13. *ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* fiſci quæſtiones præſcribi non valent, niſi viginti annorum ſpatio:
147 ex quo per eundem I. C. reſervantur hi caſus, in quibus minora tempora determinata ſunt, ut præſcribi poſſit; ibi: *in omnibus fiſci quæſtionibus, exceptis cauſis, in quibus minora tempora ſervari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti anno-*
148 *rum præſcriptio cuſtoditur*; inter quos per Gloſſ. *ibi in verb. tempora*, vectigaliũ fraus adnumeratur: dum commiſſum illud, quod ante quinquẽnium patratum eſſe proponitur, ſi per ãtea infra dictum tempus quæſtio non præcedat, ampliùs proponi nequit, juxta Imperialem conſtit. *in d. l. neque commiſſum*, 2. *C. de vectig. & commiſ.* ipſo itaque elapſo quinquennio, in omnibius hæredes liberati ſunt præſcriptionis ope: dum ultra hoc tempus inquietari nequeunt, *l. ſi quis defunctum*, 2. *C. de Apoſtatis*, Gloſſ. *in l. Manicheos* 4. *verb. ſubire*, *C. de hæretic. Manich. & Samarit.* Rocc. *ubi ſupra, num.* 56. Gomez. *dicto cap.* 1. *num.* 81. ubi Ayllon *dict. num.* 81. Clarus *dict. quæſt.* 51. *num.* 15. *infine*, Noguerol *alleg.* 12. *num.* 156.

149 Procedunt quæ ſupra diximus, nil obſtante, quod res non extent, uti conſumptæ, aut venditę, in quibus nulla poteſt dari perſecutio, aut actio vendicandi ob earum nõ exiſtentiam: ex eo quia cùm ob commiſſionem peractam, ipſo tunc res illas amiſerit dominus, & ex legis diſpoſitione translatæ fuerint in fiſci dominium, *d. l. commiſſa*, 14. & aliis,
150 allegatis *in rub.* 2. *nu.* 488. ipſis venditis, aut aliquo modo conſumptis, peremptiſque, cùm de eis nullum commodum recipere debeat, quia non ſuis; ad pretium, vel æxtimationem eorum tenetur in fiſci beneficium, qui illarum rerum effectus eſt dominus antequam per poſſeſſorem ipſum, ac detentorem venundentur, ac conſummentur; & ſic in dolo, & culpa eſt ob patrati criminis ſcientiã, ob quod ceſſarent diſpoſita *in dicta l. neq; commiſſum*, 2. ubi denegatur actio, re non exiſtente: cùm intelligatur nulla concurrente fraude, aut dolo, quæ nõ præſumũtur haud adfuiſſe in criminoſis prædictis, per ea, quæ ſupra adnotavi-
151 mus, itaque rectè agi poteſt, nedum contra principalem ipſum delinquentẽ quo ad pretii, vel æxtimationis reſtitutionem, verùm etiam contra hæredes, fusè Goffred. noſter *hic, à num.* 31. *cum multis ſeqq.* Reg. de Marin. *ad Reg. Reverter. dict. deciſ.* 516. *num.* 3. ex quadam Minadoi *obſervatione*, Reg. Conſil. Rocc. *in dicto* §. 9. *num.* 36. 37. *& 61.*

Ad num. 55.

152 IN bonum, communeque publicum, ac utilitatem cedit id, quod omnibus conjunctim conſideratis competit, æqualitate inter eos ſervata; ita quod, ſi demum ſeparatim ſinguli conſiderentur, ab hoc publico bono, utilitateque non eximuntur, Acoſta *de privil. Cred. in præfat. ad regul.* 2. *num.* 8. 9. nam in eis reſpublica conſideratur, Henningius Arniſeus *doctrina politica cap.* 7. *in*
153 *princ.* quæ de neceſſitate præponenda

Digitized by Google

est cuicunque privatæ, quæ in omnibus cedere debet publicæ, & si in aliquorũ particularium tendat beneficium, attenta qualitate ipsius causæ publicæ utilitatis, cum qua conjungitur ob ejus universale interesse, licèt in consequentiam consideratum, modo quo nequaquam potest à particulari commodo publicũ impediri, ne suum sortiri valeat effectũ, per ea, quæ habentur *in Auth. res, quæ, §. ea enim, Cod. com. de legat. l. unica, §. tantùm etenim nobis, Cod. de caducis tollend. l. actione, 65. §. Labeo, vers. semper enim, ff. pro socio, §. finimus, in principio,* ubi Gloss. *in verb. reipublicæ, & §. quia verò verisimile, vers. oportet enim, Auth. de non alienan. §. nec latet, vers. nisi fortè, Auth. ut omnes obediant judic. provinc. l. quod reipublicæ, 33. ff. de injuriis, l. Iudicem, 21. ff. commun. divid. l. de pupilla, 5. §. si quis rivos,* ubi Gloss. *in verb. securitatis, in med. ff. de nov. oper. nunc. l. si locus, 14. §. cum via, ff. quemad. servit. amitt. l. utilitas publica, 3. Cod. de primipilo, lib. 12. cap. imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Lothar. l. si quis in gravi, 3. §. utrum autem, in fine, ff. ad sen. cons. Syllan.* Arias de Mesa *var. res. lib. 2. cap. 49. n. 15. in fin.* R. Cons. Rocc. de offic. *rubr. 9. n. 24.* Novar. *schol. ad ll. C. in l. 1. C. de primipilo lib. 12.* Reg. Valenz. *cons. 99. num. 7. 8. lib. 1. & cons. 180. num. 45. lib. 2.* Vasquez *contr. Ill. cap. 8. num. 34. lib. 1.* Larrea *alleg. fisc. 77. num. 10. 11. lib. 2.* Castill. Sottomayor *cont. jur. cap. 9. nu. 23. prop. fin. lib. 7.* Cevall. *com. contr. com. quæst. 906. n. 328. p. 4.* Bovad. *Politic. lib. 1. cap. 15. n. 13. & lib. 2. cap. 1. nu. 2. to. 1.* Cabed. *dec. Lusit. 74. nu. 5. p. 1.* Acosta *loc. cit. n. 19.* Surd. *dec. 255. num. 10. in fin.* Gaill *pract. observ. lib. 2. obs. 56. nu. 3.* ita quod omnibus privatis prævalere debet, cùm ipsi juri publico multa permissa sint, etiam contra communis juris regulas: cùm ejus intuitu, & causa, multa licent, quæ aliàs sub permissione haud
154 venirent; quadere nequaquam ei derogari potest, nec etiam privatorum pactis, dispositionibus, aut convẽtionibus, Papin. *in l. jus publicum, 39. ff. de pactis,* Vlpian. *in l. non utique, 2. §. jus reipublicæ, ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. l. si ita, 52. §. æstimatio, vers. multa autem, ff. ad l. Aquil. c. Abbate, 3. §. præfatus, prope fin. vers. præsertim, de re jud. in 6.* Capiblan. *de Baronib. cap. 2. num. 31. in fine, & 32. & cap. 87. num. 8. lib. 2.* Surdus *decis. 62. num. 23. 24.* Castillus *dict. nu. 23.* Cevall. *dict. quæst. 906. num. 329. & 342.* Gaill *dict. observ. 56. num. 4.* Larrea *d. alleg. 87.*
155 *num. 11.* uti ad totius populi universitatem spectanti, nulla singularitate attenta; inde est quod jus, ad singulos uti singulos spectans, auferri valet opẽ publicæ utilitatis; & licèt demum publica utilitas ad particularium commodum veniat, ob ejus usum, non per hoc singulos ut singulos respicit, sed tanquã de populo: quoniã quod est populi, sive totius cõmunitatis, haud est singulorum, ut singulorũ, & sic per aliquos lædi non potest, nedũ quo ad universũ, sive publicũ jus, verũ nec etiã quo ad suum, licèt quo ad universũ unicuique sit licitũ eo uti, Ant. Fab. *Ration. in d. l. jus publicũ, 39.*
156 Itaque non est mirum, si per Pomponium I. C. *in l. necessarium, 2. §. post originem juris, ff. de origine juris,* dictum sit, nil prodesse pro publica, communique utilitate ad juris originem fuisse processum, jusque habere in publico aliquo pro ejus utilitate, bono regimine, ac gubernio, nisi adsint juris Periti, qui valeant ipsa jura dicere, reddere, atque administrare, quod fieri nequit, nisi per Magistratus, Gloss. *in dict. §. post originem, verb. reddere possint;* modo quo magna cum ratione ab Vlpian. *in l. 1. §.*
157 *hujus studii, ff. de just. & jur.* hoc Magistratus jus inter tria jura, ad publicam concernentia utilitatem, adnumeratur: quoniam non ad singulos, sed ad totum communitatis bonum hoc concernit, Petr. Barb. *in l. 1. par. 7. soluto matrim. num. 5. tom. 1.* Acosta *loc. cit. num. 8. & 9.*
158 quadere valde interest reipublicæ, multos litteratos, ac doctos homines habere, ut ipsa per eos juridicè, ac rectè gubernari, ac jus dici possit, Imperat. *in l. 1. Cod. qui ætate, vel profess. §. & quod jam primis, vers. discipuli igitur,* in proemio, *ff. veteris, §. summa itaque fin. in proe. inst.* Gloss. *in l. unica verb. avertat in fin. Cod. de studiis liberalibus Vrbis, &c.* Barb. *ubi supra num. 50. vers. & hæc,* Acosta *loc. cit. nu. 19. vers. hinc est, &*

in

Digitized by Google

159 *in Reg.* 2.*ampl.*6.*nu.* 416. *infine.* quod ſemper tendit ad bonum, ac commune publicum, publicanque utilitatem, nulla adhibita diſtinctione, ſi Phyloſophi, Theologii, Canoniſtæ, aut Cæſarei juris Profeſſores ſint: cùm omnes prædictæ, & ſimiles ſcientiæ ad rempublicam, continendam, regendanquæ præcisè deſerviant, Cutell. *de donationibus. tract.* 1.
160 *diſc.* 2.*partic.* 11.*num.* 4. *tom.* 1. quamobrem ſtudii cauſa multis ornatur privilegiis, ac prerogativis; & primò omnibus etiam anterioribus creditoribus expreſſa fruentibus hypoteca, prælationem obtinet, ne á re tã reipublicę neceſſaria divertatur, Gait. *de cred. cap.* 4.*quaſt.* 11. *num.* 1566. & 1567. Bertol. ad Rodriquez *de privileg. & conc. cred. in par.* 1.*art.* 3. *num.* 45. *& in part.* 2. *artic.* 1. *num.* 120. Matth. Berlich. *pract. concl.* 66.*num.* 61. *& concl.* 70 *num.* 21. 22. *p.* 1. Flor. Diez de Mena *var. quaſt.* 8. *num.* 70. *lib.* 1. & determinavit Senat. Granat. penes Larream *deciſ.* 85. *part.* 2. quia dictum ſtudii gratia creditum, tacitæ hypotecæ juris prælatione roboratur Barboſ. *ubi ſupra nu.* 25. Rodriq. *de privil. & conc. cred. part.* 1.*art.* 3. *à nu.* 44. *uſque ad* 49. Acoſta *in dicta præfat. nu.* 20. *& dicta Reg.* 2.*ampliat.* 6. *nu.* 415. & 416. Larrea *dicta deciſ.* 85. Merlin. *de pignor. lib.* 3.*tit.* 1.*quaſt.* 21. *nu.* 1. Cutell. *loc. cit. num.* 39. Berlich. *pract. concl.* 67. *num.* 58. 59. *part.* 1. licèt hoc privilegium expreſsè in jure non inveniatur ex lege aliqua impartitum, ac introduci non permiſſum ex argumentis, aut DD. authoritatibus, uti carentium poteſtate introducendi, vel præſtandi privilegia; tamen prædicta ſunt vera ex juris rigore; verùm eorum habent effectum in illis rebus, caſibuſque, ex quibus publica cauſa, vel utilitas non concurreret; ſed ipſa concurrente, prout in caſu de quo agitur ſtudii cauſæ, privilegium intelligitur conceſſum; & ſic, à præmiſſis non eſt recedendum, neque in judicando, neque in conſulendo, ut ſubſtinuit Flor. Diez de Mena, communiter ab omnibus receptus *in allegato loco n.* 70. Gratian. *diſceptat. for. cap.* 257. *num.* 22. 23. *par.* 2. Larrea *dicta deciſ.* 85. *num.* 16. cum quo pertranſivit ſenatus *num.* 5.
161 Ac etiam, quia hoc beneficio tacitæ hypotecæ fruitur dotale creditum ex vulgata Imperiali conſtitutione, ab Imperatoribus emanata ad Populum Vrbis Conſtantinopolitanæ, & ad univerſos Provinciales, *in l. unica*, §. *& ut pleniùs, Cod. de rei uxor. action.* quod demum fuit ornatum prælationis privilegio, cuivis alii creditori anteriori, cum eadem tacita à jure conceſſa hipoteca, ex cauſis enarratis *in l. aſſiduis* 12. C.
162 *qui pot. in pign. habeant.* quæ pariter conſideratæ fuere per Imperatorẽ Fridericum in conſtitutione edita in ſcholariorum, & ſtudii cauſę beneficium, *in Auth. habita, Cod. ne filius pro patre*, Barboſ. *ubi ſupra, nu.* 23. *in fine*, Acoſta *dict. n.* 415. Cutell. *dict. partic.* 11. *nu.* 38.
163 *verſ. Bolognettus verò, in fine*; inde ob concurſum earundem rationum in utroque caſu (quia nulla diſpar ratio conſiderari poteſt in uno, quàm in alio) rectè id, quod in uno expreſsè dictum, aut conceſſum eſt, in alio conceſſum dejudicatur, *l. bis ſolis*, 7. *Cod. de revocandis donat.* Barb. *loc. alleg. nu.* 24. Acoſta *d. num.* 415. *in fine*; ſic valere colligitur argumentum de dote ad ſtudium æquiparationis cauſa, ideoque, id quod diſpoſitum invenitur in uno, in alio ſimiliter procedit, & ſuum obtinet effectum, Gratian *diſcept. for. cap.* 62. *num.* 3. *tom.* 1. *& cap.* 254. *n.* 46. *tom.* 2. Barboſ. *in dicta l.* 1. *num.* 23. *verſ. prima eſt*, Surd. *de alim. tit.* 6. *quaſt.* 19. *num.* 19. Acoſta *in dicta num.* 415. *in medio*, Cutell. *dicta*
165 *partic.* 11. *num.* 3. 22. 38. quapropter, ſicuti bona fideicõmiſſo reſtitutioni ſubjecta pro dote conſtituenda, reſtituẽdaque, diſtrahi, ac aſſignari liberè ab omni onere valent in defectum bonorum tali oneri haud ſubjectorum, juxta diſpoſitionem *Auth. res, quæ, Cod. com. de legat.* ita, identitate rationis, hoc fieri poterit ſtudii cauſa, nulla adhibita diſtinctione ſi, vel ne, per aſcendentem ante fideicõmiſſi confectionem, deſcendens ad ſtudia fuerit deſtinatus; cujus ope cùm ad id adſtringi poſſet, ſi viveret, Imperatores *in l. Macedoniani*, 5. *Cod. ad Senatus conſ. Maced.* Menoch. *de præſumptionibus lib.* 4.*præſumpt.* 191. *num.* 12. *verſi altera etiam, tom.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 540. *num.* 3. Cutell. *dicta partic.* 11. *à num.* 22. *uſque*

Digitized by Google

usque ad vers. ejus bona tenentur; nedum tanquam debitum ejusdem fideicommittentis, ad quod bona, sunt tacitè hypotecata, ut supra diximus; verùm etiam quia rectè, & magna cum ratione desumitur testatoris mens adfuisse: nam, si viveret, hoc etiam sponte faceret, ut descendens ipse in studiis proficeret ob ingenii aptitudinem, & dispositionem ad majora discendum, vel ut ad id perveniret, ad quod quilibet ascendens suos descendentes devenire desiderat; unde sanè colligitur ex præsumpta mente disponentis ad hanc distractionem deveniendum esse, quasi quod ipse ascendēs ita mandaverit has præstandas expēsas, ne descendens à studiis distraheretur, ac deviaret, nam si viveret, ut diximus, has impensas certo certiùs feciſſet, prout in simili habetur determinasse I. C. *in l. mulier*, 22. §. *cùm proponeretur*, *ff. ad Sen. cons. Trebell.* & hoc licèt per hæredem expensæ prædictæ fiant, dum per ipsum mittitur ad studia, ex quo pro defuncti facto haberi, & ex ejus jussu ex prædictis, per ea, quæ desumūtur á dispositis per I. C. *in l. cùm seruus*, 81. ex illis verbis: *Nā quod ipse vivus facturus erat, id ab hæredibus suis fieri, jussisse intelligitur*, *ff. de condit. & demonstrat.* etiam si gravamen illatum sit ab aliquo de collaterali linea, qui sanguinis ratione, charitate, ac naturali jure ad hanc expensarum studii causa præstationem teneretur: ex quo ad alimenta poterat adstringi, inter quæ studii adnumerantur expensæ, *l. qui filium*, 4. *prope fin. ff. ubi pupill. educ. vel morari deb.* ubi Gloss. *verb. hoc aliter*. & sic ad bonorum distractionem procedi valet, licèt fideicōmissi gravamini submissa sint, Reg. Cons. Staib. *in observ. ad res.* 73. *à num.* 45. *& in observ. ad res.* 92. *à num.* 135. *& seqq. lib.* 1. Censal. *ad Peregr. de fideicomm. art.* 42. *vers. secundò declaratur eadem conclusio*, Reg. Consil. Petra *in com. ad Rit. M. C. V.* 272. *num.* 61. 62. *vers. quin studii*, Fusar. *dict. quæst.* 540. Menoch. *d. præsumpt.* 191. Cutell. *dicta partic.* 11. *à num.* 45. *usque ad* 49. quibus de rationibus, uti æquali privilegio fruentes, nullam habent inter se prælationem dotis, & studii causæ; unde illis concurrentibus habet locum regula qui prior in tempore, potior in jure, *cap. qui prior, de Reg. Iur. in 6.* quia nullus privilegiatus facultatem habet fruendi privilegio adversus coæquali privilegio gaudentem, cùm à pari potētia causæ par effectus sequi debeat, & non è contra, sicuti docent Phylosophi, & habetur tam ex juris communis dispositione *in l. verum*, 12. §. *item quæritur*, *ff. de minorib. cap. intellexímus*, 6. *& cap. tua fraternitas*, 7. *de adulter. & stupro*, quám hujus nostri Regni *per Rit.* 228. & 231. & habuit pro vero S. C. dum pro vana habita fuit in contrarium prætensio penes *Præs. de Franch. decis.* 188. & priùs docuit *in decis.* 16. *num.* 3. & demū *decis.* 553. *num.* 1. & 4. cum aliis, recollectis á Reg. Cons. Petra *in dict. Rit.* 228. *num.* 2. 3. *& in dicto Rit.* 231. *num.* 1. *tom.* 2. Cevall. *com. contr. comm. quæst.* 756. *nu.* 43. *part.* 3. Acosta *in præfat. ad dictam reg.* 2. *num.* 27. itaque ex hac, & non ex alia ratione, privilegio, quo gaudet, prælationis quo ad dotalia credita, mulier uti frui non potest contra aliud coæquale concurrens creditum dotale, inter quæ nulla servatur prerogativa, sed juxta juris communis dispositionem desuper allatam, prioritas attenditur, ut apertis verbis disponitur *in dicta l. assiduis* §. *duabus enim*, Barbos. *in dicta l.* 1. *part.* 6. *num.* 15. *vers. ultimo advertendum est*, *& part.* 7. *num.* 24. *vers. ex prædicta*, Acosta *in dict. reg.* 2. *num.* 414. *vers. quod sanè*, Castill. Sottomayor *cont. jur. cap.* 4. *num.* 26. *lib.* 3. quia contra coæqualem privilegiatum haud valet privilegium, inde cùm aliqua dispar ratio inter studii causam, & dotē allegari non valeat, ob quod æquiparantur, & neutra præferri potest, sed æqua lance debent concurrere: cùm majoris efficaciæ non sit causa illa, ob quā dos tot ornatur privilegiis, indigentia scilicet, & interesse reipublicæ plenam liberorum hominum habendi congerië, qui etiā haberi possunt absq; matrimonio, quàm studii causa, cujus medio, ac non aliter, haberi possunt homines docti, litterati, & politici, à quib. respublica administrari valeat, & gubernari; ita quod magis expedit ista, quàm illa, reipublicæ: unde licèt ipsi doti non præferatur

Digitized by Google

rat ur, uti majori ornata privilegio, cum ipsa tamen æquiparatur, & concurrit, Reg. Consl. Staib. *dicto observ. 92. n. 135.* Reg. Consil. Petra *dicto Rit. 272. num. 62. vers. re iterum discusa*, Barbos. *ubi supra num. 24. vers. neque obstat, & num. 25.* Acosta *dicta reg. 2. ampl. 6. num. 415.* Cutell. *num. 38.* etiam quia ipsas dotis, & studii causas, pias esse communiter est determinatum penes Novar. *de elect. & variat. fori, sect. 2. quæst. 15. nu. 8. lib. 1.* Reg. Consil. Petra *dicto Rit. 272. num. 62. vers. clamabat, lib. 3.* Barb. *ubi supra num. 41. vers. sed bis*, Cutell. *loc. cit. num. 38. vers. Bolognettus.*

173 A qua fana, & in puncto juris magis recepta sententia videtur recessisse S.R. C. apud eundem Reg. Consl. Petra *in d. loco, vers. cùm verò fructus, & d. vers. re iterum*, uno tantùm ex Dominis dissentiente, qui a præmissis noluit discedere; etsi verum sit, quod S.C. habuit pro vero, causas prædictas omnes ad publicam utilitatem tendere, & ratione æquiparationis, eodem privilegio fulcitas esse;

174 attamen in illo dotis ne dum publica utilitas inspicitur, ut civitates liberis hominibus impleantur, verùm etiam prædictam concomitantur altera, scilicet pudicitæ conservatio, & ne mulieribus detur occasio peccandi in earum corporibus, quod etiam sub tutamine publicæ utilitatis adscripsere Tiraquel. *de privil. piæ causæ in præf. in Apost. legatum dotis*; quæ in maribus non datur, quia si non student, possunt sine dedecore, & pudicitiæ amissione, ad aliquod aliud se applicare, propterea ob concursum duorum jurium redditur majoris rationis, & efficaciæ privilegium dotis, quàm causa

175 studii; & per consequens debet præferri, nil obstante, quod sint æquali privilegio munitæ, dotis, & studii causæ, publica inspecta utilitate: nam data dicta ratione majori, potiori, & efficaciori in dote, ipsius privilegium anteponitur alteri coæquali privilegiato, licèt ejusdē

176 speciei privilegio innitatur; cùm habita consideratione ad causarum concursum plus in uno, quàm in altero, datur majus, & minus privilegium, Reg. Sanfel. *decis. 358. à num. 25. cùm multis*

177 *sequentibus*, & alii mox allegandi; juxta quam conclusionem transivit S. C. tempore Afflict. *decis. 56.* præferens curialem S.C. curiali Magni Admirati, qui etsi uti curiales æquali gaudebant privilegio, ob quod deberet jus commune suum effectum habere, nempe reum cōveniendum esse coram suo judice; ex quo habuit S.C. pro vero, illum, qui ipsi tanto Supremo Tribunali inserviebat, majoris efficaciæ, & potentiæ esse privilegio investitū, quàm illū curiæ inferio-

178 ris, R. Capy. latr. *dec. 195. n. 13.* Altim. *ad Rov. dec. 27. n. 1.* sicuti de Ecclesia, & Clerico contra privilegiatos coæquales servatur ex dispositione tex. *in l. unica, C. quando Imperator inter pupillum, & viduam*, ea quidem ratione: nam Ecclesiæ, ac Ecclesiasticarum personarum privilegia, majoris, sive dignioris potentiæ, & efficaciæ sunt, Thor. *in suplem. dec. verb. electio fori facta per clericum*, Amend. *ad Franch. dec. 188.* Reg. Capyc. latr. *d. dec. 195.* de qua etiā R. Sanfelic. *d. dec. 358.* R. de Marin. *resol. jur. c. 47. à n. 13. lib. 2.* R. Consl. Petra *d. Rit. 231. à n. 9. lib. 2. & in dicto Rit. 272. â vers. præferē-*

179 *das fore, lib. 3.* nam, etsi utraque causa, dotis scilicet, & studii dependeat à bono, & communi publica utilitate, illa semper prælationem obtinet in concursu, quæ magis communis est, & in ejus concessione major ratio, quàm in alia consideratur; ita quod pro præclariori, & communiori habetur, & in ipsarū cōparatione altera tale requisitū non habens, non pro publica, sed pro privata dejudicatur, Fontan. *de pactis clau. 5. gloss. 1. part. 2. num. 107. tom. 2.* Acosta *dicta præfat. ad Reg. 2. num. 24.* licèt forsitan S.C. ex quadam æquitate, ut Princeps, à rigore juris discessisset *in dicta decis.* per Reg. Consil. Petr. relata; quoniam non perpetuò excludebantur studentes à fruitione legati ex causa studii, dum non semper aderant, ac concurrebant puellæ pro maritagii suffragio; modo quo dicto medio tempore, ipsi, qui de continuo erant, gaudebant; & sic non reportabat illa determinatio exclusionem in perpetuum, sed temporaliter.

180 Fruuntur etiam scholares, tum quia inter miserabiles personas adnumerantur,

Digitized by Google

tur, multis de cauſis conſideratis à Reg. Conſil. Carleval. *de judic. diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 7. num. 573. tom. 1.* & Novar. *de privil. miſerab. perſon. privil. 42. num. 4.*
181 tum etiam ne à ſtudii vacatione divertantur, ac fori privilegio priventur, cùm conveniri, ac trahi nequeant niſi coram uno ex tribus judicibus ab ipſis
182 eligendis; etſi regula juris ſit, reo pluribus gaudente Foris ordinariis, in actoris facultatem eſſe in uno ex prædictis illum provocare, judicenque eligere, Reg. Conſil. Carleval. *de judic. diſput. 2. quæſt. 3. num* 152. *tom.* 1. & alii, mox allegandi: quia hoc ſuum habet effectum in ordinariis judicibus, ſecus vero ſi ex privilegio particulari plures dẽtur judices: nam iſto in caſu electio non ad actorem, ſed ad reum ſpectat, juxta quam ab omnibus amplexam diſtinctionem, communiter pertranſeunt, And. de Iſern. *in conſtit. Regn. ſtatuimus, ut M. C. verſ. quid ſi miſerabilis perſona,* ubi etiam Affict. *num.* 18. Carleval *de judiciis lib. 1. tit. 1. diſput. 6. ſect. 7. n.* 608.
183 *tom.* 1. prout in ſcholaribus, quibus hoc reperitur per Imperialem conſtitutionem deſuper allatam *in dicta Auth. habita*, tributum privilegium, haud valere niſi coram illis tribus judicibus conveniri, ſcilicet Domino, ſive ſtudiorũ Rectore, Præceptore, vel loci Epiſcopo, immo etiam coram ejuſdem loci ordinario judice, ſi ab eiſdem ſcolaribus eligatur, juxta alteram Regis Roberti Cõſtitutionem in hoc noſtro Regno per *Capit.* incipiens *inter virtutum, verſ. volumus, decernimus, & mandamus*, Reg. Rovit, *ſuper pragm. in rubrica de ſcolaribus, num.* 1. Scialoya *de foro compet. cap. 16. num.* 12. Reg. Conſ. Staibanus *in obſerv. ad reſ. 92. à nu.* 80. *lib.* 1. Marta de *juriſd. p. 4. cent. 1. caſ.* 39. Novar. *de elect. & variat. fori, ſect. 2. quæſt.* 15. *tom.* 1. Carleval. *loc. cit. ſect. 5. à num.* 479. De Luca *ad Gratian. diſcept. for. cap.* 181. *num.* 11. nedum ſi provocant, verùm etiam ſi provocantur; ita quod, ſi actores ſint, reos trahunt coram ſuis judicibus, non autem trahuntur, ope prædicti ſpecialis, favorabiliſque privilegii ſcholarium, ne removeantur à ſtudiis, in quibus inceſſanter inſiſtere debent, quod ſi habitum fuit pro vero à Gloſſ. *in dicta Auth. habita, verb. optimè*, nullum diſcrimen haberi poteſt in hoc noſtro Regno ope *dicti cap.* Regis Roberti *inter virtutum*, ex verbis illis: *ſive conveniantur, ſive conveniant alios*, De Luca *in dicto cap.* 181. *num.* 11. Salgad. *labyr. cred. part. 1. cap. 7. nu.* 40. *tom.* 1. Solorz. *de Indiar. jur. lib. 2. cap. 25. num.* 117. *tom.* 1. & determinaſſe S. R. C. articulo pleniùs diſcuſſo, habetur penes Reg. Conſil. Staib. *in dicta obſerv. ad reſ. 92. à num. 78. uſq; ad 94. tom. 1.* ad inſtar curialium, cum quibus magna concurrit connexio, quia ad id adaptantur, ut demum valeant inter curiales adſcribi; & prout curiales trahunt, ne cogantur á curiis, quibus aſſiſtunt, recedere; eadem de ratione ſtudentes, ut valeant ſtudiis vacare; itaque, quæ in uno diſpoſita reperiuntur, in alio ex identitate rationis, & cauſa concurrente, procedunt, & ſic pertranſivit S. C. penes dictum Reg. Conſ. Staib. *loc. cit. à num.* 71. *& 86. cum ſeqq.* & hoc nedum in civilibus, ſed etiam in criminalibus cauſis, ex verbis *dicti cap.* Reg. Roberti, ibi: *tam civilibus, quàm criminalibus*, in quibus fruuntur etiam eorũ fori privilegio, Bened. Carpz. *prax. crim. part. 3. quæſt.* 110. *num.* 78.
184 Qua ſtudiorum cauſa manente, nequaquam allegari poteſt, vel haberi, ut in loco, ubi ſtudiis vacarent, effecti eſſent cives, ſive civilitatem, & ipſius forũ, domicilii cauſa, ac ratione acquiſiverint: quoniam cùm ſtudii ope in loco manent, dici, aut verificari non poteſt, animũ habuiſſe à loco prædicto minimè recedendi, aut in eo incolatum, domiciliumque habendi, etſi ad decen-
185 nium ſit perventum (quod extenditur etiam ad patrem, in loco illo habitantẽ propter filiũ ſtudentem) niſi ſtudii cauſa; qua ceſſante ob ſtudii tempus completum, ſupponitur, quod ab eo receſſu-
186 ri ſunt; prout ſecus, ſi habitare continuaverint, cum decennii lapſu, in quo cumputabitur tempus illud, quod conſtitutum fuit ad ſtudiis vacandum; ex eo quia, propter ipſam habitationis continuationem, animus deſumitur non recedendi, ſed in eo figendi habitationem, ac incolatum, *l. nec ipſi 2. Cod. de inco-*

Digitized by Google

*incolis lib.*10.*l.*2.*Cod.de ſervit. & aqua*, *l.ſiquis diuturno*, 10.*ff.ſi ſervit. vendic. l.cùm de in rem*,6.*ff. de uſur.*Novar. *in ſchol. trib.lib.Cod.in d.l.nec ipſi* 2. *num.* 1. 2.Reg. Conſ. Staib. *in d. obſerv. ad reſ.* 92.*à num.* 66. De Luca *dicto cap.* 181. *num.*7.Amaya *ſuper Cod. in l. cives*, 7.*à num.*104.*uſque ad* 111.*de incolis*,*lib.*10. Petr.Greg. *Syntagm. jur. lib.*18. *cap.* 8. *num.* 20. ita quod hoc interim non alii ſubeſſent foro,quám ſupradicto,quo privari haud poſſunt, etſi extra ſtudii locum eſſent, ut in propria patria, vel alibi ſolatii cauſa, vel tempore æſtivo, aut alia ratione: cùm animum ſemper habeant ad ſtudia redeundi; itaque habentur,ac ſi in eodem eſſent,Reg. Conſ. Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2.*quæſt.*6.*ſect.*5.*n.*496. Novar. *de elect. & var.fori*,*ſect.*2.*quæſt.*15. *nu.*3.*tom.*1. Angel.Scialoya *de foro competẽti*,*d.cap.* 16.*num.*12.Solorzan.*de Indiar. jure. lib.* 2.*cap.*25.*num.*89.*tom.* 2.

188 Verùm ad curialium inſtar prædictis privilegiis uti frui ſcholares haud poſſunt, ſi ad judicium provocant, vel provocantur,ex jure ipſis ceſſo ab extraneis: quoniam facta deſumitur translatio prædicta, ope fori, in perniciem aliorum,judicis, & judicii mutandi cauſa,itaque, & ſic fraudolentes habentur, ac judicantur ceſſiones ipſæ, *l.*2.*&* *l.*4. *ff.de alien.jud.mutand.cauſa facta*, Salgad.*de labyr.cred.dict.p.*1. *cap.*7. *á num.* 94.Carleval. *de judic. ubi ſupra nu.* 499. Olea *de ceſſ.jur.& actionum*,*tit.*2.*quæſt.* 4.*à num.*52. ſecus verò ſi á patre fuerit facta ceſſio omni fraude, & dolo ceſſante, quod verificari, & probari debet per allegantem:etſi inter patrem, & filium hoc à jure præſumatur,ex juribus, ac Doctoribus, allatis per Salgad. *ubi ſupra nu.* 100. ſi modo cauſa ſtudii confecta eſſe appareret, DD.ubi proximè; quæ ceſſio, vel donatio cauſa ſtudii an teneat, & ipſa per filium donatarium conferri debeat, vel imputari in legitimam:vide Barb.*ubi ſupra num.* 29.*verſ. denique*,*& à num.*34. *cum ſeqq.* Cutell. *loc.cit.nu.*1.5.6.10.11.*in fine*, 17. *&* 51. Carpz.*deciſ. Illuſt. Germ.*166.*num.*22.

189 tamen, cùm privilegium ipſum fori, non judicibus,qui à ſcholaribus poſſunt eligi,conceſſum eſſe colligatur,ſed ipſis ſcholaribus;ſequitur ab eiſdẽ renũciari, tam expreſſe,quàm tacite poſſe, prorogando juriſdictionem in alium ordinarium,& aliàs competentem judicem, & haberent locum diſpoſita per Imperat. *in l. ſi quis in conſcribendo*,29. *C. de pactis l.*1.*ff. ſi quis in ius vocatus non jerit*, Carleval.*dicta ſect.*5. *num.*492. Salgad. *dicto cap.*7.*à num.*57. *& de Regia protectione*,*part.*1. *cap.*2. *nu.*53. Olea *de ceſſ. jur.dicta quæſt.*4. *num.*63. *verſ. alium caſum*,*num.*64.

190 Ac etiam alio ornantur privilegio, ut immunes ſint pro toto, & quicquid ad eos pertinet, ab omni ſolutione gabellarum, vectigalium, cæterorunque onerum, pedagiorum, juriũ dohanarũ, fundicorum, & ſimilium; & hoc tam ex eo,quod deſumitur ex *d.Auth. habita*, quàm ex allato *hujus Regni capit.inter virtutum*, *verſ. quod nullus*, & edocent Goffred. noſter *hic*,Addent. *ad dict. capit.inter virtutum*, *num.*14. *&* 16. Petr.Greg.*ſyntagm.jur.lib.*2.*cap.*8.*num.* 13.Nicolaus Reuſneri *dec. Germ. lib.*3. *deciſ.*4.*num.*14.Bened.Carpz. *defin.for. part.* 4. *conſtit.*9. *defin.*5. *num.*3.*tom.* 2.

191 prout etiam,ſicut milites exequi haud poſſunt pro quavis debiti cauſa in armis,eadem ratione ſcholares exequi nequeunt in libris, Muſcat. *prax.S.R.C. part.*3.*gloſſ.ſervata*,*num.*91. *&* 94. Rodriquez *de privil.cred.part.*1. *articul.* 6.

192 *num.*87.88.nec etiam pro domus cõductæ penſione, cùm dominus domus ſuper libris ipſis ad ſtudii uſum nullam habeat tacitam, vel expreſſam hypotecam; quod in puncto juris forſan ſubſti-

193 neri poſſet,verùm in praxi non ita obſervari, dixit Carpz. cùm ſuper eis, in ſubſidium tamen, & in defectu cæterorum bonorum,executio fieri valeat,pro domus penſionis ſolutione per dominũ obtinenda; aliter nunquam invenirent domos ad habitandum, & ita multoties determinaſſe Senatũ Germaniæ *in tom.* 1.*defin.for.part.*2.*conſt.*25. *defin.* 20. & omnes communiter docuere, Robertus Maranta *praxi judic. p.*6. *tit. de executione ſententiæ*,*art.*3.*num.*46.Rodriquez *ubi ſupra*, *num.*89.Colerus *proc. execut. part.*2.*cap.*3.*num.*145.MatthiasBerlich.

Digitized by Google

Pract. concl. p. 1. concl. 74. num. 34. 35. Carpz. *defin. for. tom. 2. dict. part. 4. conſt. 9. defin. 5, num. 3. & in tract. Aſylum debitor. cap. 2. theſ. 49. num. 290.*

194 Sed ut omnibus præmiſſis ſcholares frui, ac gaudere valeant, non ſufficit, ut ad talem finem, ſive cauſam miſſi ſint, & in loco ſtudii habitent, ſive ſtent; ſed requiritur, ut omnino ſtudiis vacent: nam ſi ad ea parùm incumbant, ſed potiùs ad vacationes, & amicitias, omnibus
195 prædictis privantur; prout privilegiati tanquam de exercitio alicujus artis, ejus privilegiis non gaudent, ſi illius artis operas non præſtant, Præſ. de Franch. *deciſ.* 175. & in propriis noſtris terminis docuere Addent. *in dicto cap. Regn. inter virtutum*, Barboſ. *ubi ſupra, à num. 61. verſ. limita ſecundò, cum ſeqq.* Petr. Greg. *Syntagm. Iur. lib. 4. cap. 5. num. 46. in medio*, Cutell. *in loc. præalleg. num. 16. 17.* Zanger. *de quæſt. & tor-*
196 *tura reorum, cap. 1. num.* 87. & ut ad ſcholares ipſos revertamur;, cũ uti juvenes, facilè ob converſationes prævaricantur, ac tanta eſt ipſorum prævaricationis ſuſpicio, ut ſi in domo alicujus mulieris frequentent, ipſa præſumatur meretrix, dum loquentes cum mulieribus, non præſumuntur cum ipſis recitare *Pater noſter*, Petr. Greg. *Syntagm. jur. lib. 10. cap. 2. num. 6. & lib. 36. cap. 12. num. 9. & num. 17. in fin.* ob quod non ſemel evenit, quod pauperes genitores ſuos mittunt filios ſtudii cauſa, & non modico eorum diſpendio ipſos ſubſtinent, ſub magna ſpe, qua ictu oculi orbantur, ope dictarum fœminarum prævaricationis, ob quam nedum ampliùs ſtudiis nõ vacant, verùm etiam in multa pejora incurrunt; qua de cauſa, vel necati ſunt, vel in juſtitiæ manus, aliqua pœna puniuntur; prout evenit annis elapſis cuidam juveni à patre miſſo in hanc Civitatẽ ſtudendi gratia, qui in foro magno furcis ſuſpẽſus fuit ob furti delictũ cum homicidio: cunq; quidã ejus cõſanguineus veniſſet, ut illi potius proviſionem pro ſubſtentamẽto tribueret; ipſum reperiit, & vidit in infamiæ patibulũ aſcendentẽ. Inde rectè noſtri amici Caſaburii Syrenes ſuadent, magnum luctum faciendum in fœminarum natalibus, à quibus non niſi mala dependent, *in lib. 2. pag. mihi 76.* hiſce carminibus.

Se di femina già recan le faſce
Tanti mali nel mondo, a gran ragione
Sol meſtizie rimiro, ov'ella naſce.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI

RUBRICA QVARTA

De Iure Anchoragii.

RITVS I.

IVs ,A, Anchoragii, quod eſt jus vetus, percipi debet tam ab exteris, quàm à civibus, de qualibet navi duarum gabiarum uncia una, & tareni quindecim; de quolibet vaſſello unius gabiæ, uncia una; & de quolibet vaſſello ſine gabia, tareni quindecim. Pluries ſolvitur in omni portu, ubi anchoras figit, quaſi in omni albergo; de quo ſatis dictum eſt *in rubrica de jure fundici*, & quod ibi de hoc dicitur, hic repetendum non eſt; maximè, quia ubi non ſolvitur hoc jus, non exigitur contra conſuetum; ſicut Gaetæ, & in Caſtro Maris: nam, quod hoc jus ſolvatur, eſt contra jus naturale, quia mare, & maris lictora communia ſunt. *

* ff. de rerũ diviſione, l. 2.

,A, Hodie habemus jus Anchoragii novum, quod fuit introductum à Carolo III. Rege anno 1385. in capitulis novæ gabellæ: & hoc jus Anchoragii vetus, de quo in hoc *ritu*, ſolvitur pro gabiis navis: jus verò Anchoragii novum ſolvitur pro portatis, ſcilicet, pro Vaſſello portante vegetum 300. & ultra, ſolvitur uncia, ſi infra tareni quinque: adeſt etiam jus Falangagii, quod exigitur pro vaſſellis minimis non habentibus correturá, ut dicitur *in fine ritus*, quod eſt foramen quoddam ſiſtens ſupra copertam vaſſelli, ut aqua defluat, & quando vaſſellum eſt ita minimum, quod non habet copertam, nec iſta foramina, tunc non ſolvitur Anchoragium, ſed jus Falangagii, & etiam jus novæ gabellæ tantùm.

In Regia Camera 1465. *Cur. 7. fol. 42.* extat decretum Cameræ per hæc verba ſcilicet, *quando mercantialiter veniunt ad portus regios, exigitur jus anchoragii, & alia jura regia, cùm per ipſorum negotiationes non ſint immunes.*

In marina caſalis delli vietri Civitatis Cavæ ſolvitur pro jure anchoragii pro quolibet ſagitta gran. 18. & non carol. 15. *in Reg. Cam. 2. Camera 1465. fol. 85.*

Et nota quod iſte *ritus* loquitur de Anchoragio, quod ſolvitur pro gabiis quas portant naves: Anchoragium verò novum, loquitur de portatis, ſeu vegetibus, quibus ſunt capaces dictæ naves, & ſecundùm earum capacitatem exigitur dictum novum anchoragium, à quo non eſt immunis Magnus Admiratus, nec etiam tutti li ſette officii del Regno, ancorche ſon franchi per uſo, & non cauſa commerciiin lib. notam. *Cam. 1478. fol. 113.*

Ad hoc eſt quod quędam barca oneravit in Civitate Caſtrimaris lignamina per extra Regnum, reverſa, dohana prætendebat exigere jus anchoragii tarenorú ſex, patronus prætendebat non teneri, perche havea tornato à ſorgere nel medemo luoco, da dove era ſorto la prima volta, quando carricò, & pagò li detti tareni ſei per l'anchoraggio, che non era tenuto à pagare in altra volta detti tareni ſei, ma ſolo tenebatur ſolvere gran. 33. fuit ſcriptum per Cameram dohanerio, ſi aliàs in ſimilibus caſibus hujuſmodi quantitas exigi non conveniit, illam ab eo minime exigat contra conſuetum *in Reg Cam. 2. 1466. fol. 82.*

Scafagium verò ſolvitur in illo loco, ubi ſi comincia à caricare, ſemel tamen ſolvitur; & havendo uno càricato in Caſtello à mare certa quantità di botte, e ivi pagato l'anchoragio, nova gabella, & lo ſcafaggio, andando in Tropeja, lo dohaniero volea pagaſſe lo ſcafaggio; per la Camera fù proviſto, non pagaſſe, *littera Cam. 1. Julii 1485. in litterarum partium 32. fol. 53.*

RVBRICA IV.

De Iure Anchoragii.

SUMMARIUM.

Littora ſunt de regalibus, n. 1. cum declaratione, n. 2
Littus maris eſt totum illud, quod occupatur à maris fluctibus, tam in hyeme, quàm tempore æſtivo, ad portus differentiam, nu. 3.
Princeps in maris littoribus, quia ſunt publica, non poteſt ſe intromittere, populo non patiente, n. 4.
Scientia, & patientia, quarum intereſt requiritur, in rebus, quæ ſunt communis uſus, num. 5.
Multa ſunt, quæ per patientiam tolerantur, num. 6.
Littora ſunt publica de jure naturali, & gentiũ, n. 7.
Ædificare in littoribus haud permitti poteſt, ſi datur incommodum publico, n. 8.
Princeps eſt lex animata, num. 9.
Jus poſitivum alio jure poſitivo tollitur, num. 10.
Reſcriptum præſumitur ſubreptitium non adjecta clauſula non obſtante, *&c. num. 11.*
Ritus R.C.S. authoritate Regis facti fuerunt, ideoq; tanquam leges ſervandi, num. 12.
Jus aliquod poteſt in littore Princeps imponere, vel conceſſionem aliquam facere, dummodo modicum ſit prejudicium ex tacito populi conſenſu, & quando? num. 13.

Digitized by Google

1 2 DIC secundùm *D. And. de Iscr. in tit. quæ sint regalia, circa principium*, ubi dicit de littoribus, quæ sunt regalia littora, quantùm ad Regis defensionem, & protectionem, ubi prohibet fieri quicquam, si usus littoris publicus impediatur: non enim sunt in patrimonio Regis, quia distant hæc publica 3 ab iis, quæ sunt in fisci, vel Cæsaris dominio; & littus est totũ, quod occupat fluctus maris hibernus, vel æstiuus, & aliud est portus; inter quę est differentia, non enim omnia littora sunt 4 portus; sed hæc, & alia sunt publica, nec debet Princeps se intromittere in his; sed si facit, & populus, cujus interest, non contradicit, videtur consentire: non enim est uniuscujusque, 5 sed in usu communi: quia si suum esset non noceret scientia, & præsentia, sed quia sunt communis usus, taciturnitas videtur, quod sit consensus, quia agitur de præjudicio eis faciendo, *l. qui tacet, de reg. juris*, & sic soluitur illud ge- 6 nerale, *ff. de procurat. l. filius, §. invitus*: multa enim per patientiam tolerantur: quia malas hominum voluntates prohibere non possumus, & ideo volentes præcipimus, quod permittimus, & hac ratione si sciret Princeps, quod esset contra publicum, non concederet; quia Princeps est pater communis, & concedit ista sine incommodo cujusquę, & propriè in flumine, quod est istius conditionis, quia de regalibus, concedit aquã inde duci, etsi sit nauigabile, quando dicit: *non obstante lege*, ut 7 *gloss. in l. 2. ff. de flumin.* & sic littora sunt publica, & hoc est de jure naturali gentium, & 8 quod ibi nullus ædificet si sit impedimenti usui publico; sed si sine incommodo navigãtium fiat ibi ædificium, posset ædificari, hoc est ex institutione Principum; & sicut lex concedit 9 sine incommodo, ita concedit Princeps: quia est lex animata, & quod poterit donare sine incommodo nauigantiũ, sic & de littore, 10 si ex certa scientia, non obstante lege: quia institutionis jus positiuum potest tollere, si hoc dicat, vel aliud, quod tãtundem esset, *Cod.* 11 *si contra jus, vel utilitatem publicam, l. fin.* & præsumitur eo ipso rescriptum subreptitium nisi dicatur: *non obstante*, &c. vel dic, quod cũ magno incommodo non potest, cum parvo sic; de quo plenè videas in allegato loco per eundem *D. And.* & sic ex prædictis apparet, quod 12 *ritus* iste procedere potest de jure, cùm *ritus* 13 isti authoritate Regis facti fuerunt, & ex tacito consensu populi, & etiam propter communem utilitatem, scilicet, propter viuere Regis, quasi pro stipendio, & labore Regis, ut habetur *ad Romanos* 13. & dixi in *præambulis*; unde, licèt sit contra jus naturale, tamen ex prædictis patet, quod de tali jure potest fieri Principis concessio, ex tacito populi consensu, & quando fit de modico præjudicio: immo, ut dixi, hoc fit ad publicum commodum propter viuere, & stipendium Regis.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Ius Anchoragii vetus est, & inter vetera jura dohanarum adnumeratur, num. 1.

Anchoragii jus quomodo, & quare solvatur? num. 2.

Mare commune est, & omnes eo uti possunt, num. 3.

Littus maris dicitur per totam illam terram prope mare existentem, in qua alluitur tempore æstivo, & hyemali, num. 4.

Accessus ad maris littora prohiberi haud potest, num. 5.

Maris, ejusque littoris, propietas, & dominiũ penes aliquem adesse minimè potest, n. 6.

Mare per centum milliaria in dominio territorii adjacentis esse dicitur, nu. 7.

Mare adjacens territorio per centum milliaria, dicitur esse sub protectione, & ministerio dominantis territorium, nu. 8.

Ius naturale inpræscriptibile est, num. 9.

Omnibus licitum est in mare, ejusque littore ædificare, modò publica commoditas, ususque non impediatur, num. 10.

Tria, quæ veniunt quo ad mare, ejusque littora in consideratione, scilicet proprietas, usus, & jurisdictio, seu protectio, quomodo distinguantur? num. 11.

Mare ejusque littus non describitur inter regalia Regis, num. 12.

Flumina navigabilia regalia sunt, & ita per Imperatorem descripta fuerunt, num. 13.

Regalia non omnia sunt, quę reperiuntur sub Principis potestate, & jurisdictione, n. 14.

Regalia omnia illa sunt jura, quæ ad Principem superiorem non recognoscentem, spectant ratione supremæ dignitatis, superioritatisque attributæ, num. 15.

Rex, aut Princeps, superiorem non recognoscens, potest in mari, ejusque littoribus acquirere regalia tanquam primus occupans, num. 16.

Iura, & vectigalia in mari, littoribusque quando per Regem imponi possint? num. 17.

Iura

Digitized by Google

Iura à portu, sive littoribus pervenientia, regalia sunt, num. 18.

Iura, quæ ex portu, sive mari, & littoribus pervenerunt, tanquam regalia, non veniunt in concessione, si de eis non sit facta expressa mentio, num. 19.

Stylus, ac observantia Tribunalis in judicando, & procedendo, pro lege habetur, etsi non scripta sit, n. 20. *alias, nullitatẽ incurrit processus, vel judicatum, n.* 21.

Ritus R.C.S. compilati fuerunt ab Andrea de Isernia jussu Imperatoris Friderici, & eorum præcisa observantia demandata fuit ab Imperatore Carolo V. n. 22.

ANchoragii jus hoc, inter vetera, quę exiguntur dohanarum jura, adnumeratum est, uti antiquũ, & ãte noviter per Imperatorẽ Fridericum introducta, habetur *in principio Ritus hujus rubricæ*, & descripserunt Andreas de Iser. *in const. Reg. quanto cæteris*, & Reg. Moles *in dec.* 2 *R.C.S. §. 6. de jure dohanar. nu.* 13. quod juxta formam traditã per D. Reg. Moles *dicto §. 6. memb. 3.* solvitur á vassellis, & navibus in portus introeuntibus, Anchorasque figentibus, qua de causa toties debet persoli, quoties anchora figitur, prout expressè disponitur per *Ritum*, ibi: *pluries solvitur in omni portu, ubi anchoras figit*, & sic ratione hospitii; 3 quod cũ fit in mari, prima facie apparet, haud posse hoc jure hospites onerari, uti existentes in re communi, ex naturali jure, cùm à natura inductum sit, ac formatum, quo cùm omnes utantur, de jure gentium commune etiam est, *l. omnes populi, §. quod verò, ff. de just. & jure, §. singulorum, instit. de rerum divisione*; inde 4 in eum, ejusque littus, consistens in tota illa terrę capacitate prope mare, in qua alluitur, nedum tempore æstivo, verùm etiam in hyeme, cum maximis fluctibus excurrit, *l. littus 69. & alia 112. ff. de verb. signif.* Tolos. *syntag. lib. 3. cap.* 14. *n.* 8. Pichar. *in §. riparum, n. 2. instit. de rerũ divisione*, Cepoll. *de serv. rust. prædior.* 5 *cap.* 27. *num.* 1. ac ad ea accedere nemini prohiberi potest, uti libera, & omnibus quo ad vsum communia, etsi quo ad dominium, nullius, Imper. Iustin. *in §. & quidem, & §. littorum, inst. de rer. divisione*, Vlpian. *in l. injuriarum* 13. *§. quis me prohibeat, ff. de injuriis*, Martian. *in l. quædam naturali jure, 2. in fine*, & Marcian. *in l. nemo igitur, 4. ff. de rer. divisione*, ac desumitur ex dispositis per Celsum *in l. littora 3.* & Scævolã, *in l. in littore, 4. ff. ne quid in loco publico*, Goffred. noster *hic num.* 7. Reg. de Ponte *de potestate Proregis tit.* 11. *de triremibus, cæterisque navibus, num.* 27. Capiblan. *de Baronibus, in prag.* 8. *part.* 1. *nu.* 287. *vers. non tamen sunt, & p.* 2. *num.* 32. *in med.* Reg. Valenz. *cons.* 100. *num.* 55. *vers. & loquendo, lib.* 1. Io: Solorzan. *de Indiarum jure, lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 3. *& lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 28. ubi multa alia concordantia jura allegat, *& nu.* 29. *& 57. to.* 1. Cepol. *de servit rusticor. prædior. cap.* 26. *num.* 1. *& d. cap.* 27. *n.* 2. Larrea *alleg.* 19. *nu.* 16. *to.* 1. Regnerus Sixtinus *de regalibus, lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 98. *vers. confirmatur etiam*, Vvessemb. *parat. ffff. in tit. de rerum divisione, nu.* 3. ubi Henricus Hah- 6 nius *in observat. ad dictum num.* 3. modo quo illorum proprietas, ac dominiũ penes aliquem esse non potest, prout etiam apud Principem territorii magis marisque convicini, proximi dominum; 7 cujus dominati territorii maris adjacentis proximitas, per centum milliaria esse intelligitur, ac appellatur, si ex parte altera aliquis dominus proximior non adsit: nam si ita, ultra extenditur, si secus restringitur, Reg. Constant. Corleti Marchio *in l. unica, nu.* 12. *Cod. de classic. lib.* 11. ope ejusdẽ textus dispositionis, R. de Ponte *de potest. Proregis, ubi supra, num.* 42. Capibl. *de Baronibus in pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 290. *in fine, & cap.* 41. *nu.* 9. *lib.* 2. R. Consi. Rocc. *de offic. rub.* 14. *§.* 11. *num.* 3. *& rub.* 16. *§.* 1. *num.* 3. Cabed. *dec. Lusit.* 46. *nu.* 1. *& decis.* 47. *num.* 3. *lib.* 2. Reg. Valenz. *d. cons.* 100. *nu.* 55. *vers. immo quando, & vers. quare cũ mare, lib.* 1. Solorz. *de Indiarum jure, dicto lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. *& cap.* 25. *nu.* 70. *& dicto lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 41. Bovad. *in lib.* 4. *polit. cap.* 5. *num.* 6. *to.* 2. Garsia *de expensis cap.* 21. *num.* 34. Gaspar Klockius *de Ærario, lib.* 2. *cap.* 114. *nu.* 3. 4. 8 quod non nisi quo ad jurisdictionem, prote-

protectionenque intelligitur, cujus ministeriũ nõ est ablativũ illius communis usus, omnibus spectãtis, ex præmisso naturali jure, ut *in rub.* 22. pleniùs fundavimus, quod impræscriptibile est, ex text. *in l. fin. in princ. ff. de usucap.* Barbos. *in l. omnes, C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum, num.* 62. Reg. Consil. Rocc. *ubi supra, dicta rub.* 16. §. 2. *num.* 148. ob quod non potest impedimentum præstari in mari, ejusque littore ædificium conficiẽti, modò publica cõmoditas, communisque usus non impediatur, *l. in littore*, 4. *ff. ne quid in loco publico, l.* 1. §. *in mari, ff. de fluminibus*, cum aliis, allatis à Goffredo nostro *hic, n.* 8. Reg. de Ponte *de potest. Proregis dict. tit.* 11. *n.* 29. Reg. Cons. Rocc. *ubi supra, num.* 160. Neque permissivũ, quod ipsius maris proprietas, quæ nullius est, penes aliquem sit, dum illa tria, quo ad mare, eiusque littora in consideratione veniunt: nempe proprietas, usus, & jurisdictio, seu protectio; cũ distinctione tamen, quod proprietas ope juris naturalis sit nullius; usus uti omnibus competens, communis sit; jurisdictio verò apud Romanum Populum, scilicet Principem terræ confinantis dominum, Gloss. *in l. quædam* 2. *verb. littora, ff. de rer. divis.* Gloss. *in dicta l. littora* 3. *ff. ne quid in loco publico*, Goffred. noster *hic num.* 1. 2. Reg. de Ponte *d. tit.* 11. *n.* 28. Reg. Cons. Rocc. *d. rub.* 16. §. 2. *à n.* 146. Cancer. *variarum resol. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 237. Cabed. *dict. decis.* 46. *num.* 4. Sixtin. *de regalibus, lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 98. *vers. sed verius est*, Affl. *ibidem*, *ad verbum Armandiæ, & vers. confirmatur etiã*, Larrea *dicta alleg.* 19, *num.* 16. *in fine*, Pichard. *super instit.* §. *riparum* 3. *num.* 3. & alii proximè allegandi: ita quod inter regalia, ad Principem spectantia, haud adnumerantur mare, ejusq; littora, sicut flumina, quæ navigabilia sunt, juxta cõnumerationem jurium regalium Imperatoris Friderici *in cap. unic. sub. tit. quæ sint regalia*, & concludunt Sixtin. *loc. cit. d. n.* 98. Mastril. *de magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 168. *tom.* 2. cùm non omnia, quæ sub Principis potestate sunt, ejusq; jurisdictione, inter regalia adnumerari possint, Sixtin. *de regalib. in proam. ad lib.* 1. *nu.* 21. Gaspar Klockius *de Ærar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 48. nisi sint de juribus illis, quæ Principi, superiorem non cognoscenti competunt, & hoc ratione, & causa suæ supremæ superioritatis, ei à lege attributæ, ut in de qua agitur re, in qua jurisdictionem, ac protectionem in mari, ejusque littoribus habet, non ex alia ratione, nisi ex prædicta, cujus causa ex immemorabili consuetudine, vel præscriptione aliqua acquisierit super eis præfata jura; inde nõ sub alio cõprehendi nomine possunt, quàm regaliæ, cùm in Principis ossibus affixa sint, tanquam competentia, & acquisita ratione ejus supremi dominii, & superioritatis, ex notatis *in cap. omnis*, 2. *de censibus*, Regner. *Sixtin de regalib. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. Acac. Ripol. *de regalibus, cap.* 1. Gamma *decis. Lusit.* 31. cujus ope ab eodem occupata; uti communia, præoccupanti ipsi cedunt, ac cedere debent, prout est de jure in bonis communibus, & quæ sub dominio nullius sunt, quæ occupantis fiũt Vvessemb. & Hẽric. Hahnius *in locis allegatis*, cujus vigore, à Regibus, tanquã dominis, ne dum conceduntur, verùm etiam sub modis prohibẽt navigationes, ac accessus ad littora, tãquam in re propria, & justa de causa acquisita, ac possessa ex præoccupatione ipsa, & longæva possessione, cum tolerantia, & populorum patientia, ac scientia, *l. sanè si maris*, 14. ubi Glos. *ff. de injur. l. si quisquã* 7. *ff. de diverс. & temp. præscrip. dicta l. littora*, 3. ob verba ibi: *littora maris, in quo Populus Romanus imperiũ habet, Populi Romani esse arbitror*, ac si diceret, sub dominio, & possessione Populi Romani esse, etiam ex vi ipsius genitivi operantis, sive ex sui natura arguentis, dominum, & proprietatem, ex cumulatis à DD. *in rub. ff. de novi oper. nunc.* esse penes ipsum Populum Romanum, sive Regem, jurisdictone, potestateque fruẽtem in mari, ac littoribus, Goffred. noster *hic num.* 5. 6. & 13. Reg. Cons. Rocc. *dicta rub.* 16. §. 2. *num.* 138. & 150. Capiblan. *de Baronib. in prag.* 8. *part.* 1. *à nu.* 287. & *p.* 2. *num.* 33. & *in prag.* 14. *num.* 27. *in fine*, Solorzan. *de Indiarum jure, dicto lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 49. *cum multis sequent. tom.* 1. Petr. Gregor. *syntag. jur. lib.*

17 *lib.3.cap.14. num.3.* meritò in eis vectigalia, cæteraque jura imponere valent, etiam quia publicus, communisque usus minimè ex eis impeditur, & hoc
18 jure totus utitur orbis; taliter quod inter regalia jura adnumerantur ipsa à portu pervenientia, & ex ejus causa debita, & quæ in eo exiguntur, Cacher.*decis.pedamont.* 155. Cabed. *dicta decis.46.nu.5.& 6.* Solorz.*dict. lib.3.*
19 *cap.3. num.35.* itaque uti de regalibus nunquam veniunt in concessionibus, nisi de eis sit facta expressa mentio, Capibl.*in locis allegat.* Gamm. *dicta decis.* 31. Cancer. *variarum res. d. lib. 3. cap. 13.num.236.*

Ad num. 12.

20 OBservantia in procedendo, disponendo, ac sentẽtiando alicujus Tribunalis, in stylum, atque solitum redacta, pro lege habetur, & servatur, nullum recipiendo obstaculum, quod non sit lex scripta, aut contra juris communis dispositionem esse dignoscatur, vel statutariam aliquam legem, qua nihil obstante, ipse vigere debet stylus vetustioris formæ observatæ, ne in
21 nullitatem incurratur, aliter si secus, processus, vel judicatum laborat; ut ex pluribus fundavimus *in addit. ad proæm. num.* 47. 48. quapropter in Reg. C.S. id quod observabatur, & in stylũ
22 Tribunalis redactum erat, jussũ Imperatoris Friderici, per ea, quæ colliguntur ex tenore verborum *apostillæ incerti authoris in margine Ritus 1. litt.B. rub. 1. de incantibus*, in Ritibus expresũ fuit per Andream de Isernia, à quo compilati, recollectiq; fuerunt, ut diximus in d. *proæm. num.* 45. postquam per Imperatorem ipsum Fridericum major pars novorum jurium in Regno introducta fuit, ut *in dicta Apostilla*; & testatur Goffred. noster *hic*, cujus veritatis dictũ desumitur, ex verbis invicti Imperatoris Caroli V. *in pragm. edita sub die 11. mensis Novembris* 1539. exequtoriata per D. Petrũ de Toledo Proregẽ sub die 7. Septembris 1540. juxta ordinẽ per eũ datum, *in* §. 11. ubi expressam facit mentionem, retro Reges suos antecessores, tam in negotiis, quæ tractantur in dicto Tribunali R.C.S. nedum quo ad patrimonium regale, verùm etiam quo ad interesse particularium, de multorum Rituum, & constitutionum dispositionibus providisse; mandans, quod omnes exactè servandi essent; ita quod nil mirum, si ab Andrea de Isernia *in constit. magistros nostros fundicarios* appellati sunt Ritus, statuta Imperialia ibi: *sicut dicunt alia statuta Imperialia, quæ sunt in dohanis, nec sunt redacta in hoc volumine*; ita quod etiam ex præfata ipsa ordinatione, valida oritur probatio, nedum præfatos Ritus Tribunalis Reg. Cam. Summ. confectos fuisse de ordine, & beneplacito Regum, Reg. de Philipp. *dissert. fiscal. 4. num. 60.* verùm etiam demum confirmatos, & mandatũ, quod serventur ad unguem, prout ex dicta Pragm. & Cęsarea constitutione existente in fine omnium pragmaticarũ in Codice hujus Regni Constitutionum, *fol.mihi* 533. & præcisè *fol.* 536. cujus §. verba ad majorem omnium dilucidationem hæc sunt: *Cùm Reges antecessores nostros in d.Regno, in R.C. S. ubi magna negotia tractantur, tam ad patrimonii nostri, quàm ad subditorum interesse spectãtia, Ritus, & constitutiones, magno cum studio providisse, summaque diligentia fecisse, atq; ordinasse constet; Volumus propterea, atq; mandamus, ut omnes exactè serventur: & signanter disponentes, quod officiales pecuniarii singulis annis in d. Camera eorum computa cum debitis cautelis exhibere, & præsentare debeant, ad hoc, ut percunctari, liquidari, & citò expediri possint*; & per priùs à Rege Roberto in anno 1317. die 20. Septembris, per ea quæ expressit in *Regn. cap. novis morbis* 257. ex illis verbis: *Idcirco non derogando constitutionibus, statutis quibuscunque, ordinationibus, bonis ritibus, & consuetudinibus.*

Cæsar-nicolaus Pisanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA QUINTA

De Iure Dohanæ.

RITVS I.

IVs dohanæ, A, quod eſt antiquum, & vetus, eſt per unciam grana deçē, & octo, & habet plura membra, & gabellas ſub ſe, ut qui emit dohanam, videtur emiſſe omnia, quæ ſub dohana continentur, ſicut Neapoli eſt quartucium de victualibus, domus panis, & iis ſimilia; ſic ſub juribus portus eſt falanga, * ſolvitur pluries quoties fit venditio de rebus eiſdem, ſive extractæ fuerint merces de loco, ubi fit prima venditio, ſive non, etiam ſi fuerint reportatæ, ad eundem locum: ſi ſecundò non fuerint venditæ, non ſolvitur iterum jus dohanæ; ſed ſi pluries vendantur, ſive fuerint extractæ, ſive non, vel etiam reportatæ, ſolvetur toties ipſum jus, quoties fuerit de eis venditio celebrata.

* ut dicitur infra de jure piſcariæ, & Portus, *rub.* 22.

A, Jus Dohanæ eſt antiquiſſimum, quia eſt vectigal rerum venalium, *l. inter publica, ff. de verborum, ſignif.* ideo debetur toties, quoties fit contractus, *Bald. in l.* 1. *Cod. de contrahenda emptione, in 4. quæſtione.*

RVBRICA V.

De Iure Dohanæ.

SVMMARIVM.

Jus dohanæ ſolvitur ab emptore mercium, quas ſi ſecundò vendidit in apotecis, vel alibi, non ſolvet ulteriùs, num. 1.

Preſcribi quanto tempore poſſit contra fiſcum? nu. 2.

Membra, & omnia alia, quæ ſub generali corpore vendito comprehenduntur ſub clauſula generali, pro venditis habentur, num. 3.

Extraneus hæres inſtitutus, non venit, nec capit ea, quæ teſtatori conceſſa ſunt pro ſe, ſuiſque hæredibus, & quare? num. 4.

Filii, & deſcendentes tantummodo pro ſuis hæredibus habentur, num. 5.

Jus patronatus tranſit cum univerſitate hæreditatis, num. 6. *& quare? num.* 8.

Jus decimarum haud tranſit cum hæreditate, vel cum diſpoſitione univerſali non apta ad ſpiritualia comprehendendum, num. 7.

Jus decimarum in nihilo temporalibus communicatur, num. 9.

Beneficium, curti adjectum, curti vendita non ſpecificato beneficio, haud comprehenditur, num. 10.

Collectivorum natura eſt, omnia, quæ excluſa non ſunt, comprehendere, num. 11.

Jura directa, quæ defuncto non competerunt, bonorum poſſeſſione non includuntur, num. 12.

Vendita cenſentur in generali venditione, quæ conſueverunt vendi, quædam tamen, etſi conſueta, ſpecialē mentionem requirunt, & quædam etſi non conſueta, cū univerſitate tranſferuntur ex poteſtate venditoris, num. 13.

Immunitate conceſſa alicujus gabellæ, quid agendū ipſa mutata? num. 14.

Portus nomen quid importet? num. 15.

Jura, & redditus, quæ exiguntur ex rebus, quæ in portu vehuntur, regalia ſunt ſtricto modo, ideſt Regis, vel civitatis, quando à civitate cum privilegio poſſidentur, num. 16. *& quare? n.* 18.

Ripæ, & earum uſus publicus eſt, num. 17.

Merum imperium, an translatum ſit ex generali caſtri, vel loci à principe conceſſione? num. 19.

Merum, & miſtum imperium videtur adminiſtrationi adhærere, quæ habetur ratione territorii, num. 20.

Debitum àre, vel rei debitæ, cum qua aſſociatur, cum

Digitized by Google

cum eadem alienata desumitur, num.21.
Prædiorum universitatem inter fines castri, & loci existentium, concesso Castro, & prædia ipsa concessa à Principe præsumuntur, num.22.
Incorporalia in concessione universali, veniunt cõprehensa, num.23.
Castrum, & villa sunt nomina quædam universitatẽ designantia, in ipsis jurisdictionem continẽtia, honorem, districtum, & jus patronatus, n.24.
Possessor recognoscens castrum habere ab aliquo in feudum, videtur fateri esse in territorio, & in ipsius jurisdictione, num.25.
Castrum, sive feudum est territorium constitutum, ac positum inter certos fines, num.26.
Territorium Castri Castro subjacet, num.27.
Jurisdictio territorii dependet ab illa Castri, cùm in se una sit incorporalis, inde indivisibilis, n.28.
Castri, vel feudi appellatio est apta jurisdictionem comprehendere, num.29.
Recognitio est actus inducendi præscriptionis interruptionem, num 30.
Præscriptionis interruptionis actus, nedum officit ei, circa quod interruptionem inducit, verũ etiã omni, quod ab illa dependet, num.31.
Castro, vel feudo recognito, non per hoc territorium recognoscitur, num.32.
Usus, & consuetudo loquendi, attendendus est in vocabulorum expressione, num 33.
Castrum appellatur, quod sub muro jungitur, territorium verò extra, num.34.
Diocæsis in actibus passive odiosis, & restringendis sub civitatis appellatione non venit, num.35.
Accessorium in actibus denotantibus translationẽ, principali non coheret, num.36.
Territorium Castri à Castro divisibile nõ est, n.37.
Adjacentia rei donatæ, vel venditæ non cedunt in donationem, vel venditionem, nisi dictum sit integro statu, vel cum omni jure, &c. num.38.
Prædio vendito, fonte excepto, haud quod est extra fontem exceptum est, num.39.
Ripa fluminis non continetur sub fluminis appellatione, num.40. & quando secus? num.41.
Privilegium, vel immunitas civitati concessa, non comprehendit Castra, vel villas, num.42.
Territorium, & Castrum, si unico titulo possidentur, utrunque videtur esse recognitum, secus si diverso jure, vel non constet de titulo, à quo fit recognitio, num.43.
Dispositio totius quando includat omnes suas partes? num.44.
Continens quando contineat contentum? num.45. vel connexum? num.46.
Territorium, quando ex statuto, lege, vel consuetudine, est Castro assignatum; ex necessitate Castrum recognoscens, recognoscit territorium, num.47.
Dictiones quicquid, *& aliæ omnes universales, nihil excludunt, num.48.*
Nihil excludit, qui omne dicit, num.49.
Exceptionis vis est, aliquo excepto, eximere, seu abstrahere, & præcidentia dispositivi sermonis declarare, num.50.
Præcedentia, per subsequentia declarantur, n.51.
Jus non tribuit indiscreta recognitio, n.52. & 54.
Feudum constitui non potest, nisi per investituram, non autem per simplicem recognitionem, n.53.
Traditio cur non requiratur, quando aliquid est factum ex certa scientia? num.55.
Dominium non transfertur, nec acquiritur sine traditione, num.56.91. & quando secus ob recognitiones? num.59.
Usus fructus retentio, pro traditione habetur, n.57.
Actus fieri debent, ut de jure valeant, num.58.
Dictiones ut supra Universales, si incertæ, quando debeant vitiari? num.60.
Investitura non interveniente, an jurisdictio transire valeat in feudum? num.61.
Socius socio communicat, etiam quæ ex delicto consequitur, num.62.65.
Obventionum nomen generalissimum est, num.63.
Conferri non debet id, quod alicui pervenit ex vindicta, & propria injuria, num.64.
Dominiũ in societate transit absque traditione, n.66.
Pœnæ descendentes à delictis in Principem, sive concedentem personam, patratis, non ipsi concedonti, sed inter omnes concessionarios, juxta portiones communicandæ sunt, num.67.
Verba generalia civiliter sunt intelligenda, & pro ut ratio dictat, & non abusivè? num.68.
Jurisdictio Castri an vendita intelligatur, venditis possessionibus omnibus in Castro habitis? n.69.
Jurisdictio habita in territoriis venditis, pro distracta habetur, secus si ex vi alicujus privilegii, num.70.
Subfeudatarius feuda habens libera à barone, ad ejus petitionem an teneatur cum eo ire ad exercitum ejus sumptibus, vel ab eo exigere subsidium pecuniarium? num. 71.76.
Dictio liberum, *indefinitè prolata, intelligitur cum omni libertate, & ab omni servitute absolutũ, num.72.*
Onus nullum imponi potest, nisi illud, de quo in investitura, vel concessione est, num.73.
Liberti opera præstare haud tenentur, præter ea, quæ implicitè, vel explicitè in manumissione, vel statim post imposita fuerunt, num.74.
Vasallus non tenetur, nisi ad considerata, & comprehensa in sacramento fidelitatis, num.75.
Nemo debet duplici gravari onere, num.77.
Baro nõ potest sibimet ius dicere imponẽdo taliã, vel taxationẽ, & si ad ea teneatur vasallus, n.78.
Francum idem est dicere, quod suijuris, præter ea, quæ in juramento feudi continentur, num.79.
Francum non dicitur, si conceditur castrum simpliciter in feudum, num.80.
Traditionis locus attendendus est in juris dohanæ solutione, non autem contractus mercium venditionis, num 81.82.86.94. & 103.
Contractationis locus intelligitur ille, in quo solutiones fiunt, ac obligationes factæ sunt, num.83.
Obligatus cõveniri potest, in foro loci solutionis, n.84.
Contractus verba interpetrantur secundùm consuetudi-

tudinem, & statuta loci, ubi celebrantur, num. 85.
Emptor ante traditionem non efficitur dominus irrevocabiliter, num. 87.
Emptor secundus, cui fundum traditum sit, praefertur prime, num. 88. sed quid si in primo concurrit constitutum? num. 96. 99.
Venditorem paenitere valet, antequam res tradita sit emptori, num. 89.
Emptori rei emptae dominium haud acquiritur, etsi tradita sit, nisi pretio venditori soluto, aut habita fide, & similibus, num. 90. 97.
Emptio sine pretio nulla est, inde praeter consensum concurrere debet pretium, num. 92.
Scriptura requiritur in venditione, si ita fieri opus sit, vel conventum de scriptura, num. 93.
Jus dohanae gabelloto illi acquiritur, cuius tempore fuit facta secunda venditio, & traditio, num. 95. 98. 100.
Determinatum quod non invenitur per Rit. R. C. S. regulandum est de jure communi, num. 101.
Statuta, et consuetudines sunt stricti juris, & non extenduntur, num. 102.
Gustatio, & signatio, quid operentur? num. 104.
Jus dohanae solvitur à venditore, num. 105. sed secus ab emptore, num. 106.
Venditor extraneus tenetur solvere jus dohanae, num. 107.
Jus dohanae, mercis venditae ab extraneo venditore, emptori similiter extraneo, ab utroque exigitur, num. 108. secus verò si emptor civis sit, quoniam venditor extraneus tantùm solvit, num. 109.
Poena ementi imposita, etiam venditori imposita esse intelligitur, num. 110.
Dominium plurium rerum venditarum, an acquiratur si aliqua ex eis tantùm traditae sint? num. 111.
Possessio corporaliter apprehendenda est, num. 112.
Dominium in universalibus acquiritur, una re tantùm tradita, num. 113.
Mercibus, vel rebus pluribus venditis, & nõ omnibus traditis, an pro omnibus jus dohanae sit solvendum? num. 114.
Nuncio creditur, quando apparet se talem esse, num. 115.
Factum à nuncio revocato, eo tamen absente, & revocationem ignorante, an teneat? num. 116.
Nuncius, de quo in Ritu, an sufficiat, quod sit cum incumbentia datae à cive Neapolitano, etiansi sit iturus ex alia causa, an verò, quod debeat esse civis, vel civis familiaris? cum dec. R. C. num. 117. 120. 123. & 125.
Effectus attendi debet, non autem verba, in aliquibus casibus, num. 118.
Dominium acquiri valet, tam per procuratorem, quàm per nuncium, num. 119.
Statuti verba strictè intelligenda, & interpetranda sunt, num. 121. 124. & quando secus? nu. 122.
Fraudes etiam contra fiscum evitandae sunt, n. 126.
Peccatum grave est subditos gravare, & e contra, jura fiscalia tollere, num. 127.
Jus dohanae non debetur, nisi res vendita, & tradita sit, & quare? num. 128.
Pactum de non petendo ordinatum ad resolutionem contractus, tollit solam naturalem obligationẽ, num. 129. & quando fallit? num. 130. 132.
Donationes nudo consensu perficiuntur, num. 131.
Cõtractus quãdo est bonae fidei, talis etiam erit ejus resolutio, num. 133.
Dolus prout dans causam contractui, ipsum rèsolvit, ita si dat causam resolutioni, num. 134.
Ordinatum quod non est ad agendum, nullam operatur obligationem, num. 135.
Actio nulla oritur ex pacto nudo, num. 136.
Actio nulla oritur ex resolutione, nec censetur novus contractus, num. 137.
Laudemium, vel gabella ex resolutione ex pacto non debetur, num. 138.
Resolutio facilis est, quãdo res est integra, nu. 139.
Contractus, & similia per eundem modum, quo conficiuntur, resolvuntur, num. 140.
Precario intervenient in emptione, quare non sic de facili ab ea recedi possit? num. 141.
Possessio, & dominium ex precario transfertur, nu. 142.
Venditor an liberetur ob traditionem factam ex precario? num. 143.
Arrharum datio nõ facit desinere rẽ esse integram, num. 144. & quando secus? num. 146.
Arrhis datis, etiam potest à contractu recedi, & quando secus? num. 145.
Res quando dicatur esse integra? num. 147.
Paenitentia non habet locum, re nõ integra, vel quãdo talis desit esse, num. 148.
Obligatio, re integra, tollitur ipso jure, cùm partes volunt a contractu recedere, non autem secus, num. 149.
Accessorium sequitur naturam sui principalis, nu. 150.
Dohana locatio, vel venditio omnia membra comprehendit, nisi specialiter sint reservata à Rege locatore, num. 151.
Conditio cùm semel existat, habetur ac si stipulationis tempore nulla interposita fuisset conditio, num. 152.
Hypoteca contracta pro solutione poenae conventae in casu alicujus contraventionis, suum habet effectum ex tunc, ita quod si ante contraventionem, contravenians aliqua alienaverit bona, super eis agi valet, etsi actio, post orta sit, n. 153.
Venditiones conditionales tunc perfectae dicuntur, cùm impleta fuerit conditio, num. 154.
Obligatio conditionalis pro perfecta habetur, conditione impleta, num. 155.
Traditio, de qua in Ritu, quando requiratur, & de qua intelligatur? num. 156.
Juramentum incontinenti praestandum est, non autem ex intervallo, & quare? num. 157.
Juraus debet dicere se promptum esse praestare juramentum, & valet accipere tempus ad deliberandum quid jurare, non autem si jurare debeat, nn. 158.

Ju-

Digitized by Google

Juramentum deferens, antequam ipsum recipiatur, valet se pœnitere, num. 159. *secus postquam sit receptum, num.* 160. 165.
Juraus potest se pœnitere ex causa tamen superveniente, cùm supervenerint probationes, ex quarum defectu ad juramentum deveniebatur, num. 161.
Juramentum, de quo in Ritu, intelligitur de perfecto, num. 162.
Juramentum delatum absque dicto, quod juret per Deum, vel per Caput sunm, quomodo intelligatur? num. 163.
Actore, vel reo nolente jurare ad alterius instantiã, judiceque mandante, quid desumatur, & à judice mandari possit? num. 164. 166.
Hæres rei, qui invita jurare recusavit, an condemnari valeat, dum defunctus ex hac denegatione pro confesso habitus fuit, si dum viveret, per judicem aliquid mandatum non reperitur? nu. 167.
Usus irrationabilis servandus non est, num. 168.
Gabellotus si præstitit juramentum à Ritu requisitum, de perjurio quari non potest: num. 169.
Negotium, decisum ex vi juramenti, retractari non potest ex causa perjurii, verùm prejerãs sciẽter pœna perjurii punitur, num. 170.
Testis perjurus in civilibus punitur, num. 171.
Accusatio de perjurio à nemine fieri potest, nisi ab illo, cui interest, cùm sit jus privatum, num. 172.
Judex ex officio punire potest perjurium coram se factum, num. 173.
Perjurans à Deo solùm punitur, & in crimine lesæ Majestatis non incidit, etsi per Principis caput juraverit, num. 174.
Perjurans quot modis puniatur? 175. 177.
Perjurans deponi debet ab officio suo, num. 176.
Statutum minuendo pœnam, videtur recedere à pœna capitis, num. 178.
Ritus R. C. S. compositi fuerunt ab Andrea de Isernia, num. 179. 181.
Perjurans in juramento litis decisorio, punitur, quãdo est in alterius detrimentum, num. 180.
Juramentum de quo in hoc Ritu, præstandum à gabelloto, de quonam intelligatur, & in usu sit receptum? num. 182. 194.
Juramentum præstari potest à Procuratore, & administratore cum libera facultate, & in rem suam constituto, num. 183.
Procurator constitutus ad recolligendum habetur ille, qui ad credentiam constitutus est, atque deputatus, & quare? num, 184.
Juramentum deferri nequit à non habente speciale mandatum, num. 185.
Defensor Municipii æquiparatur tutori, num. 186.
Mandatum habentes à gerentibus rempublicam, procuratori æquiparantur, num. 187.
Administrator civitatis habet liberam administrationem, num. 188.
Administratores civitatum an valeant transigere? num. 189. 191. *& gratiam facere pœnarum? num.* 190.
Administratores universitatum, Prælati, Procuratores, & similes, non possunt compromittere de jure, & de facto, num, 192.
Juramentum æquiparatur pacto, & pactum transactioni, num. 193.
Magistri Rationales judices competentes sunt gabellotorum, sive actores sint, sive rei, quo ad gabellas concernentia, num. 195.
Debitores gabellotorum ab eisdem cõveniri possunt coram Magistris Rationalibus, num. 196.
Magistri Rationales in causis gabellotorũ, tãsi actores, quàm si rei sint, quo ad gabellas concernentia procedunt summariè, nullo ordine servato, num. 197.
In causis forensium, peregrinorum, dohanàrum, & similiũ, proceditur nullo ordine servato, n. 198.
Fiscus, etsi dominus sit, manus tamen suas non extendit ad iniquitates, num. 199.
Magistri Camerarii, & Præsides Provinciarum, de quibus causis fiscalibus cognoscere valeant? num. 200.
Fiscus quando privatum cogi valeat ad tituli ostensionem? num. 291. 204.
Feudatarius, asserens concessionem à Rege, vel à potestatem habente, probando possessionem, & servitii præstationem per longissimum tempus, eximitur à tituli ostensione, num. 202.
Omnia, quæ in Regno sunt, an Regis esse præsumantur? num. 203.
Feudatarius, sive possessor conventus ad tituli ostensionem à fisco, aliquod sufficiens nõ producens, privatur bonis, num. 205.
Directus ubi solvendi sint, in loco scilicet contractus, an verò traditionis, attentis litteris Regis Roberti? num. 206. 211.
Littera Regis Roberti, quo ad locum directus solutionis contractus scilicet, vel traditionis, num. 207.
Facti causa potiùs querenda est, quàm factum ipsũ, num. 208.
Legis mens potiùs amplectenda est, quàm ipsa lex, num. 209.
Effectum magis, quàm verba sequi debemus, num. 210.
Directus, & dohanarum jura, attentis litteris Regis Roberti corrigentis Ritus, solvenda sunt in loco contractationis, etsi tradita merces haud sint, num. 212.
Jus fundici de mercibus contractis extra Regnum, in Regno traditis, in loco traditionis solvitur, unà cum omnibus aliis juribus dohanarum, num. 213
Jus fundici, & dohanarum, de mercibus vendendis, & emendis, conventione facta Neapoli, existentibus tamen extra Regnum, Neapoli traditis, hic solvitur, cum declarationibus, nu. 214.
Extraneus portans merces Neapolim, sive conventio facta sit Neapoli, sive nõ, solvere debet jus fundici, & dohana, num. 215.

Digitized by Google

Neapolitanus si emat extra Regnum, & convent io facta fuit Neapoli, vel non, non solvit jura dohana, sed solùm fundici, num. 216. sed qu id attentis litteris Regis Roberti? num. 217. Concordantur Ritus, & littera predicta, num. 218.

Gabelloto temporis solutionis, & traditionis, jura fundici, & dohana acquirantur, non ante venditionis, num. 219.

Jus fundici acquiritur terra fundicum habenti, in qua facta est traditio, licèt in alia venditio fuerit confecta, num. 220. secus si traditio conveniatur fieri in terra fundicum non habente: quia debetur jus predictum fundico venditionis, num. 221.

Neapolitanus emens extra Regnum, cum pacto de tradendo Neapoli ad riscum, & periculum vēditoris, solvet omnia jura dohana, & fundici, num. 222.

SED in Civitate Neapolitana statutum est, cujus temporis memoria non est in-
1 contrarium, quod ille, qui emit merces in dohana, & solvit dirictum, si postea secundò vendit, non solvit ulterius, ut patet in mercatoribus, qui emunt pannos in dohana, & sol-
2 vunt jus debitum, postea vendendo in apotecis suis non solvunt ultra; quod benè procedit tam de jure, quàm de *ritu* cùm tanto tempore possit præscribi etiam contra fiscum, *ut in constitutione quadragenali*, & etiam apparet in *ritu 4. in fine infra hac eadem rubrica*, ubi dicitur, quod in his omnibus spectatur cōsuetudo, scilicet ubi, quando, quoties, & quid solutum est in talibus, quæ si non apparent recurre ad præmissa, & ad jus commune.

3 Et sic ex hoc *ritu* habes, quod dicendo; vendo dohanam, videtur vendidisse alia membra dohanæ, quæ sub dohana continentur, & sic clausula generalis comprehendit ea, quæ sunt similia expressa ad idem, *de procuratoribus*
4 *clement. non potest, de rescriptis cap. sedes*, & ex hoc apparet quod, si testator instituit aliquem extraneum in omnibus bonis, non veniunt jura civilia, quæ in feudo habebat: quia si institutus est extraneus, non potest in tali jure succedere, præsuppositio quod decimæ erant con-
5 cessæ testatori, & suis heredibus: nam hoc casu nomine hęredum intelliguntur soli filii, *ad Trebell. l. ex facto, in fin. & in 10. collat. de alien.*
6 *feud. in §. si clientulus*, & sic cum universitate transeunt quædam, quæ sunt ejusdem juris cum expressis; ita quod cum hæreditate transit
7 jus patronatus, & non jus decimarum; ut si dicat: vendo tibi, vel dono villam, cum omnibus juribus suis, non transeunt spiritualia scilicet decimæ, cùm non sint jura temporaliū, & maximè cùm facta sit laico: quia non est capax spiritualium; tamen si in clericum facta esset, videtur idem dicendum per rationem nunc dictam: quia spiritualia non sunt jura
8 temporalium; secus in jure patronatus: quia non est merè spirituale, sed partim spirituale, partim temporale, & ideo non merè spirituale; secus in jure merè spirituali, ut sunt decimæ:
9 tale enim jus in nullo communicat temporalibus, de quo plenè per *Innoc. & D. Cardinal. Florent. in cap. ex litteris, de jure patronat.* & hęc faciūt ad ea, quæ plenè habentur in 10. *collat. in tit. de Capitaneo, qui cur. vend.* maximè per
10 *Bald.* in quo *cap.* dicitur, quod, si Capitaneus cuidam militi in curti sua beneficium dedit, postea vendit curtim simpliciter, non habita mentione de beneficio, an beneficium cedat in venditione? respondet quod non, nisi de eo nominatim actum sit: quia vendita universitate, non videntur vendita ea, quæ priùs aliis sunt concessa, & ab ipso universitatis corpore separata; & hoc nisi tota curtis, vel major pars esset alteri infeudata: quia tunc debet venditio exinaniri, arg. *ff. de fund. instruct. l. fundus, qui locum, & ff. de contrahen. empt. l. domum.* &
11 natura omnium collectivorum, & universalium est, omnia includere, quæ non inveniuntur exclusa, *ff. de pet. hæredit. l. & non tantùm*, &
12 dicit *Bald.* ibi; Nos aliter dicimus, quod bonorum possessio non includit jura directa, quæ non competierunt defuncto, licèt ipsa successio, quæ est jus hæredis, & licèt non fuerit in bonis defuncti, sic, de quo per *Bald.* in *allegato cap. 1. de Capitaneo, qui cur. vend.* multæ quęstio-
13 nes agitantur naturales circa hoc, & ideo circa istam materiam an videantur vendita alia jura, & pertinentia in generali venditione? ipsæ allegat pro, & contra, & dicit, quod quædam sunt, quæ consueverunt vendi, & ista includuntur in venditione generali: non enim debet res diverso jure censeri; quædam verò sunt, quæ non consueverunt vendi, tamen cū universitate transferuntur ex potestate, quam habet venditor jure proprio, *ff. de contrahen. empt. l. in medicis*; quædam sunt, in quibus oportet, quod venditor habeat licentiam à superiori domino, ut in feudo, ut in dicto *cap. 1.* & ista non includuntur, quantùm ad alienationis effectum, ut *in dicto cap. 1.* tamen si venditor fuit sciens, tenetur emptori quanto minori esset empturus, *ut ff. de act. empt. l. Iulianus.*

Et aliæ quæstiones, quas ponit *Bald. in allegat. cap. 1. de Capitaneo, qui cur. vend.* quotidie veniunt in Summaria contra privilegia, & concessiones Regum.

14 In *præambulis* dixi super *hoc Rit.* 1. & etiam aliam quæstionem notabilem de immunitate concessa, si postea mutatur illa gabella, seu collecta in aliud opus, de quo per *Bald. in decima collat. in tit. de pace juramen. firman. in §. judices.*

15 Sed nunc revertor ad prædictum *Ritum*, & ad

Digitized by Google

ad *Rit. primum de jure dohanæ*, ubi dicitur *sub juribus portus, & falanga, &c.* in quo est vidēdum, quid importet nomen portus? & quid veniat sub dictione portus? de quo *D. And. de Isern. in tit. quæ sint regalia super verb.*
16 *portus*, dicit: *portus, idest redditus, & vectigal portus, hoc est reditus, qui proveniunt ex his, quæ in portu, vel ex portu vehuntur, hæc sunt regalia publica stricto modo, idest in patrimonio Regis, vel Cæsaris, vel Civitatis, quando sunt civitatis, ut in l. inter publica, ff. de verbor. signific. cū Civitates, & Imperia habent istæ ex privilegio aliàs sunt Imperatoris, quia inter regalia, &c.* in Regno Siciliæ sunt Regis, sicut dictum est de molendinis per eundem *D. Andream ibidem*, & habent plerunque domini terrarum molēdina, & alia ædificia, pro quibus sunt edita interdicta, toto *tit. ff. de fluminibus, & ff. ne quid in flumine publico*, sic enim dicit de ripaticis *in verb. ripatica, in titulo quæ sint regalia*, idest proventus, & redditus, ex ipsis provenientes,
17 ripæ enim, & earum usus est publicus, sicut, & mare, & non intelligitur de publico in patrimonio fisci, vel civitatis, ut *dicta l. inter publica*, sed in communi populi usu, ut sint inalienabilia, sicut dictum est in similibus: patet enim in *l. riparum*, *ff. de rerum divisione*, &
18 tunc dices regalia, quantū ad protectionem Principis: quia non alienantur, sed per consuetudinem, vel potiùs abusum, Principes, & Reges usurpant, & habent sicut demania, & imponunt pedagia ripis, & littoribus, & faciunt inde gabellas; & isto modo videtur loqui *dictum capit. quæ sint regalia* cùm dicit de istis ripaticis: *ripa enim est eiusdem iuris, quo flumina, & mare*; & ideo *in titulo de fluminibus, & titulo ne quid in flumine publico, ripaue ejus*, &c. jungitur ripa cum flumine, cujus ripa est.
19 Item quæritur, utrum in generali donatione alicujus castri, vel loci, quam facit Princeps in aliquem transfetatur merum Imperium? & *D. Oldrad.* ponit diversas allegationes pro, &
20 contra, & determinat quod sic: quia beneficiū Principis debet latissimè interpretari. Itē quia merum, & mistum Imperium videtur adhærere administrationi, quam quis ratione territorii habet, ut C. *ubi, & apud quem in integr. restitutio, l. fin. & de fund. partin, l. quicunque, &* utpote adhærens, fuit cohærens, *ff. de act. empt. l. creditor, §. ultimo, & de leg. 3. l. prædiis, §. balneas, & §. qui domum, & §. fin. de fund. instruct. l. Seia, §.*
21 *tyranne, & in alleg. cap. 1.* ad similitudinem, quæ debetur à re, vel debetur rei, quæ ipsam rem comitatur, quocunque alienetur, ut *ff. de servit urban l. viam constitui, §. quicunque*, & C. *de usufruct. l. si alia, §. 1*
22 Et Princeps in concedendo Castrum, vel territorium videtur concedere quandam universitatem prædiorum inter fines positorum, ut *ff. de verborum signif. l. pupillus, §. territorium*;
23 cùm autem conceditur universitas, omnia, etiam incorporalia veniunt, ut *ff. de verb. signi-*
24 *fic. l. Princeps*, & ideo dicit *Innoc.* quod villa, & Castrum sunt quædam nomina universitatē quandam designantia, quæ in se continent jurisdictionem, honorem, districtum, & jus patronatus, *extra de jure patron. cap. ex litteris*, & ibi not. per *Innoc.* unde etiam in specie non transmissibilia cum ista universitate trasmittuntur, & transferuntur, *ff. de contrah. empt. l. in modicis, & de acquir. rer. domin. l. quædam*, & extr. *de re judic. cap. cùm Bertholdus*; ultimò hoc probatur *per l. 1. §. cùm urbem, de offic. præf. urb. cap. tibi domino, distinct. 63. cap. Constantinus dist. 96. & extr. qui fil. sint legit. cap. per venerabilem*, & in hac opinione fuit *Hostiens. in summa de jure patronatus, & in summa de offic. & potest. jud. deleg. §. quæ delegari, circa fin.* secundùm *Oldrad. & Bald. in allegato cap. 1.*
25 Item quæritur, an recognoscens se castrum retinere ab aliquo in feudum, videatur recognoscere in territorium, & iurisdictionem territorii? & arguit *Oldrad.*
26 Primò quod sic: quia castrum est territorium quoddam totum inter certos fines positum, ut *ff. de verbor. signific. l. pupillus, §. territorium*: non enim debet hoc totum diverso iure censeri, *ff. de usucap. l. eum, qui ædes*, ne huius totius pars libera, & pars alteri subancillari videatur, *ff. de de judic. l. judicare, circa prin. & l. duobus.*
27 Secundò quia territorium Castri subjacet Castro, *ff. de adopt. l. si pater*, & argumento *ff. de pecul. ejus, qui liber. mer. l. 1.*

Tertiò, quia accessorium sequitur principale, *ff. commodati, l. si ut certo, §. usque adeo, & ff. mandati, l. idemque, §. Papinianus, cum concordantibus*; sed territorium habet se ad Castrum quemadmodum accessorium, quod apparet, quia qui præficitur uni, videtur præfectus, & alteri, *cap. si quis episcoporum 3. quæst. 6.* & territorium Castri, immediatatè est ipsi Castro conjunctum, nec in medio est aliquid, quod eorum unitatem impediat: totum enim eidem domino servit, *ff. de servit. rust. prædior. l. qui sella §. ultimo*; sic ergo recognito principali, ut Castro connexū, ut territorium recognitū etiā videtur, *ff. de act. empt. l. creditor, §. ultimo, & de leg. 3. l. prædiis, §. balneas, cum §. sequenti.*

Quartò hoc idem apparet, quia Imperator cōmisit Urbem Præfecto Urbis, de territorio, quod apparuit, nihil dicens, & cùm lex arguit, quod territorium Præfecto Urbis videtur esse commissum, *ff. de offic. præfect. urb. l. 1. §. invito.*

Quintò videtur casus *ff. si servus vendicetur, l. testatrix. §. 1.*

Sextò, quia omne, quod respicit, vel includit principale, respicit etiam, vel includit omne id, quod dependet ab illo, *Cod. de codi-*
28 *cil. l. 1.* sed jurisdictio in territorio dependet ex jurisdictione in Castro quasi à capite; sic aqua, quæ ex castello ducitur, ex castello dependet, & *ff. de aqu. quotid. & æsti. l. 1. §. ait prætor, & §. qui ex castello.*

Septi-

Septimò:quia jurisdictio Castri,& territorii in se una est incorporalis , & per consequens indiuisibilis *ff.de verbor. obligat.l. Stipulationes non dividuntur,in princ. & ff. de servit. rust.prædior l.una est via*;ergo recognitio Castri, & iurisdictionis concessio,non circa partem est,sed potiùs circa ipsam totam,tam in Castro,quàm in territorio, *ff. quemadmodum servit. amitt.l. stillicidio,§.ultimo*, & *ff.si servitus vendicetur, l. eo loco,§.fin.*

29 Octauò:quia appellatio Castri apta est comprehendere jurisdictionem, *Imola extr. de jur. patr.cap.ex litteris*;ergo,qui effuso sermone Castrum recognoscit , totam jurisdictionem cognouisse uidetur, *Cod.de dot. promiss.l.fin.cùm concordantibus.*

30 Nonò:quia recognitio est actus præscriptionis interruptionem inducens, *Cod.de præscript.* 30.*annor.l.cùm notissimi,§. se , & si quis* , sed
31 actus interruptionem inducens , non solùm afficit id, circa quod interruptionem inducit, sed omne,quod dependet ab illo , ut *Cod. de annal.except.l.fin.*& est casus in *d.§.sed etsi quis* ubi *text.*de conditione loquitur ; sed jurisdictio territorii dependet à Castro,ergo,&c.

Ultimò videtur casus , *ff.de captivis, & postlimi. reversl.postliminium*,ibi; *antequam in præsidia producatur.*

32 In contrarium arguitur scilicet,quod recognoscendo Castrum, nõ propter hoc recognoscat territorium : diversa enim sunt, ex quo sequitur diversitas in substantia, *Cod.de codicill. l.si idem* ; ergo facta mentione de uno in recognitione , non propter hoc intelligitur facta mentio de altero, quod nominatum non est, *ff. de leg.*3.*l.Lucius,§.collegio* , & argumento *ff.de verbor.obligat.l.quicquid astringendæ.*

33 Secundò in expressione vocabulorũ attẽdẽdus est usus,& consuetudo loquendi,*ff.de legat.* 3.*l.nummis* 73.*& ff.de verbor.significat. l.anniculus,& l.si ita,cum concordantibus , & extr.de*
34 *sponsl.cap.ex litteris*;sed sic est,quod in communi usu loquẽdi, Castrum appellatur,quod muro cingitur , territorium verò quod extra est, ergo sub mentione unius non venit alterum , *ff.de verb.sign.l.2.& l.ut Alphenus.*

35 Tertiò sic se habet territoriũ Castri ad Castrum, sicut diocæsis ad civitatem ; sed sic est quod sub appellatione civitatis non continetur diocæsis in actibus passivè odiosis , & restringendis, ut in rescriptis ad lites , & beneficia *extr.de rescript.cap.Lodulphus* , & extra *de prebendis cap.quanvis,§. quanquam , lib. 6.*

36 Quartò:quia in actibus denotantibus translationem videlicet de uno in alterum, accessorium non omnino principali cohæret ; sed quando est divisibile, translato principali, in translationem nõ venit,C.*de contrahend.empt.*
37 *l.quoties*, & *de pecun.legat.l.antepenult.*sed territorium Castri ad Castrum,nedum est divisibile,sed divisum pariete medio, ut*ff.communia prædior.l.si quis duas*,§.1. & *ff. de leg.*1.*l.quì in rerum*,§.*si quis potest*, & unum ab altero loco, & qualitate secernitur , *C.de prædiis min.l.prædium*,ergo,&c.de quo in *d.cap.*1.

38 Quintò quomodo dicitur unum sub altero contineri,cùm de eorum quolibet à jure communi,ut de diversis, diversa jura reddantur? *C. si curial.relicta civitate, &c. l.*1.*lib.*10. & 21. *quæst.*1.*cap.clericus*,cum ibi notatis.

Sextò videtur expræssum 63.*distinct.cap.Ludovicus*,& ibi tangitur ista quæstio ; pro hoc facit etiam *textus C.de bon.vac.lib.*10.*l.si quãdo* , ubi adjacentia rei donatæ non ceduntin donationem,vel venditionem , nisi dictum sit integro statu,vel cum omni jure,&c. ut ibi di-
39 citur,licèt ibidem inveniat *gloss.* contrarium; pro hoc etiam facit,qui vendit prædium , & excipit fontem, non censetur excipere solum quod est circa fontem,nisi expresse dicatur, *ff.*
40 *de servit.rustic.prædior.l.qui duo* 30.& sub appellatione fluminis, non continetur ripa fluminis *ff.de flumin.l.*1.§. *in flumine* , & hanc partem credit *Bald.* validioribus rationibus
41 muniri,nisi observantia,vel communis modus loquendi,vel actus aliquis exterior interpretationem aliam induxisset; adde quod dicit, *Ja: And.in cap.si civitas,de sentent.excomun. lib.6.*
42 *in novell.*quod,si conceditur privilegium, vel immunitas civitati,non includit Castra , & si Castra non includit,non includit villas in illis existentes;idem dicas , si concessum est personis in loco,*Cod.de testam.l.fin.* & vide *Bald in C.de Sacr.San.Eccles.l.illud,in princ.*& dicit idẽ *Bald.*quod in villis dicitur,est idem de diocesi civitatis,in qua subest , *in l. nulli Cod.de episc. & cler.*

43 Tamen in *quæst. D.Oldrad.* prædicta dicas secundùm *Bald.*quod,si eodem titulo possidebatur Castrum, & territorium , utroque videtur esse recognitum,per rationes pro hac parte adductas;si autem diverso titulo, vel non cõstet de titulo possessionis , vel ejus à quo recognitio fit,tunc prævalerent allegationes factæ pro parte contraria,*arg.ff.de bon. poß. l. sed cùm patrono*,& facit , quod notatur *extra de restit.*
44 *spoliat.cap.cùm ad sedem*; & considera secundùm *Bald.* quod quædam se habent sicut partes in toto,ut duo in decem,& tunc dispositio totius includit omnes partes suas,*ff.de pact.l. si unus,§.cum decem,C.de furtis,l.post decisionem*; quædam se habent sicut pars circa totum , ut alluvio ad fundũ,& idem nisi sint agri limitati,*ff.de acquir.rer.domin.l.in agris*; salvo quod de fundo dictũ est alibi; quædam se habent, ut
45 continens, & cõtentũ,& tunc aut significatio continentis sumitur ex contento , aut de per se ; primo casu continet contentum nomine continentis;unde ille, qui præficitur civitati, intelligitur etiam præfectus omnibus civibus: quia significatio civitatis sumitur ex ipsis civibus; secundo casu secus videtur; unde nomine

Digitized by Google

mine sachi non continetur farina, quæ est ibi, nec è contra: quia est separata significatio, *ff.*
46 *de furt. l. qui sachum*; quædam se habent, ut connectens, & connexum, siquidem connexum est mobile, non continetur, nisi actus sit favorabilis, & res mobilis sit ei perpetuò destinata, vel nisi verborum significatio comprehendat ipsam rem mobilem, vel nisi reputetur pars rei immobilis, *ff. de pignor. l. debitor. & l. quemadmodum, Cod. de agric. & censit. lib.* 11. porro immobile connexum semper continetur, *ff. de act. empt. l. granaria* 19. Quædam se habent ut principale, & accessorium, & tunc accedit de necessitate, & continetur, *ff. locati, l. sed, & ades,*
47 *§. si quis mulierem*, & ideo si ex statuto, vel consuetudine territorium est assignatum, vel deputatum Castro, tunc quidem tale statutũ, vel consuetudo legem imponit, quæ necessitatem inducit, quod recognoscat Castrum, & territorium, ut in *auth. quib. mod. nat. effic. sui, §. si quis igitur ex qualibet*, aut non accedit de necessitate, sed ita demum si exprimatur, & tunc non continetur, nisi ponatur aliquod verbum, ampliativum habens significatum, *l. si quando, Cod. de bon. vacan. lib.* 10. *& ff. de usufr. sed & si quid, §. proprietas, cum ibi notatis.*

48 Item quærit *Oldrad.* de alia quæstione: quidã recognoscit se habere ab Episcopo Utrien. quicquid habebat in civitate utrien. excepta tali domo; quæritur, an valeat recognitio, & an videatur per hoc recognovisse jurisdictionem, quam habet in homines dictæ civitatis? & videtur quod sic: quia verbum *quicquid*, & verbum *omne*, ex universo sumitur, & nihil excipit, *ff. ad Trebell. l. heredas mei, in princ. & l.*
49 *balista*: nam qui omne dicit, nihil excludit, *C. mandati, l. à procuratore*, & *l. fin. ff. de pecul.*
50 *legat.* in contrarium videtur, quod his verbis jurisdictio nõ contineatur, & hoc ex vi exceptionis: nam, cùm excipiat unum corporale, scilicet domum, videtur tacitè declarare, se de bonis corporalibus sensisse, ut *ff. de pecul. leg. l. nã quod liquidè, §. si cui penus*: virtus enĩ exceptionis est duplex scilicet eximendi, seu abstrahendi, & præcedentem dispositionem declarandi, argumento, *ff. de vino leg. l. fin. §. si cui dul-*
51 *cia*, quia præcedentia declarantur per subsequentia, & è contra, *Cod. fam. erciss. l. quoties, & ff. de leg.* 2. *l. legatorum, §. qui plures, ff. de petit. hared. l. unum, & ff. de haredib. instituend. l. qui*
52 *non militat, §. Lucia*; cùm ergo jurisdictio sit res incorporalis, & hoc, quod excipitur sit corporale, satis apertè videtur colligi non intellexisse de jurisdictione; ita quod dicta recognitio sit nulla: patet quia fuit indiscreta per quã jus acquiri nõ potuit Episcopo, vel Episcopatui, *Cod. de jur. & fact. ignor. l. cum falsa, & ff. de probat. l. cùm de indebito, §. fin.* & dicit *Oldrad.*
53 quod hæc ratio non videtur sibi fortis ad solvendum; addit aliam rationem, quia aut ista recognitio inducitur ad feudum pro illo indu-

cendo, seu constituendo, aut ad probandum constitutum; primo casu nihil valet: certus est enim modus constituendi feudum, puta per investituram, *titul. qualiter feud. acquir.* non autem fit per simplicẽ recognitionem, *Cod. de liber. causa, l. liberos, & l. parentes, & l. interrogatum*, & hæc fuit opinio Goffredi, *in littera sua supra de pactis, l. traditionibus*; secundo casu similiter nihil valet, nec aliquod affert præjudiciũ, argumento *ff. de confess. l. certã, in princ.*
54 primo non haberet causam, quæ est necessaria, ut aliquod robur habeat, quod probatum est per allegatas leges, & est casus (*Cod. de apoc. publ. l.* 1. *lib.* 10. quibus rationibus potest dici, recognitionem prædictam non tribuere jus predicto Episcopo in recognitione dicti recognoscentis.

55 Et si dicatur, quod hic non requiritur traditio, quia saltim jure donationis debet valere, cùm præsumatur facta ex certa sciẽtia *argumẽto ff. de oper. liberi. l. campanus, & ff. si quis caut. l. fin. &*
56 *si quis §. fin.* quia ista est donatio ficta, & sic nõ transfert dominium sine traditione, *Bart. ff.*
57 *acquir. poss. l. si in rem aliquam*; nec obstat, quod retentio ususfructus habeatur pro traditione, *Cod. de donatione l. si quis*: nam ibi constabat verè, & expresse donatio, hic nõ; sed cõtra hoc facit: nam ad quid forent renovationes, & recognitiones, ut notatur *in C. de sacro, Sanct. eccles.*
58 *authent. si quis rem*, si nihil operarentur? quia actus debent fieri sic, ut de jure valeant, *l. hu-*
59 *jusmodi, in prin. ff. de leg.* 1. item satis causa est ipsum dominium; quia recognoscit eum in dominum, *ff. de int. act. l.* 1. item recognoscit possessiones; ergo non potest referre dominii quæstionem, *Cod. de agr. & censit. lib.* 11. *l. si coloni, & l. litibus, & de consuet. rer. feudal. in princ.*
60 nec est verum, quod ista verba universalia sint ita incerta, quod debeant vitiare, ut *dicta l. nã quod liquide, §. fin. de penu legat. ff. de verb. significat. l. rei appellatione*, & Cod. *de pactis l. fin. ff. mandati l. si tibi mandavero, §. is, cujus bona, &* Cod. *de Sacros. Eccles. l. privilegia*; & sic distingue, aut dixit: recognosce quicquid possideo, & tunc non includitur jurisdictio: quia esset trahere verba ad improprium significatum, *ff. de acquir. rer. domin. l. proprius, §. incorporales*; aut dixit quicquid habeo, & tunc includitur
61 jurisdictio de significatu verborum. Sed restat dubium an transeat in feudum, cùm nulla interveniat investitura vera, vel interpretativa; quia, cùm Episcopus non habeat pares, non potest eam tradere, vel quasi: quia si constaret de jure Episcopatus, intelligeretur, quod interpretativa traditio interveniisset, ut *ff. de rei vendic. l. quod eam mulier*; super hoc videtur, quod, si Episcopus habuit pares, & recognitio fuit facta coram paribus, vel per breve taxatum à paribus confirmatum, dicta recognitio valet tanquam solemnis; item si non habuit pares, vel in recognitione fiat mentio de aliis

juri-

Digitized by Google

juribus investituræ, ut *in cap. 1. de consuet. ver. feu.* sed certè investituræ Prælatorum non requirunt pares, ut *si de investitura inter dominum, & vasalium lis oriatur, Cap. in clericorum*; unde sufficit scriptura roborata testibus bonæ opinionis, ... , ... , ... , ... , ... in præjudicium ecclesiæ non valeret, *Cod. de Sacros. Eccles. l. jubemus, nulli §. sane, ne omnis, in fine*, sed benè valeret in præjudicium recognoscentis, argumento *Cod. de fid. instrument. l. plures apoca.*

62 Item formatur etiam alia quæstio à *D. Oldrad.* Comes concessit militi in feudum castellaniam, cum quarta omnium subventionum; quæritur, cùm quidam debebant amittere bona, quia offenderant Comitem, an Castellanus de illis bonis debeat habere quartam? & videtur, quod sic: nam socius socio communicat, etiã quæ delictum consequitur, *ff. pro socio, l. si*
63 *quis societatem*; sed isti sunt socii, ergo, &c. item verba generalia sic suadent: quia nomen obventionum est generalissimum, *ff. de condit.*
64 *indeb. l. si urbana*; in contrarium videtur Id, quod alicui in vindictam, & propriam injuriam debetur, non confertur alteri, *ff. de collat. bonor. l. cùm emancipati, §. emancipatus filius, ff. de petit. hared. l. at ubi. ff. de edil. edict. l. bona, §. si quis servo, cum concord.* & habeat dominus saltim pro ultione, ut *in tit. quæ fuit prima cau-*
65 *sa benef amitt. §. pen.* non obstante illa *lege pro socio*: quia speciale est in societate omniũ bonorum, quod omnia veniant communicanda, secũdùm *Oltradũ*: habet enim societas univer-
66 salis quasdam prærogativas videlicet, quod dominium transit sine traditione, *l. 1. ff. de usu-*
67 *cap.* sed si pœnæ descenderent ex delictis non in ipsum Comitem commissis, sed inter alios, tales venirent pœnæ communicandæ, juxta portiones assignatas, *ff. de act. empt. l. creditor, in princ.* & *ff. de jurisd. omn. jud. l. extra territoriũ, ff. de minor. l. 3. §. si quid filio*, & *ff. solut. matrim. l. si verò, §. item quicquid, ff. ad Trebell. l. debito, §. fin.*
68 *ff. de dote præl. l. cùm quis*: quia verba generalia generaliter sunt intelligenda, & prout ratio dictat, & non abusivè, *ff. de servitut. l. si cui, ff. de pign. l. oblatione generali, & ff. mandati, l. creditor, §. Lucius Lucii.*

69 Item format aliam quæstionem: si vendo omnes possessiones, quas habeo in Castro, an videar vendere jurisdictionem? & dicit, quod non, si habeo jurisdictionem nomine proprio; sed si ratione possessionum, tunc venit in pos-
sessionibus, *ff. de acquir. rerũ domin. l. ergo*, & sic
70 si habeo jurisdictionem vi territorii, vendito territorio, venit jurisdictio, sed si habeo vi alterius privilegii, non venit ipsum dominium.

71 Item formatur alia quæstio a dicto Domino *Oltrado*: miles, qui feudum liberum, & francum tenebat à Barone, requisitus fuit ab eo, ut iret cum eo ad exercitum; an teneatur ire, & cum ejus sumptibus, vel Baro posset ab eo exigere subsidium pecuniarium? dicit *Oldrad.* quod virtus istius dictionis *francum* secundùm vulgarem interpretationem, ad quam recurri debet, ut *ff. de verb. significat. l. armorum*, intelli-
72 gitur hoc liberum, & indiffinitè prolatum cũ omni libertate, & omni servitute absolutum, argumento *ff. commun. præd. l. si quis duas*, & *ibi*
73 *not.* patet, quod illi nullum onus potest imponi, nisi id, de quo in ipsa feudi concessione expressum fuit, ut *ff. de verb. obligat. l. quicquid*
74 *astringenda*; sic nec à liberto opera exiguntur, nisi quæ implicitè, vel explicitè in manumissione, vel statim post impositæ sunt, ut *ff. de oper. liber. l. jus jurandi, & l. ultima, de liber. caus.* considera igitur, quod ne datio ipsius feudi repugnantiam, ac per hoc vitiũ militantis cõtineat *ff. de regulis jur. l. ubi repugnantia, & ff. de*
75 *verbor. obligat. l. si Titius*, dicendum est, hunc vasallum teneri ad ea, quæ in sacramento fidelitatis continentur, ut *de nova forma fideli-*
76 *tatis, cap. 1.* inter hæc autem non est aliquem exercitum sequi, & si teneatur sequi, dicetur
77 hoc facere expensis Baronis, ne duplici onere gravetur, *ff de annuis legatis l. Mævia §. fin. & 24. quæst. prima cap. præbenda, & ff. solut. matrimon. l. si cùm dotem, de leg. 2. l. Titia §. qui invita filia, de dote ff. ad l. rodiam de jactu, l. navis §. 1.*
78 item non potest Baro sibi jus dicere imponendo talias, vel taxationem: quia, etsi ad hoc tenetur vasallus, hoc non pertinet ad cognitionem domini, ut *extr. de judiciis, cap caterum, & Cod. ne quis in sua causa, l. 1.* & *text.* dicit: *quod interest per subtilitatem judicis inquirendum, C. de sent. que pro, eo quod interest, l. 1. circa med.*
79 secundùm *Oldr.* ex his apparet, quod francum, idem est dicere, quod sui juris, præter ea, quæ in juramento feudi continentur; de hoc per *Cin. ff. de rer. divis, l. sacramenta*, & facit, *l. ultima Cod. de bon. liber.* est, & quoddam Castrum, quod vocatur Castrum Francum, ut *in l. si quis à*
80 *Barbaris Cod. de re milit. lib. 12.* tamen nomen est proprium, & non significat franchum, si conceditur simpliciter in feudum: quia non est ratio, vel intentio proferentium, sed solùm demonstrare loci corpus cum juribus sibi connexis; secundùm *Bald. in cap. de capitaneo, qui cur. vend.* sed quantùm ad Barones, & vasallos, & subfeudatarios hujus Regni Siciliæ expeditum est, per constitutiones Regni, & capitula, ut *in constitutione, quamplurimum lib. 3.* & in *cap. Comites Barones, & subfeudatarii.* Regis Caroli II.

RITVS

Digitized by Google

RITVS II.

ET ſi in uno loco fiat venditio, & in alio loco,& tempore fiat traditio mercium, & in alio, vel aliis locis fiat ſolutio ,B, pretii ; jus dohanæ acquiritur illi gabelloto,in cujus dohana, ſeu loco, ubi eſt dohana, fit traditio merciũ; & inſpicitur locus, & tempus traditionis rei venditæ: quia dominium tunc acquiritur , & ſic ſervatum eſt; quanvis videantur vendi merces, quando convenitur de vẽdendo: quia emptio conſenſu perficitur: nam,ſi merces Neapoli erunt, & contractus venditionis fieret Romæ; Neapoli, ubi ſunt merces, & traduntur, ſolvitur jus dohanæ; alioquin ſi ſpectaretur locus,& tẽpus contractus, nil acquireretur Curiæ Regni Sicilię,in cujus territorio ſunt merces venditæ,& ubi traduntur,quod eſſet abſurdum:& ſufficit dare inſtantiam, unde abſurditas reſultet. *

* *Cauſ. quæſt. cap. ſicut urgeri.*

,B, Ad materiam, & declarationem hujus ritus, eiuſque obſervantiam vide ſingulariſſimas litteras Cameræ expeditas *ſub* 24. *Junii* 1466. *in* Regeſto Curiæ 6. *fol.* 17. & in diverſoria noſtro *fol.* 5.& vide *Bald.in l.* 1. *ſod.de nundin.ubi late,& ſubtiliter.*

81 *Dare inſtãtiã,&c.* ſcilicet ponere casũ,& factũ;quib.exiſtentibus reſultet abſurditas,ut in caſu præmiſſo: quia ſi,attẽderetur locus cõtractusRomæ facti,& merces eſsẽt Neap.& Neap. traderentur,perderet Curia jus ſuum,quod eſſet abſurdum: quia ratione mercium traditionis acquiritur dirictus, quod non eßet in hoc caſu;& ideo bene dicitur, quod ſequeretur abſurditas, & hoc eſt,quod dicit *ſufficit dare inſtantiam, &c.* hoc etiam videtur probari per *D.And. de Iſer.in conſtitut.ut de ſucceſſionibus, poſt principiũ*,ubi de iſta inſtantia dicit, quod, ſi hoc dicatur,ſcilicet,ut non videatur concedens cogitaſſe propter commune votum, hoc argumentum concluderet etiam ad feudum antiquum, in quo tamen certum eſt, parentes ſuccedere,& ſic ſufficit dare inſtantiam, ideſt ponere caſum, ubi ratio non concluderet neceſſariò, & non eſſet generalis; pro hoc facit quod habetur *cauſa* 1.*quæſt.* 1. *cap. ſicut urgeri*, ubi *gloſ.*etiam dicit,quod ſufficit dare inſtantiam jungendo *Gloſ.dicti capituli, cum litteræ illius capituli.*

RITVS III.

ITem è contra, ſi conveniat Neapoli vendi merces, quæ ſunt Romæ,& ibi Romæ fit traditio;jura ergo, quæ loquuntur attendi locum contractus, aut ſolutionis pretii,non hic, ſed in ſuis tractatibus loquuntur, & habent locum, præmiſſa ratione:quia traditio perficit, ut dominium tranſeat antequam poſſet pœnitere vendens,quantum ad hoc, ut dominium in primum emptorem non tranſeat, ſi non ſit ſibi priùs tradita: Ritus dicit ſolvi hoc jus ab ẽptore,& non dicitur emiſſe, niſi cum effectu , ut ſit dominus emptor:nam,ſi alii poſtea vendatur,& tradatur,prior emptor non dicitur , in cujus perſona non dum perfecta eſt emptio, ſed in alia ; & ſi conveniſſet de tradendis mercibus in uno loco, & poſtea tradẽtur in alio, poterunt pœnitenere re integra, ut alibi traderentur,ante, ſcilicet,quàm merces tradantur

Digitized by Google

ubi convenitur primò; solvitur enim ipsum jus ubi traduntur: quia ex hoc pacto, ut tradas in tali loco, si ibi non tradis, non erit aliquod jus quæsitum antequam effectualiter impleatur promissio, & traditio, & ibi fiat, ubi convenitur.

82 Et sic habes ex supradictis *Ritibus*, quod nō attenditur locus solutionis, & contractus, sed
83 traditionis; sed secundùm jus commune dicitur contraxisse unusquisque in eo loco, in quo ut solveret, se obligavit, & sic attenditur locus solutionis, ubi videtur contraxisse *l. contraxisse ff. de act. & obl.* & ibi potest conveniri; & di-
84 cas secundùm *Bart. & Dyn.* ibi, quod verba
85 contractus interpretantur secundùm consuetudinem, & statuta loci, ubi celebratur, *l. si fundus, ff. de evictionibus*, secundùm *Bart.* ibidem, qui se remittit ad repetitionem suam *in l. omnes populos, C. de sum. Trinit.* sic ergo cùm hic
86 *Ritus* (qui dicitur statutum loci) interpretetur, quod talis contractus intelligatur secundùm tempus traditionis, ipsi *Ritui* standum est, ut intelligatur contractus tunc perfectus, quando fit traditio, maxime cùm in hoc *Ritu*
87 dicatur, quod solvitur hoc jus ab emptore, & ante traditionem non efficitur emptor dominus irrevocabiliter; cùm posset aliis vendi, & tradi, & efficeretur verus dominus; pro primo
88 facit *l. ab emptione ff. de pact.* pro secundo facit *l. quoties, Cod. de rei vend.* ubi, si duobus insolidum vendatur prædium, ille efficitur dominus, cui priùs traditum est. Et quod infra di-
89 citur in *Ritu*, quod vendens potest pœnitere antequam tradat, dic ut in *d. l. ab emptione*. Et quod dicitur, quod traditione rei venditæ
90 acquiritur dominium, dicas, quod non aliter emptori acquiritur, nisi venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti expromissione, aut pignore dato; & si is, qui vendidit, fidem emptoris sequutus est, dicendum est, statim rem emptoris fieri, de quo plenè *in-*
91 *stit. de rerum divis. §. vendita, & sequent.* & ibi etiam habes, quando sine traditione acquiratur dominium, de quo plenè *in l. traditionibus*,
92 *C. de pactis*; & quod dicitur, quod emptio solo consensu perficitur, dicas etiam, quod pretium constitui debet: nam nulla emptio sine pretio
93 esse potest, *instit. de empt. & vend. §. pretium*, aut conventio pretii cùm sine scriptis fuerit emptio; si autem cum scriptura, tunc oportet, quod perficiatur tota scriptura, *l. 2. §. sine pretio*,
94 *ff. de empt. & vendit.* & in eo, quod hic in *Ritu* dicitur, quod attenditur locus traditionis, & acquiritur dirictus gabelloto illius loci, ubi fit traditio, dic, hodie aliter servari propter quasdam *litteras bonæ memoriæ Domini Regis Roberti*, quas *infra in fine hujus rubricæ* ponam, & secundùm illas multoties determinavimus in Regia Cameta Summariæ.

95 Sed quia dictum est, quod dominium acquiritur secundo emptori, cui facta est traditio, & sic illi gabelloto debet solvi *jus dohanæ*, cujus tempore fuit facta secunda venditio, & tradi-
96 tio; Circa hoc pono quæstionem; ponamus, quod vendens primò cōstituit se precario nomine emptoris possidere, & postea vendit secundo, & realiter tradit possessionem isti secundo, uter sit potior? *& Joand. And.* format istam quæstionē *in addit. Specul in tit. de empt. & vend. in verb. & pone*, ubi dicit secundùm *Guliel.* priorem emptorem esse potiorem, cùm ei priùs fuerit acquisitum utile dominiū, & sic utilis rei venditio præferenda est directæ; posito, quod diceremus, etiam in secundū emptorem directum dominium fuisse translatum, & plus dicunt quidam, quod prior potuit petere illius rei restitutionem, per *l. ex libris*,
97 *Cod. de acquir. poss.* & prædicta procedunt, cùm primus emptor pretium solverit, vel de illo fidem fecerit; aliàs etiam ex vera traditione non transiret dominium in emptorem, *instit.*
98 *de rer. divis. §. vendite*, cum ibi notatis; ergo ex his, juncto *Ritu*, possumus dicere, quod hoc casu acquiratur jus dohanæ illi gabelloto, quī fuit tempore primæ venditionis: quia, cùm *Ritus* dicat, quod acquiritur secundo, cui fuit facta traditio, ex eo quia per traditionem effectus fuit dominus; sic ergo attenta ipsa ra-
99 tione, si primus emptor fuerit effectus dominus per illam fictam traditionem, ideſt preca-
100 rii constitutionem, & iste tenetur ad jus dohanæ, & ille gabellotus exigere potest, qui fuit eo tempore, quo facta fuit prima venditio cū precarii constitutione, & hoc videtur verum, tam ex ipsa ratione hujus *Ritus*, quàm ex eo,
101 quod *infra in sequenti Ritu* dicitur, quod scilicet, recurrendum est ad jus commune quādo non apparet expressum in *Ritu*, & hoc nisi in quantum contradiceret *prædictis litteris domini Regis Roberti*, quæ in suo casu teneri debent, & non extendi.

Et sic habes ex hoc *Ritu*, & *sequenti*, quod ubi non invenitur determinatum per istos *Ri-*
102 *tus*, recurrendum est ad jus commune; quod est regulare in omnibus statutis, & consuetudinibus: quia, cùm sint stricti juris, non extenduntur, *l. constitutionib. ff. ad municip.* quod etiam ibi tenet *Bart.* & de eo etiam, quod dicitur in hoc *Ritu*, quod potest pœnitere emptor re integra; dic, ut plenè dicam in *Ritu hujus rubricæ*, qui incipit *item cùm plures res venduntur*.

RITUS

Digitized by Google

RITVS IV.

ITem, si fiet traditio in uno loco, licèt convenerit, ut venditor sub suo periculo portet merces ad alium locum, vel alio tempore tradantur; hoc jus acquiritur ubi, & quando traditio facta est: nam hæc conventio, ut portes mihi merces tuo periculo ad talem locum, non immutat, quin dominium sit trãslatum per traditionem; * & tradidisse videtur etiansi ponderat, mensurat, vel signat merces, nisi esset vinum, & similia, in quibus exigitur degustatio; in omnibus tamen his spectatur consuetudo, scilicet, ubi, quando, quoties, & quid solitum est in talibus, quæ si non appareãt, recurre ad præmissa, & ad jus commune.

* pro quo est argumẽum, *inst. de empti. & vendit. quod ß gerit.*

103 Sed de hoc videas *litteras bonæ memoriæ Domini Regis Roberti*, an attendatur locus contractus, an verò traditionis? quas *litteras* ponam *in fine rubricæ*, ut dixi. De eo autem, quod dicitur, qualiter fiat traditio vini, & mercium, dic ut *in l. 1. ff. de peric. & comm. rei* 104 *venditæ*, ubi loquitur de degustatione, & signatione, & quid operetur gustatio, & signatio? dicas plenè, ut *in d. l. 1.*

RITVS V.

ITem, cũ plures res venduntur, & una traditur, ç, pro illa solvitur jus dohanæ, ubi tradita est, si aliæ alibi tradantur, ibi pro eis solvetur: nam non sufficit unam tradere, ut omnes videantur traditæ, nisi essent individuę, seu accessorię, seu dependentes. In Apulea solvitur jus dohanæ utrobique; & si in multis locis solvat particulariter pretium, in omnibus illis locis exigunt jus Dohanæ: exigitur enim traditio mercis, ut tunc acquiratur hoc jus; nec sufficeret dari arrhas: quia datio arrharum est contractus per se venditioni antecedens; unde, si pœniteat emptorẽ, perdat arrhas; vel venditorem, & eas reddat duplicatas. Non solvetur diri-ctus Curiæ illi gabelloto, sub cujus tempore venditio facta fuit, vel arrhæ datæ prædictæ, aut redditæ duplicatæ; sed illi, sub cujus tempore traduntur merces, ut dictum est; super quibus pronunciatum fuit sic.

Die 19. Iulii 12. Indictionis Neapoli provisum, & determinatum est per Dominos Magistros Rationales, præsentibus Dohaneriis, & Mercatoribus, quod, quando Mercator Civis Neapolitanus vadit, vel mittit suum Nuncium extra Regnũ, & ipse emit merces de pecunia sua, vel mutuata sibi per quencunque extraneum: quia merces sunt sibi traditæ ibi, & effectus est dominus earum, licèt ille, qui mutuavit sibi pecuniã solutã pro pretio, vel alius portet

tet merces ipſas Neapolim, ad riſicum, & fortunam ſuam pro avantagio, & loherio, proinde forſitan ſibi dato; jus dohanæ de his mercibus ſolvendum nõ eſt, ſed jus Fundici; ſic quanvis etiam conventio de emendo merces extra Regnum de pecunia, ut prædicitur, mutuanda facta fuerit Neapoli; ille etiam, qui portat merces eaſdem ad riſicum, & fortunam ſuam, nõ debet ipſum jus ſolvere: quoniam merces non ſunt ſuæ; ſi verò mercator exterus, vel qui non eſſet Civis Neapolitanus, conventione facta Neapoli, ut emeret merces extra Regnum de ſua pecunia, & eas portaret ad ſuum riſicum, & ſuam fortunam Neapolim, & illas ibi traderet, & aſſignaret Civi Neapolitano, quia merces fuerunt mercatoris extranei, quãdo eas Neapolim tradidit, ipſe ſolvet jus Dohanæ.

,C. Quando inſpiciatur tempus venditionis, aut traditionis vide in ſupra dicto fol. 5. diverſorum noſtro, ubi loquitur de jure fundici.

Declaratio facta per Cameram ſuper iſto Ritu loquente de mittendo ad emendum, & vendendum in diverſorum noſtro, fol. 160.

105 Et ſic ex *hoc in fine* habes, quod jus dohanæ ſolvitur à venditore; cujus contrarium habes *ſupra in hac eadem rubrica in Ritu*, 3. qui incipit *item è contra*, & dohanerii ſervant, quod recipiunt ab utroque, quod videtur contra *Ritum*, & facere non deberent de
106 jure, ex quo expreſsè *Ritus* dicit, quod ab emptore exigitur hoc jus, quod teneri debet ſtrictè in caſibus, in quibus loquitur, ut habetur *infra de jure exitura*, & etiam *in hac rubrica circa principium*. Et poſito, quod ab emptore tantùm exigatur, contradicit *finis præſentis Ritus*, ubi dicitur, quod mercator extraneus
107 ſolvet, & non civis; niſi diceres, quod hic loquitur, quando extraneus vendit civi, ex quo civis non tenetur ſolvere dohanam, remanet
108 ergo, quod extraneus vendens teneatur; Et quod dicunt dohanerii, indigeret diſtinctionem, quando merces venduntur extraneo ab extraneo, tunc ab utroq; ſolveretur jus do-
109 hanæ; ſi verò fiat venditio civi ab extraneo, tunc, quia civis non ſolvet, ſolvet extraneus vẽditor; ſed nihilominus ad hoc pro conſcientia advertatur: quia *Ritus* tantùm loquitur, quod ab emptore ſolvatur; niſi fortè eſſet facta ſolutio à tempore, cujus non extat memoria, ut habetur *infra de jure exituræ*, de quo tempore mihi non conſtat, ſed ſecundùm meum judicium, & videre, modico tempore retro fuit hoc obſervatum, ideſt à tempore Domini Juliani Riccii, qui fuit dohanerius in anno 1452.

110 Verùm pœna impoſita ementi, imponitur & vendenti, ut *in l. 1. C. de cupreſſis, &c. lib. 11. infine*, ubi *Bart.*

111 Nunc venio ad gloſſas, & ad declarationẽ iſtius *Ritus*, in quo dicitur, *cùm plures res venduntur, & una traditur*, dicas, quod aliqui faciunt differentiam inter res particulares, ſeu ſingulares, & inter univerſales, ut in hæreditate, & feudo: quia in primis oportet, quod fiat traditio unius cujuſque rei, ſed in univerſalibus ſufficit, quod una res tradatur, & aſſignetur: quia acquiritur poſſeſſio aliarum rerum etiam non traditarum; ſed *D. And. de Iſer.* non facit differentiam inter ſingulare, & univerſale, quantùm ad poſſeſſionem, ſed quantùm ad dominium, quod benè habetur in aliis
112 rebus, ſed non in poſſeſsione, quæ debet corporaliter apprehendi, de quo plenè per eundẽ *D. And. in titulo quid ſit inveſt. in fine princ. ſuæ*
113 *lecturæ*, & ex hoc arguo, quod ſi in univerſalibus una re tradita, acquiritur dominiũ in aliis
114 non traditis, ergo ſufficit quantùm ad jus directus dohanæ: quia ſecundùm, quod dicitur *ſupra in hac eadem rubica in Ritu* 2. quod acquiritur jus dohanæ per translationẽ dominii, ergo tenetur ad jus dohanæ pro aliis rebus, quarum non fuit data poſſeſsio, in univerſalibus loquendo; hoc videtur etiam ſentire iſte *Ritus*, dum dicit *niſi eſſent individuæ, ſeu acceſſoriæ, ſeu dependentes*, uppote ſi venderetur grex, una beſtia tradita, nomine gregis, de toto grege ſolveretur jus dohanæ; ſic etian, ſi diceretur ſtatuto, vel lege municipali, quod de venditione hæreditatis debeat tantum quis ſolvere, licèt ſemper debeat traditio fieri ſecundùm *Ritum*, ut acquiratur jus fiſco, ſufficit ſi una res tradatur nomine hæreditatis: quia videntur traditæ aliæ quoad acquiſitionem dominii, & ſic de omnibus rebus, & de tota hæreditate teneretur ſolvere jus dohanæ.

115 Item de eo, quod dicit *Ritus in pronunciatione Magiſtrorum Rationalium*, de nuncio miſſo ad merces emendas per Civem Neapoli-

politanum; dic, quod quando constat, quod sit nuncius, tunc non est dubium, quod creditur ei, & procedit *Ritus*; sed si dubitatur, utrum sit nuncius, vel ne, & dic, aut dominus consuevit talem nuncium destinare, & tunc certè crederetur ei, quod sit nuncius, ut *in l. ultima, ff. quod cum eo, & in l. si quis servo, & in l. fugitivus, de solut.* aut non consuevit ad hoc mittere, & tunc non debet quis ei credere sine licentia, seu litteris domini, & qui credit, imputet sibi, *ff. de solut. l. qui hominem, §. si nullo mandato, ff. de eo, per quem factum erit, l. 1. & ff. de furtis l. si quis uxori, §. apud Labeonem*; & hæc possunt reduci ad materiam nostram, qualiter intelligatur, quod mercator miserit nuncium; & ex aliis conjecturis etiam potest comprehendi de nuncio vero: videas *Bart. in l. cum qui ff. commod. vel contra. & Bald. in l. falsus, Cod. de*
116 *furtis*, ubi quæritur utrum factum à nuncio revocato in absentia, & eo ignorante, valeat? & *Gloss.* dicit, quod sic, *ff. de contrah. empt. l. 1. in fin.* Contrarium notatur *in l. 1. §. sed ego, ff. quod jussu, & in clement. 1. de renunciat. & in l. multum C. si quis alteri, vel sibi*, & dic, ut idem *Baldus*, quod, aut est propriè nuncius, & non valet: quia de consensu domini facere debet, & non ad consensum nuncii; tamen, si ex hoc alter læderetur, teneretur revocans actione de dolo, vel injuriarum, & crimine stellionatus, argumento *ff. de dolo, l. parè mihi, §. si servus*; aut est nuncius impropriè, (ut si dico: facio te nuncium meum ad vendendum) qui, facit verba in persona sua, vel impersonaliter loquitur, sicut faciunt nuncii, qui portant merces ad vendendum; tunc talis nuncius consensit, & valet actus, sicut in procuratore; Sed in superiori casu nuncius non consentit; sed refert consensum domini, sicut, & in nostro animato organo, ut cornu, vel tuba si invicem per hunc modum se intelligunt contrahentes, argumento *de supellect. legat. l. Labeo, in fine.*

117 Item ad id, quod dicitur, *quando civis Neapolitanus mittit nuncium*, ut in *Ritu*, quomodo intelligatur nuncius? ponamus quæstionem, quam de facto habuimus in Camera Summariæ, quod Civis Neapolitanus non mittit proprium nuncium, scilicet hominem Neapolitanum, commorantem, seu commoraturū, puta, quia non est familiaris suus, vel esset recessurus, etiam si civis non misisset ipsum; ut etiam habuimus in terminis: Rainaldus Scarcella Civis Neapolitanus mercator fecit sic, dum quidā, Florentinus erat recessurus à Neapoli, & volebat ire Florentiam, hic Rainaldus dixit eidem Florentino: ecce rogo te, ubicum iveris, & fueris Florentiæ, ecce tibi tantam pecuniam; vel vadas ad talem mercatorem Florentiæ, & petas ab eo pecuniam nomine meo; vel quam habet meam, vel mihi mutuet; & recipias pecuniam illam, & nomine meo emas certos pannos, & transmittas ad me Neapolim; & ita Florentinus fecit, ivit Florétiam, recepit pecuniam, emit pannos, & misit ad ipsum Civem Neapolitanum; modò dohana petebat ab ipso cive jus directus dohanæ; civis allegabat ex isto *Ritu*, quod non teneretur, quia panni fuerunt empti per suum nuncium Florentiæ, & nomine suo venerunt Neapolim; & ideo secundùm *Ritum* istum nō deberet solvere; dohanerius, (qui tunc temporis erat dominus Julianus Riccius.) dicebat, quod tenebat solvere: quia *Ritus* non habet locum in hoc casu, sed loquitur quando mittit proprium nuncium, scilicet qui aliàs non erat iturus, & maximè *Ritus* voluit providere in illo casu civibus propriis, propter expensas, quas faciunt in mittendo nuncium; ut sic quia gravantur in uno, releventur in alio; sed cum aliter erat iturus, non facit Civis Neapolitanus illas expensas, & sic non debet illo beneficio gaudere; quid ergo erit de jure? & inter nos omnes officiales dictæ Regiæ Camere Summariæ fuit valde per plures dies disputatum, & allegatum, pro utraque parte, partibus præsentibus, & tandem determinatum fuit, dictum Civem Neapolitanum gaudere dicto privilegio, & beneficio *Ritus*, & non teneri ad directum dohanæ; Sed videamus an hoc de jure substineri possit? & videtur quod sic; *Ritus* loquitur de nuncio; quod si non facio nuncium, sed procuratorem, erit ne differentia quantùm ad hoc, scilicet quantum ad effectum hujus *Ritus*? & certè
118 non, cùm idem sit effectus: nec curamus de nomine, licèt quo ad quid sit differentia, ut in concipiendo verba, & alia, quæ habentur in *l. multum, C. si quis alteri, vel sibi*; tamen quantùm ad effectum, non differet, ut *in cap. petitio,*
119 *extra de procurator.* & hæc est vera intentio hujus *Ritus*, qui dicit: *ex eo, quia acquisitum fuit dominium rerum per ipsum nuncium ipsi mandanti*; & eodem modo acquiritur per procuratorem, & multò fortiùs, ut *per totum tit. instit. per quas personas nobis acquiritur*; & respondetur ad id, quod per contrarium in-
120 ducebatur, scilicet quod propter expensas, quas facit civis, habeat illud privilegium: quia *textus Ritus* illud non attendit, nec super illo se fundat, sed solummodo attendit, quod merces sunt factæ ipsius mandantis, & effectus est dominus earum; quæ ratio *Ritus* eodem modo procedit, sive sit nuncius, sive procurator; sive aliàs esset iturus, sive non: sufficiet enim, quod mandato ipsius civis sint emptæ merces: quia pro hoc satisfactum est intentioni *Ritus*; pro hoc induco notabilem distinctionē *D. Baldi in l. contractus, C. de fid. instrum-*
121 *ment.* ubi dicit, quod verba statuti sunt strictè intelligenda, in quo ipse dicit, quod aut talia statuta, quæ juri gentium refragantur, non tendunt ad exequutionem consensus, sed sunt in contrarium, & sunt strictè interpretāda, & restringenda ad primam significationem

nem, quam dat diffinitio legis, ut *ff. de verb.*
122 *signific. l. Labeo*, §. *contractus*, sed quando statutum veniret ad coadjuandum Ius Gentium, puta exequutionem cõsensus, tunc latè interpretabitur propter fundamentum bonæ fidei, quod est clarè censendum in omni eo, quod bonum, & æquum est, ut *instit. de contrh. empt.* §. 1. nunc ego sic deduco: cùm hic *Ritus* vim
123 statuti habeat, dum dicit: *si mittat nuncium*, si ergo strictè interpretemur de nuncio, propriè loquendo, tunc veniremus contra Ius Gentium, & contra æquitatem naturalem: quia, cùm eadem ratio sit de procuratore, & de eo etiam, qui aliàs iturus erat; dicere quod ad ipsos non extendatur, est expressè contra Jus naturale Gentium, per quod unicuique licet de jure suo disponere, & procuratorem, & nuncium facere, *C. mandati, l. in re mandata*, &
124 *ff. eod. l.* 1. unde, licèt aliàs dicatur, quod statutum debet strictè interpretari; intelligitur quando statutum est contra juris dispositionem, & expressè loquitur contra jus: quia tunc non debet extendi ad aliũ casum, etiam similem, & debet strictè interpretari quantò potest, ut jus commune non tollat; quando autem potest statutum interpretari, ut conservet jus commune, & maximè naturale Gentium, tunc debet latè interpretari, secundùm
125 prædictam notam *Baldi*. Præterea, cùm *Ritus* dicat: *quando mittit proprium nuncium*, non ne dicitur proprius nuncius ille, cui committo certa mea agenda (sive habeat, sive non alia negotia, majora, vel minora) quantùm ad me, & ad ea, quæ illi commisi? certè quod sic: nam quilibet intelligit id, quod jus intelligit, *ff. de ritu nupt. l. quanquã, & ff. de servit. l. si cui*; & maximè totum hoc pendet ad mentem ipsius *Ritus*, ubi solùm attenditur, quod hic Civis Neapolitanus effectus erat dominus illarum mercium antequã Neapolim venissent; & sic determinatum fuit per me, & omnes, quod dictus Mercator Rainaldus Scarcella nõ teneretur ad dictum jus dohanæ tanquam Civis Neapolitanus, inter quos officiales erant experti homines, maxime Gilifortus de Ursa Siculus, & Dominus Antonius Carusius etiam Siculus, & multi alii Doctores Præsidentes, & Rationales. Ita etiam mihi videtur hodie dicendum, maximè cùm per hoc non corrigatur jus commune, quo omnes homines liberi, & res liberæ sunt, quod plenè dixi *supra in præmbulis*, & hoc dico quia constabat verè de mandato, & pecunia, quæ fuerat ipsius Civis Neapolitani, vel sibi mutuata in partibus, ubi emptæ fuerunt merces, sic constitit nobis, quia facta fuit fides de omnibus; aliàs possent committi multæ fraudes, quando verè non consta-
126 ret de mandato, & pecunia, quæ fraudes
127 sunt evitandæ etiam contra fiscum: quia sicut peccatum est, gravare subditos ultra solitum, sic & grave peccatum est tollere jura fiscalia, quæ statuta sunt pro stipendio Regis secundùm *Apostolum ad Romanus XIII.* quod plene dixi *in præambulis*.

128 Item pro intellectu istorum superiorum *Rituũ*, in quibus habetur, quod debet esse perfecta venditio, & traditio facta, ad hoc, ut acquiratur dirictus dohanæ: quia non facta traditione, & sic re integra, & non perfecta venditione, possunt pœnitere, & intellige tu, quod possunt pœnitere, & recedere à contractu: scilicet ipso jure, & sic ipso jure tollitur obligatio; unde nil mirum, si jus dirictus dohanæ non debetur: quia habetur, ac si non non esset facta venditio, ex quo tollitur ipso
129 jure obligatio per pœnitentiam. Et sic non obstat quod dicitur, quod pactum de non petendo ordinatum ad resolvendum, solùm tollit naturalẽ obligationem ipso jure, sed civilem elidit, ut *l. si unus*, § *pactus ne peteret, ff. de pact.* quia illa regula fallit in obligationibus,
130 quæ contrahuntur nudo consensu, ut *in l. ab emptione, ff. de pact. & C. quando liceat ab empt. disced. l. 1. & 2. & ff. de rescind. vend. l. 3. & l.*
131 *cum emptor*. Idem dicas in donatione, quæ perficitur nudo consensu, ut *in glos. d. l. ab emp-*
132 *tione*; in casibus autem, in quibus non perficeretur nudo consensu per nudum pactum, non posset ab ea recedi, unde donatio sola pactione sumpsit effectum; ubi refert utrum illa promissio sit stipulatione munita, (quod equidem præsumitur, ubi intervenit instrumentum) & tunc non relassatur nudo consensu: quia non est actus retrosimilis, tamen exceptione donatario petente; si autem non est stipulatione munita, tunc nudo pacto tollitur ipso jure, naturalis, & civilis obligatio in donatione, sicut in venditione; & sic dicas quod illud, quod operatur stipulatio, operatur legis vestimentum, *ff. de pact. l. legitima*; sed donatio est vestita legis auxilio, ergo etiam eodem modo intellige, quod vestita sit ejus resolutio, secundùm *Bald. in allegata l. 1. Cod. quãdo liceat ab emptione discedere*, & hoc dico reducendo ad *Ritum* nostrum, quando acquisitum est jus dirictus fisco; & receditur à donatione, quia aut res est integra, aut non, sicut dixi in venditione.

133 Ex prædictis habes, quod, quando contractus est bonæ fidei, ut est emptio, & venditio, talis etiã est ejus resolutio, *d. l. ab emptione*, ibi: *quia bonæ fidei (ad quam omnia hæc rediguntur)*
134 Unde, sicut dolus dans causam contractui, ipso jure irritat eum, ita & dolus dans causam ejus distractui; & sicut si quis dolo inductus fuerit ad vendendum, non valet contractus; ita, si inductus fuerit dolo ad resolvendum, non valet resolutio, per ea, quæ habentur in *dicta l. ab emptione*, ibi *præstare mihi cogaris*, ubi diligenter nota, quod ex contractu exequuto, mandato utriusque partis, vel alterius, si saltẽ agatur inter cotrahentes, ut recedatur ab eo con-

Digitized by Google

contractu, istud pactum non est efficax ad recipiendum, vel repetendum illud, quod est
135 traditum pro implemento: quia non est ordinatum ad agendum; unde non debet operari ultra intentionem agentium, *l. non omnes, ff. si cert. petat.* ideo non parit actionem: quia
136 licèt esset ordinatum ad agendum, non tamen esset sufficiens, cùm ex pacto nudo non oriatur actio, *l. juris gentium, §. sed cùm nulla, ff. de pact.* salvo tamen si verba sint taliter ordinata, & concepta, quod nova revenditio intelligatur contracta, ut in *d. l. juris gentium, §.*
137 *adeo*, & *dicta l. si unus, §. pactus, vers. item dicemus*; unde semper sis cautus in inspiciendo formam verborum: quia aut est ordinatum ad meram resolutionem, & nunquã oritur actio, *d. l. ab emptione*, ibi *præstare mihi cogaris, &c.* nec per eam initur novus contractus, *d. l ab emp-*
138 *tione*, ideo de tali resolutione non debet solvi gabella aut laudemium ex forma statuti, dicentis de quolibet contractu solvi debere; aut forma verborum sit ordinata ad obligandum, & retradendum, tunc similiter ex ea non agitur nisi sit talis quod per eam novus contractus venditionis intelligatur celebratus, & tunc de isto novo contractu benè solveretur iterum gabella, seu laudemium.

139 Item quod dictum est *supra* requiri actum retrosimilem quando disceditur ab emptione; dicas quod quando res est integra, facilis est resolutio: quia solo consensu contrahitur, & solo consensu resolvitur, sed re non integra,
140 tunc requiritur actus retrosimilis: quia per quencunque modum res contrahitur, per eundem resolvitur, *ff. de solut. l. prout quisque, ff. de regulis juris l. nihil tam naturale*, & *ff. de servit.*
141 *rustic. prædior. l. tria prædia*, & sic conclude, quod, interveniente precario, non posset ipso jure recedi ab emptione: quia tunc non intervenit actus, qui posset resolvere precarium, & ista est veritas, secundùm *Bald. in dicta l. 1. C. quando liceat ab emptione discedere*, qui *Bald.* dicit, quod pœnitentia, vel incisio instrumenti venditionis, non est titulus ad possidendũ, sed est quædam mera privatio; & ideo non est actus retrosimilis, nec dominii translationem, nec possessionis recuperationem, & liberationem, importat; quid ergo tunc agendum? dicit ipse quod contrario precario emptoris est resolvendum precarium venditoris; & per hoc non dicentur duo contractus, nec essent solvendæ ex forma statuti duæ gabellæ, sed primus vocatur contractus tantùm.

Itẽ quod dixi, quod ubi intervenit constitutio precarii, non resolvitur venditio per consẽsũ nudũ ipso jure; quia videtur res tradita per constitutionem precarii, ergo non est res integra: secundo quia venditor videtur liberatus per eandem constitutionem precarii, & si re non integra: quia, si ipso jure tolleretur, ipso jure liberaretur; sed hoc impossibile: quia non actione ex empto, à qua venditor est liberatus per constitutionem precarii, non interdicto *uti possidetis*, vel precarii, aut rei vendicatione: quia respectu istarum actionum non fuit interpositum dictum pactum, sed tantùm super veteri contractu; item quia non intervenit actus retrosimilis, puta contractus precarii, & lex *ab emptione* requirit actum retrosimilem, ut rescindatur contractus ipso jure, nisi tempore venditionis actũ fuerit, ut venditor reincipiat per se possidere: quia tũnc satis videtur actus retrosimilis, secundùm *D. Ang.* qui refert sic tenere *Bart.* & *Bald. in d. l. ab emptione*, ubi *gloss.* dicit *fuit confessus possidere rem nomine emptoris*, quæ verba tene menti perpetuò.

142 Ex quibus habes, quod, ficut cùm constituo me nomine tuo possidere precario, transfertur immediatè rei possessio, *l. quod meo, ff. de acquir. possessione*; ita, si confiteor me tuo nomine possidere, licèt non adiiciam illud verbum *precario*; & licèt *Gulielmus* dicat, quod per cõstitutionem precarii possessio non tradatur, sed fingatur tradi, quod si procurator meus vendat rem, & constituat se ejus nomine precario possidere, per talem constitutionem precarii, domino non acquiritur possessio, ne currat duplex fictio circa idem, una scilicet, quod fingatur tradita procuratori, & alia, quod fingatur tradita mihi domino; sed *Bart.* hoc reprobat, & benè, secundùm *Angelum*: quia, licèt traditio sit ficta, tamen possessio, quæ acquiritur per precarium, est vera, *l. certi, §. 1. ff. de precario*; ergo acquiritur, & mihi domino *l. 1. Cod. per quas personas, &c.* & sic habemus, quod qui vendit rem, & constituit se precario nomine emptoris possidere, liberatus est ab actione ex empto, sicut si verè possessionem tradidisset; & hoc est multùm utile: quia licèt neget tradere possessionem, tamen non convenitur ex empto, sicut nec conveniretur tradens possessionem veram, quæ postea reversa esset ad eum, *l. si cùm fundum, §. 1. ff. de contrah.*
143 *emptione*: Sed aliqui tenent oppositum, scilicet non esse liberatum venditorem per prædictam constitutionem precarii, *l. 1. Cod. quãd. liceat ab empt. disced.* ubi *Cynus in ultima quæst.* Pro cujus opinione facit *text. in l. Julianus, §. possessionem ff. de actionib. empt.* ubi dicitur *possessionem autem traditam accipere debemus, etiamsi, precaria sit possessio: hoc enim solùm spectare debemus, an habeat facultatẽ fructus percipiẽdi*, ubi dicit *glos.* in *verb. precaria sit*, quod videtur tradita quantum ad hoc, ut postea non teneatur ad usuras; non autem, ut venditor liberetur actione ex empto; sed primum tenet *D. Ang.* dicens, quod *in allegato vers. possessio* non concesit venditor emptori possessionem precario; unde nihil mirũ, si nullatenus liberatur, quia non tradidit. Hæc omnia dixi, quia rediguntur ad materiam, & ad casus quando solvi debeat dirictus dohanæ ex venditionibus factis, ut quando veniunt ad perfectionem,

Digitized by Google

nem,& quando non , quia ſolvetur, ut *ſupra* declaravi,& *infra* dicam.

144 Item quod dicitur in iſtis *Ritib.* de arrhis, habes,quod arrharum datio nõ facit deſinere
145 rem eſſe integrã, & ideo etiam eis datis , potes ipſo jure nudo conſenſu à contractu recedere ; quod intellige niſi arrhæ ſint datæ pro arrhis,& pro parte pretii, ut fieri conſuevit, & arrhæ fuerunt in pecunia conſtitutæ,aliàs non eſſent pars pretii , & hoc tenet *gloſ. in l. 2. Cod. quand.liceat ab empt.diſcedere* : & ibi etiã *gloſ.*
146 dicit,quod ſolutio partis pretii facit deſinere rem eſſe integram,& quod, reſoluto contractu,in incõtinẽti reſolvuntur arrhæ,& deſinit res eſſe integra etiam per conſtitutionem precarii,ut *gloſ.in d.l. ab emptione.*

147 Item per omnem actum, per quem liberatur contrahens ab emptione contracta , puta, per interitum rei venditæ *l.cùm emptor , ff. de reſcind.vend.* Item ſi obligatio fuit in ſtipulationem,aut in judicio deducta,*ff. de pact l.emptor,in princ.l.aliam ff.de novat.* & dicit ibi *Baldus* ,quod dicitur res integra , quando non eſt proceſſum ad aliquid proſecutiuum, vel liberatorium , licèt ſit proceſſum ad extraneas cautelas, puta dationem fideivſſorum,vel pignorum,vel ſimilium,puta dationem arrharũ, quod declara,ut proximè dixi.

148 Ex quibus omnibus concludas ad materiã noſtram,quod in caſibus, in quibus res deſit eſſet integra,non habet locum pœnitentia quãtùm ad jus dirictus:quia ſi res non eſt integra, venditio dicitur perfecta,& ſic per eam acqui-
149 ritur jus fiſco ; ſi ergo partes pœnitet, & volunt ab emptione diſcedere, non propterea tollitur ipſo jure obligatio contracta , ſicut quando eſſet res integra: quia tunc tolleretur ipſo jure, ut *ſupra* plenè dictum eſt : & quia tunc etiam non poteſt dici jus aliquod acquiſitum fuiſſe fiſco,cùm habeatur,ac ſi nunquam facta fuiſſet,ut dictum eſt;ſed quando res deſit eſſe integra, & perfecta eſt venditio , tunc acquiſitum eſt jus fiſco , quod tolli non poteſt facto,& pacto contrahentium, *l.inter debitorẽ, ff. de pactis* , ſic enim in propoſito licèt partes pœniteat , & recedant à contractu poſtquam res deſit eſſe integra ; nihilominus fiſcus conſequitur ſuum dirictum jam ſibi acquiſitum per venditionem perfectam, in caſibus *ſupra* poſitis,& ſimilibus.

RITVS VI.

HAbent dohanæ certa membra , & jura,unaquæque ſecundũ conſuetudinẽ, quę juxta morem ſingularum provincia-rum , certam habent denominationem ; ſicut dohana Neapolis,quę habet falangam certũ membrum de jure barcarum venientium in portum , & de mercibus per terram introeuntibus habet quartaticum ,D, & multa alia membra.

,D, In hoc adeſt *decretum Cameræ* regiſtratum *in commune 25. anno 1515. fol. 98.* tenoris,ut ſequitur, *In cauſa vertente in R.C.S. inter deferentes ſcotellas,pignata, & alia vaſa cretea ad hanc Civitatem Neap. ex una,& Magnificos Magiſtros , & Particulares Venerabilis Eccleſiæ,& Hoſpitalis S. Mariæ Annunciatæ Gubernatores gabellarum , & platearum quartaticorum , quæ exiguntur extra mœnia dictæ Civitatis Neap. ex altera ; Viſis actis , & libris gabellotorum iſparum gabellarũ in d.Camera exiſtentibus,auditis partibus , habitaque matura deliberatione,ſeu relatione,& diſcuſſis omnibus diſcutiendis, fuit per eandem Cameram communi voto proviſum, & decretum, quod dicti magiſtri pro jure dictorum quartaticorum , & gabellarum continuando eorum poſſeſſionem, ſeu quaſi à dictis deferentibus dictas ſcotellas, pignata , & alia vaſa cretea exigere poſſint ipſum jus gabellarum à dictis delatoribus ad rationem ſubſcriptam , videlicet pro qualibet ſalma pignatarum , & ſcotellarum,ac aliorum vaſorum ruſticorum,& ruſticarum ad rationem granorum ſex , & pro qualibet ſalma ſcotellarum,& aliorum vaſorum de creta Civitatis Sueſſæ,Caſcani , & & pertinentiarum, ad rationem ſex cum dimidio , & pro qualibet ſalma cretica de ſcutellis,& aliis vaſis de Terra Montis-fuſculi , & pertinentiarum ſuarum ad rationem granorum ſeptem pro jure platea Majoris, & Minutilli ; & quod perdictos gabellotos quartaticorum ultra predictas quantitates à deferentibus dicta vaſa,nil aliud exigi poſſit, ſalvo utrique parti jure ſortè competenti ſuper jure, ſeu proprietate dicta exactionis hoc ſuum dicta Camera ſuper præmiſſis ſolemniter interponente decretum ; & quod pro qualibet ſalma incornarum de creta ſolventur grana ſex. Verum ſalma onerata tantùm duabus ſportis intelligatur pro media ſalma;& ſic pro medietate ſolvere debeat dictum jus die 9. Decembris 1514. lectum latum , & recitatum fuit prædictum decretum coram Dominis Præſidentibus ejuſdem Cameræ* pro ut continetur in *libro notamentorum 8. dictæ Cameræ fol. 140.*

Et vide alias *litteras* juxta formam dicti *decreti* expeditas 25. Maii 1515. regiſtratas in *regeſto Cameræ 25. fol. 98.* ad iſtam materiam.

150 Super hoc *Ritu* de iſtis acceſſoriis,& membris dohanæ potes ponere illud , quod dixi *ſupra in hac rubrica de jure dohanæ circa principium*,ſcilicet quando,& quomodo veniat hoc acceſſorium,conceſſo, & vendito principali ? & illud potes hic repetere ; & facit quod habetur in regula juris , ſcilicet *in toto partem contineri* , & in regula *acceſſorium ſequi naturam principalis* , in quo dicas , ſecundum *Din.* in dicta regula *acceſſorium* , quod aut in acceſſorio reperitur proviſio , vel diſpoſitio ſpecialis, vel non; primo caſu quando reperitur, acceſſorium non ſequitur naturam principalis;ſecundo caſu,quando non reperitur proviſio ſpecialis, habet locum regula , & concordantes ipſam confirmantes ſcilicet , quod acceſſorium ſequitur naturam principalis : quia diſpoſitio,& proviſio ſpecialis derogat eis,quę virtute juris , vel verborum ſignificatione intelligebantur incluſa, *l. fin. Cod. de pactis convent.& ff. de vulg.& pupillar. ſubſtitut. l. cohęredi, §. qui patrem* , & faciunt ea, quæ habentur per

In-

Digitized by Google

151 *Inn.in cap.ex literis de jure patr.* vnde ſi Rex concedit,ſeu vendit, aut locat ſimpliciter dohanam,intelligitur concedere,& omnia membra dohanæ, niſi ſpecialiter expreſſiſſet aliquid de membris prædictis, vel quia primò conceſſiſſet aliquod ex illis, poſtea ſimpliciter conceſſiſſet dohanam, *cap.1. de capitan.qui cur.vend.* & facit quod dixi *ſupra in principio huius rubrica*, & dicta notatio *Dini*,quod aut eſt proviſum in acceſſorio,aut non.

RITVS VII.

ITem, ſi venditio, & traditio mercis facta eſt ſub conditione,vel die incerto, qui pro conditione habetur; exiſtente conditione, & die incerto in tempore alterius gabelloti, jus dohanæ erit illius gabelloti emptoris,ſub cujus tempore venditio,& traditio facta fuit,non illius, ſub cujus tempore conditio extitit:quia exiſtente conditione, purificatur contractus, & trahitur retro ſub eo die,quo convenerunt, & tradiderunt; ſecus,ſi fit venditio, & non traditio: quia illi acquiritur, ſub cujus tempore traduntur, per ea,quæ ſuperiùs dicuntur:Idem, ſi in diem certum vendo, & trado, ſed promittis ſolvere hinc ad Paſcha, diei adjectio in ſolutione pretii, nihil immutat de contractu perfecto per traditionem, multò plus, quàm ſi ſub conditione, ut dictum eſt *

*pro quo eſt ff. de conſtit. pecun. l. 3. §. final. & l. id quod, 29.

152 Pro prima parte hujus *Ritus* facit *l. qui balneum,& l.qui potior ff.qui potiores in pignore habeantur*,ubi *tex.*dicit,quod, cùm ſemel conditio extitit,habetur perinde, ac ſi illo tempore,quo ſtipulatio interpoſita eſt,ſine conditione eſſet,quæ faciunt ad multa,ut *Doctores* notant,& maximè *Jo.And.in addit.ſpecul. in tit. de teſt.§.nunc tractandum*; ubi dicit de duo-
153 bus,qui fecerunt pacem, promittentes non contravenire ſub certa pœna, & obligaverunt viciſſim omnia bona eorum; alter illorum vendidit certa bona,& poſtea fregit pacem; agebatur contra emptores dictorum bonorum hypotecaria,qui ſe defendebant pro eo, quod venditor tempore venditionis non erat debitor,ſed incepit eſſe tempore fractionis,quo tempore bona erant extra dominium frangentis, & doctores determinarunt contrarium per *d. l.qui balneum*, & *l. qui potior*,ut per eundem *Jo.And.in allegato loco.*

154 Item quo ad aliud, quod dicitur in hoc *Ritu*,ibi: *ſecus,ſi venditio,&c.*dic,ut habes *in l. hac venditio,ff.de contrah.emptione*,ubi dicitur: *conditionales autem venditiones,tunc perficiuntur,cùm impleta fuerit conditio*, ubi *Gloſ.* ſup-
155 plet *ſicut*, & *qualibet conditionalis obligatio, ut in l.cedere diem ff.de verbor.obligat.* attamen non oportet diſcedere ab iſto *Ritu*,quia eſt lex ſpecialis,& localis,& ſecundùm ipſum in caſu ſuo determinandum eſt.

156 Item de eo,quod dicitur in *Ritu*, quod requiritur traditio, dic, ut dixi *ſupra in hac rubrica in Ritu* 4. ubi plenè, qualiter intelligatur traditio.

RITVS VIII.

CAveat tamen ſibi dohanerius, & quilibet gabellotus, ne de jure, quod credunt habere in mercibus, deferant ſacramentum, E, propterea mercatori:quia, ſi is tunc juret nihil deberi dohanerio, non arguet ipſum,nec poterit arguere de mendacio, ut probet eum fuiſſe perjurum, aut per mendaciũ perdidiſſe merces:quia videtur, deferendo ſacramentum, debbere fuiſſe, & eſſe contentum de eo, quod juravit, ut non poſſit de perjurio, vel mendacio ulterius queri,*quod ſolum Deum habet ultorem;

*ar. ff. de furt. l. interdũ 58. §.qui furem, in fine, & diximus de hoc in cap. unico.§. ſacramẽtum, de conſuetud. rect.ſeqq. di.

ſed benè diſcutiant eorum jus, ſi in mercibus ,F, unde eſt quæſtio, habeant jus, ut illud exigãt, nec committant fidei partis: quia poſt quam commiſerunt fidei ejus, oportet ſtare ei, quod ille juraverit, & ſic eſt in omnibus cauſis; ubi verò non delato juramento interrogatus diceret, ſe nihil debere, ſi poſtea reperitur eum debere, quando portatur coram Magiſtris Rationalibus, tenetur ad duplum; quod nõ habet locum, quando dohanerius ſimpliciter interrogat. Primum conſtat per regeſta Imperatoris; ſed utrũ de perjurio tunc poſſit accuſari, ſi ſciẽnter dejuravit. *

* *ſimiliter diximus in d. cap. unico §. Sacramentum de conſuetud. recti feudi.*

,E, Et ſi gabellotus detulit juramentum, an poſſit poſtea de perjurio queri; & ſi prætextu perjurii retractari poſſit negotium deciſum per ſacramentum, & ſi non poſſit: & ſit perjurus ſciẽnter poſſit de perjurio puniri, & quid ſi fuit tertio nocivum, & & ſic tale juramentum vergit in detrimentum alterius? vide latè Dominum *Goffre. in ſue trat. ſuper vitiis Camera in hac Rub. de jure dohana in ver. item in eo, quod dicitur, quod ſi gabellotus detulit juramentum (infra num. 169)* & allegat *Aud. de iſer. in §. ſacramentum* ubi latè, & in *verſ. ſeq.* quod incipit *item circa dictũ Ritum eſt videndũ (infra n. 182)* ubi diſtinguit quando gabellotus recolligat ad ſuum damnum, & commodum, & quando ad credetiam, ideſt ad utilitatem, & damnum Curiæ, ſi tali juramento delato ſtari debeat in damnum ipſius Curiæ?

Extrahentes lignanina, & arma prohibita per extra Regnum, qua pœna puniantur, vide infra *edictum Regis Roberti*, & qui dirictus debeantur Curiæ pro contractatione, ſeu cauſa commercii, & an talis ſolutio ſit generalis ubique, vel alicubi in loco Regni?

,F, Si ante, vel poſt onerationẽ frumenta poſſint intercipi, ac etiam pœna banni puniri? ex quo incipit delinquere non tenetur pœna banni, ſed intercipitur frumentum per *litteras Curiæ* expeditas 7. Octobris 1473. *in regeſto liliorum clauſarum 6. fol. 71.*

Et ad iſtam materiam vide *Grahninum de reb. non portandis aliàs vetitis contra vetitum verb. item pone fol. 41.* & Dominum *Matth. de Afflict. in cap. quæ ſint regalia, de aſſiſ. feudorum, verb. regalia, in 2. & 3. colum. verſ. hic aſſumpta occaſione fol. 195.*

Et pro ſale ſolvitur in ultima exitura graſſiæ dirictus, vide latè *meam apoſtillam ſub Rub. de jure ſalis in principio.*

157 Pro prima parte hujus *Rit.* facit *l. non erit ff. de Iur. jur. §. datb* ibi: *dato iurejurãdo* ſuple, & præſtito, *non aliud quæritur, quàm an juramentum ſit remiſſa quæſtione, an debeatur quaſi ſatis probatum ſit jure juranãdo*; & intellige quando defertur juramentum hoc, ut in continenti jurent, vel remittant; ſed ſi omittant pro non delato habetur, et remittere eſt nolenti jurare Sacramenti gratiam conferre; & ſic cùm juramentum defertur, inest conditio, ut in continenti juretur, & ſi remittitur habetur, ac ſi juratum eſſet. Quod dixi debere jurari in continenti, ſubaudi, vel juramentum recipi: ſufficit enim, quod ſtatim ipſe dicat, ſe velle jurare, & ex cauſa poteſt petere dilationem ad deliberandum; quid juret, *ff. de jure jur. l. jus jurandum* 34. §. 1. ſit ergo cautus, quod non dicat reus, ego volo deliberare utrum velim jurare, vel non: tunc enim actor poteſt pœnitere, immo non valet juramentum ex intervallo, niſi denuo deferatur; ſed ſi receperit juramentum, & dicat ſe paratum jurare, ſed vult deliberare, quid juret, iſtud poteſt fieri, *d. l. juſjurandum.* 34. & dicas verius, quod antequã juramentum ſit receptum, poteſt deferens indiſtinctè pœnitere, *d. l. non erit, & l. ſi quis juſjurandum, Cod. eodem*; Poſtquam verò juramentum eſt receptum, non eſt locus pœnitentis, ſed habetur pro remiſſo, *l. manifeſtæ* 38. *ff. de jure jurando*, & videtur tex. *in l. ſi non fuerit ff. eodem*; poſſumus tamen, dicere, quod ex cauſa antequam juretur, poteſt pœnitere, puta, ſi tempore, quo deferebatur, non habebat probationes, quæ ſupervenerunt antequam juretur, certè locus erit pœnitentiæ. *d. l. ſi quis juſjurandum*, C. *eodem*: ſicut enim ex cauſa non cogitur quis jurare, vel deferre, *d. l. manifeſtæ*, ita ex cauſa poteſt quis pœnitere, ſecundùm *Bart. in d. l. non erit*, & hæc faciunt ad *Ritum*, quando dicatur eße juratum, & quando poſſit etiam pœnitere deferens: quoniam omnia hæc veniunt ſupplenda ad *Ritum*, cùm oportet quod intelligatur ſimpliciter, & ſtrictè de perfecto juramento, cùm iſti *Ritus* ſic intelligantur, & in caſibus, in quibus non loquuntur, ſuppleri debent ſecundùm jus commune, ut in pluribus locis ipſorum *Rituum* apparet, & etiam *in hac rubrica de jure dohana Rit.* 4. qui incipit *Item ſi fiat traditio.*

158 159 160 161 162

163 Sed circa præmiſſa, quæritur extra *Ritum*, quando quis defert juramentum ſimpliciter, nec dicit, quod jures per Deum, vel per caput tuum, quomodo debeat intelligi hæc delatio? reſpondet *Bart.* ſecundũ morẽ judiciorum, ut *in l. 3. in fine ff. de teſtib.* & *l. 3. aliàs 2. §. penult. de juram. calumn.* facit ſecundùm *Bart. ff. de adit. edict. l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua*: & hoc quando mercator *juravit*; ſed, quid ſi nolit jurare? tunc ſumus in terminis *dictæ l. manifeſtæ*,

164 quæ loquitur tam in actore, quàm in reo, quaſi dicat: actor, qui non vult jurare, vel deferre, manifeſtè turpiter facit, & manifeſtè videtur fateri ſe non juſta petere; & reus, qui nõ vult jurare, ſeu deferre, manifeſtè turpiter defendit, & videtur fateri ſe debitorem; & di-

165 cunt per *l. generalem*, §. 1. C. *eodem*, quod poteſt quis juramentum recuſare, ut ibi; & dicunt quod *l. manifeſtæ* loquitur poſt juramentum ſuſcep-

Digitized by Google

ſuſceptum : antea enim poteſt ſine turpitudine recuſari, ſicut & poteſt delatio revocari, *d.l. ſi quis juſjurandum, l. eodem.* Sed de hoc an ſcilicet delatio poſſit revocari ? dic, ut proximè dixi. An autem poſſit recuſari antequam acceptet ? *Bart.* putat, quod non, nec de jure antiquo, ut *d.l. non erit, & l. juſiurandum, §. ait prætor, ff. eod.* nec de jure novo, niſi ex cauſa, *d.l generaliter* §. 1. ſed hoc eſt magis declaratum hodie ſecundùm iura *ff.ff.* nam delationem factam poteſt apertè adverſarius licitè recuſare;
166 ſed ſi judex delationem approbaverit, & præceperit parti, cui eſt delatum, quod juret; tunc, ſi recuſaverit ſine cauſa, poterit eum tanquam confeſſum condemnare, *d. l. generaliter*, §. 1. & *d.l. non erit*, & nihil de jure antiquo corrigitur, ſed declaratur, ut *ibi* dicitur *in fine*, quicquid dicat *Gloſſ.* in *l. manifeſtæ*, ſecundùm *Bart. ibidem*, ubi ponit cauſas ex quibus juramentum recuſari poteſt, ſed hic dicere eſſet longum; Ideo ibi vide *Bart.* qui dicit, quod licèt *tex.* dicat, quod eſt manifeſtæ confeſsionis, &c. dicit tamen, quod non habetur pro confeſſo, niſi ſequuta pronunciatione ſuper hoc, vel ſententia, *l. ejus qui delatorem, ff. de*
167 *jure fiſci*, per quam legem etiam probatur, quod, ſi reus, qui recuſavit jurare, deceſsit ante quam judex pronuciet eum habendo pro confeſſo, vel condemnet, hæres ejus non poſſit condemnari, ex hac ficta, vel præſumpta confeſsione *d.l. ejus, qui delatorem*, ſecundùm *Bart.* Verùm *D. And. de Iſer. in cap. ſciendum, de conſuetud. recti feudi*, §. *Sacramentum, verb. & cùm datur, num.* 5. dicit, quod *dicta l. manifeſtæ* corrigitur per *dictã l. generaliter*, qui ſubdit: *Non dicas in feudo ſpeciale per hæc jura, quæ tamen ſicut uſus, habent locum, ubi talis uſus eſt;*
168 *ubi non eſt, & non eſt rationabilis, nõ ſervaretur*; Sed declaratur, ut dictum eſt, & ſic etiam poteſt intelligi in feudis, quod non ſit ſpeciale, ſed ſervetur jus commune, ſicut in aliis, niſi aliter appareat de expreſſa conſuetudine, & hæc omnia referam ad materiam *Ritus*, quando gabellotus defert juramentũ an poſsit pœnitere ? & quando mercator non vult jurare, an videatur confiteri ? & totum declara per per ſuperiora.

169 Item in eo, quod dicitur, quod, ſi gabellotus detulit juramentum, non poteſt poſtea de perjurio queri, *D. And. de Iſer. in allegato* §. *Sacramentum*, ponit opiniones, & finaliter con-
170 cludit dicens, quod alii dicunt prætextu perjurii non retractari, negotium deciſum per Sacramentum; ſed perjurum ſcienter puniri de perjurio, quando fecit alii nocivum, *ff. eod. l. 1. & ff. de crim. ſtellionatus, l. 1. infine*; unde inſpectabitur id, quod agitur in illo actu, & ne-
171 gotio deciſo: nam ut teſtis perjurus in civilibus punitur, *Cod. de teſtamentis, l. nullum*, &
172 hæc videtur veritas ſecundùm eum; ſed tamen non conqueritur de perjurio, niſi cujus intereſt, cùm ſit privatum, *dd. 1. de crim. ſtell.*
173 niſi judex reperiat perjurium coram ſe factã, de quo videas, *D. Andream in conſtitution. Regni in rubrica de perjuriis, verſ. ſed quin crimen*, Doctores maximè *Bald. in l. 1. Cod. de reb. credit. & jure jur.* & meliùs *in l. 2. eod tit.* in qua habe-
174 tur, quod perjurus à Deo ſolo punitur, nec incurrit Crimen Læſæ Majeſtatis, etianſi per
175 caput Principis dejuravit, & ibi ponit caſus multos, in quibus punitur perjurus ab homine; & Primo punitur civiliter, *ff. de dolo, l. ſi legatarius*, Secundo punitur pœna remotionis à teſtimonio, & Tertio à dignitate, *l. quotiès, C. de dignit. lib. 10. & in l. Lucius, ff. de infam.* Quarto punitur pœna exilii, *d. l. 1. ff. de crim. ſtell.* Quinto punitur ictu fuſtium, *l. ſi duo patroni. ff. de jure jurando.* Sexto punitur pœna capitis, *authen. non luxurientur contra naturam.* Septimo punitur pro motu Principis, *Cod. de ſumm. Trin. l. cunctos populos.* Octavo punirut lege Corn. de ſicariis, *ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. 1.* §. 1. & dicit ipſe *Bald.* ad omnia iſta dic uno verbo, per *l. 1. & 2.* ſupra allegatas, quod Sacramentũ litis deciſivũ nõ poteſt refutari; ſed leges ſupra allegatæ loquuntur in aliis Sacramentis, in quib. poteſt queri de perjurio, & per conſequens de perjurio puniri, *& l. cunctos populos* non loquitur de perjurio, ſed in eo, qui rat in fide catholica; vel dicas, dicit ipſe, quod dictæ leges 1. & 2. loquuntur de Sacramento, quod non vergit in damnum alterius, ut qui juravit non comedere carnes, & ideo quia neminem lædit, non punitur, niſi a Deo; ſecus quando juramentum vergit in alterius detrimentum, & ſic videtur concordare cum *Dom. And. de Iſer.* ſed eſt videndum, qua pœna punitur perjurus quando juramentum vergit in alterius detrimentum? & eſt caſus, in quo poteſt queri de perjurio. Solutio patet ex legibus allegatis ſupra: quia in diverſis caſibus diverſæ ſunt pœnæ, ut ſi eſt juramentum de furto ad obligandũ, de quo loquitur allegata *l. 1. de perjurio*; ſi autẽ eſt juramentum teſtis, ſiquidem in criminali punitur ſimilitudine ſupplicii, *d.l. 1. ad l. Corn. de ſicariis*, ſic in aliis cauſis punitur *l. Cornelia de falſ. & l. 1. in principio,*
176 *ff. de falſis*, & eſt notandum ibi, quod omnis perjurus debet ab officio ſuo deponi, *l. 2. §. miles, ff. de his, qui not. infam*, & ſubdit ibi *Bald.*
177 de illis, qui faciunt juramenta occulta, dicens, etiam ſi verum jurent, debere decapitari de jure Communi, ut *in authent. ut non luxurientur contra naturam*: quia ipſum juramentũ redactum eſt ad blaſphemiam Dei; *Petrus* tamen intelligit eſſe verum in his, qui conſuetudinẽ habent jurandi leviter; dicit tamen per ſtatutum, & conſuetudinem eſſe mitigatam pœnã in multis locis, & ſic detractum eſt ſeveritati:
178 quia quando ſtatutum minuit pœnam, receſsit à pœna capitis, *l. qui cum uno, §. qui poſt deſertorem, ff. de re milit.*

Digitized by Google

Hæc dicta sunt propter verba *Ritus*: quia *in principio* dicit, quod dohanerius non arguit ipsum jurantem, nec potest arguere de mencio, ut probet eum fuisse perjurum, aut per mendacium perdidisse merces, &c. quia, si nos dicimus, quod hæc verba denotant dispositionem juris communis, tunc dicas, quod punitur, & hoc maximè videtur sentire iste *Ritus*,
179 *circa finem*, ubi idem *D. And. de Iser.* qui *Ritus* composuit, se remittit ad ea, quæ ipse no-
180 tavit *in allegato* §. *Sacramentum*, ubi dicit, quod punitur quando vergit ad detrimentū alterius quo ad litis decisionem; & sic videtur quod finis *Ritus* voluerit limitare, quod in principio dixerat; si autem voluerimus dicere talem esse intentionem *Ritus*, quod illud determinet per decisionem, idest quod non ultra quęratur de perjurio, tunc standum esset in suis terminis tanquam legi municipali, vel statuto; sed certè hoc non videtur, quod voluerit illud per decisionem tantùm haberi: nam,
181 ut dictum est, idem *D. And. de Iser.* in principio videtur dicere, quod non potest postea quæri de perjurio, in fine format quæstionem, scilicet an de perjurio possit accusari? & remittit se ad allegatum §. *Sacramentum*, & ad ea, quæ ibi dixit, & sic videtur concludendum illud quod proximè dixi, scilicet, quod punitur, ibi: *tunc dicas, &c.*

182 Item circa dictum *Ritum* est videndum de eo, quod quotidie accidere potest, si gabellotus defert Sacramentum, ultra postea videndum non est: an hoc habeat locum in omni gabelloto, sivè recolligat precisè ad suum dānum, & commodum, ut quia ita emit, & locavit; sivè recolligat ad credentiam, idest ad utilitatem, & damnum Curiæ, ut si modicum recolligat, modicum habeat etiam Curia, & si multum, multum habeat; an iste secundus gabellotus ad credentiam possit deferre juramentum mercatori, & cogatur Curia stare dicto Sacramento? & breviter de primo gabellato non est dubium, quod stare deberet dicto
183 Sacramento: nam regula juris est, quod, si procurator, vel vniversorum bonorum administrator cum libera, aut si ipsum mandatum sic nominatim recipit, aut si est in rem suam procurator, & sic deferat juramentum, standū est illi, & non est dubium de hoc casu: cùm ipse sit procurator in rem suam, & est clarum, quod procedit *Ritus*; in eo verò, qui non habet administrationem omnium bonorum cum libera, nec sic nominatim mandatum fuit, nec in rem suam sit procurator constitutus; sed ad commodum, & incommodum fisci recolligit, tunc dicendum est, quod non potest deferre jusjurandum; nec ille, qui juravit, poterit se defendere cū à fisco conveniatur: casus est in *ff. de jure jur. l. jusjurandū, quod ex conventione*, §. *procurator, cum duabus legibus seqq.* pro hoc facit *l. si procurator, ff. de jure fisci*, ubi procurator non potest in præjudicum fisci confiteri pretium, *Cinus*, & alii *in l. incivile, C. de rei vendic.*
184 sic ergo in casu nostro ille, qui recolligit ad credentiam, magis videtur constitutus procurator ad recolligendum pro fisco, quàm in rem suam, cùm damnum, & commodum ad Curiam pertineat, nec videtur posse remittere, *ff. de pub. l. fin. & l. licitatio*, §. *earum*, *eod titulo.* Pro hoc videtur casus *in l. jusjur. ad pecunias* 34. §.
185 *defensor, ff. de jur. jur.* ubi dicitur, quod defensor Civitatis potest deferre jusjurandum, si est ei mandatum; ergo, si non habet speciale mādatum, non potest deferre; hoc etiam recolligitur ex *Bart. in d.* §. *defensor*, juncta *Gloss.* ubi
186 quæritur, utrū defēsor municipii equiparetur tutori, aut procuratori? & sunt opiniones in *Gloss.* & *Doctores* dicunt, quod aut talis defensor habet mandatum ab universitate, & tunc erit legitimus administrator, & æquiparabitur tutori, qui ad ministrationem gerit legitimā, *l. munerum, in principio, &* §. *defensor, ff. de muneribus, & honor.* facit *Cod. de transact. l. Præses*,
187 aut habet mandatum ab his, qui Rempublicam gerunt, & tunc æquiparabitur procuratori, *l. item eorum* §. *si actor*, *ff. quod cujusque universitatis nomine*, quod placet *Bart.* & sic notentur verba ejus, cùm dicit, quando habet mandatum ab his, qui gerunt rempublicam, qui æquiparatur procuratori; & sic habes, quod, si procuratori æquiparatur, sicut non potest procurator deferre juramentum, quia præjudicaret domino, sic nec gabellotus, qui ad credentiam recollegit; verùm *Dom. Bald.* &
188 *Bart.* in allegata *l. Præses* dicunt, quod administrator Civitatis habet liberam administrationem, & potest transigere, quod non posset, si non haberet liberam administrationem: quia, licèt in mandato singularum personarū sit necessaria hæc adjectio *liberè*, vel æquipollens; tamen in mandatis universitatum tacitè videntur inesse, idem *Bald.* in allegata *l. Præses.*
189 Quid de prioribus Civitatis? idem scilicet quod non possint transigere, nisi de consuetudine, vel ex lege municipali eis provisum sit,
190 *ff. de pact. l. idem*, item Magistratus non possunt facere gratiam pœnarum applicatarum Civitati, sed requirendum generale consilium, vel proclama, *l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin.*
191 *faciend.* & hoc cùm debitum esset liquidum; si verò dubium possunt transigere, *dicta. l. Præses, & l. Imperatores, ff. de pact.* in quibus legibus includunt *Doct.* & benè, quod etiam transigēdo nihil gratis remittere potest administrator Reipublicæ, & tutor, & curator, & procurator habens generale cum libera, & Prælatus,
192 & sic non possunt compromittere de jure, & de facto in arbitratorem; sed, cùm æquiparentur Civitas, Respublica, & fiscus, *l. Respublica, Cod. ex quibus caus. major.* ideo ex omnibus prædictis legibus, & authoritatibus, concludas, quod talis gabellotus ad credentiam, & debi-

Digitized by Google

debitum est liquidum, non potest jusjuran-
193 dum deferre, secus si non est liquidum: cùm jusjurandum æquiparetur pacto, & pactum transactioni, *d.l. Tutor*, & § *procurator*, *ff. de*
194 *jurejur. l. ubi pactum Cod. de transact.* & dico de eo gabelloto, qui ad credentiam administrat, & ad damnum, & utilitatem reipublicæ; quia de illo, qui precisè administrat ad sui damnum, & commodum, non est dubium, quod procedit *Ritus* indistinctè, scilicet, quod potest jusjurandū deferre, cùm sit procurator in rem suam, & ad ipsum spectet damnum, & lucrum; & sic debet intelligi *Ritus*; cùm in his, de quibus expresè non loquitur, debeat recurri ad jus commune. Ad quid autem teneatur ille, qui ad credentiam recipit gabellam? dic, ut habes *in cap. Regn. Regis Caroli I.* citra finem suorum capitulorum, quod incipit *Terretil* (87. secundùm ordinem de Nigris) ibi: & *si contingat ad credentiam committere; tantùm à credenzeriis ipsis recipiant meros, & puros proventus, & redditus, quos secundùm temporis qualitatem receperunt, vel recipere potuerunt*; & licèt loquatur de Baronibus, & Comitibus, dantibus gabellas, & provetus terrarum suarum, idem etiam dicas, & de Regibus, per regulam *l. digna vox* 4. *C. de legib.* ut quod aliis statuerunt ipsis conveniat, facit etiam *Gloss. seu apostilla in d. capit. Regni*, quam habeo *in libro meo*, ubi dicitur *nota qualiter respondetur, cùm datur gabella ad Credentiam.*

195 Item ex hoc *Ritu* habes, quod Magistri Rationales sunt judices competentes etiam quo ad gabellotos in his, quæ pertinent ad gabellas, sive sint actores, sive rei; quod patet quia *Ritus* dicit: *si credunt, jus habere, prosequa-*
196 *tur coram Magistris Rationalibus*; ergo possunt debitores gabellæ convenirì coram prædictis Magistris Rationalibus; ita quod in hoc reus sequatur forum actoris, licèt regula juris communis sit in contrarium; & de hoc sunt *littera Regia*, & *Ritus magistrorum Rationalium*, de quo *infra in fine hujus operis* ponam;
197 & isti Magistri Rationales procedunt, in causis nullo ordine servato, *And. de Iser. in proœmio constitutionum circa finem primi proœmii*, ubi ponit in quibus proceditur sine ordine judiciorum, & postea subdit: *sicut vidimus*
198 *multoties Magistros Rationales, & dohanerios in causis dohanarum, & Bajulos in causis forensium, & peregrinorum, sic procedere*; & servandus est talis mos, argumento *Cod. de const. pecu. l. 2. in fine*, secundùm eundem *Andream in præallegato loco*, & nota quod dicit idem *D. And.*
199 *in constitution. inter multas, lib. 2. in verb. non graventur*, haberi in *cap. Papæ Honorii*, quod, licèt fiscus sit dominus, non tamen extendit manus suas ad iniquitates; subdens: *Hi Magistri procuratores possunt ad delationem alterius, vel ex suo officio, inquirere de occupatis*; *sed*
200 *Magister Camera, & Præses Provinciæ cognoscunt de rebus fiscalibus, quando fiscus convenitur tantùm*; *ut dictum est supra in constit. Præsides, in rubrica*, *ut justitiarii habeant certos advocatos, & data copia reclamandi, si nihil, vel aliquid insufficiens allegetur, revocat ad manus Curiæ, dicit Gloss. non dato libello, vel petitione, sicut faciunt Magistri Rationales, hoc probat Glos. in allegata constitutione, & vide, quod satis dici potest de re non magni valoris, qui valor secundùm facultates possidentis attenditur, argumento ff. de judic. l. sed & si susceperit, §. fin. in gloßa: nā, si de omnibus bonis, vel de majori parte bonorum, aut de uno castro obtineant alia jura, quæ dicunt recto tramite causas fiscales audiendas, pro quo est argumentum constitutionis Prosequentes, de testibus contra Comites, & Barones* & subnectit idem *Andreas in vers. seq.* ibi: *Hodie cùm habent alias formas Magistri procuratores, inspicienda esset eorum potestas, extra de privil. cap. porro, sic distinguitur inter magnā litem, & brevē supra de officio Bajulorum constit. ab omnibus, maximè si inquireretur generaliter, ubi qui tanguntur non vident testium juramenta. Sed si possessor persistit in contradicēdo, quia defensiones sua, non esse clarum, quod sint nulla, tunc non revocat; sed causam instructam cùm fideli relatione remittit ad Principem, sic, & supra de officio magistri justitiari, in constitutionib. causas, hac lege, & Præsides*, ita quod *D. And. de Iser.* videtur limitare dictam *glos. dicta constitution. inter multas*, in quo est advertendum quod *Glos.* illa non dicit, illud esse de jure, sed quod sic in Regno servatum est; *dicta limitatio D. Andreæ* procederet de jure: quia quando esset quæstio omnium bonorum, vel majoris partis, vel de aliquo castro, tunc deberet procedi recto tramite, & si sit dubitatio de juribus partium, fiat remissio processus ad Principem, ut ipse *D. And.* dicit; sed certè hæc determinantur per notata *in constitution. ab officialibus*, cum ibi notatis, etiam per *D. And.*
201 nam dicit *dicta constitutio*, quod, si quis officialis, aut procurator Cæsaris vult suam intentionem fundare super bonis aliquorum privatorum, & cogere privatum, ut ostendat titulum suæ possessionis, ex eo quod præsumptio est pro Rege ratione generalis dominii: quia in hoc non benè dicunt, nec cogitur privatus ostendere titulum suæ possessionis; si autem dicitur, quod res sunt patrimoniales Cæsaris, vel excadentes, aut fiscales, & sic ratione proprietatis, & non jurisdictionis, tunc cogeretur ostendere titulum, & procederet *Gloss. in dicta constitution. inter multas*, hoc idem bene sentit *D. And. in d. constitution. ab officialibus*; ubi facit differentiam inter bona patrimonialia, & fiscalia Cæsaris, in quibus videtur sentire, quod cogatur possessor ostendere titulum; & inter bona burgensatica libera subditorum,

quę

que in jurisdictione consistunt, ratione generalis dominii; sic etiã dicimus de Castris, & feudis: quoniam dicendo Castrum, dico feudum; & si fiscus vult revocare feudum ad se, oportet,
202 quod procedat recto tramite; & tunc distinguitur, an possessor dicat, quod fuit sibi concessum per Regem, aut ab habente potestatem, & sufficit, quod probet possessionem, & præstationem servitii per longissimum tempus, de quo plenè *in constitutione Regn. si dubitatio*,
203 ubi habes an omnia, quæ sunt in Regno præsumantur Regis? & dicas, quod Curia agẽdo, quod sit Castrum, vel feudum quaternatũ, fundata est intentio ipsius Curiæ, non illa ra-
204 tione, quia in Regno præsumitur Regis; sed ea tantùm ratione, quia est dominus, & ratione nudæ proprietatis; & sic præsumptio esset pro eo, & cogeretur possessor ostendere titulum, ut sentit ibi littera *in d. constitution. ab officialibus*, & tunc succederet, quod dicit *Glos.*
205 *in allegata constitution. inter multas*, quod, si non docuerit possessor aliquod sufficiens, aufertur illa res, scilicet fiscalis, patrimonialis, & excadens, & dabitur Curiæ sine petitione, & sententia aliqua, &c. ut in *D. Gloss.* & sic concordare debes ea, quæ dicuntur per dictum *D. And. de Isern. in dictis constitutionibus* scilicet *inter multas*, & *ab officialibus*, & *si dubitatio*; sed aliter statuitur per *cap. Regis Caroli 1.* in Secretis volentibus inquirere de falsis ponderibus, de quo etiam sunt speciales *litteræ factæ per Regem Robertum*, & *Reginam Ioannam I.* de ipsis ponderibus, & mensuris, de quibus *in fine hujus operis* ponam.
206 Litteræ quondam Domini Regis Roberti, ubi debeat solvi dirictus, an scilicet in loco contractus, an verò in loco traditionis merciũ; quas pluries dixi, quod hic ponerem.
207 *Robertus, &c. Perceptoribus jurium, Secretis Principatus, & Terræ Laboris, Gabellotis, & Credenzeriis, præsentibus, & futuris, fidelibus nostris, &c. Scire vos volumus, quod nuper edictũ fecimus continentiæ subsequentis: Quæ ad fraudem sunt, libenter tollimus, & quæ humana conditio per adinventionem illius ex varietatibus temporum calumniosè agit, & perperam, libentiùs enervamus; quo fit, ut procedant, quæ tramite recto fiunt; & abiiciantur, quæ sunt æmula veritati; sanè, attentis olim per Curiam nostram fraudibus, quas mercatores in Apuleæ partibus indesinenter, & callidè ad diminutionem jurium fiscalium committebant, ad obviandum utique illis facta fuit certis Secretis Apuleæ, qui jura, redditus, & proventus officii, seu gabellæ ipsius secretiæ à dicta Curia, pro certis diversis temporibus conduxerunt, conventio in hunc modum. Item, cùm in aliquibus Terris partium Apuleæ, in quibus nundinæ celebrantur, vel mercata infrà hebdomadam, & in aliis etiam locis partium earundem, ubi nõ fuerint hujusmodi nundinæ, vel mercata, nec sunt regii fundici ordinati, certè conventiones fieri dicantur in fraudem per mercatores ementes, & vendentes mercimonia in dicta Provincia, de mercibus, quæ fiunt in Terris, ubi sunt dicti Regii fundici, & ubi jus dohanæ de ipsis mercibus est solvendum, videlicet: quod merces ipsæ extrahantur per eosdem mercatores de dictis locis, ubi sunt Regii fundici, nihil solvendo pro jure dohanæ, inde regiæ Curiæ debito, prætextu conventionis, seu contractus facti, sive indictis locis, ubi prædicta nundinæ, seu mercata, celebrantur, sive alibi, ubi non sunt ipsæ nundinæ, vel mercata, & ex pacto conventum, quod, non obstantibus his conventionibus, & cõtractu in dictis locis celebrato, sicut dictum est, possit Secretus ipse exigere à dictis mercatoribus, illas merces extrahentibus de dictis locis, ubi sunt Regii fundici ordinati, jus dohanæ pro parte Curiæ debitum, & statutum; verùm sæpiùs, & novissimè ad Majestatis nostræ notitiam est productum, (quod non indignè molestum ferimus) quod nonnulli mercatores, & alii, tam Regnicolæ, quàm exteri, attendentes fuisse, & esse de ritu Curiæ nostræ, quod in loco, in quo fit assignatio, & traditio rei, & mercis venditæ, fieri debet solutio juris dohanæ pro illis debiti, & statuti, non obstante, quod alibi contractus venditionis illarum fuerit celebratus, vel etiam solutio pretii fuerit subsequuta; ad evitandum, & subterfugiendum solutionem juris hujusmodi callidè extrahunt, & conventiones faciunt ficto modo, nec sine fraude in Terris, & locis Apuleæ, & aliis, tam intra, quàm extra Regnum, cum aliquibus, qui ad ista consentiunt, & conveniunt, de extrahendo scilicet de Terris, & locis partiũ dicti Regni, & vehendo ad ipsorum extrahentiũ risicum, & fortunam cum vascellis, & animalibus, & assignando, & tradendo victualia, legumina, res, & merces alias in terris, & locis aliis, extra, vel intra Regnum, his, cum quibus contrahunt, & conveniunt, ut prefertur; quodque quamplures alii contra predictum Ritum fraudõ de loco ad locum imprevidè facientes, pannos, merces, & res alias consistentes in Civitatibus, Terris, & aliis locis extra Regnum emunt, & conventiones de his emendis in eisdem Civitatibus Terris, & locis, & aliis intra Regnum ineunt, & supponunt fictitiè sub quodam machinationis involucro, traditione dictorum pannorum, mercium, & rerum quidem aliarum, à dictis vẽditoribus predictis emptoribus in jam dictis Civitatibus, Terris, & locis, & aliis extra Regnum existentibus factam fore scilicet delationem, seu devehitionẽ pannorum, & rerum dictarum, ac mercium ex eorum colludioſe conventionis astutia fieri pro venditione hujusmodi ad destinatum locum, infra Regnum nostrum sistẽtem, ad eorundem vendentium risicum, & fortunam, vectigal de illis Curiæ nostræ debitum, sub colore quæsito traditionis earum extra Regnum sistentibus; dolosè siquidem eludentes, & de talibus instrumenta, seu documenta, & cautelas alias

alias non ſine fraudis commento confici faciunt, producunt, & oſtendunt, cum ſibi putant expedire, ut ius quod debetur exinde Curiæ, per ipſos ſit vendentes, & ementes ipſi Curiæ, ſeu alii ab ea exinde cauſam habenti, minime, vel diminutè ſolvatur. Ex his nanque illud pro dicta Curia damnoſum, & indecens ſequitur, quod poſt quam ipſi mercatores, & alii hujuſmodi merces, & res extrahunt, & proferunt cum vaſcellis, ſeu animalibus, & alibi quò volunt devehunt, extra, vel intra Regnum, dicta noſtra Curia fraudata remanet jure exinde ſibi debito; ſed cùm propter iſta jura dicta Curia noſtra gravia diminutionis incommoda hucuſque pertulerit, nec noſtræ intentionis exiſtat, ut illa, vel graviora, aut quæqs minora alia ulteriùs ſic perferat fraudolenter: Nos attendentes, quod noſtrum eſt proinde obviando fraudibus, edicta de novo ſtatuere, cujus eſt interpretari dubia, quæ contingunt; ac diligenti conſideratione luſtrates, quod hujuſmodi fraudis probatio, ex calliditate mercatorũ, adeo eſt effecta difficilis, quod vix, aut nullo modo, poteſt fraus ipſa probari; nõ ſine praviſa, ac matura deliberatione conſilii, præſenti noſtra ordinatione præſcribimus, ac mandamus, quod, non obſtantibus ritu, & conſuetudine, aliove jure quolibet, quod præſentibus modo quocunque poſſet obſiſtere, ab omnibus, & ſingulis mercatoribus, & perſonis aliis pactum inientibus, extrahentibus, ac immittentibus merces, prout ſuperiùs eſt expreſſum, pro pannis, victualibus, rebus, & mercibus aliis, quas ſive cum vaſcellis, ſive cum animalibus de partibus Regni noſtri extrahunt, vel extra, vel intra Regnum, vel de extra Regnum in Regnum devehunt, deferunt, & immittunt, ſeu devehi, deferri, & immitti faciunt, ut præfertur, jus dohanæ, ſeu platea, & fundici pro illis debitum, ac ſi ipſorum pannorum, rerum, & mercium aſſignatio, & traditio manifeſta, & notoria fieret in Terris, & locis partium Regni noſtri, in quibus, vel alibi conventiones, ſeu contractus hujuſmodi celebrantur, vel de quibus panni, res, vel merces ipſæ extrahuntur, aut immittuntur in Regnum, ubi de illis contractus, & conventiones illæ forẽt initæ forſitan, vel extra, vel intra Regnum per Secretos, Dohanerios, ſeu Platearios, aut officiales noſtros alios, quorum intererit, pro parte jam dictæ Curiæ requiri, & recipi debeat, & haberi: cùm prout indicat iſta veriſimilis, & probabilis conjectura, non abſque commiſſione, atque admiſſione, fraudis procedere dignoſcantur in diſpendium, & præjudicium fiſci fraudolenter, & callidè cenſeamus. Ut autem præſens innovatio noſtra perveniat ad notitiam ſingulorum, nec de illa poſſit per quemquam ignorantia cauſa prætendi, præſens edictum magni ſigilli noſtri appenſione munitum inde fieri, & in majoribus foribus magni noſtri Caſtri Novi de Neapoli affigi fecimus, & appendi. Datum Neapoli per Magiſtros Rationales Magnæ Curiæ noſtræ Anno Domini MCCCXXXII. die IV. Octobris primæ Indictionis, Regnorum noſtrorum anno 24.

Et quia nihil prodeſt, Principem edicta condere, niſi illa exequutione debita roborentur; volumus, & fidelitati veſtræ de certa noſtra ſciantia mandamus expreſsè, quatenus, præſcripti edicti formam diligenter attenta, ab omnibus, & ſingulis mercatoribus, & perſonis aliis, pactionem inientibus, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum, pro pannis, victualibus, rebus, & mercibus aliis, quas ſive cum vaſcello ſive cum animalibus de partibus Principatus, & Terræ Laboris juriſdictionis utique veſtræ extrahunt, & extra, vel intra Regnum, vel de extra Regnũ, ad ipſas partes, ſeu Terras, & loca juriſdictionis veſtræ devehunt, deferunt, & immittunt, ſeu devehi, deferri, & immitti faciunt, juxta quod in præſcripto continentur edicto, jus dohanæ, ſeu plateæ, & fundici pro illis debitum, & ſtatutum, ac ſi ipſorum pannorum, rerum, & mercium aſſignatio, & traditio manifeſta, & notoria fieret in Terris, & locis ipſarum partium Principatus, & Terræ Laboris juriſdictionis veſtræ, in quibus, vel alibi conventiones, ſeu contractus hujuſmodi celebrantur, vel de quibus panni, res, & merces ipſæ extrahuntur, aut immittuntur, ubi de illis contractus, & conventiones ipſa forent intra, vel extra ipſas partes juriſdictionis veſtræ forſitan initæ, pro parte dictæ noſtræ Curiæ officii veſtri exigatis, & recipiatis, ſeu exigi, & recipi mandetis, & etiam faciatis.

Datum ut ſupra die 4 Octobris.

208 Ad declarationem prædicti edicti Domini Regis Roberti, quia intricatè loqui videtur, ut infra dicam; primo præſupponendum eſt, quod facti cauſa potiùs quærenda eſt, quã ipſum factum, *Gloſ. in cap. iiectus, de reſcript. in*
209 *antiquis*, & mentem legis potiùs amplecti, quàm ipſam legem debemus, *l. ſed & ſi quis, §. Labeo, & Gloſſ. ſuper verb. mutare, ff. de religioſ. & ſumptib. funer. l. quanvis, ff. de in. jus vocan. &*
210 effectum magis, quàm verba, *l. ſi filius, cum*
211 *ſua Gloſ. ff. quod cum eo*. Nunc ergo ad verba ipſius edicti, quæ ſe fundant ſupra fraudibus, quæ in diminutionem jurium fiſcalium committebantur, & ad obviandum utique illis editum fuit; & quia de mercibus, quę ſunt in terris, ubi ſunt dicti Regii fundici, & ubi jus dohanæ de ipſis mercibus eſt ſolvendum, fit conventio, quod merces ipſæ extrahantur, per mercatores de dictis locis, ubi ſunt dicti Regii fundici, nihil ſolvendo de jure dohanæ, Regiæ Curiæ debito, ſub prætextu conventionis, ſeu contractus facti, ſive in dictis locis, ubi nundinæ, ſeu mercata celebrantur, ſive alibi, ubi non ſunt Regii fundici; conceſſum eſt Secreto, quod non obſtantibus his conventionibus, & contractu in dictis locis celebrato, poſſit ipſe exigere à dictis mercatoribus, illas merces extrahentibus de dictis locis, ubi ſunt Regii fundici ordinati, jus dohanæ, pro parte Regiæ Curiæ debitum, & ſtatutum, non obſtante, quod ibidem non fuerint tra-

Digitized by Google

traditæ merces , & ſolutio pretii non fuerit ſubſequuta, tam intra, quàm extra Regnum; & conveniunt de extrahendo ad ipſorum contrahentium riſicum, & fortunam, aſſignando, & tradendo merces in Terris, & locis aliis, vel infra Regnum, iis, cum quibus contrahunt, & conveniunt, pannos, & merces, conſiſtentes in Civitatibus, & Terris , & aliis locis extra Regnũ; emunt, & conventiones de iis emendis in eiſdem Civitatibus, Terris, & locis, ac aliis intra Regnum ineunt, & ſuperponunt fictitiè , ſub quodam machinationis in volucro ipſorum pannorum, & mercium traditione, à dictis vẽditoribus, præfatis emptoribus, in jam dictis Civitatibus, terris, & locis aliis extra Regnum ſiſtentibus, factam fore ad deſtinatum locum, infra Regnum noſtrum ſiſtentem , ad eorum vendentium riſicum , & fortunam, vectigal de illis Curiæ noſtræ debitum, ſub colore quęſito traditionis earum extra Regnum ſiſtentibus, doloſè ſiquidem excludentes, & de talibus inſtrumenta, ſeu documenta , & cautelas alias non ſine fraudis commento confici faciunt, & producunt, & oſtendunt, cùm ſibi putent expediens , ut jus quod debetur exinde Curiæ, per ipſos ſic vendentes, & ementes ipſi Curiæ , ſeu alii ab ea exinde cauſam habenti, minimè, vel diminutè ſolvatur. Et infra ſequitur : *quod poſtquam ipſi mercatores, & alii hujuſmodi merces, & res extrahunt, & proferunt cum vaſcellis, ſeu animalibus, & aliò, quò volunt devehunt extra, vel intra* Regnum, *dicta noſtra* Curia *fraudata remanet jure exinde ſibi debito, &c.*

212 Et ſic quantum ad hoc membrum clarum eſt, quod præfatum edictum fundatur ſuper diminutione jurium fiſcalium , & ſic tollit omnes *Ritus*, qui volunt, quod attendatur traditio, & ſolutio pretii, ut puta Neapoli ſunt merces, & contrahentes faciunt conventiones Neapoli, & tamen pactum apponunt de portando merces extra Regnum , & extra Regnũ fiat traditio, vel de portando ad alias Terras infra Regnum, ubi non ſunt Regii fundici ordinati, & in illis Terris fiat traditio ; & certè ſecundùm *Ritum* non ſolveretur jus Neapoli, ex quo non fuit facta Neapoli traditio ; Sed hic vult Dominus Rex Robertus , cùm hoc tendit ad diminutionem ſui juris , quod habeatur ac ſi Neapoli traditio facta eſſet , & quod ſolvatur Neapoli , ubi conventio facta fuit, & ſic in hoc corrigitur *Ritus*.

Sed ſequitur in litteris, ſtantibus terminis , *prout ſuperiùs eſt expreſſum pro pannis, victualibus , rebus , & mercibus aliis, quas ſive cum vaſcellis , ſive cum animalibus de partibus Regni noſtri extrahunt , vel extra , vel intra* Regnum, *&c.* & hoc declara, ut ſupra dixi, quia videtur clarum, ſi merces ſunt intra Regnum, & conventione prædicta extrahuntur , extra, vel intra Regnum, ut ſupra dictum eſt , quod ſolvatur jus Regium in fundico , unde extrahuntur in Regno. Item ſequitur in *litteris*, ibi: *vel de extra Regnũ in Regnũ devehunt, deferũt, & immittunt, ſeu devehi, deferri, & immitti faciunt, ut præſertur jus dohanæ, ſeu platea, & fundici pro illis debitum, ac ſi ipſorum pannorũ, rerũ, & mercium aſſignatio, & traditio manifeſta, & notoria fieret in terris , & locis partium* Regni *noſtri; in quibus, vel alibi, conventiones, ſeu contractus hujuſmodi celebrantur ; vel de quibus panni, res , vel merces ipſæ extrahuntur, aut immittuntur in* Regnum, *ubi de illis contractus, & conventiones illæ forent initæ forſitan, vel extra, vel intra* Regnum.

213 Nunc videndum eſt de eo, quod dicit de extra Regnum in Regnum devehi, quomodo intelligatur ? ponamus merces ſunt Romæ, fit coventio venditionis Romæ, vel Neapoli , & poſtea merces portantur Neapolim : nam ſi traditio facta eſſet Neapoli, non Romæ, non eſſet dubiũ, quod Neapoli deberet ſolvi ſecundùm *Ritum* ; nec in hoc tollitur *Ritus* : cùm edictum Domini Regis ſe fundet ſuper diminutione jurium ipſius, videlicet quod dicti *Ritus* in tantum tolluntur, quantum præjudicant juribus Regiis: ubi enim non præjudicarent ipſis juribus, non videretur tolli *Ritus* , & in caſu noſtro ubi conventio facta eſt Romæ , & panni portantur Neapolim, & Neapoli fit traditio ſervando *Ritum*, ut ſolvatur ubi fit traditio , nihil diminuitur de juribus Regiis ; & hoc eſt, quod vult ſentire hic *Ritus* , ubi dicit *de extra Regnum in Regnum*, & hoc dixi quando merces erant extra Regnum , & facta conventione extra Regnũ, & traditione Neapoli.

Sed an præfatum edictum procedat etiam quando conventio prædicta , & traditio fuit facta extra Regnum, & poſtea merces veniunt Neapolim, an debeat Neapoli ſolvi ? hoc etiam dico, quod ſentit præfatum edictum, aliàs illud verbum *de extra Regnum in Regnum immitti* , nihil operaretur: nam non eſt dubium , quod ſi emunt extra Regnum , & traditio fit Neapoli, debet ſolvi Neapoli , & ſic illud verbum *de extra Regnum in Regnum immitti* non haberet caſum ſuum; vnde oportet, quod intelligatur de mercibus extra Regnum venditis, & traditis , quod nihilominus ſi vehuntur Neapolim, prædicta conventione facta , vel non facta, debeat ſolvi Neapoli.

214 Item, & procedere poſſet in alio caſu , ut quando conventio de mercibus vendendis , & emendis Neapoli facta fuiſſet de mercibus exiſtentibus extra Regnum : quia tunc cùm uehuntur Neapoli , ſoluetur Neapoli jus dohanæ, non obſtante conventione prædicta, de portando ad riſicum, & fortunam contrahentium ; & hoc etiam eſſet de *Ritu ultimo præ-*

215 *ſentis rubricæ*, de exteris loquendo. Sed hoc non videtur dubium, loquendo de extraneo : quia, ſi extraneus portet merces Neapolim, ſive conventione facta Neapoli , ſiue non, debet ſol-

Digitized by Google

216 ſoluere jus fundici, & dohanæ; ut expreſsè dicit *Ritus*; ſed dubium remanet in Ciuibus: nam *Ritus* uult, quod, ſi Ciuis emat extra Regnum, ſive conventio fuerit facta Neapoli, ſive non; non teneatur ad jus dohanæ, ſed fundici
217 ſic, ut ibi. Quomodo ergo intelligetur *edictum Domini Regis Roberti* volens, quod ſi conventio facta eſt Neapoli de mercibus exiſtentibus extra Regnum, ſolvatur Neapoli, ubi conventio facta eſt? quia aut intelligitur de extraneo, & non eſt dubium, cùm hoc etiam proviſum fuerit per *Ritum* de jure dohanæ, qui vult, quod extraneus teneatur de rebus emptis extra Regnum, conventione facta Neapoli, vel non; unde neceſſe eſt ut intelligatur de civibus, qui conventionem faciunt Neapoli de emendis mercibus, quæ ſunt extra Regnum, quod videatur facta in fraudem: &
218 ſic *Rit.* ille procedat in terminis ſuis, ſcilicet, quando Civis perſonaliter vadit, vel mittit nuncium, & emit merces extra Regnum de ſua pecunia, vel ſibi mutuata, & ſunt ibi traditæ; ita quod verè præſupponit realem traditionem, tunc, cùm merces veniunt Neapolim, non ſolvet jus dohanæ, ſive conventio facta fuiſſet Neapoli, ſive non; ſed quando civis non vadit, neque mittit nuncium, tunc, ſi facit conventionem Neapoli de emendo merces, quæ ſunt extra Regnum, procedit *edictum domini Regis Roberti*, quia videtur factum in fraudem, & ſolvi debet jus Neapoli, ubi fuit facta conventio, ita quod ille *Ritus* procedit in terminis ſuis; ſed quando nō vadit, nec mittit, tunc procedit *edictum Domini Regis Roberti*, ſcilicet, quod videatur eſſe factum in fraudem, & in hoc Civis non gaudet privilegio.

Verùm per prædicta non dicerem tolli privilegium Civibus Neapolitanis conceſſum, quod eſt *in ultimo Ritu præſentis rubricæ*, quando Cives Neapolitani emunt, vel mittunt ad emendum extra Regnum, & ibi ſunt traditæ, poſtea merces portatæ Neapolim non ſolvent jus dohanæ Neapoli; ita quod illud, quod dixit, procederet in extraneis: quia, cùm *Dominus Rex Robertus* non expreſſit de civibus Neapolitanis, non videtur illud privilegium tollere voluiſſe, licèt ipſe dicat: *non obſtante Ritu, & quocunque alio jure*. Quod intelligitur in terminis ipſius *edicti*: quia illud quod ſpeciali nomine demonſtradum eſt, non vide-
219 tur tolli, niſi ſpecialiter nominetur. Dicas etiam, quod, ſi facta eſt venditio mercium Neapoli, & traditio, & pretii ſolutio, puta anno primo, tunc non eſt dubium, quod jus fundici, & dohanæ acquiritur illi gabelloto, qui eſt in dicto anno primo; ſi autem traditio, & pretii ſolutio facta eſſet in anno ſecundo, licèt venditio fuiſſet facta anno primo, jus dirictus acquiritur gabelloto, qui eſt anno ſecundo;
220 ſi autem conventio, & venditio eſſet facta Neap. & pactum de tradendo in alia Terra Regni, & in dicta Terra fuerit facta traditio, ſi in d. Terra eſt fundicus ordinatus, acquiritur jus dirictus fundico dictæ Terræ, ubi eſt facta traditio: quia in hoc nullum eſt damnum Regi, qui dominus eſt omnium fundicorum Re-
221 gni. Si autem factum fuerit pactum de tradendo merces in alia Terra Regni, ubi non eſt fundicus ordinatus, & tunc acquiritur jus dirictus illi gabelloto fundici, ubi fuit facta venditio, licèt non traditio. Idem ſi de Regno extra Regnum portando merces pactum factum fuerit: quia his duobus proximis caſibus videtur factum eſſe in fraudem juris fundici,
222 & dohanæ; ſi autem merces eſſent extra Regnum, & emerentur ibi cum pacto de portando in Regnum ad riſicum, & fortunam vendētium, tunc ſive ſit extraneus, ſive Civis, qui emerit, videtur feciſſe in fraudem juris dirictus; & ideo non eſt dubium, quod extraneus ſolvat Neapoli; & idem eſt dicendū de Cive: quia, licèt *Ritus* velit, quod Civis emens extra Regnum, portando Neapolim non ſolvat jus dohanæ, verum eſt, quando ille emit extra Regnum, & fuit facta verè traditio, & ita ſentit *Ritus* ubi dicit *de traditione facta*; ſed in caſu præmiſſo, ubi facta fuit cum dicto pacto, ad riſicum, &c. quod videtur in fraudem factum, habetur ac ſi Neapoli eßet facta traditio, & Neapoli debet ſolvere; ſed *Ritus* dohanæ videtur ſentire contrarium, ubi dicit, quod eo caſu Civis non ſolvet, etiam ſi ille, qui mutuavit, vel alius portat merces Neap. ad riſicum, & fortunam ſuam pro avantagio, & lucro proinde forſitan ſibi dato; niſi dicas, quod ille *Ritus dohanæ* corrigitur per præfatū *edictum Domini Regis Roberti*, vel *Ritus* ille loquitur, quando verè conſtabat de traditione inde verè extra Regnū facta, ſed illud pactum de portando ad riſicum, &c. fuit clarè factum pro avantagio vendentis, & ſalario portaturæ, ut dicit *Ritus*; prædictum tamen *edictum* ſentit expreſsè, quod non obſtantibus *Ritu*, *& quocunque alio jure, modoquolibet in contrarium obſiſtentibus*, ita quod tollit *Ritum*, volentem, quod ſolvatur ubi fit traditio intra Regnum; & etiam videtur tollere omne aliud obſtaculum, propter quod impediretur jus directus Regis; ita quod, ſi Civis emit extra Neapolim, appoſito illo pacto deportando Neapolim ad riſicum, & fortunam vendentis, dicitur eſſe factum in fraudem, & ideo ſolvet jus dohanæ Neapoli, ſecundùm *præfatum edictum Domini Regis Roberti*.

Digitized by Google

ADDITIO

SVMMARIVM.

Dohanæ nomen Normandum est, quid significet, & sub ipso, quæ comprehendantur? num. 1.

Dohana distracta, & concessa, omnia, quæ sub ipsa comprehenduntur, comprehensa sunt. num. 2. etsi in alio consistant loco, modò ab ea dependant. n. 3.

Dohana Neapolis est caput omnium dohanarum Regni, & major fundicus dicitur. num. 4.

Ius dohanæ de quibus solvatur mercibus, quomodo, & quando? n. 5.

Iuris dohanæ, antiquissimis temporibus, octava solvebatur pars. n. 6.

Ius dohanæ quodnam sit? n. 7.

Ius dohanæ non solvitur ex re, vel propter rem, sed propter contractationem. n. 8.

Dohanæ jus toties debetur, quoties merces contractantur. n. 9. 11.

Ius fundici, & vectigalis semel solvitur. num. 10.

Dohanæ jus in loco contractationis solvendum est, licèt alibi res existant. n. 12.

Gabelloto temporis contractus dohanæ jus spectat, licèt conditiones, sub quibus contractus confectus fuit, alio tempore, adimpletæ fuerint. n. 13. & 29.

Periculum rerum venditarum, & traditarũ sub conditione, ad emptorem spectat. n. 14. & quarè? num. 15. & quando secus? num. 17.

Mercedis, canonisque remissio, nisi tota re perempta, non habet locum. n. 16.

Retrotractio quando non habeat locum? nu. 18.

Causa ad contrahendum inductiva deficiẽte, & ipse contractus deficit. n. 19. 21.

Causa contractus venditionis, & emptionis res est. num. 20.

Causa contractus, & obligationis ante omnia inspicienda est, ex qua contractus, & obligatio regulatur. num. 22.

Causa obligationis non persistente, ob ipsius defectionem, aut mutationem, & obligatio ipsa deficit. num. 23. 27. 28. etiasi juramento mediante contracta sit, nam semper intelligitur rebus sic stantibus. n. 24. 25.

Iuramentum non obligat ultra voluntatem contrahentium, num. 25.

Obligationi tacita inest conditio rebus sic stantibus, & in aliquo non mutatis. num. 26.

Gabellario temporis traditionis rerum venditarum, contractarunque, iura dohanæ competunt, n. 30. 33.

Contractatio rerum, ipsarunque venditio pro perfecta non habetur, nisi sequuta traditione. n. 31.

Dominium rerum venditarum in emptorem non transit, nisi sequuta traditione. num. 32.

Iura dohanarum, & gabellarum, gabellario, temporis contractationis, & traditionis debentur, ejusque loco, licèt pretium haud fuit solutum, sed de eo habita fides, & dominium reservatum pendẽte solutione penes venditorẽ. n. 33. 34.

Contrahentium voluntas intelligitur fuisse iuxta factum in contractu expressum, adimpletunque. num. 35.

Contrahentes de contentis in contractu providere velle desumitur, nedum quo ad se ipsos, verùm etiam, quo ad eorum hæredes, & successores. n. 36.

Fideicommissarii, ac legatarii hæredes, nunquam præsumuntur à testatore prospecti. num. 37.

Transmissio ad hæredes datur de dispositionibus contentis in contractibus, licèt conditionalibus, ipsis non purificatis in contrahentium vita. n. 38. 43. 44. 56

Contractus ex stipulatione firmitatem recipiunt, & redduntur immutabiles. num. 39.

Vltimæ voluntates, firmitatem non habent, cùm ambulatoriæ sint usque ad mortẽ disponentis. num. 40.

Fideicommissarii, & legatarii actionem nõ acquirunt, nisi sequuto disponentis obitu. n. 41.

Legatarii, & fideicommissarii si tempore testatoris mortis extincti reperiuntur, nihil ad hæredes transmittunt. n. 42.

Dispositio Martiani in l. quod de pariter, ff. de rebus dubiis *explicatur non obstare. num. 44.*

Caducitas non habet locum in contractibus. num. 45. sed conditionum adimplemẽtum. num. 46.

Substitutiones sequentes haud caducantur, caducato primo, vel medio substitutionis gradu. num. 47.

Cou-

Digitized by Google

Conditionis defectus magis attenditur in dispositione conditionali, quàm caducitas. n.48.

Conditiones voluntariæ ad unguem sunt adimplendæ, & nihil est indagandum, nec à litteræ discedendum. num.49.

Conditio de alicujus superviventia, voluntaria est. n.50. & si non evenerit, habetur ac si defecisset. num.51. etiamsi in contractibus deducta sit. num. 52. vel in donatione. n.53.

Conditio non sufficit, pro parte adimpleri, sed in totum adimpleri opus est, ut ac si defecisset, non habeatur. n.54.

Fideicommissa, & vocationes omnes evanescunt, ob conditionum adimplementi deficientiam. n.55.

Donatio conditionalis, conditione non adimpleta, ob donatarii præmorientiam, ad hæredes non transit. n.57. si de eis nulla facta sit mentio in donatione, aut ex conjecturis colligi possit. num.58.

Legato conditionali confecto, ad hæredes legatarii non transfertur, conditione in vita legatari non impleta. n.59.

Annua quantitate legata, pro primo anno, legatum dicitur purum, pro sequentibus verò conditionale, num.60.

Ususfructus annuus legatus, usufructuarii morte extinguitur. n.61.

Annuum legatum relictum Ecclesiæ, Reipublicæ, Collegio, Civitati, vel simili perpetuo loco, qui nunquam moritur, perpetuum est. num.62.

Ususfructus legatus Ecclesiæ, Reipublicæ, Collegio, Civitati, vel simili perpetuo loco, per lapsum temporis annorum cētum extinguitur. num.63. etsi cum dictione in perpetuum *relictus sit: quia restringitur ad tempus prædictum. num.64.*

Legatum annuum relictum usque ad certū tempus, infra quod legatarius decessit, ad hæredes transmittitur pro reliquo tempore. num 65.

Transmissio ad hæredes ubique locum habet, præterquam in conditionalibus dispositionibus. num.66.

Hæredis nomen generale est, & comprehendit etiam extraneos. n.67.

Hæres quicquid acquirit, ad sequentes hæredes transmittit. num.68.

Hæredis hæres in infinitum defuncti hæres est, et ejus representat personam. num.69.

Res ad hæredem transitoria, sequentibus etiam acquiritur, concessione, vel ejus institutione non repugnante. num.70.

Clausula in concessionibus feudorum, & officiorum, tibi, & hæredibus tuis, *intelligitur, & regulatur secundùm subjectam materiam. num.71.*

Clerico, aut alii privilegiato, non conceditur fori declinatio lite cæpta, etsi non contestata cum defuncto, cui successit, cùm dicto clerico hæredi transeat instantia litis cæptæ cum defuncto, ex libelli citatione. num.72.76.78.

Judicium cæptum dicitur per libelli citationem parti à competente judice factā. num.73.

Citatio citantis jurisdictionem radicat, atq; perpetuat, non autem litis contestatio. num.74.

Citatio nedum causam, verùm etiam personam prævenit coram judice citantis. num.75. cujus forum non potest declinari ob novum superveniēs jus exemptionis. n.76.

Hæres ligatur instantia, & judicio cæpto cū defuncto ex hæreditatis aditione; licèt ex propria persona sit privilegiatus, coram judice judicii cæpti cum defuncto adstringitur litem prosequi. num. 77.

Dominium, traditione rerum, earunque trāslatione non sequuta, an, & quando acquiratur? remissive, num.79.

Accusare, & querelare nemini licèt, nisi ad suam, suorunque prosequendam injuriam. n.80.

Delicta nè remaneant impunita, ab omnibus delinquentes accusari valent. num.81. sed quando? num.82.

Offensi, eorunque proximiores in gradu accusare possunt. n.83.

Ius querelandi proximiori defuncti datur, cui successio de jure debetur. n.84. etiāsi extraneus institutus à defuncto sit hæres, vel in gradu remotior. n.85.

Iura, quæ ex sanguinis jure spectant, ab hæreditate excipiuntur. n.86.

Remittendi jus proximiori in gradu successibili spectat, non autem hæredi scripto extraneo, vel remotieri in gradu, num.87.90. & quare? num.89. etiā

attento Regni jure. num. 88.

*Remissio ab omnibus proprinquioribus in pari gradu fieri debet, aliter non substinetur. num.*91. *licèt à majori parte facta sit.num.*92.

*Remissio ab hærede in potentia fieri debet, etsi institutus haud sit, vel hæreditatem minimè adiverit.num.*93.

*Proximitas sanguinis, & successionis delatio requiruntur ad accusandum, & remittendum.n.*94.

*Fœminæ, ob existentiam masculorum, per quos excluduntur à successione, nec accusare, nec remittere valent. n.*95.

*Proximior accusans, vel remittens tanquã de sanguine, hæreditatem non colligitur adivisse, & pro defuncti hærede haberi non debet.n.*96.

*Possessor præsumitur rem possidere, & retinere ex titulo utiliori, præjudiciali sublato, num.*97.

*Possessor potiùs præsumitur possidere, & retinere rem ex credito dotali, vel similibus, quàm hæreditario jure præjudiciali.num.*98. *etiam nulla declaratione præcedente, quo titulo retinere intellexerit.num.*99. *cùm sufficiat, eam facere tempore molestiæ.n.*100.

Proximior remittendo necem defuncti aliquo accepto, non dicitur hæreditatem adire: quia non est hæreditarium. nu. 101.

*Creditores defuncti occisi nullam habent actionem super quantitate recepta per proximiorem remittentem querelam, & delictum: quia non est hæreditaria. num.*102.

*Hares remittens, pecunia accepta, illam quantitatem in inventario describere, tanquam hæreditariam, non tenetur. num.*103.

Fori contractus efficitur contrahens ratione ipsius contractus. nu. 104. *& quando? num.*106.

*Domicilii forum prævalet foro contractus. num.*105.

*Iudicis fori electio à partibus fieri valet, & re integra revocari potest, & datur locus pœnitentiæ.num.*107.

*Pactum, quod quis possit cõveniri in omni curia, loco, & foro, quando teneat? n.*108.

*Loci adiectione non destinata, in cujus gratiam adhibita censeatur, utriusque ne contrahentium? num.*109.

Diei collatio, in dubio, semper in favorem debitoris opposita desumitur, num. 110.

Creditor cogere non potest debitorem ultra locum destinatæ solutionis. num. 111. *sublato loco contractus, vel conventionis.num.*112. *& hoc tam quo ad principalia in contractu contenta, quàm quo ad omnia, ab eo dependentia. nu.*113. *&* 115.

*Contractus pro vero confectus desumitur in loco destinatæ solutionis, non autem ejus confectionis.num.*114.

*Contractus regulandus est secundùm leges, statuta, & consuetudines loci destinatæ solutionis, etsi ab extero factus sit, & extra locum ipsum.n.*116.

*Annui introitus, eorunque debitoris nomen regulantur, & submittuntur legibus, statutis, & consuetudinibus loci destinatæ solutionis, etsi corpora submissa alibi sint.n.*117.

*Annui introitus, eorunque debitoris nomen solvendi in Civitate Neapolis, regulãtur in omnibus, & submissi sunt consuetudinibus Civitatis Neapolis, etiam si contrahentes exteri sint. num.*118.

*Arrendamenta, & gabellæ, quarum solutio destinata est in Civitate fieri, prò bonis in districtu habentur, & consuetudinibus subsunt.n.*119.

*Fiscalia, quorũ solutio destinata sit extra Civitatem, pro bonis extra districtum dejudicantur.num.*120.

*Neptis ex masculo excludit amitam. n.*121. *sed contrarium.n.*122.

Nepos ex masculo, excludit nedum amitam; verùm etiam neptem ex masculo. num. 122.124. *& quare? num.*125.126.

Regula, si vinco vincentem te, eò fortiùs vinco te. *num.*123.

*Subingressio vigore consuetudinis, quando locum non habeat? num.*127. *& quando secus? tam in successione masculi, quàm fœminæ? num.*131.

*Sorores comprehenduntur sub fratrũ appellatione ex dispositione juris communis. num.*128 *secus de jure consuetudinario.num.*129.

Conservatio bonorum in familia non consideratur in fœmina, sicut in masculo; ipsa tamen tantùm concurrente, quia finis fami-

Digitized by Google

familię, admittitur. num. 130.
Neptis admittitur vigore subingressionis cũ matertera magna ad succedendum, & æqualiter concurrunt. n. 132.
Consuetudo, quod autem *locum habet tam in masculo, quàm in fœmina. nu.* 133.
Nomina debitorum, an, & quando dejudicentur pro bonis extra, vel infra districtum? n. 134.
Exteri valent in contrahendo, & disponendo, se, eorunque contractus, & dispositiones submittere statutis alterius loci. n. 135.
Dotalia bona, ob ipsum dotale jus universale, etsi extra districtum sint, consuetudini subsunt. num. 136.
Antefatũ ante annũ 1617. *acquirebatur tã in usufructu, quã in proprietate, matrimonio dissoluto absque liberis. nu.* 137.
Patri peculia filiorum debentur, non uti ipsorum filiorum hęredi. n. 138.
Possessore bonorum antiquorum, non utente facultate disponendi de medietate, hoc ius ad hæredes non transmittitur. nu. 139.
Muliere de bonis dotalibus, & obventis ab agnatis, & cognatis, non disponente de decima si habeat filios, et de medietate, ipsis non existentibus, ad proximiores vocatos à consuetudine omnia cedunt. num. 140.
Hęreditas ab alio à jure vocato adita, an revocari possit ab alio vocato ex capite tamen restitutionis in integrũ? n. 141.
Minori succurritur adversus non additionẽ factam hæreditatis sibi delatæ, & non aditæ. num. 142. *& quomodo intelligantur disposita per I. C.* in l. si minor 25. §. Scævola, ff. de minor. *& per Imperator.* in l. fin. Cod. de repud. hæreditatis? *num.* 143.
Minores ex facto eorum tutorum restituuntur: quia magis læsi præsumuntur. nu. 144. *nulla tutorum excussione facta, ut contra tertium agere possint. n.* 145. *& quid de jure consuetudinario? num.* 148.
Tutores ex malè gestis, minoribus tenentur. num. 146.
Minoris arbitrium est, agere contra tutores ad interesse, vel contra tertios ad relaxandum, resolvendum, &c. num. 147.
Actus dividuus factus à minore, & majore, licèt rescindatur respectu minoris, substinetur tamen quo ad majorem. num. 149.
Masculiatio fœminæ, licèt substineatur, quo ad majorem, rescinditur tamen respectu minoris. num. 150.
Dominium haud transfertur, nisi traditione rerum sequuta. n. 151.
Pignus solo consensu conficitur. n. 152.
Traditione sequuta, possessor à possessione evelli non potest, nil obstante si ab alio in tituli acquisitione præferatur. num. 153. *omni distinctione remota, si tituli perveniant ex causa lucrativa, vel onerosa. num.* 154.
Possessor licèt secundus in titulo, cum traditione rei, primo præfertur. n. 155.
Actio personalis ad rẽ tradẽdam, aut ad interessis refectionem, primo de titulo proviso contra venditorem, donantem, &c. non est rei persecutoria secundo traditæ. n. 156.
Traditio ficta, sive dominium, per clausulam constituti, & precarii, *si in primo acquirente concurrit, secundo, cui realis intervenit, præfertur. num.* 157. 163.
Dominium per clausulam constituti, & precarii, *in constitutarii beneficium transfertur unà cum civili, atque naturali possessione. n.* 158.
Possidere alieno nomine rem propriam, non est probibitum. num. 159.
Possessor ille est, cujus nomine possidetur. nu. 160.
Traditio ficta ex constituto *non distinguitur ab actuali traditione, & corporali possessione à statuto, vel lege requisita. num.* 161.
Traditio ficta ex cõstituto *sufficiens est pro traditione requisita in* consuetudine *Neapolitana. num.* 162.
Traditio ficta per constitutum *non habet locum in contractu conditionali, & quare? num.* 164.
Dominium pendente conditione ex voluntate trasferri potest. num. 165.
Conditione adimpleta, & purificata postquã alteri res tradita est, hic posterior, primo præfertur, & quare? num. 166.
Retrotractio, ut suum habeat effectum, debet habere extrema habilia, aliter non operatur. num. 167.
Traditio nihil prodest secundo cõtrahenti, si in

Digitized by Google

in primi beneficium specialis concurrit obligatio, reique hypotheca. n. 168.
Hypotheca specialis potioritatem importat. num. 169.
Hypotheca specialis impedimentum producit translationi dominii ad posteriorem contrahentem. n. 170.
Avocatio rei primo contrahenti cõpetit cõtra secundũ, cui tradita reperitur. n. 171.
Dispositio l. quoties, Cod. de rei vindic. *locum non habet in illis casibus, in quibus realis, & effectualis hominis traditio non requiritur. num.* 172.
Cessio, donatio, vẽditio, & similes actus in rebus incorporalibus, loco traditionis realis, & effectualis habentur. n. 173.
Collationem beneficiorum primus obtinens, secundo præfertur, etsi in possessione inveniatur. num. 174.
Officia ad instar beneficiorum regulantur. num. 175. (*num.* 176.
Officia inter incorporalia jura describuntur.
Officium primus obtinens posteriori præfertur. num. 177.
Concessionarius, aut primus donatarius quarumvis rerum à Rege gratiosè obtentarum, secundo præfertur. num. 178. *secus si ex contractu. num.* 181.
Concessionarius, aut donatarius primus ex causa onerosa, secundo ex lucrativa causa præfertur. num. 179.
Rex disponendo ex contractu, jure utitur privato, & non eximitur à juris dispositione. num. 180.
Dispositio d. l. quoties, C. de rei vẽdic. *locũ habet in feudalib. & emphiteuticis bonis. n.* 181. *secus in locatione, & quare? num.* 182.
Locatio jus aliquod reale super re non præstat, neque ex traditione tribuit, & quare? num. 183.
Conductor secundus, cui res locata tradita reperitur, primo præfertur, & quare? num. 184. *secus verò, si in primi beneficiũ concurreret generalis, vel specialis hypotheca rei conductę, pro manutẽtione conductionis. num.* 185.
Singularis successor, tenetur stare locationi, quando concurreret specialis, vel generalis hypotheca in beneficium conductoris, pro tuitione, & manutentione affictus, & ipsius contractus observantia. n. 186. *& 196.*
Singularis successor recedere potest à locatione, si paratus est conductori omnia damna reficere, dummodo in ipsius conductoris beneficium generalis tantùm concurreret obligatio. num. 187. *192. contra. num.* 196.
Locator omnia damna, & interesse tenetur reficere conductori, quousque ex sua causa nequit uti, ac frui re conducta. num. 188.
Actio personalis à contractu locationis oritur contra locatorem ad facti observantiam; sed resolvitur in refectionem interessis. num. 189.
Locationis contractus, ejusque hypotheca pro dissoluta habetur, refectis damnis, & interesse. num. 190.
Hypotheca generalis, uti persecutiva, & personalis pedissequa, ipsius debet sequi naturam. num. 191.
Locationis contractus, impeditivus haud est dominii translationis. num. 193.
Hypotheca, & generalis obligatio in conductoris beneficium, suum debet habere effectũ, si juramento sit firmata. n. 194.
Iuramentum ad præcisam facti observantiã obligat. num. 195.
Conductor evelli haud potest à novo domino, sive singulari successore, si habet generalem obligationem bonorum pro observantia locationis contractus. n. 196.
Emptor, singularisque possessor stare debet locationi, si de ea conscius erat ante acquisitionem. num. 197.
Dispositio l. quoties, Cod. de rei vindic. *non habet locũ, quando secundus contrahẽs habebat scientiam de priori contractu. num.* 198. *ac etiam in donatione, venditione, & similibus in ecclesiæ, & piæ causæ favorem confectis. n.* 199.
Venditionis contractus, pro unico non habetur, pluribus rebus divisionem recipientibus distractis, licèt unico pretio sint venditæ. num. 200.
Re aliqua evicta de pluribus venditis, aut non tradita in emptorẽ, contractus non rescinditur, sed agitur pro eo tantùm, quod interest. num. 201.
Contractus emptionis, aliqua ex rebus emptis evicta, aut parte ipsarum, rescindendus est, si appareat, emptorem non fuisse empturum tali casu. n. 202.
Creditor, cui à debitore plures insolutum res

data

Digitized by Google

data ſunt, una evicta, aut parte ipſarum, à toto iſtrumento recedere valet, & ad primæva jura redire.n.203.

Jura primæva, per inſolutam dationem à debitore creditori ſuo factã, haud extinguuntur; & evicta re inſolutum data, ad ea redire valet ne dum contra principales, verùm etiam contra fideiuſſores, & tertios bonorum poſſeſſores. n. 204. 211. 213. & quare? num. 206. & 216.

Jura extincta, reviviſcere durum eſt. n. 205.

Permutans præcisè aſtringitur ad dominium transferendum, & ad eius obſervantiam. num. 207.

Emptionis contractus perficitur, rem dando pro pecunia. num. 208.

Venditor, ſequuta traditione, liberatus eſt. num. 209.

Emptor, evictione ſequuta, non ex alio, contra venditorem, niſi ex utili actione ex empto agere valet. num. 210.

Primæva jura crediti dotalis, evictione ſequuta, reviviſcunt, etſi jurium reſervatio non adſit. num. 212. 215.

Primæua jura evictione ſequuta reviviſcũt, etſi iurium reſervatio non adſit. n. 214.

Confuſio, & extintio hypothecæ, quando detur? n. 217.

Mercibus pluribus venditis, ſed non omnibus traditis, pro traditis tantùm, jus dohanæ ſolvitur. num. 218.

Deputatis in officiis, quo ad ipſorum concernentia plena fides datur. num. 219.

Nunciis, Apparitoribus, Alguzeriis, & ſimilibus, quo ad ſpectantia ad eorum officia, plena adhibetur fides. num. 220. & quare? num. 221. donec contrarium verificetur. num. 224.

Perjurii pœna graviſſima eſt, quia Deum habet ultorem. num. 222.

Iuramentum à Nuncio, ſive Apparitore, & ſimilibus, præſtitum eſſe deſumitur, dũ videtur eſſe in officii exercitio. n. 223.

Nuncii, Apparitores, & ſimiles infimæ conditionis ſunt, itaque non fide digni. n. 225.

Nuncii, Alguzerii, & ſimiles, extra hanc Civitatem, judiciique locum, corã duob. teſtibus debent relationem facere, aliter fidem non faciunt. num. 226.

Apparitores, ſive Porterii S.R.C. abſque hac ſolemnitate fidem faciunt, & quare? num. 227.

Nunciorum, Apparitorumque fides, & alia, quæ ad ipſos concernunt, reſpectivè num. 228.

Nuncius, ſive porterius, ſuum non valet exercere officium in terra Baronis, etſi à curia ſuperiore ei mandetur, niſi priùs obtenta venia à Barone, vel ejus gubernatore, aut Locutenente, in eorum abſentiam, n. 229.

Nuncio, ſive Porterio, unicum debetur ſalarium, licèt plures ſint, qui citandi ſunt in uno loco. num. 230.

Vſus, ac obſervãtia pro introducta habetur, ſi ita per diuturnum tempus practicatum ſit, de eo, quod eſt præter jus. num. 231. & pro quanto tempore? num. 232. etiam contra jus? num. 236.

Vſus, ac obſervãtia nunquam introducitur, quò ad ea, quæ ſunt de directo contra legem, & quare? num. 233. ſine Principis ſcientia, & beneplacito, quod præſumitur per temporis lapſum annorum 40. num. 234. quod ſi de rebus eccleſiaſticis ageretur. num. 235.

Mutari haud poſſunt ea, quæ ſub certa obſervantia ſuam habuerunt interpretationem. num. 237.

Conſuetudo, diuturnaque obſervantia pro optima interpretatione habetur, num. 238. à qua, ejuſque ſolito recedi non poteſt num. 239. & quando ſecus? num. 240.

Obſervantia, uſus, vel conſuetudo injuſta invalere non poteſt. num. 241. quia potiùs abuſus, & corruptela appellatur. num. 242.

Abuſus, & corruptela evellenda eſt, ut in deſuetudinem veniat. n. 243.

Credenzerius in officio Magiſtri Portulani præcedere non poteſt dicto Magiſtro Portulano in ſedendo n. 244. & 247. & ita deciſum. num. 266.

Antiquius officium habens habenti poſteriu præfertur. num. 245. quia in majori dignitate. num. 248.

In præcedentiis duo ſunt inſpicienda, prioritas nempe, & conſtitutio, ſive majoritas in dignitate. num. 246.

Magiſtri Portulani officium antiquius eſt Credenzeriatu. num. 249. Portitores, portorumque Vicarii appellabantur, quia omnia regalia jura, quæ in portibus ſolvebantur ab eis exigebantur. n. 250.

Digitized by Google

Limenarcha à Græcis appellati fuerunt Portitores. num. 251.

Magistri Portulani officium est exigere omnia regalia jura, quæ in portu solvuntur. num. 252. *& antiquitus Magistri Camerarii officium dicebatur. n.* 253. *sive subrogati in officium Magistri Procuratoris. num.* 254.

Credenzerii officium haud à Regibus, sed à Regia Curia introductum pro majori ejus securitate. num. 255.

Magister Portulanus major est Regio Credenzerio in dignitate, num. 256.

Major in dignitate præfertur in præcedentiis nu. 257. *& tanta est major dignitas efficaciæ, ut cuivis tempore, & antiquitate antecellat. vum.* 258.

Possessorium, & si summariissimum non prodest, quousque habet juris resistentiam, & rei qualitatis repugnantiã. n. 259.

Possessio, etsi longæva nullum juvamen inducit, quando jus vehementius resistit, & alteri assistit. num. 260.

Jus resistere dicitur, quando titulus acquiri non potest juxta possessionem. n. 261. *&* 265.

Possessor manuteneri nõ valet, quando juxta possessionem titulus haberi nequit. nu. 262.

Possessio tunc prodest, quando saltem titulus coloratus adesse potest. num. 263. *quia non contra, sed præter jus esset. n.* 264.

Titulus, an, & quando exhiberi debeat, & produci? num. 267.

1 DOhana (à Normandis vocabulum adinventum) multorum est regalium jurium cumulatio; & sub ipsa unica appellatione comprehenduntur tam vetera jura, quæ ante Fridericum Imperatorem exigebantur, quàm nova ab eodem imposita, Regens Moles *dec. R. C. S. §. 6. memb.* 1. *de jure dohanar. nu.* 5. 6. *& §. 9. de jure Bajulation. à num.* 39. Præs. de Franch. *dec.* 397. *num.* 10. *in fine, & nu.* 11. R. Galeota *controver. for.* 23. *n.* 16. 25. *&* 30. *prope fin. lib.* 1. Reg. Tap. *in jure Regni lib.* 7. *tit.* 1. *de annona in pragm.* 18. *incipiente, è perche,* Tasson. *de Antefato, vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 322. *vers. dohana est verbum,* Lagan. *ad Regen. Rovit. in rubr. de officio Bajuli, nu.* 5. de Luc. *ad Præs. de Franch. d. dec.* 397. *n.* 3. Episcop. Hieron. Rocca *disput. jur. Select.* 2 *cap.* 74. *num.* 24. 25. 26. *tom.* 1. taliter quod omnia, quæ sub ipso generali dohanæ vocabulo comprehenduntur, pro venditis, vel concessis habentur ipsa distracta, vel elargita, *Rit.* 1. *hujus rubr.* Goffred. noster *hic n.* 3. R. Moles *ubi su-* 3 *pra §. 6. n.* 14. etsi alibi, quàm in loco illo, in quo est principale corpus dohanæ, existerent, si tamen ab illo dependerent, prout habitum fuit pro vero à R. C. S. & Collateral. Cons. penes Reg. Capyc. Galeot. *in dicta controver* 23. *lib.* 1. in concessione emolumentorum Actuariatus, sive Secretariæ Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, sub qua, & cujus appellatione comprehenduntur dohanellę Aquilæ, tanquam ipsius membra, & cũ ea unum conficiunt corpus, ac ipsorum Actuariorium emolumenta sub ipsa veniunt concessione, quanquam de ipsis in ea nulla facta fuisset mentio: quia non sunt divisæ, ita ut aliud efficerẽt corpus; sed pro majori Reipublicæ, & gubernii 4 commoditate, & utilitate; qua de causa multæ sunt in Regni partibus dohanæ, quæ hujus fidelissimæ Civitatis Neapolitanæ dohanæ sunt membra, & ab ea dependent, ob quod ipsa Dohana, ac Fundicus Major denominatur, Regen. Capyc. Galeot. *dicta contr.* 23. *num.* 32.

5 Cujus quidem juris præstatio fit de omnibus bonis, ac mercibus, quæ venalia sunt, ope venditionis, contractatio- 6 nis, sive emptionis; propter quod priscis temporibus, juxta juris cõmunis dispositionem, octava persolvenda erat, prout Imperatores rescripserunt Archelao Orientis Comiti in *l. ex præstatione,* 7. *Cod. de vectig.* & Viviano PP. alias Iuvaniano *in l. Romanæ gentis,* 2. *in fin. Cod. de Eunuchis,* Gloss. *in l. inter publica,* 7 17. *verb. venaliũ, ff. de verbor. signif.* Per *Rit.* gran. decẽ, & otto rei cõtractatę valoris determinati; & sic nonnisi ad rationẽ ducatorũ triũ pro quolibet centena- 8 rio, quæ cùm nullã habeat ad rem, sive merces reflexionem, restrictionem personarum non habet; quia non est onus impo-

impoſitũ rei, vel propter rem;ſed rerum contractationis, ac venditionis ratione,Larrea *alleg.fiſcal.*111.*num.*1.*lib.*2. ita quod non ex alio capite, quàm ipſius contractus, idem *alleg.*5. *num.*19.
9 *lib.*1.& per conſequens, uti onus ad ſe conſecutivum,debetur præfatæ dohanæ præſtatio,& toties illa debetur, quoties
10 de mercibus contractatur; nec dejudicatur ad inſtar vectigalis, vel juris fundici, quæ ſemel perſolvenda ſunt, &
11 ſic diſtinguitur hoc jus dohanæ, opeſuę reiterationis, prout contractationes reiterantur,juxta *Rit.*1.diſpoſitionem, & per ea, quæ habentur penes Regen. Moles *dec.R.C.S.dict.*§.6.*memb.*1.*n.*18.
12 meritò non alibi jura prædicta eſſe perſolvenda determinaverunt DD. niſi ubi contractus fuit perfectionatus, licèt alibi res contractationi eſſent ſubmiſſæ, Larr.*alleg.fiſcal.*7.*nu.*7.*lib.*1.Antonell. *de loca legali lib.*2. *cap.*22. Bertazzol.
13 *Conſil.crim.*519.*tom.*2.& ſic illius loci gabellario,qui illic contractationis tempore exiſtit,dohanarum jura debentur, uti ipſi ob dictam contractationem,contractunque tunc temporis per venditionem,rerunque translationem in emptoris dominium perfectionatum, acquiſita; licèt alterius gabellarii tempore caſuales, aut miſtæ conditiones(non autem poteſtativæ, diſcriminis cauſa, quod inter gabellarios ipſos ineſt, diverſos effectus producens) adimplerentur,ipſiſque pendentibus, harum dohanarum, gabellarunque jurium præſtatio veniret ſuſpenſa: cùm prædictarum cõditionum adimplementum, ſive purificatio,nihil de novo pręſtet,ut novus dejudicari poſſit contractus, ob reverſionem, ac retrotractionem, quam habet, ad tempus contractationis jam peractæ, ſed judicatur,ac ſi purè, & abſque ulla conditione contractatum fuiſſet ab initio;quo inſpecto tempore, ſecundo gabellario nil ſpectat: quia nulla venditio, ſive contractatio facta eſt ſuo tempore, per ea, quæ deſumuntur ex diſpoſitis per Cajum I.C.*in l.potior*, 11. §. *videamus,ff.qui potior.in pignor.hab.*ubi Gloſ. *in verb.melius eſt*,& habetur *in Rit.*5.*&* 7. R.Revert.*dec.*189. *par.*1. ubi Reg.de Marinis,Ant.Gomez *var.reſ.lib.*2. *cap.* 11.*de qualitatibus contractuum*, *nu.*30. *verſ.tertius effectus eſt*,ubi Ayllon *n.*31. *verſ. in contractu conditionali*, Parlad. *rer.quotid.lib.*1. *cap.*3.§.3.*nu.*25.Olea *de ceſſione jurium,& action. tit.*1.*queſt.* 6.*num.*39.Solorzan.*de Indiarum jure*
14 *lib.*2.*cap.*11. *num.*47. Itaut,ſi venditione peracta, traditio rerum ſequuta eſſet, & in emptoris dominium translata; unde periculum ipſarum, & commodum,emptoris eſſet, & ſi adhuc conditio adimplenda veniret; non in penitus defectis, peremptiſque, quo in caſu ad venditoris periculũ curreret,Paulus ex Proculi octaveni, & Pomponii Sententia *in l.neceſſario*,8. §. *quod ſi ſub conditione,&* §.*quod ſi pendente*, *ff.de peric.& commod. rei venditæ*, Reg. de Marin. *ad Reg. Revert.dicta dec.*189.*n.* 4.*&* 5.Ant.Faber.*Ration. lib.*18.*tit.*6.*in dicta l.neceſſario* 8.*à lit.B.verb.quod ſub conditione*, *cum ſequentibus tom.*5. Gomez *var. reſol. lib.*2. *cap.*2. *de emptione, & venditione,num.*32. *verſ. item prædicta.*

15 Ratio diſtinctionis eſt, quia in caſu deteriorationis non in totum res defecta videtur, ipſa conditione pendente; propter quod data ipſius purificatione, cujus intuitu ad contractus tempus retrotrahitur,habetur, ac ſi ab ipſo tempore purè contractatio fuiſſet facta,ob rem ipſam exiſtentem, etſi deterioratã: quia fictio ipſa habet ubi ſe fundare poſſit ad reddendam validam rei venditionem,ope ipſius permanentiæ,à qua incipere poterat, ſi adhuc venditio non fuiſſet confecta; & ſic jure merito dictæ rei periculum ad emptorem ſpectat: quoniam data actus validitate,ob peractam retrotractionem, habetur contractus pro purè confecto, unde deteriorata,vel perempta re pro parte,non in venditoris, ſed emptoris damnum peri-
16 mit,deficitque; ſicuti Imperatores diſpoſuere in re emphiteutica pro parte perempta,partis mercedis remiſſionem, vel liberationẽ minime dari, niſi in totũ res periiſſet, *l.*2.*Cod.de jure emphiteut.* unde illud:

Si pereat tota,liberabitur emphiteota;
Sed ſi pro parte,nulla liberabitur arte.

17 Quando verò res in totum defecit,

periculum, ſive damnum ſpectat ad venditorem: quia ob ſequutum conditionis adimplementum, cõvalidari venditio haud poteſt ex tunc: cùm clarum ſit, dicto convalidationis tempore non inveniri rem venditam, ex cujus interventu juridicè venditionis actus perficitur, *l. nec emptio*, 8. *ff. de contrahen. empt.*
18 neque ſufficit retrotractio: quia ipſa non invenit extremum hábile ad contrahendum cum firmitate, ſcilicet rem venditam, ex qua induci poſſet fictio revertendi ad tempus cõtractus, Gomez, Ant. Faber. & alii *deſuper allati*; Hoc-
19 que magna eum ratione: quia hoc in caſu colligitur, cauſam ad contrahendum inductivam in totum deficere, &
20 & cum ea ſimul contractum ipſum: nã, prout emptio, & venditio eſſe non poteſt, abſque rei venditione, & diſtractione, quæ dat cauſam contractui, *dicta*
21 *l. nec emptio*, 8. eodem modo, & forma quãdo deficeret cauſa inductiva ad con-
22 trahendum, uti ipſius cõtractus finalis; quæ ante omnia eſt inſpicenda: nam omnib. præeſt, uti omniũ actorũ Regina, ut diximus *in rub.* 1. *n.* 128. & à qua omnis obligatio à cõtractu predicto depẽdẽs, regulatur, *l. cũ pater* 79. §. *dulciſſimi*,
23 *ff. de legatis* 2. tacitẽ enim in ſe omnis obligatio habet conditionem, ſi eadem cauſa obligationis inductiva perma-
24 neat, & in firmitate perſiſtat, inde rebus ſemper ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, in aliquo non mutatis, neq; defectis, per de novo aliquid ſuperveniens, ob quod mutatio daretur, præterquam quod intelligeretur nõ adeſſe contrahentis conſenſum, *l. cùm quis*, 38. *ff. de ſolutionibus*, ibi: *tacitè enim hæc cõventio ineſſe ſtipulationi videtur, ſi in*
25 *eadem cauſa maneat*; nil obſtante ſi juramento mediante contracta ſit obligatio, quia non operatur, nec adſtringit præter voluntatem, & contrahentis cõſenſũ, *l. Imperatores*, 38. *ff. ad municipal. l. qui jurato*, 16. *ff. qui ſatisdare cogantur*, *cap. quemadmodum*, 25. *& cap. clericus*, 35. *de jure jurando*, *cap. cùm inter P. Gaufridi*, 2. *de renunc.* Reg. Capyc. Latr. *conſult. for.* 49. *num.* 14. *in fine*, *conſult.* 53. *num.* 3. *lib.* 1. *deciſ.* 44. *num.* 15. *lib.* 1. *& deciſ.* 200. *num.* 78. *lib.* 2. Reg. Conſ. Rocc. *reſp. deciſ.* 19. *num.* 14. *lib.* 1. Reg. Valenz. *loc. cit. num.* 83. *&* 84. *lib.* 2. Hippol. de Marſiliis *de fidejuſſ. num.* 151. Andreas Facchin. *controver. jur. lib.* 2. *cap.* 9. *ver. quod verò*, ubi hæc breviter: *Quia omnis obligatio regulariter habet locũ, atque intelligitur, rebus ſic ſtantibus, ſecus ubi mutatio eſt ſequuta, nec res eſt ampliùs in eodem ſtatu*, Ant. Fab. *Ration. tom* 1. *in dicta l. qui jurato*, cujus aurea verba ſunt: *jusjurandum ergo quolibet ita ſemper accipiendum eſt, ut tacitam eam conditionem habere videatur, ſi res in eodem ſtatu manſerit, nec aliqua in contrarium nova cauſa ſuperveniat; textus eſt in l. ultima, in princ. ad municip.*
26 nam, & ſtipulationi, quatenus ſtrictè accipiatur, eadem conditio tacitè ineſſe intelligitur, per ea, quæ nos afferimus *in*
27 *rubrica* 1. *num.* 129. quo loci multis rationibus fundavimus, ceſſante, deficienteque obligationis cauſa, ad contrahendum inductiva, nedum contractũ
28 ceſſare, verum etiã obligationẽ, cæteraque in ſe contenta, peracta intuitu cauſæ, ob quam contrahens ad ſe obligandum, & promittendum pervenit, *l. palam autem*, 2. §. *circa primam*, *ff. de dolo mali, & met. except.* ibi: *etſi cùm interponeretur, juſtam cauſam habuit, tamen nunc nullam idoneam cauſam habere videtur; proinde, & ſi crediturus pecuniã, ſtipulatus eſt, nec crediderit, etſi certa fuerit cauſa ſtipulationis, quæ tamen aut non eſt ſequuta, aut finita eſt, dicendum erit nocere exceptionem*, *l.* 11. *Cod. de cond. ob cauſ. l. cùm fructuarius*, 71 *ff. de uſufruct. l. forma*, 4. §. *illã æquitatem*, *ff. de cenſibus*, Reg. Capyc. Latr. *d. dec.* 44. *nu.* 14. *lib.* 1. *& d. dec.* 200. *nu.* 76. 77. *lib.* 2. Larath. *conſ.* 9. *num.* 9. 10. 11. *&* 12. Reg. Conſ. Petra *in comment. ſuper Rit. M. C. V.* 166. *num.* 69. Rodoer. *ad Reg. de Marin. reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 73. *nu.* 7. 8. Reg. Valenz. *conſ.* 112. *à n.* 80. *uſque ad* 87. *lib.* 2. Vela *diſſert. for.* 33. *n.* 40. Gratian. *diſcep. for. cap.* 273. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 2. *cap.* 733. *num.* 24. 25. *lib.* 4. *& deciſ. Rot. March.* 35. *num.* 8. Ant. Faber *Ration. tom.* 2. *in dicta l. cùm fructuarius.*
29 Ita quod, purificata conditione, ſub qua confecta fuit contractatio rerum, ipſa-

ipſarunque traditio, purificatur etiam ipſa cõtractatio, ac ſi purè ab initio inita fuiſſet, cui retrotrahitur tempori; ac proinde jura dohanarum, & gabellarum, non niſi gabellario dicti temporis
30 debentur; ſecus verò, ſi rerum traditio facta non appareat in emptoris beneficium, niſi tempore ſecundi gabellarii, cui dohanarum jura perſolvenda ſunt: quia attendendum eſt traditionis tempus, non autem venditionis, ſive ipſarum rerum contractationis, *Rit.* 2.
31 quoniam traditione non adhuc ſequuta, minimè dici poteſt ex omni parte fuiſſe, aut eſſe perfectam ipſarum rerum
32 contractationem, & contractum; nec rerum venditarum dominium in emptoris poſſe, ac beneficium translatum, ſed adhuc penes venditorem exiſtere, per ea, quæ annotavimus *in rub.* 1. *d*
33 *nu.* 170. qua de cauſa, cùm traditionis tempore purificetur, ſive ex omni parte perficiatur contractatio; dohanarum, gabellarunque jura non acquiruntur, niſi gabellario dictæ traditionis temporis, & illius loci, in quo traduntur, ex rationibus deductis *in dicto Rit.* 2. Antonell. *ubi ſup. n.* 12. Bertazzol. *Conſil. Crimin.* 336. *num.* 9. 10. *conſil.* 388. *num.* 12,
34 & *dicto conſil.* 519. *num.* 9. *tom.* 2. Quæ quidem, licèt aliqui dicant non militare, ſi contractationis tempore, & ſi res traditæ fuerint, pretiũ tamen non fuerit realiter ſolutum, ſed de eo habita fides, propter quod per venditorem pendente ſolutionis tempore dominium rerum penes ſe reſervatum fuit, ex quo deficiãt duo requiſita; pretii ſcilicet ſolutio, & dominii translatio in emptorem, ut ex omni parte perficiatur; cùm hoc alterius gabellarii tempore eveniat, ipſi, & non antecedenti, jura acquiruntur; hæc tamen locũ haberent, ſi ex iſtis non perfecta redderetur venditio: ex quo, etſi verum ſit pretii ſolutionem requiri; verum pariter eſt, eundem habere effectum, ac efficaciam, fidem per venditorem de eo habitã, ex deductis per Nos *in rub.* 1. *num.* 180. prout etiam dominii reſervatio, non adhuc eſſet impeditiva illius tranſmiſſionis, etianſi ex aliqua cauſa ſuſpẽdi valeret, ut notavit Angel. *in l. antiqui, 3. ff. ſi pars hared. pet.* R. Revert. *dicta deciſ.* 189. *in fine*; dummodo ipſius rei venditæ periculum, & comodum ſit emptoris; ex quo in ſpecialem reſolvitur hypotecã, ut *nos in dicta rub.* 1. *num.* 182. fundavimus, quicquid in contrarium, & contra communem ſcripſerit Antonell. *de loco legal. lib.* 2. *c.* 7. *quæſt.* 2.

Ad num. 4.

35 STipulantium, ac contrahentium factum in contractibus interve-
36 nens, inſpicitur fuiſſe voluntas, & contrahentes ne dum ipſiſmet providere velle, verùm etiam eorum hæredibus, &
37 ſucceſſoribus; ad differentiam legatariorum, & fideicomiſſariorum, cùm ipſorum nullum factũ interveniſſe videatur; & ab ipſorum hæredum vocatione, & providentia colligitur, quibus nunquam teſtatorem proſpicere voluiſſe præſumitur, ſed tantummodo ipſorum legatariorum, & fideicommiſſoriorum perſonis, attentis ipſorum meritis, quæ cum perſonis extinguuntur; & illis in caſibus cõprehenduntur, in quibus vocantur, ac non aliter veniunt, niſi ob aliquem caſum, ut potiùs ex legis diſpoſitione, quàm ex diſponentis judicio, proviſum videatur; ſi expreſſa, vel tacita teſtatoris voluntas in eorum vocatione non concurrat; quos inter caſus ille adnumeratur, ſi expreſsè per teſtatorem perſonarum nomina appellata non ſint, nec certæ perſonæ electæ, earunque merita contemplata appareant, quæ ipſis cohærent perſonis, & cũ eiſdẽ perimuntur, *l. ſub diverſis*, 50. §. *haredi decẽ. ff. de Cond. & de moſt.* cum qua Modeſtini ſentẽtia, aliorũ Iuris-Conſultorũ determinationes concordant, Caii ſcilicet *in l. ſi ita expreſſum*, 68. Hermogeniani *in l. cùm ita datur*, 93. *in princ. ff. de cond. & demoſtrat.* Pauli *in l. & ſi ſic*, §. *ſic autem, ff. de leg.* 3. Vlpiani *in l. qui liberis*, 8. §. *hæc verba, prope finem, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Gloſ. *in* §. *ex cõditionali, inſtit. de verbor. obligat. verb. contingerit*, & Gloſ. *in l. ſi uxorem, verb. competentem*, C. *de conditionibus inſertis*
38 Modò in ſtipulationibus, licèt conditionalibus, cujus cõditionis adimple-

mentum, suum haud potuit in contrahentium vita, ob eorum præmorientiã,
39 effectum habere, cùm ex ipso actu, sive stipulatione, etsi conditionali, ne dum orta sit spes, verùm etiam actio in potentia ex stipulatu, cujus virtute contractus perfecti redduntur, & immutabiles: quia licèt contrahentium voluntas in actus confectione libera fuerit, tamen ex post facto cohartatur, *l. sicut initio*, 5,
40 *Cod. de action. & oblig.* quæ firmitas in ultimis voluntatibus non inspicitur; neq; ex tunc orta, & nemini est acquisita actio aliqua, tanquam dependens á sola disponentis voluntate, *cap. cùm Martha, de Celebr. missar.* ambulatoria usq; ad mortem, *l. quod si iterum*, 4. *ff. de adimend legatis*, *l. cùm hic actus*, 33. §. *pœnitentiam, ff. de donat. inter virum, & uxorem*, *l. si quis à principio, ff. de legat.* 3,
41 ex morte igitur, & non aliter, legatarii, & fideicommissarii actionem acquirunt,
42 qui, si tunc temporis mortui reperiantur, nihil acquirunt, & per consequens ad eorũ hæredes nihil valent transmit-
43 tere; cujus acquisitionis ratio, cùm in contractibus (licèt conditionalibus) inter vivos concurrat, ad hæredes transmittitur, quibus semper contrahentes (quorum factũ interfuit) prospicere, ac providere desumitur, etsi nulla de ipsis hæredibus mentio inveniatur facta, per ea, quę ad litteram disposuit Celsus I. C. in vulgata *l. si pactum, ff. de probat.* Pompon. *in l. si necessarias*, 8. §. *de vendendo, ff. de pignorat. action.* Imperatores *in l. veteris juris*, 13. *Cod. de contrab. & committ. stipulat.* & Iustinian. *in dicto* §. *ex conditionali*, Reg. Cons. Theod. *allegat.* 43. *nu.* 15, Reg. de Marin. *resol. jur. cap.* 190. *num.* 4. *lib.* 2. Reg. Marcian. *disput. forens.* 12. & 13. *lib.* 1. Rodoer. *ad R. de Marin. ad cap.* 86. *nu.* 1. Altimar. *ad Reg. Rovit. in cons.* 36. *num.* 4. *lib.* 1. & *cons.* 15. *num.* 32. *lib.* 2. Reg. Cons. Pratus *practic. observat.* 24. *num.* 17. & *obser.* 63. *num.* 12. Reg. Cons. Vargas *decis. Arag.* 53. *n.* 73. Manfrell. *ad Reg. Capyr. latr. dec.* 2. *num.* 11. *lib.* 1. Cutell. *de donat. tractat.* 2. *disc.* 1. *special.* 24. *num.* 1. Barbos. *in part.* 1. *rub. soluto matrim. num.* 33. Gomez *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 11. *de qualitatibus contractuum, num.* 36. Cancer. *variar. resol. par.* 3. *cap.* 21. *nu.* 95. *cũ multis sequentib.*

44 Quibus inficiari haud potest dispositio *l. quod de pariter*, 17. *ff. de rebus dub.* in qua per Martianum I. C. juxta Pij determinationem, nullam dari ad hæredes transmissionem determinatum fuit, etsi in contractu deductum fuerit filia matri præmoriente, ad matrem ipsam dotem reverti debere, ex quo mater filiæ prædecessit; inde nullam fuisse commissam stipulationem, qua de causa hæredes venire poterint, nisi comprehẽsi in stipulatione, aut vi transmissionis: ea quidem ratione, quia casus *d. l. quod de pariter*, valde diversus est à *dicto* §. *ex conditionali*, cũ aliis concordantibus juribus, desuper laudatis generaliter loquendo in stipulationibus conditionalibus, hæredes pro compreheusis haberi, ad quos stipulatio transmittitur, & in ea implicantur, per quas, & in quibus valde conditio verificari, & in casibus respectivè adimpleri potest; quod non sic in illis particularibus casibus, & ad certã conditionem adjectam, atq; in pactũ deductã, prout in *d. l. quod de pariter*, ex qua expressè deducitur, ex illis verbis, *quia mater filiæ non supervixit*, fuisse adjectã cõditionẽ dotũ restitutionis in matris beneficiũ, casu quo filiæ supervixerit; ex cujus superviventiæ defectu, omnino defecit conditio, & cum ea vocatio, & stipulatio respectivè, neq; spes aliqua superfuit, quæ posset ad suos hæredes trãsmitti, prout foret, si de superviventia deductum in contractu non fuisset; sed simpliciter conventum, post filiæ obitum dotes ad matrem reverti: nam sequuto matris obitu, ad ejus hæredes pertinerent, ex desuper deductis; secus verò expressa concurrente conditione in contractu specificata, de matris superviventia, juxta Bart. doctrinã ab omnibus amplexam; qua tamen non purificata, non poterat, nec actu, nec potentia aliqua acquiri actio, neque inde transmitti, Reg. Marcian. *d. disp.* 12. *n.* 14. 15. & 16. R. Capyc. latr. *d. dec.* 2. *num.* 14. 15. 16. Canc. *var. res. part.* 3. *cap.* 21. *num.* 98. & ita decisum refert *in nu.* 103. Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 24. *à nu.* 23. *usq. ad* 38. juxta quã, dispũctis omnib. decidisse Senatũ, refere

& Olea

& Olea *de Ceſſ. jur. & action. tit. 3. quæſt.*
45 10 *num.* 10. & ſic non ex caducitatis capite, quæ in contractibus effectum nõ obtinet, ut clara ſunt jura, & DD. ſententiæ, cumulatæ per Reg. Capyc. Latr.
46 *dec. 2. lib. 1.* ſed ob cõditionem non adimpletam; qua de cauſa dejudicatur, ac ſi nunquam diſpoſitio, ſive contra-
47 ctus confectus fuiſſet: tali quidem modo, quod etiam in teſtatoris diſpoſitione procederet, ad regulæ limitationem: caducato enim primo, vel medio ſubſtitutionis gradu, ſequentes non caducantur, ſed eorũ habent effectũ, ex text. *in l. unica §. ſin autẽ aliquid, C. de caduc. tollend. l. ſi Titius, 27. l. Coheredi, 41. ff. de*
48 *Vulgar. l. fideicõmiſſũ, 81. ff. deleg. 1.* & ſic locũ haberẽt diſpoſita per I. C. *in l. quãdiù, 68. ff. de acquirend. hared.* quoniã quouſque ultra caducitatẽ concurreret obſiſtentia conditionis defectus, cujus ope nulla habetur ratio de caducatatis ſuppoſitione, ſed conditionis deficiẽtia; ex quo deficit, & diſpoſitio, caſu quo perventum ſit ad terminum, ob quem ad conditionis adimplementũ advenire non poſſet, quapropter in totum defeciſſe colligitur, prout diſpoſuit Scevola *in l. qui habebat, 47. ff. de Vulg. & pupill. ſubſtit. l. neceſſario*, ibi: *ſiquidem conditio defecerit, nulla eſt emptio, l. ſi tibi homo, S. cùm ſervus, ff. de legatis 1. l. unic. §. ſin autem*, ibi: *vel eo ſuperſtite conditio defecerit, hoc quod ideo non prævaluit, Cod. de caduc. tollend.* Theſaur. *deciſ. 86. in fine, verſ. limita*, 2. Velaſc. *conſult. jur. 122. num. 15. in fine, tom. 2.* Vrceol. *conſult. for. cap. 82.* Caſanat. *conſ. 36. nu. 39. uſq; ad finẽ*, & ita multoties ſuum deciſſe,
49 Senatum, refert *num. 40. & 47.* Et hoc eò fortiùs, ſi conditiones prædictæ non purificatæ voluntariè á diſponẽte adjectæ ſint, in quibus nudum diſpoſitionis factum attenditur, & non eſt opus indagare, quam ob cauſam, vel rationem, ad ita diſponendum motus fuerit diſponens, ultra litteralem diſpoſitionem regulatam à conditione, quæ pro cauſa, ac ratione habetur, juxta quam ejus adimplementum ſequi debet, aliter deficit diſpoſitio, & ſuum non poteſt effectum obtinere, quia non adimpleta, & purificata ad unguem conditione, pro defecta habetur, *l. qui heredi, 44. ff. de condit. & demoſtrat.* Præſ. Amat. *conſ. 19. num. 8.* Vrceol. *dicto cap. 82. num. 36. 37. 94. & 95.* Giorgius Brantzkius *ad l. Gallus, diſput. 3. memb. 2. ſect. 4. nu. 34.* & latiùs D. Chriſtoph. Creſpi à Valdaura *obſerv. Ill. dec. 41.* qui ita ſupremum Conſilium Aragonum anno 1656 decidiſſe refert. Nec inficiantur allata per Menoch. *conſil. 1103.* Altrograd. *conſ. 46. lib. 1.* & Caren. *pract. reſ. 214. verſ. movetur*, ex quo de neceſſariis conditionibus intelliguntur, valde diverſum effectum producentibus à vo-
50 luntariis; inter quas illa eſſe colligitur, de alicujus ſupervivẽtiæ proviſione, ſive conditione adjecta, ut in *dicta l. quod*
51 *de pariter*; itaut dato eventu, quod donans ſupervixerit donatario, pro defecta in totum habetur conditio illa, ſi donatarius donatori ſupervixerit: nam ubi donans, vel teſtator expreſsè, non ſubintellectualiter, de ſupervivẽtia loquutus fuerit, ſub ea vocationes, ac ſubſtitutiones regulantur, ex quo eſt conditio expreſsa, ejuſque adimplementum requiritur in forma ſpecifica, nè corruant vocationes ipſæ, & ſubſtitutiones, *l. ſi mater, 33. §. ſi filius, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Caſanat. *in dicto alleg. conſ. 36.* Vrceol. *dicto cap. 82. num. 28. & nu. 100.*
52 *verſ. ſed ad hoc*; etiã in contractib. *l. ſi ea parte, 121. §. penult. ff. de verb. oblig.*
53 ſignanter donationũ, decidit Reg. Audient. Argon. penes Serè *dec. 50. nu. 47. lib. 1.* & Rot. Rom. apud de Luca *de liticea legal. reſp. 13. par. 1.*
54 Nec ſufficit ſi pro parte adimpleta fuerit conditio: quoniam defecit diſpoſitio, etiam ſi minima ſit conditionis omiſſio: cùm idemnibus verificari debeat in ſpecifica forma, ad hoc ut diſpoſita ſub conditione eorum habeant effectum, *l. à teſtatore, 108. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit, 129. ff. de verb. oblig.* ibi: *ſi quis ita ſtipulatus fuerit, decem aureos dabis, ſi navis ex Aſia venerit, & Titius Conſul factus ſit; nõ aliàs dabitur, quã ſi utrumq; factum ſit: Item in contrarium dare ſpõdes, ſi nec navis venerit, nec Titius conſul factus ſit, exigendum erit, ut neutrum factum ſit*, Camill. de Medicis *conſ. 166.*

num.

num. 57. *&* 58. Præsens Merlin. *cont. for. cap.* 86. *num.* 9. *lib.* 1. Carusus *prax. super Rit. Regn. Sicil. cap.* 7. *num.* 17. *& in Silva Iudic. arbor.* 6. *num.* 19. Vrceol. *d. cap.* 82. *num.* 26. *lib.* 2. ex quo omnia copulativè requirebantur, cujus propietas, & natura est, ut intervenire debeant, ac adimpleri omnia copulata, ut perficiatur actus, ne dispositа in totum cessent, & corrumpantur, ob non sequutum individuorum requisitorum adimplementum, *l. si heredi plures.*, 5. *ff. de condit. instit.* Præs. Merlin. *contra. for. d. cap.* 86. *n.* 8. R. Sanfelic. *decis.* 365. *num.* 7. *par.* 3. Menoch. *de Præsump. lib.* 4. *præsump.* 86. *à num.* 29. *usque ad* 35. *tom.* 2. Simon de
55 Petris *Consil.* 117. *num.* 1. *par.* 2. ob quã conditionis deficientiam, fideicommissa, omnesque vocationes exspirant, ac evanescunt; nil obstante, quod pro parte adimpleatur, ob ejus insufficientiam, *l. si post diem*, 5. *vers. sed si sub conditione, ff. quod dies legat. vel fideicommissi cedat, l. qui heredi*, 44. *§. Plautius, ff. de condit. & demostrat. l.* 1. *C. de his, quæ sub modo legat. vel fideic. relinq.* Præs. Merlin. *dicto cap.* 86. *n.* 10. *cum sequent.* Pereg. *de fideicomm. art.* 16. *n.* 118. Barry *de succes. lib.* 17. *tit.* 6. *n.* 8. Galganet. *de condit. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 15. Bened. Carpzou *decis. Ill. German.* 154. *nu.* 11. tali quidem modo, ac si de illa verbum nullum confectum fuisset, ob non sequutum conditionis adimplementum in totum, quapropter nulla dispositio induci potest, *l. pecuniã*, 36. *ff. si certum petat. l. unica, §. sin autem, Cod. de caducis tollend.* Ferrer. *in constit. Cathal. los impuberes, glos.* 5. *nu.* 12. Casanat. *cons.* 2. *num.* 28. 29. *&* 30. Crespi à Valdaura *observat. Ill. dec.* 20. *num.* 23. *part.* 1. quia propria conditionis natura individua est, *l. qui duobus*, 23. *l. cui fundus*, 55. *ff. de cond. & demostrat. l. fistulas*, 78. *§. qui fundum, ff. de contraben. empt.* Peregr. *dicto art.* 16. *num.* 119. Barry *ubi supra, num.* 8. Galgan. *dicto cap.* 7. *num.* 16.

56 Itaque redeundo ad nostram materiam, dispositio dicti §. *ex conditionali* aliis in casibus suum nõ haberet locum, nisi in ultro, citroque obligatoriis contractibus, quorum respectus non dirigitur ad personas, sed ad res, de quibus in eis agitur; quæ cùm deficere, aut cessare non valeant, licèt contrahens decedat ante conditionis eventum, & sic contractus, effectu non adhuc consummato, meritò ad hæredes transeunt, & transmittuntur, quibus præsumitur providisse dicto contractationis tempore;
57 quæ quidem ratio, cùm in donationibus conditionalibus deficiat, & nullus in eis quæstus, sive rei specialitas concurrat, sed merita, vel personarum affectio, quę contemplatas, & expressas haud egrediuntur personas; quæ cùm conditionis eventus tẽpore nõ existant, nil est, quod ad eorũ hæredes, à donatore cõtrahente non contemplatos, transmitti possit: dũ dicto attento tẽpore jã defecerat donatio ob defectũ donatarii per obitũ præcedentẽ; quapropter conditionalis donatio nequaquam ad heredes donatarii ante donatoris mortem, vel conditionis
58 adimplementũ transit, si nulla de eis in donatione facta sit mentio, vel conjecturę concurant, ex quib. ipsorũ hæredũ comprehensio verificetur, prout decidit S. R. C. penes Montan. *controv.* 32. *num.* 15. *prope finem*, Senat. Sardin. penes Dexart. *decis.* 20. Siciliæ penes D. Hipol. Maja, *in decis. unica post consult, decis. ubi ejus nova additio*, Senat. Sabaud penes Ant. Fabr. *in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 38. *de revoc. donat. defin.* 21. & prę-
59 cisè *in alleg. num.* 8. *in fine;* ut in conditionali dispositione, sive legato determinaverunt Imperatores *in l. unica, §. sin autem aliquid sub conditione, Cod. de ca-*
60 *duc. toll.* ad instar annuę quantitates legatæ, quæ, etsi in primo anno, pro purè legatis habeantur, in sequentibus tamẽ tacitam, sive subintellectam habent annexam conditionem de legatarii vivendo, uti insita in legati essentia, ob quod nõ unum, sed tot censentur legata, quot duraturi sunt anni; itaquod defuncto legatum evanescit, & nulla datur ad ejus hæredes transmissio; nisi de eis per disponentem in dispositione facta sit mentio; aliter esset contra mentem disponentis, qui ad vitæ legatarii annos, ac personam, & merita reflexit, juxta Vlp. *respons. in l. nec adjecit*, 9. *ff. pro socio*; non autẽ ad ejus hæredes ab eo nõ dilectos, & de quib. nihil dixit, ut sunt clara, & ad lit.

litteram jura *in l. ſi in ſingulos*, 4. *& l. in ſingulos*, 8. *in princ. ff. de annuis legatis, l. cum Titio*, 55. *ff. ad l. falcid. l. ſi ſtychum*, 16. *§. ſtipulatio, ff. de verb. oblig. l. in annalibus legatis*, 22. *Cod. de legatis*, *l. cùm in annos*, 10. *& l.* 23. *ff. quand. dies legati cedat, l. Senatus*, 35. *§. ſi quis, final. ff. de Mortis cauſ. donat.* Gloſ. *in dicta l. cùm in annos*, 10. Camill. de Medic. *conſ.* 4. *num.* 3, 4. *&* 5. *&* *conſ.* 91. *num.* 3. Præſ. Anell. de Amato *conſ.* 81. R. Revert. *dec.* 364. *verſ. immo, & legatum annuũ.* Reg. de Marin. *reſ. jur. cap.* 239. *num.* 4. *lib.* 1. *& ad Reg. Revert. in dec.* 75. *num.* 2. *& deciſ.* 337. *num.* 3. *& ſequentibus lib.* 2. Lælius Gyptius, qui in eadẽmet ſcripſit cauſa, Præſ. de Amato *in allegat. diverſ. recollect.* per dictum Reg. de Marin. *lib.* 3. *alleg.* 110. *num.* 2, 3. Reg. Conſ. Rocc. *de offic. rubr.* 3. *num.* 12. Altim. *ad Reg. Rovit. conſ.* 36. *nu.* 5. Nicol. Vinc. Scopp. *ad Gratian. deciſ.* 15. *num.* 40. *&* 41. *& deciſ.* 41. *num.* 12. Gaſpar. Ant. Theſaur. *quæſt. for. lib.* 2. *quæſt.* 60. Barry *de ſucceſſ. lib.* 9. *tit.* 25. *de legatis, num.* 7. *tom.* 1.

61 qua de cauſa uſufructui legato æquiparatur, & uſufructuarii obitu extinguitur, nec ad ſe, ejuſque hæredes, & ſucceſſores traſmittitur, uti reverſurum ad propietarios à diſponente vocatos, vel ad eorum inſtitutos hæredes, dato dictæ extinctionis caſu, *d. l. in ſingulos*, & ibi: *in ſingulos annos relictum legatum ſimile eſt uſuſructui, cùm morte finiatur, ff. de uſu, & uſufructu legato, §. finitur, in princip. inſtitut. de uſufructu*, Caſtill. Sottomay. *contr. jur. lib.* 1. *de uſufructu, c.* 2. *num.* 4. Præſ. Amat. Reg. de Marin. Gypt. Barry, & alii *in locis proximè laudatis.*

62 Preterquanquod, ſi prædictum annuum legatum relinquatur alicui Eccleſiæ, Reipublicæ, Collegio, Civitati, vel alii perpetuo loco, qui nunquã moritur, vel deficit, & ſic alicui dignitati puta decurioni, &c. ex per Nos allegatis *in obſervationib. ad Io. Vinc. de Anna*, & habetur penes Præſ. de Amat. *dicta conſ.* 81. *num.* 10. erit perpetuum, nil obſtante quod dictionibus perpetuitatẽ denotantibus, uſus non fuerit diſponens in elargitione, cùm in ipſa annualitate elargita etiam intelligatur proprietas, à qua dependet; & ſic plenum ipſius dominium erit legatum, ac translatum in legatarium; & licèt centum anni elapſi fuerint, ob ejus lapſum temporis haud extinguitur, juxta magis communem, & penes omnes receptam ſententiam, ex *l. annuam pecuniam*, 6. *l. annua*, 20. *§. Attia, l. cùm quidẽ*, 23. *antepenult. & l. cũ erat pecunia*, 24. *penult. ff. de annuis legatis*, Præſ. de Amato *dicto conſ.* 81. *n.* 8. 9. *&* 16. Reg. de Marin. *in dicta deciſ. Reg. Revert.* 337. *num.* 6. Gyptius *dicta alleg.* 110. *num.* 4. *verſ. tertius caſus*, Scoppa *ad Gratian. dicta deciſ.* 15. *num.* 36. Caſtill. Sottomayor *controv. for. de uſufruct. lib.* 1. *cap.* 61. *num.* 20. 21. *&* 22. Pereg. *de fideic. art.* 30. *num.* 11. Barry *de ſucceſſ. dicto tit.* 25. *num.* 9.

63 Secus verò, ſi nõ annua præſtatio elargita ſit, ſed uſusfructus: quia elapſo tempore annorum centum deficeret, & non vltra tranſiret; & iſto in caſu vſusfructus ab annua pẽſione differt, cujus differentiæ ratio dignoſcitur: quia, ſi uſusfructus fruitio perpetua foret, inanis eſſet, atque inutilis propietas, in proprietarii beneficium relicta, quod in annua legari præſtatione non concurrit; cùm qua, & proprietas ipſa tranſmittitur, ut diximus *ſupra*

64 *proxime*. Et quod mox diximus de uſufructu locũ habet in legatarii beneficiũ, etiãſi verbũ *in perpetuum* in elargitione legatur: nam intelligitur de hoc ſpatio centum annorum, & non ultra, ad quod finis vitæ hominis arbitratur à Cajo I. C. *in l. ſi uſusfructus municipibus*, 8. *ff. de uſu, & uſufructu legato*, *& in l. an uſusfructus*, 63. *ff. de uſufructu, & quemadmodum quis utatur*, ut dictum evitetur abſurdum, aliàs in perpetuum proprietas, ex ipſius uſusfructus defectu, nuda, atque inutilis exiſteret; unde hoc finitur modo, & ad proprietatẽ revertitur, & cum ea conſolidatur ut Cajo I. C. placuit (ne inutiles eſſent proprietates) uſumfructum certis extingui modis, & ad proprietatem reverti, *in l. omnium prædiorũ*, 3. *§. ne tamen, ff. de uſufructu, & quemadmodum quis utatur*, & ſic ultra hoc tempus extendi nequit, & præfati perpetui uſusfructuarii, qui nunquã decedunt, ultra uti, ac frui non poſſunt, Reg. Revert. *dicta deciſ.* 364. *verſ. hinc ſi Civitati*, ubi Reg. de Marin. *nu.* 4. Reg. de

de Filippis *dissert. fiscal. 33. num. 31. 32.* Castill. Sottomayor *dicto cap. 61. num. 19.* Barry *in loco proximo allato*, Ant. Faber *in Rationalib. in dicta l. an usus-fructus, 63.*

65 Si verò usque ad certum tempus annuæ quantitatis legatum collatum sit, & infra denotatum tempus legatarius decedat, ad ejus hæredes fruitio restantis temporis annuæ quantitatis legatæ transmittitur; quoniam ope dicti temporis destinationis, non tot esse legata, quot definiti temporis anni, colligitur; sed unum distributum tempore denotato in hæredis gratiam, ad finem illum tandē exonerandi ab ejus præstatione, itaque uti purum ad hæredes est transmissibile, juxta ad litteram Marcelli decisionem ex Iuliani sententia *in l. si cum præfinitione, 20. ff. quando dies legati, & fideicommissi cedat*, cum aliis concordantibus, allegatis per Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dicta decis. 337. num. 5. vers. secundus*, Gyptius *dicta alleg. 110. num. 4. vers. secundus est*, Barry *de succes. loco citat. num. 7. vers. quod dictum*

66 *est*: nam in omnibus contractibus, donationibus, dispositionibusque, purè, nō autem conditionaliter expresè, vel tacitè, sive sub aliqua subintellecta conditione, confectis, hæredum provisio subintelligitur, & ad eos fit transmissio, licèt de ipsis nulla facta sit mentio, *l. si quis argentum, §. tantò magis, fin. Cod. de de donation.* Scoppa *ubi supra in dec. 41. num. 1. 2. 3. & 4.* Dexart. *dicta decis. 20. num. 9. prope finem*, Maja, & alii, supra laudati, & decidit senatus Cath. penes Fontanell. *decis. 54. num. 3. & 4. lib. 1.*

67 Quod quidem hæredis verbum sub se comprehendit, ne dum eos, qui sui sunt, nempe descendentes, verùm etiam extraneos, ob generalem; significatio-

68 nem, ejus unde quod alicui, & hæredibus quæritur, ad ejus heredes transit etiam extraneos in infinitum, *l. hæredis appellatio, 65. & l. sciendū, in princ. 70. ff. de verb. signific. l. qui per successionem, 155. ff. de reg. jur. l. 2. & 3. ff. de petit. hæred. l. si quis filius, 7. §. in omni successione, ff. de acquirend. hæred. dicta l. in annalibus, 22 Cod. de legatis*, Reg. Revert. *dicta decis. 364. vers. sed hac dubitandi*, Reg. de

69 Filipp. *dissert. fiscal. 34. num. 2.* ideo hæredis hæres in infinitum primi disponentis hæres est, ejusq; repræsētat personā, *l. cùm in libris, 14. §. quidā, vers. & hoc argumentamur*, ubi Gloss. *in verb. testa-*

70 *toris esse hæredem, C. de hæred. instit.* dūmodo res ad hæredes omnes in infinitū, etiam extraneos transire possit: nam si de sui natura, & instituto hoc repugnet, nequaquam ad extraneos pervenire valet, vel non ultra primum acquirentis hæredem, aut de solis descendentibus

71 intelligitur, & de transversalibus, juxta feudorum successionis naturam, regulatam ex dispositione juris communis feudorum, & Regni hujus particularis, ex cōstitutionibus, Pragmaticis, & Gratiis, juxta quas regulantur feudorum successiones in Regno. Ita quoque, & officia concessa cum *hæredum* dictione in concessionarii beneficium, puta *tibi, & hæredibus tuis*: nam prædicta dictio *hæredum* semper intelligitur, & regulatur secundùm subjectam materiam, & de qua re agitur, ac disponitur, & non ultra, ut in meris allodialibus: nam ex his nequaquam successionis qualitas mutari potest, etsi mutata sit ejus natura ad hæredes non transmissibilis, per ea, quæ disposuerunt Imperatores *in l. antiquitas, 14. Cod. de usufruct.* Reg. Revert. *dicta decis. 364.* Reg. de Filipp. *dissert. fisc. 1. num. 12. 13. dissert. 23. nu. 18. & dissert. 34.*

At cùm de hæredibus superiùs actū sit, Nosque *in observat. ad allegat. Io: Vinc. de Anna*, varios retulerimus casus; ibi sequentia adnotanda essent; quia tamen casus frequenter accidere potest, & *Observationes* prædictæ fortè non sic de brevi, ut optamus in lucem venient: hic illa reportanda esse arbitrati sumus.

72 Hæredi privilegiato, vel exempto, puta Clerico, non est præstanda audientia quo ad fori declinatoriam, post quam coram laico judice cum defuncto, cui clericus ipse successit, cæpta lis sit, sed omnino ipsa prosequenda est coram eodem judice, nil obstante si cum laico defuncto deventum non fuerit ad litis contestationē, quæ de jure

non

Digitized by Google

73 non requiritur; ſed ſufficit prævention ex libelli oblatione, partitamen notificati: ex quo per ſimplicem citationem emanatam à competenti Iudice, vel coram eo factam, partique ſignificatã, inducitur litis pendentia; cæptum nanq; dicitur eſſe judiciũ, & lis jam incohata, ac prævẽta, quod habetur, *in Clem. cùm lite pendente*, 2. *ſub tit. ut lite pendente*, Gloſſ. *in l. ubi captum*, 30. *verb. ubi captum*, *ff. de judiciis*, Reg. Revert. *deciſ.* 87. ubi Reg. de Marin. *num.* 1. *& ad deciſ.* 224. *nu.* 1. Reg. Conſ. Petra *in comment. ad Rit. M. C. V.* 121. *num.* 5. Scialoya *de foro compet. cap.* 7. *num.* 35. Maſcard. *de probat. concl.* 988. *tom.* 3. Bened. Carpzou *Proc. jur. tit.* 9. *art.* 3. §. 5. *à num.* 13. *uſque*
74 *ad* 53. ac juriſdictionem citantis judicis radicat, atque perpetuat; ad quam perpetuitatem inducendam ſufficere, determinavit Communis Schola, licèt aliqui tenuerint, de neceſſitate requiri litis conteſtationem: quoniam cum Canoniſtis eſt magis communis ſententia, amplexa etiam à Civiliſtis *in laudandis locis*, á qua non eſt recedendum, neque in conſulendo, neque in judicando, Gloſſ. *in cap gratum*, 20. *verb. quaſi captum*, *& in cap. licet*, 30. *verb. uti non caperit*, *de officio delegati*, *& in cap. ex parte*, 30. *verb. litis conteſtatio*, *verſ. quo ad perpetuandam*, *de verb. ſignific.* Reg. de Marin. *reſ. jur cap.* 54. *num.* 15. *lib.* 1. *& ad Reg. Revert. d. deciſ.* 87, *n.* 2. *& d. dec.* 224. *num.* 2. Io: Zanger *de except. p.* 2.
75 *cap.* 1. *num.* 122. cùm per citationem nedum cauſa, verùm etiam perſona
76 præventa ſit coram judice citante, cujus ope ab eo recedi non poteſt, etianſi jus aliquod demum devenerit, ob quod validè poſſet forum declinari, ſi ante citationem, ac prætentionem hanc, deveniſſet, prout expreſsè colligitur determinaſſe Summum Pontificem *in cap. propoſuit*, 19. *de foro compet.* ibi: *à te legitimè citatus ad cauſam*; & paulo poſt *in prædicta cauſa jus revocandi forum non habet*, *quaſi ab altero jam præventus*, ubi Gloſſ. *in verb. præventus*, & Vlpian. *in l. ſi quis poſtea*, 7. ibi: *ſi quis poſtea quam in jus vocatus* (cujus verbi ſignificatio, non niſi de primo actu citationis, ſive vocationis in judicio intelligenda eſt) *etſi Miles*, *vel alterius fori eſſe caperit*, *in ea cauſa jus revocadi forum non habebit* (ratio) *quaſi prævenitus*; & Marcellus *in l. ubi captum*, 30. *ff. de judiciis*, Præſ. de Franch. *dec.* 505. *nu.* 15. Marta *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 6. Capiblanc. *de Baronib. in pragm.* 8. *part.* 2. *nu.* 212. *& lib.* 2. *practic. quæſt. ſuper pragm.* 8. *cap.* 43. *nu.* 14. Reg. Conſ. Carleval. *de judiciis*, *lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 879. *tom.* 1. Cafarus *ſpec. peregri. quæſt.* 14. *num.* 48. Oliva *in Rit.* 1. *Curiæ Archiepiſc. num.* 8. ubi Abb. Io: Hieronym. Campanile, *num.* 22. *&* 23. Scialoya *ubi ſupra*, Carpan. *in ſtatutis Mediol. cap.* 8. *num.* 21. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1233. *nu.* 6. *tom.* 3. Tondut. *de prævent. judicial. cap.* 9. *par.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 389. *nu.* 12. *tom.* 2. Io: Zanger *de except. part.* 2.
77 *cap.* 3. *num.* 6. & ſufficit, ut ad defuncti hæredem tranſeat, qui dictæ inſtantiæ, ac ceptæ liti ligatur ex hæreditatis aditione, atque adſtringi poteſt ad eam proſequendam coram defuncti judice, ubi lis cæpta fuit; licèt hæres ex propria perſona privilegiatus ſit, & aliàs poſſet ſuo uti privilegio ad forum declinandũ:
78 quia ob cauſam incohatam per citationem, ſequi debet defuncti forum, non autem ſuum, etianſi ejus privilegium in juris corpore clauſum ſit: nam illo frui quidem valet, ſi nulla cum defuncto lis cæpta fuerit, *l. hæres abſens*, 19. *l. ſi petitor*, 31. *& l. ſi is*, *qui Romæ*, 34. *ff. de judiciis* (in quibus verbum nullum de litis conteſtatione) Caravit. *in Rit. M. C. V.* 234. *num.* 3. Vivius *com. opin. tom.* 1. *opin.* 108. Maranta, ejuſque Additionator *in ſua prax. part.* 4. *diſt.* 11. *num.* 79. Gallup. *prax. S. C. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 20. Reg. de Marin. *dicto cap.* 54. *num.* 11. *lib.* 1. Reg. Conſ. Carlev. *de judiciis* latè quo ad prædicta omnia *in lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 297. & meliùs *num.* 309. Capiblanc. *de Baron. in pragm.* 8. *part.* 3. *num.* 98. 99. Reg. Sanfelic. *dec.* 2. *num.* 18 Reg. Conſ. Prat. *diſcept. for. cap.* 3. *num.* 25. 26. *lib.* 2. & plenè diſcuſſo articulo ad partem Cafar. *ſpec. peregr. quæſt.* 25. *per totam*, Salgad. *de retentione bullar. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 32. ibi. *At quando contra defunctum lis cæpta fuerit*, *& per*

Digitized by Google

citationem præventa jurisdictio à judice defuncti laici, in ejusdem hæredem clericum transit instantia, & judicium captum activè, & passivè, itaut remissio ad suum judicem omnino cessat; & in num. 34. ibi: *& erit advertendum, quod ad hunc effectum, ut commissio impetrata contra defunctum habeat locum in successore, & harede universali quãdo mortuus auctor fuit re non integra, ut tunc dicatur res non esse integra, quando in vita fuit citatus, absque eo quod sit cum defuncto lis contestata, quia per citationem solam, perpetuatur, & prævenitur jurisdictio*, & in tract. *de Regia protectione p. 4. cap. 8. num. 303.* Parlad. *rerum. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 1. §. 1. num. 10.* Castill. Sottom. *controver. jur. for. cap. 25. num. 49. lib. 3.* Cevall. *com. contra commun. quæst. 36. num. 9. & 10.* sed meliùs *lib. 4. quæst. 897. num. 625. & in tract. de vi, & viol. par. 2. quæst. 40. à num. 9.* Bovadill. *polytic. lib. 2 cap. 18. num. 165.* ubi innumeros allegat DD. *& nu. 166.* Ansald. *de jurisd. p. 3. tit. unico, cap. 10. num. 21. cum multis seqq.* Carolus de Grassis *de effect. Cleric. effect. 1. num. 281. 282. 283. & 290. infine*, Nicol. Noalis *de transmiss. cas. 55. num. 12.* Surd. *cons. 122. num. 9. lib. 2. & decis. 110.* Amat. *var. res. 86. num. 84. lib. 2.* juxta quam communem indubitabilem concluſionem deciſum apparet in Regia Audientia Aprutina cum magna diſcuſſione in anno *1579.* penes Vivium *loco allato, num. 1. prope finem*, & non ſemel in almo noſtro Senatu S.R.C. ſub die 26. Ianuarii 1627. in cauſa Trojani Gattæ cum hæredibus Caroli de Adamo in banca Lõbardi, de qua Reg. Sanfelic. *loco cit. in fine*, & affert rationem, quia lis erat cum defuncto cæpta, Reg. Conſil. Prat. *ubi ſupra num. 27.* & Cafarus *num. 9.* ſub die *23.* Octobris 1645. in cauſa Io: Franciſci Pica cum Clerico Ferdinando Pica, cõfirmatum in gradu Reclamationis die 26. Ianuarii 1646. in banca Speræ; & in cauſa Annibalis Turboli cũ ejus creditorib. die 27. Aprilis 1662. penes Cafarum, *in quæſt. 14. num. 15. & in allata quæſt. 25. num. 5.* rejectis contrariis, & Molfeſii ſequacibus *ſuper conſuetud. in part. 2. tit. de perſonis, quæſt. 8. nu. 22.* cum aliis, relatis à Reg. Conſ. Hodiern. *ad Surdum in dicta deciſ. 110.* prout expreſsè notavit Reg, Sanfelic. *loco citato in fine*, qui, poſt laudatam deciſionem, hæc deſcripſit verba; *etſi contrariis rationibus, & autoritatibus defendat* Molfeſ. *d. p. 2. de perſonis, quæſt. 8.* contra quos etiam Nos noviter obtinuimus, cùm fuiſſet cæpta lis in M. C. V. ad inſtantiam V. I. D. Hiacynthi Caſanova adverſus V. I. D. Ioſeph Vitagliano, pro ſolutione aliquarum quantitatum contentarum in quodam albarano, de quibus, cùm ſolutio non fuerit completa in vita creditoris per debitorem, ipſoque deinde etiam defuncto; quia pro parte Magnificæ Silviæ dicti quondam Hiacynthi filiæ, & hæredis, ac uxoris Magnifici V. I. D. Nicolai Starace, fuit proſequuta inſtantia, per dictum ejus patrem propoſita contra hæredes dicti quondam Doctoris Ioſeph, & cùm Rev. D. Carolus Vitagliano cohæres uti Sacerdos petiiſſet remiſſionem cauſæ ad judicem Eccleſiaſticum, mediante decreto M. C. V. ad relationem Domini Iudicis D. Michaelis Vargas Machucca eſcluſus fuit; & licèt dictus D. Carolus tanquam gravatus obtinuiſſet Regiam decretationem de verbo faciendo in S. R. C. cauſa diſcuſſa in Aula Regii Conſiliarii Scipionis de Martino, tam in ſcriptis, quàm voce, inter alia per Nos fuit adductum, ex ſupra ponderatis, ſufficere citationem laico debitori jam factam, & de eſſentia litis conteſtationem non requiri; his itaque omnibus plenè diſcuſſis, ſub die 30. Auguſti 1631. per S. C. decretum M. C. fuit confirmatum, votãtibus Regiis Cõſiliariis Vincentio Raitano, poſtea Regiam Cancellariam Regente meritiſſimo electo, D. Thoma de Luca, D. Ioſeph Ledeſma, & dicto Scipione Aulæ Deçano, in banca Moncelli penes Morgione Scribam. Vnde tot ob uniformes deciſiones, S. R. C. hic articulus, ſine magna litigantiũ temeritate, ampliùs in dubium deduci, ac diſputari non valet.

Ad num. 56.

79 PLura diximus *in rub. 1. de incantib. num. 170. cum ſequentib.* de con-

concernentibus ad dominii acquisitionem non faciendam, translatione, traditioneque non sequuta; ad ea igitur te, amice, ac studiose lector, remittimus.

Ad num. 64.

80 NEmini accusationem facere, eique insistere, & querelare licitum est; nisi suam, vel suorum prosequatur injuriam, Reg. Rovit. *in pragm. 7. de compositionum. 67.* & 72. cùm ab omnibus in utroque jure, communi, & municipali legislatoribus pro vero habitum fuerit, quod qui offensionem, vel injuriam passus non fuit, nec ejus consanguinei, haud possit se in alienam causam intromittere, onusque, ac actionem in se alienam, & personalem assumere;
81 nam etsi omnes ad delicti accusationē, ne ipsa impunita remaneant, habiles
82 sint, hoc tamen intelligitur nisi eis expresè inveniatur prohibitum, prout arctatum est, quo ad suam, suorumve proximorum, & proprinquorum malefactionem prosequandam, *l. qui accusare, 7 l. hi tamen omnes*, 11. *ff. de accusat. Rit. M. C. V.* 191. 192. 194. & 195. Tartaglia *margaritarū fisci pract. crim. c. 2. num.* 1. & 19. *in fine*, Reg. Sanfelic. *decis.* 347. *num.* 3. Reg. Cons. Petra *in dicta Rit.* 191. *à num.* 1. *usque ad* 5. Ioseph Ricc. *de public. judic. in specie, quæst.* 33.
83 *num.* 1. ita quod tam Romano jure attento, quàm hujus nostri Regni, ad alios hæc jura, sive actiones non spectāt, nisi ad offensum, offensique consanguineos, qui cum eodem injuriam, & offensam passi sunt, graduum tamen, & sanguinis attenta proximitate, *l. lex Cornelia, ff. de injur.* Reg. Tap. *in jure Regni super prag. 7. de compositionum.* inserta *lib. 4. tit. de transact. num.* 1. *fol. mihi* 32.
84 jus enim vindictæ datur defuncti offensi proximiori, qui attenta juris dispositione eidem defuncto offenso jus succedē-
85 di habet, remotiori remoto, licèt iste hæres institutus sit, quia isto in casu, nō qui de facto est, sed qui de jure hæres esset, attenditur juxta Papiniani responsum *in l. qualitum*, 10. *ff. de sepulch. viol. l. pro hærede*, 20. *§. si sepulchri, ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. nam sicut*, 36. *§. si dominus, vers. nam sane absurdum, ff. ad leg. aquil. l. si verè, §. hac autē actio, vers. quippe quod in corpore libero, ff. de iis, qui qui dejecerint, vel effuderint*, & docent omnes communiter, & habuit pro vero S. R. C. apud Præs. de Franch. *decis.* 611. *num.* 1. Reg. Sanfelic. *decis.* 27. *num.* 3. Reg. Cons. Theod. *alleg.* 9. *num.* 7. Vrsill. *ad Afflict. decis.* 372. *num.* 8. Ferdinand. Rovit. *in alleg. tradita per Reg. Patrem in dict. allato loco, num.* 43. 44. 45. & 73. Reg. Cons. Paschal. *de patria potestate part.* 2. *cap.* 1. *à num.* 1. *usque ad* 4. Reg. Tapia *decis. S. C.* 28. *num.* 22. *vers. prima conclusio*, Reg. Cons. Arias de Mesa *var. res. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Præs. Anellus de Amato *cons.* 18. *num.* 6. Reg. de Marin. *resol jur. cap.* 2. *num.* 8. 9. *tom.* 1. Ricc. *ad Præs. de Franch. dicta decis.* 611. Reg. Cons. Petr. *in Rit. M. C. V.* 272. *num.* 11. *tom.* 3. Bottilier. *de succes. cap.* 1. *theore.* 10. *num.* 3. Viscont. *Conclus. jur. decis. verb. jus faciendi pacem*, Ricc. *dict. quæst.* 33. *num.* 4. Rodoer. *ad Reg. de Marin.*
86 *resol. jur. ad cap.* 2. *num.* 5. cùm excipiātur ab hæreditate, ejusque qualitate omnia, quæ ex jure sanguinis cōpetunt, *l. filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. substit. l. fin. ff. unde leg.* uti ab hæreditate aliena, & independentia, nullanque cū
87 ea connexionem habentia; ita quod, etsi offensi, occisique hæredes haud sint, validè remittere valent; & eorum, non autem extranei, forsan scripti hæredis in testamentariis tabulis, remissio requiritur, cui quoad hoc consanguinei præferuntur, prout etiam in accusando, & querelando, Præs. de Franch. *dicta decis.* 611. R. de Ponte *de potest. Proreg. tit.* 1. *de provis. fieri solitis, §.* 4. *num.* 22. Reg. Sanfelic. *decis.* 27. *num.* 13. & 26. Regen. Rovit. *in dicta pragm.* 7. *num.* 58. & Ferdin. ejus filius *in dicta alleg. num.* 50. & 57. Reg. de Marin. *res. jur. cap.* 2. *num.* 8. *lib.* 1. Viscont. *in loc. allegato*, Reg. Cons. Theod. *dicta alleg.* 9. *num.* 5. *vers. super est videre, & num.* 17. Thor. *compen. dec. tom.* 2. *verb. pecunia perventa ex pace*, Reg. Cons. Petr. *in dicto Rit.* 191. *nu.* 11. *lib.* 2. Scialoya *de forjudic. cap.* 24. *num.* 33. 35. Ricc. *de public. judic. loc. citato, nu.* 4. *vers. hinc*, cum aliis, mox laudandis;
88 cui juris communis dispositioni non

videtur dissentire jus Regni:nam in Regiis sanctonibus editis in *pragm.*5.*&* 7. *de compositi.*in quibus,& propriè in *quinta,*deciditur dissona DD. sententia, an omnium proximiorum defuncti, an verò majoris partis sufficeret pacem, sive remissionem habere? in quo multi multa dixerunt,determinando, non majoris partis,sed omnium remissionem requiri,Reg.Tapia *in dicta pragm.*7. *num.*6. cum aliis infra laudandis, *num* .92. *septima* verò §. 2. nedum non videtur, esse adversativa juri communi, per quod jus accusandi, & remittendi sanguine conjunctis tribuitur, immo cum eodem uniformatur:ex quo mandat, remissionem non requiri, nisi à proximioribus illis,quibus successio defertur,loquendo, per delationem successionis,
89 quæ intelligitur juxta legum vocationem abintestato, cujus opè defertur hæreditas,& sic sufficit posse adiri,licèt adita non sit,argumento *l.delatam*, 151. ibi: *delata hæreditas intelligitur, quam quis adeundo consequi possit, ff. de verb. signific.*non autem à bonorum hæreditariorum dominis vigore ultimę mortis causa dispositionis, cujus quo adhoc nulla hebetur ratio, cùm sit impropria, dum præter legitimos, & à jure vocatos admittitit, quod non est in abintestato successione, quæ tantùm legitimas admittit personas, ac proinde pro legitima habetur successione,*l.*3.§.*de illo,ff. pro socio,* & de qua intelligitur, quousq; de delãtione successionis fit mentio,prout in *dicta prag.*7.§.2.& sic suum habet intellectum de hærede in potentia à lege vocato,licèt in actu haud bonorum hæreditariorum possessionem retineat, ob non habitam hæreditatem, prout
90 pro vero habuit Sac. Reg. C. penes Præsid.de Franch. *dicta decis.* 611. *n.*3. remissionem nempe à conjunctis sanguinis jure faciendam esse,qui querelare, & accusare valent,etsi offensi,sive occisi hæredes declarati,vel instituti non sint; non autem ab hæredibus ex testamento, per quos defuncti persona repræsentatur: quoniam isti ex propriis eorũ personis accusare non valent: nam non suam, vel suorum in tali casu prosequerentur injuriam,veluti ipsi consanguinei insimul cum defuncto offensi, & injuriã
91 passi, ut supra diximus *à num.* 80. ob quod per *dispositum in Regia Pragm.* 5. non esse sufficientem, juridicè declaratur,remissionem offensi defuncti, nisi interveniat post ejus obitum illa consanguineorum, & propinquorum omnium
92 in pari gradu existentium; nec sufficit, quod ab ipsorum majori parte sit facta, ut *in dicta pragm.*5.& probat Reg. Rovit.*in pragm.*7. *num.*71. Reg. Tapia *in loco super allegat.à num.*6. Reg.Consil. Petra *in Rit.*272.*num.*14. Novar. *in di-*
93 *cta pragm.*5. ac proinde etiam ex jure Regni non requiritur qualitas hæreditaria;sed satis est quem esse hæredem in potentia,tanquam á lege vocatum, ratione consanguinitatis, & proximitatis, licèt in actu non sit, cùm haud adierit, aut ab aditione se abstinuerit ope repudiationis,vel renunciationis, aut adire impeditus fuerit, ex quo alius hæres in-
94 stitutus esset; ita quod sufficiat, quod copulative concurrant in accusatore, & remittente sanguinis propinquitas,& occisi delata successio, Præs. de Franch. *dicta decis.*611. *num.*3. Reg. de Ponte *dicto* §.4.*num.*22.Reg. Tapia *in d.prag.* 7.*num.*36.Reg.Rovit.*in dicta pragm.* 7. *num.*5.*& à nu.*60.*usque ad finem,*Thor. *compend.decis.verb.pecunia perventa, fol. mihi* 428. *col.*2.*&* 429. *colum.*1. Reg. Consil. Paschal. *dicto cap.*1. *num.* 61. Arias de Mesa *dict.lib.*3. *cap.*8.*num.*5.6: Reg.Consil.Petra *in dicto Rit.*272.*num.* 15. *tom.*3.Rodoer.*ad Reg.de Marin.di-*
95 *cto cap.*2.*à num.*5.*usque ad* 10. Qua de causa fœminæ ad accusandum, & consequenter ad remittendum, vel accusationi faciendæ cedendum, nõ admittuntur quousq;adsũt masculi in equali gradu, per quos excluduntur à successione offensi defuncti, ob ipsorum masculorũ existentiam, ac concurrentiam, aut ob renunciationem,donationẽque, ex quibus causis successione redduntur penitus incapaces: quoniam virtute dictæ incapacitatis, ipsis haud deferri potest successio; quo delationis jure, ac tempore attentis, juxta quod regulantur accusationum actiones, earunque

cessio-

Digitized by Google

ceſſiones,ſive remiſſiones ipſæ, cũ reperiuntur, incapaces ad ſuccedendum, habentur ut inhabiles ad deferendam ad ſe ipſas ſucceſſionem,quæ eſt qualitas requiſita *à Reg. Prag.* prout ad eſcluſionem fœminarum ſcripſerunt Præſ. de Amato *dicto conſ.* 18. & Reg. Conſil. Theod. *dicta alleg.* 9. & obtinuerunt, Reg. Tapia *in dicta pragm.* 7. *in fine traſcriptarum allegationum*, & formatæ fuerunt *deciſiones*, 8. ejuſdem Regentis T[illegible],& 27.Reg.Sanſ.*in* 1.*to.* juxta cõ[illegible]em DD.ſententiam,per ea,quæ ha[illegible] apud Præſ.de Franch. *dec.*100. [illegible]o.& *dec.*382.*nu.*5.Reg.de Ponte [illegible]*t.*2.§.4.*à num.*16.*uſque ad* 31. [illegible]Reg.Rovit. *in dicta pragm.* 7. [illegible]g.Conſil. Paſchal. *dicto cap.*1. [illegible]Præſ. Merlin. *controv. cap.*58. [illegible]2.4.& 5. *lib.*1. Reg.de Marin. *reſ.* [illegible]*p.*2.*tom.*1.Scialoya *de forjud.dicto* [illegible]*num.* 38.39. Reg.Conſ.Petr.*in* [illegible]191.*num.*9.*tom.*2. *& in Rit.*272. [illegible]& 16.*tom.*3.Novar.*in dicta prag.* [illegible]*n.* 11.Rodoer.*ad dictum cap.*2.*Reg.* [illegible]*Marin.* Iccirco ſi ab immediatè ſuc[illegible]ſuro, cui delata ſit ſucceſſio, accuſa[illegible]tio proponitur,vel de ea fit ceſſio, ſive remiſſio,cùm omne id fieri valeat jure ſanguinis,citra jus, vel nomen hæredis, pro hęrede haberi,aut hæreditatem adiviſſe non intelligitur, cùm ex prædictis, licito,& utiliori jure ſanguinis, non autem præjudicali hæreditario, id feciſſe præſumatur, Novar. *in dicta pragm.* 7. *num.* 10. Bottilier. *dicta theor.* 10. [illegible]othofred. *in l. cùm qui bonis*,4. *Cod.* [illegible]*rbitr.tutelæ*, Valleron *de tranſact. tit.* [illegible]*u.*27.& *tit.*5.*queſt.*7.*à num.* 14. [illegible]*ad fin.* cum aliis infra *à nu.* 101, [illegible]ndandis: nam clarum eſt in jure [illegible]l duobus concurrentibus titulis in [illegible], & ſimilibus poſſeſſoribus bonorũ [illegible]tris, vel alicujus aſcendentis, aut cui [illegible]ceſſuri eſsẽt,utiliori uno,altero præ[illegible]udiciali, ex utiliori poſſidere, non autẽ [illegible]præjudiciali dejudicatur;prout retinendo bona patris,vel debitoris, quis non præſumitur hæreditario jure; ſed pro dotibus,vel aliis creditis, & jure pignoris retinere,ex text. *in l. ſi paterna, Cod. de repud.hered.*Bart.*in l.gerit, ff. de acquirenda hæred.*Afflict.*dec.*372. *num.*1. Reg.Conſ.Gizzar. *deciſ.*44. *num.* 10. Morquechus *de diviſ.bonor.cap.*11. *n.*3. *lib.*2.Mele *ad Gizzar. ubi ſupra nu.* 11.

99 nihil obſtante,ſi tempore, quo cæpit rem retinere,& poſſidere,expreſsè non declaravit ex dicto utiliori jure, & titulo retentionem facere,& poſſeſſionẽ acquirere, ob legalem præſumptionem

100 ſemper de utiliori intellixiſſe; & ſufficit, quod tempore moleſtiæ declaret, quo jure,& titulo retinet, & poſſidet,& hæc declaratio retrotrahitur ad tempus, quo retinere cæpit, & poſſidere, Regen. Conſ.Rocc.*reſponſ. deciſ.*7. *num.*8.& 9. *tom.*1.prout diciſum per S.R. C. penes Reg.Conſil.Gizzarel.*dicta deciſ.*44.*nu.* 7. & eſt communis DD. ſententia, per ea,quæ habentur penes Antiſtitem de Afflict.*contr.for.cap.*8.*nu.*23. *verſ. quod verò actus*, Mele *ad Gizzarell. loco cit.* plenè Amat.*var.reſ. cap.* 39. *à num.*63. *uſq; ad* 66.*incluſivè*,& pariter deciſum per H yſpan. ſenat. refert Morquechus *in prælleg. loco*, & Nos obtinuimus in S.C.ad relationem M.C.V. reformãdo decreta, ſive præcepta per eandem M.C.V. interpoſita ad inſtantiam Iſabellæ Langella, contra Dominicum Villanum noſtrum Clientem filiũ quondam Agnelli,uti ejus prætenſum hæredem, ſub prætextu, quod poſſidebat quandam domũ in Caſali Turris Octavæ, remanſam poſt dicti Agnelli obitum,& quod citra nomen, & jus hæreditarium illam poſſidere non poterat, cùm multos per annos domum prędictam retinuiſſet,& nunquam cauſam retentionis,ſeu poſſeſſionis declaraſſet,verùm pro parte dicti Dominici allegabatur non eſſe dicti ejus patris hæredem, domunquæ prædictam poſſidere pro credito dotali quondam Eleonoræ Palumba ejus Matris, dictique Agnelli uxoris, juxta dotale inſtrumentum, in actis productum; & S. C. remittendo cauſam eidem Mag.Cur. mandavit, ut provideret, quod infra quatuor dies audirentur partes, in banca de Anſalone.

101 Sed revertamur ad remiſſionis materiam: accepta aliqua quantitate ab occi-

Digitized by Google

occisore intuitu, & causa remissionis, pacisque factæ, non præsumitur inducta hæreditatis aditio: quia illa non dicitur hæreditaria, cùm censeatur recepta jure sanguinis, & sic ex propria persona, quę recepisse, uti filium, vel consanguineum
102 pro jure vindictæ sibi competente; ac proinde nulla competit actio super dicta pecunia creditoribus occisi pro eorum satisfactione, uti re non hæreditaria, eorunque creditis haud
103 submissa, etsi remittens sit hæres, sed tanquam consanguineus, & proximior remittit, pecunia ob remissionem recepta; nec in inventario describere tenetur, *l. quæsitum est*, 10. *ff. de sepulchro violato*, *l. pro hærede*, 20. *§. si sepulchri, ff. de acquirenda, vel omitten. hæreditate, l. si verò*, 5. *§. hæc autem actio*, ibi: *quippe, quod in corpore libero damni datur, jure hæreditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium, nam ex bono, & æquo oritur, ff. de his, qui dejecerint, vel effuderint*, juxta omnium DD. sententiam pluribus fulcitam decisionibus Almi Senatus S.R.C. penes Regent. Rovit. *in dicta pragm. 7. à num. 58. ad 80. infine*, Thor. *comp. decis. tom. 2. verb. pecunia perventa ex pace. fol. mihi 426. & verb. pecunia perventa ex remissione, fol. mihi 434.* Regen. Sanfelic. *dicta dec. 27. num. 18.* Reg. Consil. Pascal. *dicto cap. 1. num. 6.* Regius Consil. Theod. *dicta alleg. 9. num. 9.* Regen. Tapia *in dicta pragm. 7. num. 37. & 38. & in dicta decis. 28. nu. 7.* Molesc. *tom. 2. in addit. ad quæst. 21. num. 3. part. 2.* Scialoya *dicto cap. 24. num. 42.* Regius Consil. Arias de Mesa *dicto cap. 8. num. 6. in fin.* Viscont. *in loco supra cit.* Foller. *ad Marant. dist. 9. par. 4. num. 138.* Bottilier. *dicta Theor. 10. num. 10.* de Luca *ad de Franch. dicta dec. 611. nu. 9.* Reg. Consil. Petr. *in dicto Rit. 191. num. 13. tom. 2. & Rit. 272. num. 1. vers. hinc pecuniam*, Rodoer. *ad Reg. de Marin. dicto cap. 2. num. 8. & 9.* Iranço *de protest. conjid. 94.* Ayllon *ad Gomez var. Resol. lib. 3. cap. 3. de homicidio, num. 55. prope finẽ, vers. & ex acquisitis*, Phanucc. *de invent. part. 6. num. 57.* Valleron *de transact. dicto. tit. 4. quæst. 7. à num. 71. & præcisè à num. 73. & dicto tit. 5. quæst. 7. à num. 16. usque ad finem.* Vrccol. *de transact. quæst. 82. num. 9.*

Ad num. 83. & 84.

104 COntractationis actus tantam vim habet, ut qui alterius fori est, illius, in quo contractus est fa-
105 ctus, jurisdictioni subjaceat, dummodo ibi inveniatur, non autem alibi: nam eo casu ipsius domicilium attendi-
106 tur, & præfertur, si expressè contrahens illi contractus foro se non submiserit cum domicilii renunciatione, *l. hæres absens, 19. in princ. & §. proinde, & si merces, ff. de judiciis, §. hæc considerantes, & §. si igitur, Auth. ut omnes obediant judicibus, cap. licèt ratione, 20. de foro competent. & cap. 1. §. contrahentes, eod. tit. in 6.* Gloss. *in dicto cap. licèt, 20. verb. sui contractus*, Reg. Rever. *dec. 191. vers. considerantur*, ubi Reg. de Marin. *usque ad num. 3. lib. 1.* Scialoya *de foro competent. cap. 5. per tot.* ubi multa ad tractatũ concernentia, Covarr. *pract. quæst. cap. 10. nu. 5. tom. 2.* Ant. de Amato *var. res. 33. num. 7. & 8. lib. 1.* D. Octavius Caracciolus *de for. privil. quæst. 27. num. 1. 2. 3.*
107 nam talis judicis electio à partibus facta tenet, nisi à convento revocetur antequam conveniatur: quia, conventione non adhuc pẽracta, datur locus pœnitentiæ, & potest ab electione recedi, justa text. dispositionem *in l. si convene-*
108 *rit, ff. de jurisd. omnium judic.* ad limitationem illius generalis pacti, quod possit debitor conveniri in omni Curia, loco, & foro, per quod nullus eligitur certus judex suam prorogando jurisdictionem, quæ quatuor modis fieri valet: de persona scilicet ad personã, de re, ad rẽ, de tẽpore, ad tẽpus, & de loco, ad locũ, ex juribus, ac DD. cumulatis à Maranta *in spec. aur. par. 4. distint. 12. num. 3.* Reg. de Marin. *res. jur. cap. 108. num. 4. lib. 2.* non nisi ad judicum certitudinem tendentibus, qua habita, de pacti justitia dubitari non potest: quadere substinuimus in M. C. V. pro Ioanna de Lando, cujus mentionem fecimus *in rub. 1. num. 225.* minimè procedi posse ad instrumenti liquidationem in foro creditoris, nil obstante pacto in instrumento

mento adicto, posse per creditorem, debitrix ipsa conveniri in omni Curia, loco, & foro, cùm de certi judicis electione nõ inspiciatur, ut validè prorogetur, quousque in illius contractus foro conventus non inveniatur, per ea, quæ habentur *in dicta l. si convenerit*, & multoties decidisse M.C.V. & S.R.C. refert Franciscus de Petris *cons.* 25. ubi in fine pro nulla habita fuit ab utroque tribunali instrumenti incusatio facta à creditore in ejus foro, cum quo concurrit Reg. de Marin. *dicto cap.* 108. *num.* 2. ex Thor. Novar. & Carth. *& ad Reg. Revert. dicta decis.* 191. *num.* 5. *&* 6. qua de causa, & etiam quia stipulatione jam facta, ab ea recedi minimè valet, nisi utraque pars assenserit, ut suum sortiatur effectum, ac executionem in cer-
109 to destinato loco; cujus adjectio, si nõ appareat in cujus gratiam sit posita, in gratiam utriusque censetur adhibita;
110 ad differentiam diei, cujus collatio in dubio videtur apposita in debitoris favorem, ex Ant. Fabr. mox allegando, ita
111 quod nequaquam creditor cogi potest ad suum creditum consequendum extra collatum locum conventæ solutionis, Vlpian. *in l. is, qui certo loco*, 10. cujus sunt verba: *Is, qui certo loco dare promisit, nullo alio loco, quàm in quo promisit, solvere invito stipulatore potest, ff. de eo, quod certo loco*, cum aliis concordantibus allegatis ab Olea *de cessione jur. & action. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 50. Ant. Faber *ration. in dicta l. is, qui certo loco*,
112 *tom.* 3. nam, etsi in uno loco initus sit contractus, in alio verò destinata solutio, nunquam sortitur forum conventionis, sive contractus, sed illum collatæ solutionis, coram quo judice validè conveniri promissor potest, uti effecto competenti ex ipsius prorogatione, facta intuitu destinatæ solutionis, Reg. de Marin. *dicto cap.* 108. *num.* 3. aliique
113 mox laudandi, tam quo ad principalia in contractu contenta, quám quo ad omnia accessoria, & ab eo, sive ex causa
114 in eo contenta, dependentia: quoniam contractus gestus esse censetur in loco destinatæ solutionis, non autem in quo
115 vere confectus fuit Vlpian. *in l. contraxisse*, ibi: *unusquisq; in eo loco intelligitur, in quo ut solveret, se obligavit, ff. de action. & oblig.* Cajus *in l. aut ubi*, 3. ibi: *contractum autem non utique eo loco intelligitur, quo negotium gestum sit, sed quo solvenda est pecunia, ff. de bonis auth. jud. possid.* Gloss. *in l. unica, Cod. de eo, quod certo loco, verb. & in alio loco*, ubi additio, Goffred. noster *hic*, determinavitque S. Cons. penes Regen. Revert. *d. dec.* 191. *vers. unde facta relatione*, ubi Reg. de Marin. *n.* 4. *&* 7. Reg. Capyc. Latr. *decis.* 82. *num.* 26. *lib.* 1. Reg. Consil. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 4. *num.* 248. *tom.* 1. Reg. Consil. Provenzal. *observat. ad consuet. Neap. si quis, vel si qua, observat.* 17. *num.* 29. Mauson. *de caus. execut. ampliat.* 20. *num.* 5. Alexand. Trentacinqu. *var. res. lib.* 3. *tit. de solutionibus, res.* 26. *num.* 6. Scialoya *de for. compet. cap.* 6. Faber. *in suo Cod. lib.* 3. *tit.* 15. *defin.* 4. Covarr. *pract. quæst. dicto cap.* 10. *num.* 5. *vers. sextò subdeducitur, tom.* 2. D. Octavius Caracciolus *dec. Sicil.* 38. *num.* 16. Ant. de Amat. *dict.*
116 *res.* 33. *num.* 6. & secundùm statuta, leges, & consuetudines loci destinatæ solutionis contractus est regulandus, quibus quo ad omnia submissus intelligitur, & si ab extero, & extra locum confectus sit: quia semper regulatur juxta locales leges, ubi conficitur, vel pro cõfecto intelligitur, ac habetur, ex legis, vel hominis dispositione, *l. si fundus*, 6. *ff. de eviction. l.* 1. *ff. de usur. l. semper in stipulationibus*, 35. *ff. de regul. jur.* Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de jurib. & exact. fiscalib. num.* 78. Bellon. *decis. Rot Genuæ* 93. *num.* 1. Io. Mar. Novar. *quæst. for.* 91. *num.* 7. *lib.* 2. Scialoya *dicto cap.* 6. *num.* 16. Caracciol. *dicta decis.* 38. *num.* 20.
117 & nomen debitoris, annuique introytus venditi cum definitione solutionis in certo loco, etsi corpus (super quo fit venditio juxta Bullæ requisitum ad validitatem venditionis annui introytus) extra destinatæ solutionis locum, ejusque territorium sit, ipsius tamen legibus subjacet, & statutis, & prout cætera ejusdem loci bona dejudicatur, *l. quæro*, 100. *ff. de solutionib. l. ex facto*, 35. *§ rerum autem, ff. de hæred. instit. dicta l. aut ubi*, 3. *ff. de bonis auth. jud. possid. & dicta l. contraxisse*, 20. *ff. de actionib. & obli-*

118 *obligat*.ita quod omnes noſtrates,tam antiqui, quàm moderniores ſubjacere concludunt conſuetudinibus hujus fideliſſimæ Civitatis Neapolis, quo ad bonorum diſpoſitionem, nulla habita ratione, quod contrahentes exteri ſint, aut bona ſubmiſſa extra Civitatẽ, ejusque territorium, ſi tamen eorum ſolutio in Civitate ſit deſtinata, tam quo ad modum ſucceſſionum, quàm quo ad bonorum diſpoſitionem; juxta quam communem DD. ſententiam, juribus roboratam,tam priſcis,quã præſentibus temporibus decidiſſe S. R. C. habetur penes Præſ.Ant.de Alexandro,*in annot. ad conſuet.Neap.ſi aliquis moriens* incip. *nota quod poteſt*, *fol.mihi* 150. *verſ.quod autem*,Reg.Conſ.de Bottis *in annot. ad eandem conſuet.*incip. *& ſecundùm hanc opinionem.fol.mihi* 151.Præſ.de Franch. *deciſ.*93.*nu.*6.*dec.*159. *&* *dec.*280. Reg. Conſil.Provenz. qui in partem diſputato articulo,ac omnibus cõtrariis rejectis pro hac concludit ſententia,uti juri magis conſona,*in obſerv. ad conſuet. ſi quis, vel ſi qua,dicta obſervat.*17. ubi *nu.* 27. *in fin.*his concludit verbis: *& ex his indubia prorſus redditur concluſio, quam fundavimus, & ſecundùm eã judicavit S.R.C.quoties caſus accidit, tam in aulis in quibus ego reſedi,quàm in aliis omnibus,& ut vidi,ac audivi ab omnibus Dominis euntibus in eandem ſententiam*, Reg.Rovit. *in dicta pragm.*1.*de jurib.& exact. fiſc.à num.*74.*uſque ad* 78. *inclusivè*.Molfeſ.*ſuper conſuet. Neap.p.*2.*tit. de bonis,quæſt.*12. Reg.Conſil. de Anna *conſ.*45.*num.*79.*&* *conſ.*92.*nu.*50. Præſ. Anell. de Amat. *conſ.* 77. præcisè *num.* 31.Reg.de Marin.*reſ.jur.cap.*70. *nu.*32. Io: Bapt.Thor. *comp.deciſ. verb. nomen debitoris,par.*1.*&* *ad Reg. Salernitanum deciſ.*1. Reg.Galeot. *controver. for.cap.* 22.*nu.*43.44.*lib.*2.Reg.Conſil.Staiban. *reſol.jur.*128. *cent.*2. de Luca *ad Præſ. de Franch.d. deciſ.*93. *nu.* 1. Brilla*ſuper conſuet.Neap.tit.*1. *de ſucceſſ. abinteſtato,cap.*2.*à num.*53.*ad* 59.*inclusivè*,Alexand.*conſ.*16,*ante num.* 3. *lib.*1. qua

119 ratione ſic ſtante annui introytus per Regiam Curiam, & fideliſſimam hanc Civitatem venditi ſuper arrendamentis, & gabellis dejudicantur, uti bona in diſtrictu Civitatis,etſi fructus aliquorum arrendamentorum colligantur extra Civitatem, ejuſque diſtrictum; quibus locis attentis,ſi in eis fieret ſolutio,prout eorum exactio,abſque dubio pro bonis extra diſtrictum haberentur; ſed quia ſolutiones promiſſæ ſunt in Civitate, in qua etiam per prædictorum arrendamentorum arrendatores ſolutiones fiunt, Civitati circunſcribuntur, ac pro bonis in Civitate, ejuſque diſtrictu exiſtentibus, & ejuſdem conſuetudinum diſpoſitioni ſubjectis dejudicantur, Reg. de Marin.*dicto cap.*70. *num.*33. Lælius Caputus *in prælud.ad conſuet.Neap.*§.6.

120 Hac eadem ratione fiſcalia jura Provinciæ Terræ Laboris,quorum exactio non fit in partibus, ſed in Civitate per Perceptorẽ, Civitatis conſuetudinibus ſubſunt; fiſcalia verò jura aliarum Provinciarum, quorũ exactio in eorum fit locis,licèt contractus venditionum,& aſſignamenti à Regia Curia in Civitate reperiantur confecti per ipſius Regiæ Curiæ Notariũ, cũ appoſitione pacti de retrovendendo in Civitate exercendi ab eadem Reg.Curia, attenta ſolutione annualitatis deſignatę extra Civitatem, ejuſque diſtrictum, pro bonis extra Civitatem exiſtentibus,judicantur.

Et noviter accidit diſputari in S.R.C. in cauſa D. Io. Baptiſtę Glianos cum defuncta D.Hieronyma Glianos Comitiſſa Carifi ſuperſtitibus D.Io: Baptiſta Glianos nepote ex fratre tunc temporis pupillo, D. Iſabella Glianos nepte ex alio fratre, ac D. Vittoria Glianos ejus germana; ad cujus D. Hieronymæ ſucceſſionem concurrerunt in M.C.V.prædictæ D. Vittoria ſoror,& D. Vittoria neptis ex fratre, & decretum præambuli obtinuerunt pro duabus portionibus ex tribus,cùm tertiam reſervaſſet M. C. comparente dicto D. Io: Baptiſta, vel ejus perſona legitima, prout inſtante D.Anna Baſſan ipſius D. Io: Baptiſtæ pupilli matre, ac tutrice,pro explicatione dictæ reſervatæ proviſionis, decretũ præambuli obtinuit pro dicta tertia parte,& ſic executum; effectus demum dictus D. Io: Baptiſta major, cognita læſione,& gravamine ſibi illato, ad S.R. C.appellavit, petendo decretum prędictum,

Digitized by Google

dum reformari, ea ratione, quoniam ipſe, uti nepos ex maſculo, etſi ageretur de ſuccedendo amitæ, & ſic fœminæ, excludebat dictam D. Victoriam ejus amitam, eòque fortiùs D. Iſabellam neptem, nil obſtante, quod deſcendebat ex maſculo; & licèt DD. multa hinc inde dixerint pro nepte contra amitam, ad ipſius excluſionem, quia repreſentãdo patrem, repræſentat ne dum gradũ, ſed etiam ſexum, amitæ excluſivum; attamen contraria prævaluit, per ea, quæ habentur penes Reg. Capyc. Latr. *deciſ.* 4. ubi Gizz. & Manfrella, Reg. de Marin. *reſ. jur. cap.* 212. *num.* 4. *tom.* 2. nõ niſi gradum repreſentare, qualitatem fœminei ſexus ſecum ducentem; qua repræſentatione peracta, ex quo neuter ſexus privilegiatus invenitur ad alterius eſcluſionem, uterque in æquali gradu concurrit, & ſuccedit æqualiter; modo quo ſi nepos, quia eſt maſculus de familia pro conſervatione bonorum, ſcùm primi noſtri Cives per conſuetudinũ diſpoſitiones caverint, ut fœminæ excludantur à maribus concurrentibus in æquali gradu, etianſi venirent ope repræſentationis paterni gradus, ejuſq; etiam à fortiori, ſi opus fuiſſet, ſexus) excluderet amitam, quæ veniret à ſuo patre ſi viveret, & ab ipſo nepote repreſentato ſimiliter excluſa; à pari, immo fortiùs, aptus eſt ad neptem excludendam, quæ vincitur ab amita, victa à ne-
123 pote, ex regula, *ſi vinco vincentem te, eò fortiùs vinco te*, quæ deſumitur ex diſpoſitis per Scęvolam *in l. de acceſſionibus*, 14. *ff. de diverſis, & temporalibus*
124 *præſcriptionib.* cùm ipſi nepoti ex maſculo concurrat nedum ex propria perſona qualitas privilegiata fœminarum excluſiva, quia eſt maſculus, verùm etiam, ut diximus, repræſentatio patris cum omnibus ſuis qualitatibus, & prærogativis, ob capacitatem in ſe concurrentem, & ſic ipſius perſona, gradus, & ſexus excluſivus fœminarum in æquali gradu concurrunt; etſi ageretur de ſuccedendo perſonæ lineæ collateralis, etiam in bonis per defunctum ipſum propriè, & noviter acquiſitis, à quorum ſucceſſionibus excluduntur, ex dicto no-
125 ſtro conſuetudinario jure: cùm ipſis fœminis ſufficiat eſſe de paragio dotatas de bonis paternis, ac maternis, ob quam uniçam dotationem redduntur penitus incapaces ſuccedendi etiam illis lineæ collateralis, Napod. *in Conſuet. & omnia, verb. ex maſculis, num.* 115. *verſ. ratio autem, fol. mihi* 98. ibi: *Ratio autem, quare filius defuncti nepos, neptis ex filio, vel ex fratre, excludit amitam, ut hic patet, eſt, quia defunctus dotando ſororem de paragio excludebat ipſam, & eodem jure ejus filius, vel nepos ſibi ſuccedentes excludunt ſororem defuncti dotando ipſam: cenſetur enim eadem perſona defuncti, & ſuorum hæredũ*, Reg. Conſil. Marinus Freccia *ad Napod. in conſuet. quod autem, verb. parentum*, incip. *Nota ex iſta gl. fol. mihi* 148. Præl. de Franch. *deciſ.* 157. *n.* 8. ibi: *confirmabantur prædicta: nam in caſu, de quo agebatur, iſtæ ſorores per viam ſucceſſionis fuerunt admiſſæ per filios fratris ad ſucceſſionem fratris, licèt ex conſuetudine potuiſſent excludi, quia ut eſt dictum in dicta deciſ.* 87. *fratres in bonis alterius fratris, etiam de novo quæſitis excludunt ſorores, quod procedit etiam in filiis alterius fratris per ſubingreſſionem: quia ipſi tenentur ad id, ad quod eorum paten tenebatur*, Reg. Conſ. Provenzal. *in obſervat. ad conſuet. etſi moriatur, obſervat. 7. num.* 19. Lęlius Caputus *in conſuet. Neap. in prælud.* §. 5. *num.* 33. Thor. *conpend. deciſ. verb. nepos ex fratre, tom.* 1. Carolus de Roſa *in notis marginalibus ad dictam conſuet. quod autem, fol. mihi* 145. de Luca *ad Præſ. de Franch. dicta dec.* 157. *num.* 2. apud quem hæc: *Quanvis Molfeſ. part.* 4. *quæſt.* 27. *nu.* 5. *idem ſcripſerit, quod ſoror defuncti concurrat ad ſuccedendum cum nepote ex fratre præmortuo; imprudenter locutus fuit, juxta Reg. de Marin. dicta reſ.* 208. *num.* 10. *quia verius eſt, quod nepos ex fratre à defuncti ſucceſſione excludit amitam*, prout, confutatis omnibus, concludit dictus Reg. de Marin. *cap.* 212. *num.* 4. *tom.* 2. *& priùs in dicto cap.* 208. *dicta num.* 10. *ad* 12. ita decidiſſe refert M. C. V. & confirmaſſe S. R. C. deſcribendo verba ambarum determinationum, *tom.* 2.

126 Prædictorum vis reſidet in repræ-

Digitized by Google

sẽrationis jure, p quod maſculus, maſculũ repræsẽtans in æquali gradu cũ fęmina, illius excluſionẽ operatur; ita quod, ſi jus hoc repręſentationis ceſſaret, deficeret etiã cauſa, ac obſtaculũ, ex quo amita non valeret, uti proximior, in gradu ſuccedere, Reg. de Marin. *d. c.* 208. *n.* 16.

127 ob quod advocatus, qui jura contradictum Io: Baptiſtam tuebatur, aſſerebat, non eſſe locum prætenſæ ſubingreſſioni vigore conſuetudinis: ea quidem ratione, quia *conſuetud. ſed ſi morienti* dat ſubingreſſionem in deſcendentium lineæ collateralis beneficium, ob quàm repræſentare valent eorum aſcendentes in gradu æquali cum alio tamen collaterali ejuſdem lineæ concurrente; ſi tamen concurrens ipſe vivens, maſculini ſexus eſſet, non autem fœminini, & ſic cum altero fratre defuncti, ex illis verbis: *Superſunt frater, ſeu fratres, nepotes, & pronepotes, & in infinitum deſcendentes ex fratre*; unde, cùm loquatur de concurſu fratris, & verbum nullum de ſorore, iſte caſus, uti omiſſus, non veniret regulandus, niſi ſub diſpoſitione juris communis, per quod amita nequaquam veniret excluſa, Reg. de Ponte *conſ.* 39. *num.* 21. 22. 23. *& conſ.* 4. *num.* 16. *lib.* 1. Reg. Conſil. Provenz. *in conſuetud. ſi moriatur, obſervat.* 29. *num.* 5. Reg. Rovit. *conſ.* 23. *num.* 5. *lib.* 1. Reg. de Marin. *reſ. jur. dicto cap.* 217. *num.* 2. *tom.* 2. Altera etiam ratione: quia diſpoſitio *præfatæ conſuetudinis*, non in alio caſu ſuum valeret obtinere effectum, niſi in illis terminis, & caſibus, ubi ageretur de ſuccedendo fratri, & ſic de ſucceſſione maſculi, non autem, ubi trattaretur de ſucceſſione fœminæ; quod etſi clarè in dicta conſuetudine forſan non legatur, in ſequenti verò, quæ incipit, *quod autẽ*, ſupponitur eſſe expreſsè ſtatutum per verba, quæ ibi conditores curaverunt apponere ad removendas ambages, ſive corrigendum á jure communi diſpoſi-

128 tum, per quod fratrum appellatione ſorores cõpræhenduntur, *l. tres fratres, 36. ff. de pactis, l. qui duos mulos, 60. l. Lutius Titius, 91. §. quæſitum. ff. de legat. 3.* R. de Marin. *reſ. jur. cap.* 209. *n.* 3. *& cap.* 217. *num.* 4. *tom.* 2. Bottilier. *de ſucceſſ.*

129 *cap.* 1. *Theorem.* 11. *num.* 2. & in præmiſſis ſub appellatione fratris ſoror nõ cõtinetur; quia agnationis favor, ab hoc noſtro municipali jure conſideratus, non militat in fœminæ, prout in maſcu-

130 li hæreditate, in quo conſideratur bonorum conſervatio in familia, quæ ceſſat in fœmina, dum caput, & finis familiæ eſt, cùm, dum vivit, de agnatione ſit, §. *cæterum, inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ. l. voluntas*, 4. *Cod. de fideicomm.* Reg. Capyc. Latr. *dec.* 103. *num.* 6. *&* 29. *tom.* 1. Reg. Conſ. Staiban. *in obſerv. ad reſol.* 102. *num.* 28. *tom.* 2. Manſ. *conſult. jur.* 458. *n.* 9. *tom.* 5. Curell. *deciſ. ſicil.* 16. *n.* 51. *to.* 2. itaque de familia eſt; propter quod nullo maſculo exiſtente, ipſa nedum admittitur ad familiare fideicommiſſum, verum etiam in ea, tanquam ultima de familia, demum extinguitur, Reg. Capyc. latr. *loco laudato*, ubi per Manfrellam *num.* 1. multi concordantes allegantur, Manſ. *conſult. jur.* 387 *num.* 1. 2. *& conſult.* 469. *num.* 18. *&* 19. *tom.* 5. Franc. Redenaſcus *conſ.* 30. *num.* 21. & meliùs, *num.* 169. ibi: *quia vult teſtator, bona conſervari, ſeu remanere in familia, minorem habet dubitationem, ſi nullus ampliùs ſuperſit maſculus: quia ubi maſculus non extat, fœmina ſucceſſivè poſt maſculum admittitur, ad inſtar ſecundi gradus: cùm major perpetuitas reſultet, ſi poſt maſculum fœmina admittatur, quàm negando penitus fœminarum admiſſionem*, & determinavit M. C. V. ſub die 22. mẽſis Octobris 1668. in bãca Caſtaldi penes ſcribam Palumbum, ex quo declaravit, domum in actis deductam ſpectare, & ſpectaviſſe Catherinæ Saſſo meæ dilectiſſimæ uxori, & Candidę Saſſo, proneptibus qu. Matthæi Saſſi, vigore fideicommiſſi familiaris à dicto quondam Matthęo inſtituti.

131 Verùm enim verò ſubingreſſioni eſſe locum negari non poterat, quia per conſuetudinem ſubingreſſio, ſive repræſentatio, admittitur quouſque cum deſcendentibus in infinitum à linea collaterali defuncti alius collateralis concurreret, ut frater; eodenque modo eſt obſervandum, ſi ſoror ſuperſtis concurreret cum deſcendentibus ex altera ſorore, vel fratre, cùm prorſus nihil interſit, an frater eſſet ſuperſtes, an verò ſo-

ror,

Digitized by Google

ror, quæ conprehenditur ſub fratrum appellatione, nulla adhibita diſtinctione
132 à ſtatuto, vel à lege, & S. C. admiſit neptem ope ſubingreſſionis in locum aſcendentis, ſuanque perſonam repræſentantem ad concurrendum cum matertera magna ſimul ad ſucceſſionem concurrentem, apud Præſ. de Franch. *deciſ.* 652. quæ, licèt abſque rationabili, & in jure fundata ratione impugnetur à Reg. Conſil. Provenz. *in dicta obſervat.* 29. *num.* 8. quem ſequitur Io. Leonardus Rodoer. *conſ.* 23. validiſſimis tamen juribus, & largo modo rejectis cõtrariis, defenditur à Reg. de Marin. *dicto cap.* 217. Bottilier. *ubi ſupra, num.* 3. *in med.* Reg. Capyc. Latr. *conſult. for.* 61. *n.* 42. *tom.* 1. de Luca *ad Franch. d. dec.* 652.
133 *num.* 1. 2. 3 4. *&* 5. Ac ſuum etiam haberet locum, ſi ageretur de ſucceſſione mulieris: nam illa verba, in dicta *conſuet. quod autem* adjecta, ad alium finem appoſita ſunt, ſcilicet in caſu, quo ſorores concurrerent cum fratribus exiſtentibus in æquali gradu; quapropter ipſorum appellatione haud veniunt: tum etiam quia, attenta diſpoſitionis methodo, ſive *conſuetudinis* verbis, ex quibus non videtur ſpecificè reſtringi ad fratrẽ juxta Vrbis ſtatutum, de quo loquitur *deciſ. Rot. Rom.* coram Merlino, & habetur penes Reg. de Marin. *dicto cap.* 212. *num.* 6. ſed per verbum commune *ſed ſi morienti*, conprehendens tam maſculũ, quàm fœminam, ita quod ſuum debẽt habere effectum, tam ſi agatur de ſuccedendo maſculo, quàm de ſuccedendo fœminæ, prout reprobata *Mantuana deciſione* penes Surd. *dec.* 9. Rotam Rom. decidiſſe non ſemel, refert Farinac. *in dec.* 548. *part.* 1. *&* 644. *part.* 2. in terminis ſtatuti Bononienſis concepti verbis communibus, *decedentis*, *& defuncta perſona*, á qua concluſione non eſſe recedendum, tam in judicando, quàm in conſulendo, docet Reg. de Marin. *reſ. jur. cap.* 209. *per totum, lib.* 2.

134 Quibus indubitabilibus concluſionibus poſitis, & firmatis, inanis remanebat prætensio repræſentantium jura D. Vittoriæ Amitæ dicti D. Io. Baptiſtæ, & proinde fuit recurſum ad axioma illud, quod diſpoſitiones harum conſuetudinum minimè aptæ ſunt ad comprehendendum bona hæreditaria D. Hieronymæ Comitiſſæ Carifi, tanquam extra diſtrictum exiſtentia, propter quod inane erat dari ſucceſſionem ope iſtarum conſuetudinum diſpoſitionis, dum nihil poſſidebat D. Hieronyma ipſis ſubjectum: cùm corpora dotalia, ſive eorum debitorum nomina, & quantitates eis debitæ, erant de bonis extra Civitatem & annui introytus extradotales fundati erant ſuper corporibus ſimiliter exiſtẽtibus extra Civitatem; ita quod, cum hæ annuæ venditiones ad formam bullæ ad inſtar immobilium connumerantur, & unicum faciunt corpus cum corporibus ſpecialiter ſubmiſſis, & de quorum fructibus ſit facta venditio: dum corpora prædicta erant extra Civitatẽ, talis eorum fructuum venditio eſſet dijudicanda; Sed quia contractus erant confecti in Civitate Neapolis, & in ea etiam promiſſa, & deſtinata ſolutio annui redditus, & capitalis, in caſu exercitii pacti de retrovendendo, non erat dubitandum ex fundatis ſupra *à nu.* 116. eſſe dejudicãdum uti corpus exiſtens in Civitate, & ſubjectum ejuſdem conſuetudinibus, ac eodem modo dotalia corpora, ſive debitorum nomina, quorum etſi non appareret ſolutio in Civitate promiſſa, ex alia tamen ratione Civitatis legibus venirent ſubjecta, & ſic juxta illarum diſpoſitionẽ regulanda ſucceſſio, nil obſtante quod extra Civitatẽ, ejuſque diſtrictum ſita ſint: nempe quod quando Comitiſſa contraxit ſecundum matrimonium in Civitate Neapolis cũ Comite Carifi, expreſsè ſe ſubmiſit con-
135 ſuetudinibus Neapolitanis; & licèt tam ipſa, quàm Comes, exteri eſſent, ſubmiſſio tamen tenet: quia non eſt in jure prohibitum, immo permiſſum, valere Cives alterius Regionis particularibus legibus alterius loci ſe ſubmittere, Reg. Marcian. *diſp. for. cap.* 44. *lib.* 1. de Luca
136 *ad Franch. dec.* 546. & bona ipſa dotalia, tanquam comprehenſa ſub ipſo univerſali jure dotali, apto ad comprehendendum bona, etſi extra locum ſint, de quo tractat conſuetudo regulando ejus diſpoſitiones, & dotis ſucceſſionem jure conprehenſionis ſub dicto nomine,

Digitized by Google

& univerſali jure, ut dos (quanvis ſecus ſit de bonis particulariter conſideratis) ſicuti pluries decidiſſe S. R. C. habetur penes Reg. Conſil. de Bottis *ad conſuet. ſi qua moriens. fol. mihi* 183. ubi etiã Stephan. de Gaeta *in adnot. incip. Gran caſo, cũ annot. marginali* Caroli de Roſa, *fol.* 186. Præſ. de Franch. *deciſ.* 472. *num.* 6. & 7. ibi: *quandoquidem ſemper fuit deciſum, bona dotalia, etiam quod ſint extra Territorium, ſubjacere conſuetudini: quia dos eſt nomen juris,* Reg. de Ponte *de poteſtate Proreg. tit.* 9. *de ſucceſſ. mulier. nu.* 8. 9. Reg. Conſil. de Georgio *alleg.* 23. *num.* 9. & 10. ubi *reſpondent cateri ſupra allegati DD. quod quando eorum opinio procederet, eſſet extra caſum noſtrum: nã loquuntur quando ſtatutum, vel conſuetudo ſimpliciter diſponeret de jure hæreditario in univerſali, tunc bona ſita extra territorium, tanquam particularia, non conſiderantur, tanquam bona de per ſe, ſed tanquã comprehenſa ſub illa univerſalitate, & jure ſuccedendi, & propterea in dote ſic fuit deciſum, quod cùm ſit ſubjecta conſuetudini, & dos ſit jus univerſale, quamvis convertatur in emptionem extra diſtrictum, reputatur emptio quid conprehenſum ſub univerſo, quod eſt dos,* & ſubdit, *num.* 11. ibi: *quæ opinio adeò veriſſima eſt, & indubitata, quod in omnibus ſupremis tribunalibus ſic paſſim fuit judicatum,* Reg. Marcian. *diſput. for. cap.* 45. *num.* 11. *lib.* 1.

137 Cui quidem concluſioni, cùm refragari haud poſſet ex dicto univerſali juris miniſterio, prætendebat pars conventorum ab ea recedere, ex quodam facto, ac pacto in capitulis matrimonialibus adjecto, quod, cùm Comitiſſa D. Hieronyma, etſi in dotem Comiti Cariſi dediſſet ducatos quatuordecim mille, ipſis cõputando v3. duc. ſeptẽ mille de ejus primis dotib. & alios duc. ſeptẽ mille ex cauſa antefati per eã lucrati, etiã quoad proprietatẽ, ob diſſolutionẽ dicti primi matrimonii abſq; liberis, cõtracti ante *Reg. Prag. anni* 1617. ut nos *in* 1. *rub. à n.* 97. ac dotium intereſſe ab hæredibus primi viri conſequẽdo, diſponere valeret prædicta Comitiſſa de primis duc. 7000. ſervata forma conſuetudinis Neapolitanæ; de ſecundis verò duc. 7000. libere ad ejus libitum, & voluntatem; ob quam facultatem reſervatam liberè diſponendi præſupponebat ipſos ducatos 7000. eximiſſe à dotali vinculo, & diſpoſitione conſuetudinis, aliter inanis redderetur reſervatio prædicta; quæ tamen diverſimodè colligẽda erat: nã, ſi de eis voluiſſet Comitiſſa diſponere, benè potuiſſet, dũ in ejus arbitrio reſidebat; verùm, quia non diſpoſuit, non erant pro liberis habendi: nam, uti bona dotalia, dotali vinculo erant obnoxii, & comprehenſi in dicto univerſali jure dotali, à quo certè fuiſſent exempti, ſi ſequutus fuiſſet uſus prædictæ facultatis; quod ſequenti patet exemplo.

138 Nam, licèt verum ſit, patri competere peculia à filiis acquiſita, & hoc nõ uti ejus filiorum familias hæredi, ſed ex ejus propria perſona; attamen negare nõ poſſumus, quod in libera filii familias facultate ſit, de ejus caſtrenſi peculio diſponere ad ejus arbitrum, & voluntatem; quia tamen ſi uſus non fuerit, ita quod ab inteſtato deceſſerit, non per hoc poteſt dici, non eſſe peculium caſtrẽſe, & à ſui ſpecie, ac eſſentia exemptum, & proinde ad patrem ſpectare tanquam hæreditarium, prout foret ſi ſi de eo teſtatus fuiſſet, & in ejuſdemet patris beneficium; ſed ad patrem pertinere, omni tamen hæreditaria qualitate remota, uti peculium, Vlp. *in l.* 1. *& 2. ff. de caſtrenſ. pecul.* etianſi diſpoſitio peracta ſuum non obtineret effectum ex aditione, quo in caſu ceſſaret diſpoſitio, & haberetur, ac ſi prædicta facultate uſus non fuiſſet filius, & inteſtatus deceſſiſſet; cùm, ad hoc ut peculium amittat eſſe tale, & in hæreditatem transferri poſſit, requiratur uſus dictæ facultatis diſponendi cum executione, juxta Pomponii ſententiam *in l. ſi ſervus,* 18 *ff. de ſtipulat. ſervor.* ac ope noſtrarum conſuetudinum, Cives benè valent de antiquis bonis pro medietate ad eorum libitum, & voluntatem diſponere, etiam in extrancorum beneficium; qua tamen diſponendi facultate ſi uſi non fuerint; medietas prædicta ad hæredes ab inteſtato non transfertur virtute dictæ facultatis; quia ut ſuũ valeat effectum obtinere, requiritur

139 uſus;

140 uſus;& mulier filios habens de decima, vel in eorum defectu de dotium medietate,quorum acquiſitio,& conſtitutio in ejus beneficium ſit, etiam cum hac facultate ; attamen ſi non utatur facultate prædicta, omnia ad vocatos à conſuetudine ſpectant, qui ad ipſas ſuccedunt dotes.

141 Quibus itaque præmiſſis nedum fundabatur juſtitiæ aſſiſtentia in prætenſis , & deductis per D. Io: Baptiſtam, verùm etiam læſum fuiſſe in petitione facta per D. Annam Baſſan ejus matrẽ,& tutricẽ,petendo,explicari proviſionẽ reſervatã in decreto præambuli pro tertia parte : dum ex prædictis pro tota hæreditate erat petẽdũ,& nõ æquiparari portiones, dũ pro duabus ex tribus reperiebatur interpoſitum decretum in beneficium D. Victoriæ, & D.Iſabellæ; licèt conarentur ipſæ probare,non eſſe locum beneficio in integrum reſtitutionis , quanuis propoſito infra legitima tempora,ſub prætextu,quod res ampliùs integra non erat:quia præambuli decretum pro omnibus tribus reſpectivè portionibus jam ſuum obtinuerat effectum,& executionem, conſentiente dicta D. Anna tutrice; & per conſequens dictus D. Io:Baptiſta minor hanc hæreditatem ſibi delatam , & à ſe non aditã, ſed ab alio,á jure vocato,& ſicæquè dilecto ex juris cõmunis,vel municipalis diſpoſitione , minimè poterat revocare, aut de novo prætendere ex capite reſtitutionis in integrum, ex Pauli I. C. edicto *in l. quod ſi minor*, 25. §. *Scævola*, *ff. de minoribus*.

142 Nam ex pluribus reſolvuntur objecta,cùm ex noviſſimo demum Iuſtiniani jure in duabus conſtitutionibus , minori eſſe ſuccurrendum,ſtatutum invenitur, adverſus hæreditatem ſibi delatã, non tamen aditam, per ea,quæ ſunt *in l.* 1. ibi: *verùm, etiam ſi hæreditatem ſibi delatam non adierint, poſſe in integrum reſtitutionis auxilium poſtulare, jam dudum placuit, Cod. ſi ut omiſſam hæreditatẽ*, Baldax. de Angelis *ſuper Cod. in l. l.* 1. vel repudiatam, Imperatores *in l. fin. Cod. de repudiand. hæred.* illud jus digeſtorum pro correcto habetur , & exiſti-

143 mandum eſt ; etſi aliqui DD. ad evitandam hanc legum correctionem,ipſas in concordiam reducere prætenderunt, nempe text. *in d. l. quod ſi minor*, 25. §. *Scævola*, procedere in hæreditate extraneo delata,non tamen adita , vel repudiata;& text. *in dicta l. fin.* in aſcendentis hæreditate,ſuo tamen delata, ab eoque repudiata, Præſ. de Franch. *deciſ.* 282. ubi Add.& noviſſimè de Luca, Reg. Capyc. latr. *conſul. for. cap.* 119. *num.* 7. D. Hieronymus Calá *de reſtit. in integrum minoribus quandoque deneganda* , *cap.* 44. *num.* 26. Verùm Nos diceremus, ipſarũ legũ concordiam dependere à caſuũ diverſitate: quia diſpoſita per I. C. *in dicto* §. *Scævola* procedunt , & diriguntur ad caſum,in quo poſtquã minori primo hæredi inſtituto delata ſit hæreditas,& per ipſum repudiata,& factus ſit caſus vocationis ſubſtituti, ab ipſoq; adita,qua de cauſa res ampliùs integra haud eſt , vel dici poteſt,per factum cujus ſubſtituti,ejuſque laboribus , & induſtria aucta ſit hæreditas , pecuniaque ex ea perventa in perniciem cujus juſtè prohibetur per I. C. ne valeret venire minor adverſus repudiationem, ex verbis,ibi: *ad paratam pecuniam laboribus ſubſtituti veniet repellendum*,ex latè deductis per Ant Fabr. *in Rational. in dicto* §. *Scævola*, *tom.* 1. qua ratione ceſſante,ac reflectendo ad damnum, quod tertio infertur,& ne ille cum ipſius tertii jactura locupletetur , procedere diſpoſita per Imperatores *in dicta l. finali*, tanquam res integra eſſet , uti ab ullo alio vocato,ſive ſubſtituto adita , ac acceptata,juxta clara Gloſſæ verba *in dicta l. fin. in verb. recuperare*, ibi: *immo videtur, quod non, ut ff. de minoribus , l. quod ſi minor*, §. *Scævola*, *in verſ. ſi verò, quæ eſt contra. Solv. hic corrigit , vel ibi habuit ſubſtitutum , hic non* , pro ut fuit propriè caſus Præſid. de Franch. *in dicta deciſ.* 282. in qua Sacra Domus A.G.P. ſubſtituta erat, & adierat ope repudiationis factæ ab hærede inſtituto. Ac etiam quia præfata jura,attento verborum tenore in alio locum habere nequeunt,niſi in minore omittente,renun-

144 ante,vel repudiante hereditatem; non autem ſi totum hoc invenitur factum à tutore , de quo verbũ nullum in juribus præ-

prædictis; prout evenit in facto, de quo agitur, dum à matre, & tutrice dicti D. Io: Baptistæ omnia facta fuerunt, quo in casu, minores multò plus sunt subveniẽdi hoc beneficio restitutionis, cùm pro magis læsis habeantur, Sforza Oddus *de in integrum restitution. art. 12. q. 9. n.* 108. ibi: *minor multò magis restituitur, quando læditur à suis tutoribus, quàm à se ipso: tunc enim sufficit etiam qualibet modica læsio, ita notabiliter dicit Iacob. de Sancto Georgio in l. 2. Cod. si adversus vendit. per theor. Barth. communiter receptam in l. si societatem, §. arbitrorum, in princ. ff. pro Socio.* itaque semper esse restituendos jura exclamant, ex determinatis per Imperatores *in l. 1. & 2. Cod. si adversus transaction. l. si major, 4. §. quod si minor, Cod. communi divid. l. si intra, 3. C. de temporib. in integrum restit.*

145 neque cohartari possunt nè tertii vexentur, nisi priùs tutoribus excusis, per ea, quæ aliqui prætendunt deduci ex *l. si infanti, 18. Cod. de jure deliber.* in qua nil de hac excussione facienda, *& in l.*

146 *eum, qui, 4. Cod. arbitrium tutelæ*, ubi Imperatores statuerunt competere minoribus actionem contra tutores, quo ad ea, quæ ex eorum negligentia, vel mala administratione, & ob aditionem non factam damnum illatum sit minoribus, sed de tutorum excussione verbũ

147 nullum; modo quo nulla invenitur legum dispositio contra disposita per Imperatores *in l. etiam, 3. & l. fin. Cod. si tutor, vel curator intervenerit*, residere scilicet in arbitrio minoris, agere contra tertium pro actus resolutione, rerum restitutione, & similium, aut contra tutores ad interesse refectionem, Baldax. de Angel. *super Cod. in dicta l. etiam 3.* Anton. Faber *de errorib. Pragm. decad. 25. error. 7. num. 14. tom. 1.* Bolog. Cavalcanus *de tutor. & turat. quæst. unica, n. 101.* ibi: *& quando minor habet restitutionem in integrum adversus actum, factum, seu omissum, à tutore, & curatore negligente, etiam actionem contra tutorem, vel curatorem, potest ad ejus electionem agere, contra quem sibi à principio videbitur proficuum.*

148 Neque casu, de quo agebatur, obstaret *consuetud. Pupillus*, expressè statuens, minimè inquietari posse tertium à minore, nisi tutore excusso: quoniam uti lex particularis hujus Civitatis, & minoris arbitrium refrenans à communi jure liberè, ex præmissis concessum, habetur pro correctoria juris cõmunis, & non potest extendi ultra casũ, de quo loquitur, vulgatis jurib. quando scilicet actus factus esset à minore, cum tutoris præsentia, consensu, & interventu; minore autem non interveniente, ut in casu, de quo agitur, consuetudo non procederet, cùm sit casus in ejus dispositione nõ conpræhensus. Vlteriùs dicebatur, quod, si cum D. Anna Bassan matre, & tutrice interveniisset D. Io: Baptista in petitione præambuli pro tertia parte, ejusque executione, non per hoc veniret præjudicatus ipse minor, ut factus major, & læsionis conscius, adversus actum hunc, & præjudicium sibi illatum, ex capite restitutionis in integrũ petere nequeat illas alias duas partes D. Isabellæ, & D. Victoriæ permissas capere, ope ejus, & suæ tutricis consensus læsionem inferẽtis, ex qua damnum patitur, Afflict. *decis. 370.* Molfes. Caput. Caldas *in l. si curatorẽ habens, verb. læsis, num. 32. 33.* loquentes in propriis terminis minoris admittentis sororem á statuto excluſam ad succedendum æqualiter cum eo, & aliis concludit Regius Consil. Provenz. *in consuet. si moriatur,*

149 *observ. 28.* & licèt actus teneat à principio; attamen ex dicto capite, ob minoris interesse rescinditur, nullunque producit juvamen alteri fratri, vel masculo majori cum eo concurrenti, cùm actus prædictus sit dividuus, modo, quo tenet respectu majoris, qui insimul cum minore suum præstitit consensum, quo

150 verò ad minorem rescinditur, prout in propriis terminis masculiationis fœminæ, tam ex mora ob concursum requisitorum à consuetudine præfixorum, quã ex consensu insimul admittendo fœminam ad succedendum viriliter, & hoc dividuitatis ratione, plenissimè probat dictus Reg. Consil. Provenz. *dicta observ. 28. num. 17.*

Ad

Digitized by Google

Ad num. 88. 96. & 99.

151 RErum dominium ut validè,& juridicè acquiratur,ac transferatur,traditio requiritur,& causa præcedens,ad traditionem ipsam justificandam,ac translationem inducendam, diximus *in rub.1. num.170. cum sequent.* itaut acquirens ante traditionem pro domino irrevocabili haberi, & judicari haud possit, cùm dominii acquisitio non in solo consistat consensu, sive promissione,& verbis,in contractu adjectis, sed in traditione vera, aut ficta, ex juribus,& DD. ibi laudatis,& tenet Goffr. noster *hic num.*87. Andreol. *controver.*
152 *for.cap.*240.*num.*31.ad pignoris differentiam, quod solo consensu contrahitur,perficiturque, *l.*4.*ff. de pignoribus* Goffred.*loc.mox allegando,* Cynus *in l.*
153 *quoties, Cod.de rei vendic.*prout secus ipsa sequuta,à qua evelli, Imperatores Deocletianus, & Maximianus in earum Imperiali constitutione, non posse mandarunt,nil obstãte si ab alio in tituli acquisitione præferretur, non autem in acquisitione dominii, in quo potior ille est,in cujus beneficium priùs res tradita fuit, etsi alius quo ad titulum prævenerit,ut in dicta vulgata *l. quoties*,15.*Cod. de rei vendicat.* Antonell. *de loco legal. lib.*2.*cap.*7. *quæst.* 4. *& alii infra in suis*
154 *locis laudandi*, nulla adhibita distinctione si tituli proveniant ex causa one-
155 rosa,vel lucrativa,& similibus: nam secundus, cui titulus cum rei traditione assistit,licèt posterior, inquietari haud potest à primo, qui solo titulo provisus
156 est;qua de causa ipsi tantùm competeret actio personalis contra primum dominum ad rei traditionem, si in ejus dominio sit,aliàs ad interesse refectionem,Covar. *in loco proximè allegat.* ubi de Faria *num.* 14. cùm actio prędicta personalis super re, & contra dominum, sive singularem dictæ rei possessorem,in cujus beneficium traditionis ope translatum sit plenarium dominium, haud persecutiva sit, Reg.de Marinis *ad Reg. Revert.decis.*107.*num.*3. Altim.*ad Reg. Rovit.dec.*82.*num.*1.Covar.*var. resol.*2. *cap.* 19. ubi de Faria, *nu.*4. Gomez *var.*
157 *res.lib.*2.*cap.*2. *num.* 29. ubi Ayllon;si modo in primi beneficium ficta non assisteret traditio, cujus vi rei dominium translatum desumitur penes ipsum;& sic à non domino in secundum facta traditio;nam tunc jure valido à primo revẽdicari valet, quod foret ope,ac causa Constituti, & Precarii concurrentium in primi beneficium; qui traditionis actus, licèt sit fictus, idem tamen operatur, ac verus, & naturalis, eosdenque effectus producit,*l.certè*, §.1.*ff.de precario*; qua de ratione, juxta juris communis indubitatam conclusionem,non est, qui ne-
158 get, ex eo verè transferri in constitutarii beneficium,nedum civilem, verùm etiam,& naturalem possessionem, atque dominium;nil obstante, quod in possessione constituens, non suo, sed alieno nomine, scilicet sui constituentis, possideat:*jura,& DD.infra laudati in n.*160.
159 cùm in jure non sit prohibitum alieno nomine possidere rem propriã, nulla data possessionis mutandæ causa, sed desinendo ex proprio possidere facto, alium
160 in possessione esse; nam is possidet,cujus nomine possidetur,prout determinavit Celsus I. C. in vulgata *l. quod meo*, 18.& Iabolenus *in l.interdum*, 21.*ff. de acquirend.poss.*Præs.Merlin.*controver. for.cap.*35.*num.*1.*lib.*1.Reg.Rovit. *in pragm. unica de assistentia, num.*21.ubi *prope finem* hæc ait: *quæ clausula constituti,& precarii omnem transfert possessionem in posterioris præjudicium*, Reg. Consil.Prat.*discept.for.cap.*8. *num.* 14. Gaitus de Credito.*cap.*4. *tit.*7. *nu.*799. Reg.Consil Staiban. *in observat. ad res.* 41.*num.*25.26.27.*lib.*1.Borgia *investig. lib.*6.*cap.*17.*num.*11.*tom.*1. Carpan.*super statut.Mediol.cap.*462.*num.*1. *lib.*1. Fontanell. *de pactis,clauf.* 4. *gloss.* 27.
161 *num.*5.*tom.* 1. quæ ficta traditio non distinguitur ab actuali traditione, & corporali possessione, ejusque habet robur, licèt à lege aliqua, vel statuto de actuali traditione, corporalique possessione specificè mentio fiat, prout in
162 nostra *consuetud.incip.instrumenta donationum*, expressè requirente pro validitate donationum, oblationum, & permutationum, res donatas, oblatas, & permutatas,& in instrumentis donationum, oblationum,ac permutationum con-

contentas, realiter, & actualiter tradi, & sub corporali possessione esse, & tamen sufficere nostrates determinant, fictam traditionem, & possessionem ex clausula Constituti, & Precarii, juxta Napod. *in dicta consuetud.* cum quo pertransivit non semel S. C. penes Vrsill. *ad Afflict. dec. 275. in fine*, Præs. Merlin. *dicta controver.* 18. cujus decisio est, *in controver. sequenti* 19. *num.* 32. *vers. censuit quoque S. C. lib.* 2. Reg. Capyc. latr. *consult. for. cap.* 137. *lib.* 2. licèt ab eis dissentiat Reg Consil. Staiban. *resol. forens.* 161. *nu.* 67. *cum seqq. & in obser. à num.* 99. *tom.* 2.

163 & proinde ipse primus, non verò posterior, servandus est in possessione rei juridicè acquisita, ut omnes communiter concludunt. Nam in tantũ Imperatores in dicta Imperiali constitutione *in alleg. l. quoties* statuerunt pro secundo, in quantum valide fuisset traditio facta cũ dominii acquisitione; quod cùm secus esset in casu præmisso, certè cessaret ejus dispositio, prout ab omnibus limitatur, Reg. Cons. Marcian. *cons.* 40. *lib.* 1. Præs. Merlin. *controver. forens. d. cap.* 18. *nu.* 9. & 10. *lib.* 2. Barbat. *de assistentia, gloss.* 7. *num.* 42. & 43. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. decis.* 73. *num.* 11. & *ad dec.* 107. *nu.* 4. *lib.* 1. Altim. *ad Reg. Rovit. d. decis.* 82. *num.* 1. Gottofred. *in dicta l. quoties, vers. item quoties venditur*, Petrus Gregor. *Syntagm. jur. lib.* 25. *cap.* 18. *num.* 5. Gomez *dicto cap.* 2. *num.* 20. *vers. quarto principaliter*, ubi Ayllon, Petrus Barbosa *in rubr. soluto matrim. part.* 2. *num.* 85. Cancer. *var. res. lib.* 1. *cap.* 8. *de donationibus, num.* 31. & 32. Fontanell. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 12. *num.* 130. & *gloss.* 27. *num.* 10. & 11. *tom.* 1. Castill. Sottomayor *contr. jur. cap.* 80. *num.* 17. *lib.* 5. Vela *dissert. jur. dissert.* 19. *nu.* 5. *part.* 1.

164 de Faria, *ubi supra num.* 6. modò contractus purè celebratus sit, non autem sub aliqua conditione, nam tunc Constitutum, & Precariũ diceretur cõditionale, prout contractus ipse, itaque non valeret suam traditionem operari, uti ab eventu conditionis dependens, *l. qui absenti*, 36. *§. si quis possessionem, ff. de acquir. possess. l. cedere diem*, 213. *ff. de verb. signif.* Mangrella *ad Bartol. in l. quod meo, ff. de acquir. possess.* Postius *obser.* 20. *num.* 42. *decis. Rot. post tract. de manut.* 620. *num.* 3. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 4. *quæst.* 120. *num.* 31. Cyriac. *contr. for.* 711. *nu.* 29. 30. *tom.* 4. Ciarlin. *controv. for. cap.* 35. *num.* 12. *tom.* 1. de Amato *var. resol.* 62. *num.* 1. *tom.* 2. Cutell. *de donation. discurs.* 3. *partic.* 6. *num.* 19. *cum tribus seq.* Giurb. *obser. decis.* 51. *à num.* 9. *usque ad* 17. & *num.* 26. 27. Faber *Cod. lib.* 7. *tit.* 7. *de acquir. possess. defin.* 27. Mattienz. *in leg. Hisp. lib.* 5. *recol. tit.* 6. *l.* 1. *glos.* 4. *num.* 29. Fontan. *de pact. nup. claus.* 4. *glos.* 3. *à num.* 18. Noguerol *alleg.* 14. *num.* 52. Barbos. *tract. var. de clausulis usufrequentibus, claus.* 31. *num.* 33. & decidisse Senat. Cathal. refert D. Bonavẽtura de Tristany *decis.* 29. si conditionaliter contractatum fuerit: nam hoc interim si voluerit contrahens, etsi conditionaliter, rectè tamen dominium trasferre, ut si purè Cõstituti appositione advenerit, & per verba præsentis temporis, scilicet contractus, quoniam pro conditionali non habetur, prout est contractus, in quo apponitur quo ad dominii transla-

165 tionem: cùm dominium ex domini voluntate, & consensu, pendente conditionis implemento bene transferri possit, Amatus *var. res. lib.* 2. *res.* 62. *per totam*, de Faria *loco cit. num.* 7. *in fine*, Gomez *loco laudando in fine*, Giurba *dicta obser.* 51. *num.* 18. 19. 20. 21. 22.

166 25. 30. 31. nam si conditio adimpletur, ac verificatur postquam res alteri vendita, donata, cessa, vel alio modo, causa, & titulo purè translata, ac verè, vel fictè tradita sit, ab eodẽ avocari non potest, ilicèt posterior antecedẽti præferatur, cui nullũ dominiũ, neq; reale, neq; fictum ex Constituto ante secundum contractum erat acquisitum, ob non sequutum adimplementum conditionis, juxta quem contractum regulatur Constitutum Noguerol. *in allato loco, n.* 51. cum aliis laudatis *supra in num.* 164.

167 modò, si ante conditionis eventum desiit dominus possidere, conditione demũ verificata, cùm res sub constituentis dominio, & possessione non inveniatur, vim aliquam Constitutum non habet, cũ haud inveniat habilitatem in ambobus extremis, tam habito respectu ad constituen-

Digitized by Google

ſtituentem,quia non poſſidet, quám ad rem non inventam ſub ejus dominio,& poſſeſſione,& ſic conſtitutum ſuos operari nequit effectus,nec etiam ad finem retrotrahendi ad tempus facti contractus conditionalis in ipſius tertii præjudicium, qui cum perſona habili ad diſponendum de dicta re contraxit, & penes,quem,nedum poſſeſſio,verùm etiam rei dominium reſidebat; nam prædicta extrema habilia non inveniuntur tempore,quo conditio purificatur ad validè retrotrahendum in tertii præjudicium, qui medio tempore habili contraxit, ex juribus, & rationibus laudatis à Gomez, per quem reſolvuntur contraria, quæ intelligenda ſunt, quando extrema ſunt habilia,cùm res ſit penes conſtituentẽ,*in l.*45.*Tauri,nu.* 93. Larrea *alleg.* 76.*n.*19.20.*&* 21. *tom.* 2. de Faria *ubi ſupra nu.*7.Andreol. *controver.for.* 240. *num.*28.*cum multis ſequent.*Vela *diſſert. jur.*19.*num.*54.

168 Ceſſaret etiam præfatæ Imperialis conſtitutionis diſpoſitio, ſi primus conhens pro contractus obſervantia, & omnium in eo contentorum ſpecialiter proviserit de ipſius rei contractæ obligatione,& hypoteca;qua de cauſa inuti lis poſtrior redditur diſpoſitio, cum rei traditione,uti affectæ dicta ſpeciali hypoteca antecedenter contracta, dominii translationem in poſteriorem impeditiva, ad inſtar pacti de non alienando rem pignori obnoxiam,ex diſpoſitis per I.C.in *l. ſi creditor*,§.*fin.* ibi: *ſi pactum ſit à creditore, ne liceat debitori hypotecam vendere,vel pignus:quid juris ſit,& an pactio nulla ſit,talis,qualis contra jus ſit poſita.ideoque venire poſſit, & certum eſt nullam eſſe venditionem, ut pactioni*
169 *ſtetur,ff.de diſtract.pignor.* nam, licèt ſpecialis hypoteca non obſtaret, ne res ab altero acquiri,& ſub novo dominio, & poſſeſſione eſſe, ac permanere valeret; ſub dicto tamen onere, ex quo potioritas reſultaret,ut diximus *in rubr. à*
170 *n.183.*attamen, de quo agitur caſus, cũ ſit diverſus,diverſos itidem producit effectus,non potioritatẽ pro damni, & intereſſe refectione; ſed cũ res tranſierit in dominiũ poſterioris dicto oneri ſpecialis obligationis obnoxia,pro firmitate, & adimplemento contractus, ad ipſius rei traditionem,præcisè primus dominus tenebitur, & cùm res ipſa ad cõtractus implementum ſit obligata;jus in re radicatum antecedens contrahens habet, quod non aufertur per poſteriorẽ contractũ,uti nõ ſufficientẽ ad validè revocandũ dictũ jus in re per tertium ante quæſitũ Reg.Rovit. *dec.*82.*nu.*18.
171 ac proinde jure licito rem ipſam capere valet à poſteriori dominõ,cujus rei dominium acquiſivit cũ hac qualitate, ſive onere revocandi; non autem intereſſe refectionem accipere, ad quod teneretur data firmitate ſecundi contractus per traditionem, ex diſpoſitis per Imperatores *in l.qui tibi, 6. C. de hæred. vel action.vend.* & docent omnes communiter, Battaglinus *ad Cyn. ſuper Cod. in dicta l.quoties,* 15.*de rei vendic.*Reg. Cõſ.Marcian.*d.conſ.*40.*nu.*1.*verſ.ſecundò affertur,lib.*1.R.de Marin.*ad Revert. d. dec.*73.*n.*12.*& dec.*107. *n.*9. Altim. *ad Rovit.dicta deciſ.*82.*verſ. obſerv.* 6. Gottofred. *in dicta l.quoties, verſ. quid ſi res,*Covarr.*dicto cap.*19. *num.*7. *verſ. ſeptimo ſi rationem principalem*, ubi Io: Vffeli, & de Faria *num.*44.*uſque ad* 48. *incluſive*,Caſtill. Sottom. *dicto cap.*80. *num.*25.Gomez *dicto cap.*2.*nu.*20. *verſ. quartò principaliter limita.*

172 Ita etiam ſuum non habet locum præmiſſæ conſtitutionis determinatio, quouſque nulla realis, & effectualis hominis traditio requiritur, eo quia
173 ſuppletur á lege, prout in omnibus rebus incorporalibus,& ſimilibus,quarum traditio deſumitur facta, ac completa in eodem actu venditionis, donationis,ceſſionis, & ſimilium, cùm traditionis loco habeantur,ut effectualis in rebus corporalibus,ex text.*in l.fin.Cod. quando fiſcus,vel privat.*ubiGl.*in verb. ſuo autem nomine,*Reg.Salernitan.*deciſ.* 11.*num.*4.Reg.de Marin.*ad Rever.dec.* 508.*ante num.* 2. Gaitus *de credito cap.* 14.*quæſit.*11.*n.*1838.*&* 1842. Reg. de Ponte *dec.*34.*n.*24.R.Conſ. Prat. *dicto cap.*8.*num.*13.*&* 15.Altim.*ad Reg. Rovit.dicta deciſ.*82. *num.*1. *verſ. obſerva.* 5.Amat.*var.reſ.*95.*num.*20.*tom.*2.Gratian.*diſcept.for.cap.*310.*num.*15. ubi de Luca *nu.*9.Olea *de ceſſion.jur.& action.*

Digitized by Google

174 *tit.* 1. *quæst.* 4. *num.* 13. *&* 14. inter quæ bona, juraque incorporalia, beneficia ecclesiastica numerantur, in quibus ex ista ratione ille potior est, & posteriori præfertur, qui in data concessionis litterarum suæ gratiæ est anterior, licèt secundus ope suæ posterioris collationis in possessione inveniatur, prout expressè Pontificia jura determinant *in cap. tibi*, 12. *cap. duobus*, 14. *de rescriptis in 6. cap. si à sede Apostolica*, 31. *de præben.*
175 *in 6.* de Faria *loc. cit. n.* 19. *&* 20. ad instar quorum beneficiorum, regalia dejudicantur, sicuti officia, uti de rebus, quæ gratiosè conceduntur, earum attento origine, Loffred. *cons.* 1. *num.* 7. Reg. Revert. *dec.* 107. *dec.* 447. *&* 508.
176 itaque inter incorporalia bona de-
177 scribuntur; quapropter qui prior est in data concessionis, potior efficitur posteriori, etsi in possessione reperiatur, cũ in his non procedat decisio Imperialis *in dicta l. quoties*, prout est communis DD. sententia, rebus judicatis fulcita, penes dictum Reg. Revert. *in dictis dec.* 107. 447. *&* 508. Reg. Salernit. *dict. dec.* 11. quæ est in eadẽmet causa decisionis Reg. Revert. 447. Reg. de Marin. *in dict. decis.* 107. *num.* 8. *& ad dictam dec.* 508. *num.* 1. *&* 2. Reg. Consil. Prat. *loc. cit.*
178 *num.* 16. Altim. *ubi supra*, sicuti in cõcessionibus omnibus quorũvis bonorũ, quæ à Rege conficiuntur, ex gratia tamen, vel privilegio à mera dependentibus liberalitate; quoniam eadem largitate, cum qua conferuntur, præsumitur voluisse nulla traditione expectata concessarum rerum dominium transferre; ob quã liberalitatẽ concedendi, supremum Principem ab omni juris rigore exemptum esse colligitur, ad suam ostẽdendam magnificentiam, ultra modum, qui in privatorum elargitionibus requiritur; propter quod ex sola Regis donatione, ac concessione gratiosè peracta, & ex privilegio, nedum dominium, verùm etiam possessio rerum donatarum absq; ulla actuali, & corporali, vel ficta traditione transfertur, & acquiritur; quadere ille præfertur, qui priorem habet titulum, licèt posteriori res concessa, ac tradita reperiatur, nulla adhibita distinctione, si ex causa lucrativa, vel onerosa
179 dependeat, quanquam aliis in casibus primus semper præferatur, si ejus titulus ex onerosa, secundi verò ex lucrativa causa originem habeat, Reg. de Marin. *ad dictam decis.* 73. *num.* 10. *& ad*
180 *decis.* 107. *num.* 7. secus tamen esset si ex contractu: Rex enim contrahendo, jure utitur privato, itaquod non eximitur à juris dispositione, per quam non transfertur dominium absque traditione, requisita in omnibus bonę fidei contractibus ad dominia trasferendum;
181 idcirco primo in casu præfata Imperialis dispositio *in dicta l. quoties*, cessaret, in secundo verò suum habet, ac debet effectum obtinere, ex deductis per Reg. Revert. *decis.* 201. *& dictis decis.* 447. *&* 508. Reg. de Marin. *ad dictam decis.* 201. *num.* 1. *& ad decis.* 447. *nu.* 2. Reg. Rovit. *dicta decis.* 82. in qua uti Advocatus scripsit, Reg. Marcian. *disp. for.* 36. *lib.* 1. Reg. Consil. Prat. *discept. for. cap.* 40. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 4. Covarr. *dicto cap.* 19. *num.* 3. ubi Io. Vffeli & de Faria *à num.* 26. *usque ad* 36. *inclusivè*, Gabed. *decis. Lusit.* 30. *num.* 9. *part.* 2. & hoc etiam si ageretur de re feudali, cùm dictæ Imperialis Constitutionis dispositio *in dict. l. quoties* suum obtineat locum, etiam in bonis feudalibus, Reg. Revert. *dicta decis.* 73. ubi Reg. de Marin. *num.* 1. Vela *dicta dissert.* 19. *num.* 49. & in emphiteuticis bonis, Reg. de Marin. *dicta decis.* 73. *num.* 4. Vela *dicta disser.* 19. *num.* 48. de Faria *loco cit. num.* 51. nam per ipsum contractum acquiritur
182 jus in re; quod cùm in locatione, & conductione ad paucum tempus non detur, uti requisitum à dicta Imperiali constitutione determinatum, minimè locum habet ipsa dispositio, etsi per posteriorẽ conductorem in rei conductæ apprehensionem perventum sit, uti ab
183 Imperatoribus considerată, non aptã ad acquirendum dominium; cùm locatio jus aliquod reale super re non præstet, neque ex traditione tribuat, nisi tantummodo personale contra locatorem; inde nil trasfert: quoniam non agitur de dominio, ac rei translatione, sed tantùm de ipsius usu, de quo nihil in dicta Imperiali Constitutione, ex Iasone *in dicta l. quoties, num.* 32. *vers. decimo-*

ter-

Digitized by Google

tertiò limita, Giurba *decis.* 59. Gamma
184 *decis. Lusit.* 130. quæ & si vera sint, tamen negari non potest, ex dicta traditione rei locatæ in posteriorem conductorem, ejus jus effectum esse potentius illo primi conductoris absque traditione, cujus ope ipsi secundo competit rei detentio, à qua si à primo expulsus fuerit, jure optimo, implorando judicis officium, in sua venit possessione restituendus: quoniã clarum est, nullã habere primũ cõtra secundũ actionẽ, neq; realem, neque personalem, cùm inter eos nullus initus sit contractus, etsi primus ex locationis contractu agere valeret contra locatorem; quadere clarum est, actionem ab illo non oriri, nulla tamen data speciali, vel generali bonorum obligatione, nisi personalis rei possessorem, ac detentorem non persecutiva. Itaque posterior conductor possidendo, & detinendo rem locatam, à primo molestari non debet, & locum habent dispositа in dicta Imperiali Constitutione *l. quoties*, estque magis communis DD. sententia, etsi per Gammam contrarium referatur per illum Senatum decisum: dum contra dictam decisionem, nedum se opponit Flores Dies de Mena ejus additionator, verùm etiam communi voto Vtsill. *ad Afflict. dec.* 238. *num.* 7. Reg. de Marinis *resol. jur. cap.* 240. *lib.* 2. *& ad Regent. Revert. dicta decis.* 73. *n.* 5. 6. 7. *& ad dictam decis.* 101. *n.* 3. *in medio*, Altim. *ad Rovit. dicta decis.* 82. *vers. & dicti*, Gottofred. *in l.* 9. *Cod. locat. & conduct.* Marta *vot. decis.* 35. *nu.* 13. Covarr. *dicto cap.* 19. *num.* 7. *vers. nono, eadem profectò*, ubi Vfeli & de Faria *num.* 52. Gomez *var. resol. dicto cap.* 2. *nu.* 20. *vers. secundò principaliter extende*, ubi Aylon, Ant. Fab. *de error. pragm. decad.* 24. *err.* 10. resolutivè *num.* 25. Giurba *dicta decis.* 59. *num.* 4. Muta *decis.* 35. *num.* 11. Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 29. *nu.* 14.
185 cessante tamen in primo locationis contractu generali bonorum locatoris obligatione, cum hypoteca, pro ipsius cõtractus, omniunq; in eo contentorum observantia, aut speciali ipsius rei locatæ cum constituto, & precario, obquod ope ipsius esset translata in eundem cõductorem civilis, naturalisque possessio quo ad usum ipsius rei locatæ, ac conductæ, juxta præmissa in *num.* 158. quoniam ex tali generali, vel speciali obligatione cum hypoteca, quo ad observantiam locationis contractus, acquisitum est conductori jus in re ipsa, quod cùm reale sit, res non efficitur libera
186 quanquam à locatore in aliquem ex particulari titulo transferatur: nam uti rei persecutivum, ipsius possessorem sequitur, licèt singularis sit; ac proinde non valeret, uti novus dominus, conductor ipse expelli à re locata, & conducta; omni distinctione remota, juxta aliquorum DD. sententiam substinentium, generalem tantùm sufficere; licèt alii specialem requirant: nam magis communis est, idem teneri de speciali, quàm de generali: quia ex utraque hypoteca constituitur, ac bona obligantur, jusque in re acquiritur, ac tribuitur, pacto de non alienando haud adjecto in dicto locationis actu, ad instar cujus dejudicatur oneris appositio dictæ generalis, vel specialis hypotecæ, quo ad tuitionem cõtractus locationis, ejusque observantiæ, & rei locatæ manutentionis, ad limitationem Imperialis Constitutionis in *l. emptorem*, 9. *Cod. locat.* & I.C. dispositionis *in l. qui fundũ, ff. eod.* quę locum habent in casibus illis, in quibus conductori personalis tantùm cõpetit contra tunc dominum locatorem fundi, vel rei locatæ possessorem, juxta quam conclusionem pertransivit magis communis DD. sententia rerum judicatarum authoritatibus roborata, ex dispositis per I.C. *in l. si creditor*, 7. §. *quæritur, final. ff. de distract. pignor.* & decidit S.C. apud Masull. *ad Capyc. dec.* 182. *n.* 4. *vers. quando generalis obligatio impediat*, R. Sanfelic. *dec.* 366. *to.* 3. Thor. *compend. decis.* verb. *successor singularis an teneatur stare, tom.* 1. Rot. Rom. *apud* Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 12. 13. Pedam. Thesau. *quæst. for. lib.* 2. *quæst.* 13. pręcisè *num.* 9. Cathal. Peguer. *dec.* 17. *lib.* 2. & German. Carpzou *in loco mox laudando*, & docent Vivius *comm. opin. lib.* 1. *opin.* 127. *n.* 6. Capycius *d. dec.* 182. *nu.* 3. Paschal. *de patria potest. parte* 4. *cap.* 6. *nu.* 15. ubi Reg. Consil. Pratus, Reg. de Marin. *cap.* 259. *num.* 24. *lib.* 1.

Digitized by Google

Reg. Consil. Hodierna *ad Surdum decis.* 225. Severin. *ad Reg. Sanfelic. in dicta dec.* 365. *vers. & licèt fuerit*, de Luca *ad Franch. dec.* 302. *num.* 5. Albertus Alderisius *de symbolicis contract. tit.* 2. *cap.* 6. *num.* 32. *&* 34. Manfrell. *ad Reg. Capyc. latr. in dec.* 194. *num.* 14. *tom.* 2. Covarr. *var. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 3. ubi de Faria *nu.* 42. Ayllon *ad Gomez var. lib.* 2. *cap.* 3. *ad n.* 9. *in vers. ex quo infertur, quod, si cõductor* Valasc. *consult. jur.* 26. *lib.* 1. Fontan. *de pactis nuptialibus, clausula* 4. *gloss.* 25. *à num.* 67. 68. *cum seqq. & decis.* 80. *num.* 13. *lib.* 1. Vela *dissert. for.* 20. *à num.* 8. *cum multis seqq. par.* 1. Cevall. *com. cõtra commun. q.* 756. *à nu.* 10. *&* 30. *p.* 3. Negusant. *de pignor. membr.* 1. *secundæ partis, n.* 6. Fachin. *controver. for. lib.* 1. *cap.* 88. Scappucin. *de succes. sing. in repet. ad dictam l. emptorem, limit.* 15. Mantica *de tacit. & ambiguis lib.* 11. *tit.* 2. *nu.* 15. *tom.* 1. Carpan. *super Statutis Mediolan. cap.* 369. *num.* 95. *& seqq.* Anton. Faber. *in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 41. *defin.* 19. *ad num.* 3. Matthia Coler. *decis. German.* 8. *nu.* 18. *par.* 1. Ioannes Steki *vindicationes legũ observ. cap.* 14. Hahnius *in observat. ad Vvessemb. in Paratil. ad lib.* 19. *ff. ff. tit.* 2. *de locato, et conducto, nu.* 13. Berlich. *pract. concl.* 45. *num.* 18. *par.* 2. & non semel decedisse suum senatum refert Bened. Carpzou *resp. jur. Elect. lib.* 5. *tit.* 3.
187 *resp.* 17. *num.* 20. *tom.* 2. à qua rei conductæ retentione, & contractus conductionis observantia recedi potest ex oblatione refectionis interesse, facienda per singularem possessorem, & dominum, ad quam se paratus ostendit juxta aliquorum dicta, si modo de simplici tantùm generali obligatione bonorum provisus est conductor, Scappuccin. *de singuli succes. limit.* 14. *num.* 7. Vela *dicta disser.* 20. *à num.* 9. Berlich. *dicta*
188 *concl.* 45. *num.* 14. nam quotiescunque ex locatoris facto conductori haud permissum est, re conducta frui, nedum ad pensionum solutionem non tenetur, verùm etiam ad sibi interesse reficiendũ agere valet, actione ex conducto, *l. ex conducto*, 16. *& l. si merces*, 28. *§. qui fundum, l. si. fundus*, 33. *ff. locat. & conduct.* Reg. de Marin. *ref. jur. cap.* 187. *lib.* 2. *& ad Reg. Revert. decis.* 84. *nu.* 1. Crespi de Valdaura *observat. decis. ill. par.* 2. *obser.* 94. *num.* 46. Alderisius *de symbol. cõtract. tit.* 2. *quæst.* 8. *n.* 14. Castill. Sottom. *contr. jur. cap.* 3. *n.* 23. *lib.* 3. Larrea *alleg.*
189 *fisc.* 17. *n.* 1. *cum seqq. to.* 1. ex illa personali actione, obligationeq; à contractu locationis dependente, locatorem obligativa non nisi ad factũ, nempe ad locationis patientiam, cujus facti obligationis, locum occupat obligatio ad interesse, *l. si quis ab alio*, 13. *ff. de re judic.* Vela *ubi supra*, Gomez *variarum resol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *vers. ex quo infertur*, Barbos. *in l. si filio familias*, §. *fin. à num.* 31. *ff. solut. matrim. tom.* 2. Cancer. *var. resol.*
190 *par.* 1. *cap.* 14. *à num.* 34. quæ omnia cùm reficiantur, pro dissoluta habetur locationis obligatio, ejusque hypoteca, ex dispositis per Paulum I. C. *in l. Paulus respondit*, 12. §. *qui pignoris jure, ff. quib. modis pig. vel hypot.* & Martianum *in l. cùm secundus*, 5. *ff. de dibract. pignor.* Ceval. *com. contra com. dicta quæst.* 756.
191 *num.* 7. 8. 9. quæ uti persecutiva, & ad personalem actionem pedissequa, ipsius
192 debet sequi naturã, etsi super contractus observantia præstita sit, ad id quod interest, suum habet reflexum; itaquod data ipsius refectione, omnia resolvuntur, nil obstante, quod deducta sunt in stipulatione; ex qua nil aliud præstatur, nisi actionis robur: nam quo ad reliqua, ipsius contractus naturam sequitur,
193 super quo interponitur; qui cùm sit locationis, haud esset impeditiva dominii translationis in aliquem licèt singularem successorem, Negusant. *de pignor. sup. cit. num.* 7. 8. Scapuccin. *ubi sup. dicta limit.* 15. præter alios supra laudatos,
194 dummmodo ipsa generalis obligatio juramento non sit roborata: nam eo concurrente, omnino ad locationis ob-
195 servantiam singularis adstrictus est, ex propria vi juramenti, ad facti observantiam obligativa Paschal. *ubi supra n.* 15. Negus. *ubi proximè, n.* 9. Cancer. *var. res. loc. cit. num.* 19. de Faria *ad Covarr. dicto loco num.* 51. 52. *&* 53. Marescott. *dicto cap.* 18. *num.* 13. Seraph. *de privileg. juram. privil.* 158. Scappuccin. *dicta limit.* 15. *n.* 11. Fachin. *controver. jur. lib.* 1. *c.* 88. Merlin. *de pig. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 172. *num.* 14. & discusso articulo concludit

cludit Fontanell. *dicta clauſ.* 4. *gloſſ.* 25. *num.* 69. & determinavit multoties ejus Senatus, ut refert *num.* 75. 76. 77.

196 In contrarium tamen urget altera communis, & juri magis conſona DD. ſententia, cum qua concludunt multi claſſici, & magni nominis DD. cùm tam per ſpecialem, quàm per generalem hypotecam omnium bonorum pro firmitate, & obſervantia locationis contractus conſtitutam, acquiſitum conductori ſit jus in re, quod reſolvi haud poteſt ex oblatione refectionis ejus, quod intereſt, conductore diſſentiente, per quem rectè obiicii valet, evelli ſe minimè poſſe à rei conductæ retentione ſibi obligatæ, & hypotecatæ pro firmitate contractus, & obſervantia, pro qua inſiſtit; cujus ope locator rei dominus ad facti prædicti patientiæ ſcilicet præſtationem tenetur; pro cujus contractus firmitate, & locationis obſervantia, ſe, ac bona omnia obligavit, ut locationis contractus ſuum obtineat effectum, ac adimplementũ, & conductor poſſit uti, & frui re locata pro toto locationis tempore, quod per intereſſis oblationem nõ fit: quo in caſu nequaquam ſuccedit ad in factum obligationi, pro quo res obligata ſit, & cum eadem obligatione in emptorem, ſingularenque poſſeſſorem, translata, uti realis, *l. ſi convenerit*, 18. §. *ſi fundus, ff. de pigner. action.* ac ad ipſius obſervantiam in forma ſpecifica, poſſeſſor ipſe tenetur: dum contra ipſum excipiendo conductor agit, & non liberabitur, per illius, quod intereſt, oblationem, ac refectionem: quod eo in caſu ſuum valeret obtinere effectum, ſi per conductorem ageretur adverſus locatorem, ex cujus cauſa, cùm re locata non fruatur, ad id, quod intereſt, aſtrictus eſt, ex notatis ſupra *num.* 186. meritò pro conductore erga ſingularem poſſeſſorem determinavit Senat. Cathal. penes Peguer. *dicta deciſ.* 17. *num.* 3. *lib.* 2. & docent Reg. de Marin. *dicto cap.* 259. *num.* 24. Reg. Conſil. Hodierna *loco citato num.* 4. Larrea *alleg. fiſcal.* 40. *num.* 41. *tom.* 1. Vela *diſſert. jur. dicta diſſert.* 20. *num.* 13. 14. de Faria *ad Covarr. dicto cap.* 15. *num.* 49. & 50. Fachin. *dicto cap.* 88. ſequendo Socin. *conſ.* 90. *lib.* 4. ultra alios ſupra laudatos *in num.* 186. quibus non obſtant diſpoſita per I. C. Paulum, & Martianũ ſupra in *num.* 190. quia in his juribus agitur de oblatione debiti in pecunia exiſtẽtis, & pro quo res sũt hypotecatæ, quę juridicè liberãtur; ſed in de quo agitur caſu, per intereſſe oblationẽ nõ offertur factum, ad quod locator eſt obligatus, quod eſt patientia præſtanda pro toto tempore locationis, inde non liberatur res hypotecata, & ſucceſſivè emptor, vel ſingularis ſucceſſor, de quo *in d. l. ſi creditor*, 7. §. *quæritur*, Cevall. *ubi ſup. num.* 35.

197 Ac etiam regula prædicta, quæ deſumitur ex *dicta l. emptorem*, omnino ceſſat, quoties apparet, emptorem, ſingularenque poſſeſſorem, locationis per ſuum authorem jam peractæ, conſcium fuiſſe, Merlin. *dicta quæſt.* 172. *num.* 54. Cancer. *dicto cap.* 14. *num.* 43. *verſ. alias fallentias*, Cevall. *comm. con. com. dicta quæſt.* 756. *num.* 44. *p.* 3. & alii
198 deſuper laudati. Prout ſuum non poteſt effectum obtinere Imperialis cõſtitutio in *dicta l. quoties*, Battaglin. *ad Cyn. in eadem l. quoties*, Reg. Conſil. Marcian. *dicto conſ.* 40. *nu.* 1. *verſ. tertiò confirmari*, Reg. de Marinis *ad Revert. dicta dec.* 107. *num.* 6. Altim. *ad Rovit. loco cit. verſ. obſerva tertiò*, Gottofred. *in*
199 *dicta l. quoties, verſ. quid enim*, ac etiã in donatione, venditione, & ſimilibus, in Eccleſiæ, & piæ cauſæ favorem dictantibus in quarum præjudicium non habet locum dicta *l. quoties*, Battaglinus *ubi ſupra* Reg. de Marinis *ad Revert. dicta deciſ.* 73. *num.* 9. *& in dicta deciſ.* 107. *num.* 5. Altim. *in dicto loc. alleg. num.* 1. *verſ. obſer.* 2. Gottofr. *ubi ſup. verſ. idem dicendum.*

Ad num. 111. 114.

200 REbus, & corporibus, diviſionẽ recipientibus, unico pretio, ac contractu venditis, non ex eo, quod unicum ſit pretium, inſtrumentum, venditioniſque ſcriptura, pro una debet cenſeri venditio, ac confecta ſtipulatio, ſed pro pluribus, & pro tot, quot res, ſive diviſa corpora, in ſcriptura contineñ-

Digitized by Google

201 nentur; ita quod una ex eis evicta, aut á venditore non tradita, ad contractus resolutionem procedere emptor minimè valet, sed pro ea tantùm, pro qua comissa sit stipulatio, ageret ad interesse; nam tot actionibus providetur emptor, quot rerum sunt species, in dicto unico instrumento contentæ causa emptionis, cui ex parte sua, cùm venditor adimpleverit traditione ipsarum, ex omni parte liberatus remansit, modo quo, evictione sequuta alicujus ex dictis rebus, vel ipsarum partis, ope obligationis in dicto instrumento contentæ, pro ea parte tantùm actio suscitatur, pro qua evictio est sequuta, & non pro alia, *l. & si uno pretio, 34. ff. de action. empt. & vendit. l. 1. in princ. l. bonitatis, 13. l. quia dicitur, 32. l. si duos servos, 47. & l. cùm plures, 72. ff. de eviction. l. in commodato, 17. §. duabus, ff. commodat. l. ediles, 38. §. cùm autem, ver. si tamen non dum sint, ff. de adilitio edicto, l. fin. Cod. de commun. rer. alien.* Reg. Revert. *decis. 278. vers. facit pro hac opinione*, ubi Reg. de Marin. *num. 3.* qui priùs docuit *in res. jur. cap. 108. num. 2.* quo in loco Rodoer. *num. 1. & 2.* Reg. Consiliarius Paschal. *de patria potestate part. 1. cap. 8. num. 11.* Antonius Fab. *in rationalib. in dicta l. etsi uno, 34.*

202 si modò non costaret, quod emptur̃s non fuisset, si integræ res perpetuò mansuræ non essent penes se, hæredesque, & successores, Gasp. Thesaur. *ad patrem in decis. 102.* Surd. *decis. 295. nu. 15. vers. respectu verò*, & priùs *in cons. 104. num. 6. lib. 1. & in cons. 359. nu. 30.*

203 *lib. 3.* ad instar plurium rerum per debitorem creditori suo insolutum datarum pro crediti satisfactione, de quibus una sublata, ac evicta, potest creditor à toto instrumẽto dationis recedere, & ad primæva jura redire, ob conditionem, quæ colligitur inesse in ipso actu dationis, si omnia perpetuò mansura sunt penes se: quia minimè accipere desumitur, nisi totum debitum extingueretur ex datione, & sic debitor non consequeretur ex omni parte liberationem, prout in primo casu venditionis, donationis, vel similium, in quibus traditione sequuta, nil remanet agendum ex parte venditoris, donatoris, &c. & sic liberatur, quod ita non est in debitore; dum primæ obligationis jura adhuc existerent, & suscitarentur, licèt in suspenso stetissent durante dationis firmitate, & creditor cogi haud potest ad accipiendã satisfactionẽ pro parte ipso invito, prout sunt clara jura, ac allegata in primis terminis, & adest expressa I.C. Marcelli determinatio *in l. si quis aliam, 46. ff. de solutionib.* & Glossæ distinctio *in dicta l. cùm plures, 72. in verb. comprehenditur*, ibi: *sed contra infra de solutionib. l. si quis aliam, secũdo respon. ubi dicitur, quod pro debito dedit duos servos insolutũ: quorũ uno evicto, tota prima abligatio remanet. Sol. ibi, ideo quia non erat illi exstinta prima obligatio, cùm debuit eos facere accipientis: unde facile remanet obligatio prima; hic autem fecit venditor, quod debuit: quia tradidit: unde est liberatus: sed postea evictione sequuta, non suscitatur obligatio, nisi quatenus est evictum,* Reg. de Marin. & alii *in laudatis locis*, Reg. Consil. Hodier. *ad Surd. decis. 266. nu. 16.*

204 Nequaquam enim per hanc insolutũ dationẽ exstincta sunt primæva credi-

205 toris jura: nam, si hoc esset, durum foret prætendere reviviscentiam jurium exstinctorum, *l. qui res, 98. §. aream*, ibi: *in perpetuum enim sublata obligatio restitui nõ potest. ff. de solut. l. nihil interest*, ibi: *evacuatæ obligationis vires reparari*

206 *queunt, Cod. eod.* sed ipsa sunt in suspẽso, & cessat eorum exercitium, datione perdurante: quoniam semper præsumitur, cujusque voluntatem esse, jura antiquiora, & magis utiliora non amittendi, nec ab eis recedendi, & nova, ac recentiora acquirendi sibi præjudicialia; ita quod primæva pro exstinctis non habeãtur, si de rebus datis irrevocabiliter creditor dominus effectus non sit; nam si è contra, cùm minimè dici valeat, fuisse cum effectu sequutam solutionem, per consequens nec etiam liberationẽ, etsi datio in solutum pro solutione habeatur, nisi dato actu permanente, quo in casu dicitur verè, & realiter solutum debitum, ac sequuta solutio, & liberatio, *l. qui concubinam, 29. §. si hæres tibi, ff. de leg. 3. l. rescriptum, 12. §. si aliena res, vers. quod si non ita, ff. de distract. pignor. dict. l. qui res, 98.* ibi: *harum enim rerum*

Digitized by Google

rerum ſolutio non poteſt, niſi ex eventu liberare, ſcilicet quo caſu certum erit remanere eas, ff. de ſolut. qua de cauſa, nulla habetur ratio de perpenſis per aliquos, hoc eſſe quando datio inſolutum ſit ſpeciei pro ſpecie, generis pro
207 alio genere, in quo caſu cùm ad inſtar contractus permutationis dejudicetur, præcisè permutans adſtringitur ad rerum permutatarum dominium transferendum, & ad ejus obſervantiam tenetur, *ex l. 1. ff. de rei permutat.*

208 Si verò daretur res pro pecunia, prout propriè celebrantur cõtractus ẽptionis, & venditionis, pro quibus dejudicatur ipſa inſolutum datio, *l. fin. ff. de bonis*
209 *auth. jud. poſſid.* ſequuta rerum traditione, dans liberatus ſit, & prima jura
210 exſtinta; tali quidem modo, quod evictione eventa, non primo, ſed ex hoc ſecundo vtili actione agere valet, *l. libera quidem Theodora*, 8. *Cod. de ſentent. interloc. l. ſi prædium*, 4. *Cod. de evict. l. eleganter*, 24. *ff. de pignor. action.* Regius Conſil. Arias de Meſa *var. reſ. lib.* 1. *à cap.* 38. *uſque ad* 43. & præcisè multa in *cap.* 42. Reg. Conſ. Hodier. *ad Surd. dec.* 266. *num.* 6. Bacchovius contra Fabr. *de errorib. pragmat. in decad.* 100. *error.* 7. Acoſta *de privileg. creditor. reg.* 3. *lim.* 1. Iranço. *de proteſt. conſider.* 56. & ejus addition. Pilaja *in conſid.* 42. *num.* 1.

211 Semper tamen præmiſſa intelliguntur, ſi creditori pleno jure, & irrevocabiliter res acquiſita haud ſit, ad exſtinctionẽ operandam ſolutionis vice, juxta quã, & pro qua in caſu enarrato dejudicatur inſolutum datio: nam ſi revocabiliter dominium acquiſitum fuerit ob evictionẽ paſſam, tam ratione dominii, quàm ãterioris hypotecæ, primæva reviviſcunt jura realia, à primo contractu debiti dependentia, *l. ex ſextante, pen.* §. *Latinus largus, ff. de except. rei judic.* & inde ſolutione non ſequuta, cujus virtute non aliter exſtinguitur hypoteca, & liberatur pignus, *l. grege* 13. §. *etianſi, ff. de pig. & hypot. l. ſi rem* 9. §. *omnis, ff. de pignor. actio. l. cùm quis*, 38. §. *qui pro te, ff. de ſolution.* cùm ipſa prima pignoris cauſa iſto in caſu pro mutata non habeatur, Imperatores *in l. ſi prædium*, 4. *Cod. de evict on.* propter quod non valet dicere, primam cauſam non eſſe mutatam, ac (quod idẽ eſt) non innovatã, & ex primęvis juribus minimè agere poteſt, ſed ex recentioribus utili ex empto, etianſi in ſatisfactionem debiti ſpecies aliqua inſolutum data ſit, vel genus, cùm præfata in ſolutum datio non ſit apta ad liberationem inducẽdam, & ſic prima obligatio intacta eſt, licèt hoc interim obdormierit, ad differentiam exſtintionis; quadere ſequuta evictone de poſteriori contractu dationis nulla habetur ratio, & habetur, ac ſi nunquã interfuiſſet, per ea, quæ clarè diſponuntur in *dicta l. ſi quis aliam*, 46. in qua Marcellus, determinato quæſito, in quo ſpecies data fuiſſet pro alia, devenit ad ſecundum, quando ſpecies pro pecunia datur, & pro exiſtentia primævæ obligationis reſolvit, ibi: *ſed etſi duos fundos, verbi gratia, pro debito* (ſcilicet pro pecunia, quo in caſu cedit debiti nomen, non aliter ſi deberetur alia ſpecies) *dederit, evicto altero fundo, remanet integra obligatio, ff. de ſolut.* ratio redditur per Gloſſ. *in verb. remanet integra*, quia nõ eſt vera venditio, ex ratione dubitãdi, quam ponit Paulus *in d. l. qui res ſuas*, 98. *in prin.* in qua pro hac ſententia cõcludit, nõ ex
212 quo tractabatur in ea de dotali credito, ob ejus ſpecialitatem, de quo Reg. Revert. *deciſ.* 293. ubi Reg. de Marinis
213 *num.* 1. & alii *infra in num.* 215. ſed quia hic ſolutionis modus non eſt aptus ad omnino liberandum debitorem à prima obligatione, & hypoteca, ſed cauſativè, ſcilicet ipſa datione perdurante, & exiſtente, & ſic non ex privilegio dotali, ſed quia jura primæva non erant exſtinta, ſed ſuſpenſa, ibi: *Harum enim rerum* (quæ datæ fuerunt inſolutũ ex cauſa debiti in pecunia) *ſolutio non poteſt, niſi ex eventu liberare, ſcilicet quo caſu certum erit remanere eas*, Imperatores *in dicta l. libera quidem Theodora*, 8. *in fine*, ibi: *Quanti tua intereſt, empti, ſi emiſti, vel ob debitum reddendum, ſi inſolutum data eſt, repetere nõ prohiberis*, Gloſſ. *in dicta l. cùm plures, in verb. comprehenditur*, & cõmuniter omnes docent, nedum contra alia debitorum bona hypotecata, etiam ſi à tertiis juſto titulo, ac bona fide poſſideantur, verùm

Digitized by Google

verumetiam adversus fidejussores, & alios insolidum obligatos, ex deductis per Præs. Merlin. *controv. for. cap. 27. lib.* 1. Reg. Consil. Hodier. *ad Surd. dec. 266. num. 2. 3. 4. & 5.* Reg. Capyc. Galeota *controver. for. cap. 32. num. 3. 4. 5. 6. tom.* 2. Episcopus de Afflicto *contr. for. cap. 15. num. 17. 18.* de Luca *ad Franch. dec. dec. 50. & ad Gratian. cap. 3. num. 2. tom.* 1. Ant. Faber *de error. pragmat. decad. 100. err. 7. 8. 9. & in suo Cod. lib. 8. tit. 30. de solut. defin. 49. & tit. 31. de evict. defin. 20. & in add. num. 26.* Thesaur. *quæst. for. lib. 2. quæst. 88. nu. 5.* Mercur. Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 150. per totã*, & præcisè *nu. 27.* Gomez *var. res. lib. 2. cap. 13. de fidejuss. num. 20.* Larrea *decis. Granat. 89. num. 16.* explicando dicta *in num. 4. tom. 2.* Salgad. labyr. cred. *par. 1. cap. 18. num. 17. 22. & 32.* & in *tract. de Regia protect. part. 4. cap. 7. nu. 160.* ubi se remittit ad Castill. *in loco per eum alleg.* pro hac sententia concludentem *num. 70.* Acosta *ubi supra num. 8.* Cens. *de cens. lib. quæst. 107. num. 21. & quæst. 114. n. 12.* Rot. Rom. post Duard. *de cens. lib. decis. 308. nu. 6. tom. 2.* Dexart *decis. Sard. 77.* Andreol. *controver. for. cont. 373. num. 22.* qui multos allegat, cum qua uti magis in jure consona pertransivit multoties S. C. tam priscis, quã modernis temporibus, Afflict. *dec. 8. in fin. & decis. 16. nu. 3.* Præs. Merlin. *contr. for. dicto cap. 27.* & quam multi alii Senatus, nempe Hyspaniæ penes Castill. *contr. jur. cap. 59. num. 60. vers. cùm itaque, & num. 70. lib. 4.* Sabaudiæ penes Antonium Fabrũ *in dictis defin. 20. & 49* Sardiniæ apud Dexart. *in dict. decis. 77.* & nuper noster Almus Senatus S. C. in causa Franciscí de Letteriis, & Liviæ Cannichio, cum Curatore, & patrimonio V. I. D. Caroli Cozzelli, qui condennati fuerunt sub die 8. mensis Aprilis 1680. mediante diffinitiva sententia ad solutionem ducatorum 1100. capitalis ex causa legati facti per quõd. Iulium-cæsarem Cozzelli, pro quo graduari eorum loco, dicti legati vigore, nil obstante quod per curatorem, & creditores prætendebantur exstinta jura anteriora, ex d. legato: quia per dictum V. I. D. Carolum, Iulii Cæsaris hæredem in satisfactionem dictarum quantitatũ legatarum, & de quibus prædicti actores erant creditores, in solutum, & prosoluto dedit quoddam capitale fiscaliũ, super quo evictionem passi fuerunt. Votantib. Reg. Cons. D. Carolo Petra causæ cõmissario, D. Antonio de Põte Duce Casæmassimæ, D. Thoma de Luca, & Vincentio Raitano: à qua quidẽ sententia se gravatum intendens curator patrimonii, porrexit supplicationem cum regia decretatione de verbo faciendo in S. R. C. ad finem videndi, an esset deferendum petitæ in integrum restitutioni; & facto verbo, sub die 18. Decembris 1680. S. C. declaravit, non esse deferendum prædictæ in integrum restitutioni, & ita fuit executum. Votantibus Regiis Consiliariis Comite Legardi D. Martino Pimiento Aulæ Decano, D. Carolo Petra Duce Casæmassimæ D. Antonio de Ponte, & D. Luca Iacca y Niño equite ordinis Calatravæ tunc Reg. Consiliario, nunc Regiam Cancellariam Regente meritissimo. In banca Marcelli figliola, in actis concursus creditorum Caroli Cozzelli.

214 Contrarii tamen in uno tantùm casu reviviscentiã admittunt, quando scilicet in ipsomet actu insolutum dationis in omni casu evictionis forsan sequendæ, salva, & intacta fore, creditor expressè convenit, ejus primæva jura, quasi, quod ope præfatæ reservationis insolutum datio vim non haberet exstintivam, sed suspensivam, Reg. de Marinis *ad Reg. Revert. dicta decis. 293. à num. 3.* Iranço *de protestat. dicta consid. 56. num. 10.* Pilaja ad eundem Irançum *in consideratione 42. num. 1.* quod ex nulla lege colligitur, sed ex Glossa mox laudanda; quando è contra cõcurrunt multæ legum dispositiones, dictantes ex insolutum datione revocabili ex eventu sequendæ evictionis, primam obligationem non mutari, proper quod rectè concludit Præs. Merlin. *dicta contraver. 27. à num. 27.* nil ponere in esse prædictam reservationem; quam sententiam nos sequimur tanquam magis juri consonam, pluribus rebus judicatis ut supra ornatam; Verùm ut diximus hoc modo limitant eorum propositionem

ex

ex Gloss. *in dicta l. libera quidem Theodora*, 8. Præs. de Franch. *decis.* 50. Reg. Consil. Hodier. *ad Surdum dicta decis. 266. num.* 13. de Luca *ad Gratian. dicto cap. 3. num.* 6. Iranço, & Pilaia *in allatis locis*, Bachov. *contra Fabr. in dict. err.* 7.

215 ac etiam in dotali credito præsupponentes, creditum præfatum hoc speciali privilegio provisum, & non subjectum exstinctioni ejus hypothecæ, sed ad primæva recurrere, eaque revivisce re, evicta re insolutum data, desumentes hoc suppositum ex dispositione *dictæ legis qui res suas*, 98. *ff. de solut.* Hodier. *in d. decis. 266. num.* 18. cum aliis, laudatis à de Luca *ad Gratian. dicto cap. 3. num.* 5. Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. gloss.* 8. *part.* 14. *num.* 90. Acosta *in dicta limit.* 1. *num.* 18. *vers. hæc tamen*, cum aliis, supra per Nos laudatis, *num.* 212. de cujus legis dispositionis generalitate diximus

216 *supra num.* 213. ac etiam per acquisitionem rerũ obligatarum, & sub hypotheca existentium à creditore factam, revocabiliter tamen, quam ob causam, cessaret etiam ratio à contrariis allata, quod scilicet daretur hypotheca in propriis bonis: nam pendente bonorum, sic acquisitorum, possessione, cùm suspenditur, non videtur esse; sed bonis ipsis sublatis, ob quod defecit solutionis causa, reviviscunt jura suspensa super illis, & aliis rebus, quæ sub ipsius creditoris dominio, & possessione non adsunt; & sic utrunque potest esse, & juridicè dari potest, ope ipsius possessionis sub revocabilitatis vitio existentis, possidere, & nõ

217 exstinguere; propterea nequaquam daretur ipsius obligationis, & hypothecæ extintio, ac confusio, ipsis acquisitis bonis demum sublatis, quod pleno calamo fundavimus *in observat. ad Io: Vinc. de Anna.*

218 Venditis pluribus mercibus, & non omnibus traditis, pro traditis tantùm solvendum est jus dohanæ, non autem pro omnibus cõtractatis, his juribus, rationibusque attentis; sed pro contraria alia, & major ratio concurrit, & allegari valet: nam jus dohanæ, prout fundavimus *supra num.* 8. non debetur, neque solvitur propter rem, de cujus pretii solutione, ac refectione agitur in casu superiùs enarrato de venditione pluriũ rerum; sed ratione contractationis, sive ipsius cõtractus, & negotiationis, ex DD. *ibi* allegatis, & Larrea *alleg.* 11 *n.* 19. *to.* 1. verùm è converso considerari potest, hoc esse certum, modò contractus sit perfectionatus, prout dicitur quando nil remanet agendum, & ex omnium parte sit adimpletus, scilicet ex parte emptoris pretii solutione, vel habita fide de pretio, & ex parte venditoris in tradendo; qua deficiente, quia non omnes res venditæ, traditæ sunt, pro parte non traditarum non habetur contractus pro perfecto, licèt cõpeteret emptori actio ad sibi tradendum, & contractum adimplendum.

Ad num. 115.

219 DEputatis in exercitio, alicujus publici officii, quo ad ipsiũs concernentia plenum à juribus creditũ

220 præstatur, & cæteris denegatur; quadere Nunciis, Apparitorib. sive (ut vulgò appellantur) Tribunalium, vel Curiæ Porteriis, vel Alguzeriis, quo ad spectantia ad prædicta eorum officia conceditur creditum, fidesque adhibetur in aliorum concurrentiam, propter quod eorum dicta, relationesque probant, fidenque faciunt, *l.* 1. §. *quies quoquè*, ibi: *Et sanè debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendã populariũ quietem, & ad referendum sibi quid ubique agatur, ff. de offic. Præfect. Vrb. l. properandum*, 13. §. *& siquidem*, ibi: *licentia erit judici, per executores negotii actorem requirere*, *Cod. de judiciis*, ubi Gloss. *in verb. excusatores*, per quã concordantia laudantur jura, Imperatores Theodosius, Arcadius, & Honorius in rescripto ad Rufinum *in l. apparitores*, ibi: *Relationi suæ fide, & annotatione præscribant*, *Cod. de exact. trib. lib.* 10. & Pontifices *in cap. cùm parati*, 19. *de appellat. cap. prudentiam*, 21. *de officio*, & *potestate jud. deleg. cap.* 1. *prope finem*, *de Testib. cogendis*, Gloss. *in dicto cap. cùm parati*, *verb. suus nuncius*, Marant. *spec. aur. par.* 6. *rubr. de citat. ejusque requisit. num.* 53. Reg. Rovit. *in pragm.* 2. *de citationib. num.* 19. ubi Laganarius, *vers. de*

Digitized by Google

jure communi, Reg. Sanfelic. *prax. judiciar. sect. 35. nu.* 10. Reverend. Canonic. & Vicarius Gener. D. Franciſcus Verde *in addit. ad Gallup. prax. S. C. par. 2. cap. 2. num.* 44. Reg. Conſil. Petra *in Rit. M. C. V.* 104. *num. 2. prope finem*, Maſcard. *de probat. concl.* 189. *nu.* 7. *tom.* 1. *& concluſ.* 1121. *num.* 4. *tom.* 3. Vantius *de nullit. rubr. de nullit. ex defectu citationis, num.* 149. 150. Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib.* 47. *cap.* 40. *nu.* 17. *ad* 21. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ.* 112. Bovadill. *in polyt. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 44. Acacius Ripolla *var. reſ. cap. 3. de citationib. num.* 64. *&* 266. *cum ſequent.* Fontan. *deciſ. Cathal.* 567. *num.* 14. *tom.* 2. Ioſeph Ricc. *de publicis judic. in genere, quaſt.* 7. *num.* 49. Coler. *proc. exec. part. prima cap.* 7. *num.* 16. *& ſequentibus, & par.* 3. *cap.* 9. *num.* 103. *& ſequent.* Berlich. *practic. concluſ. par.* 1. *concluſ.* 36. *num.* 70. *& dec. Germ.* 212. *num.* 50. *par.* 2. Bened. Carpzou *proc. jur. tit.* 7. *artic.* 1. *de citat. emittenda, & inſinuanda*, §. 5. *num.* 72. *& tit.* 23. *art.* 3. *de judic. & proceſſu*, §. 8. *num.* 44. *& definit. for. part.* 3. *conſtit.* 3. *defin.* 17. *num.* 9. *tom.* 2. Gaſpar Klockius *de*
221 *erario lib.* 2. *cap.* 135. *num.* 11. attento quod tempore eorum electionis juramentum præſtant de fideliter, ac realiter eorum exercedo officium, & ſic de realibus, & veridicis faciendis relationibus, & de omnibus, ad ſe, & eorum exercitium, ad quod electi ſunt, pertinentibus; cujus ſacramenti ope pro fidelibus, & realibus habentur, & omnia deſu-
222 muntur, ex quo nemo præſumitur velle animam ſuam gravare ex cauſa perjurii, & Deum in ultorem habere, quod graviſſimũ eſt, ac atrociſſima pœna plectitur, Godofredus á Bavo *prax. & Theor. crim. lib.* 2. §. *blaſfæmia, nu.* 28.
223 *&* 34. quoniam juramentum prædictum ante omnia præſtatur, & præſtitũ eſſe dignoſcitur, dum reperitur nuncius in exercitio, juxta Gloſſ. doctrinam *in dicto cap. cùm parati*, 19. *verb. ſuus nuncius* ex diſpoſitis per Pontificem *in cap. ad Audientiam* 13. ibi: *nec credentes ipſum ſcriniarium (cùm juratus ſit, officium ſuum fideliter exequi) aliud ſcripſiſſe, quã à teſtibus diceretur, de præſcript. & cap. illud*, 11. *in finali. b. verbis*, de *præſumptionibus*, Ripoll. *loc. alleg. n.* 266.
224 *cum ſeqq.* donec de contento in nuncii relatione contrarium verificetur, quę probatio contrarii non prohibetur Gl. *in cap. ſi teſtes*, 3. §. *patroni quoque, verb. in executorib. cauſ.* 4. *quæſt.* 3. Canonicus Verde *loc. cit. verſ. admittitur probatio*, Ripoll. *ubi ſupra num.* 273. Fontanell. *dicta deciſ.* 567. *num.* 21. Maſcard. *de probat. dicta concl.* 1121. *num.* 26. ubi Bartholom. Niger, Aſyn. *in ſua prax. par.* 1. §. 9. *cap.* 11. Klockius, *allat. loco*
225 Verùm, quia tempore mores hominũ corrupti ſunt, prout in dies corrumpuntur, & exercitium prædictum viliſſimis perſonis tribuitur, quæ vitiis abundant, & pro modico jurare nil æxtimant, ita quod à multis reputentur infames, Iſernia *dicta conſtit. citationis littera, verſ. in Regno oportet*, Laganar. *ad Reg. Rovit. in dicta prag. 2. de citat. verſ. Nuncii, Satellites*, &c. Menoch. *de arbitr. dicto caſ.* 112. *num.* 3. Petrus Grego. *Syntagm. jur. dicto cap.* 40. *nu.* 16. Maſcard. *de probat. dicta concluſ.* 189. *num.* 2. Fontanell. *dicta dec.* 567. *num.* 17. Altim. *de nullit.*
226 *rubr.* 12. *quæſt.* 8. *num.* 43. & ne prædictis Nunciis tanta præſtetur fides, edita fuit in Regno Imperialis conſtitutio per Fridericum Imperatorem, incipiens *citationis litteræ*, ubi decernitur, non aliter fieri per Nuncios citationẽ, niſi ſub publicæ perſonæ teſtimonio, vel præſentia duorum, vel trium teſtium, *& in pragm.* 2. *de ord. judiciorum*; ſed hoc quando citatio exequenda ſit extra locum judicii, Scialoya *de for jud. cap.* 7. *n.* 29. nam in loco judicii non requiritur interventus duorum teſtium, prout in praxi ſervatur, & ſine eorum ſubſcriptione, licèt facienda ſit ubi ſcientium ſcribere copia habetur; tunc enim de eorum interventu, ſtatur dicto Nuncii,
227 donec contrarium probetur. Verùm hoc fallit requiſitum in Porteriis, ſive Nunciis Almi Senatus S. R. C. ob cujus magnã authoritatem, ac præeminentiam, omnes de ipſius Tribunali perſonæ veridicæ præſumũtur, propter quod eis fides præſtatur, *ex pragm.* 28. §. 3. *de offic. S. R. C.* juxta intellectum Reg. Rovit. *in dicta pragm. 2. de citat. num.* 16. cum aliis, laudatis à Reg. Conſil. Petra *in*

Rit.

Digitized by Google

228 *Rit.94.nu.15. verſ.inquam*; quò verò ad omnia alia,quæ accidere poſſunt circa prædicta, & ad præfatorum nunciorum concernentia,recurre,amice lector, ad Altim. *dicta quæſt.* 8. ubi omnia demore, eleganti themate pertractat.

229 Obſervabis etiam, quod,ſi in terra Baronis pervenerit nuncius ad ſuum exercitium exequendum; ſe intromittere nequit, niſi obtenta venia à Barone, vel ab ejus Locuntenente, aut Gubernatore, ex juribus, rationibuſq; laudatis per Iſerniam *in gloſſ. ad pragm. incip.diſcordias inter officiales, ſub rubr. de juriſdiction. official. invicem non turbandis,prope fin.verſ.& quod non ſit turbãda,fol.mihi 476.col.2.* Lagan. *ad Reg.*
230 *Rovit.in pragm.8.de Baronib.*& quod, ſi pro una cauſa in dicto loco plures citandi ſunt, unicum tantùm ſalarium conſequi poteſt, ac ſi unus ſolus fuiſſet citandus,ut eſt expreſſus *text. in §.ſportularum,verſ.ſi verò pro una*, ibi: *ſi verò pro una, eadenque cauſa multas ex memoratis perſonis admoneri contingat, unam, & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus, Auth. de ſanctis. Epiſc.&c*,cũ aliis concordantibus, adductis per Iſerniam *in cap.Regn. item ſtatuimus, & ordinamus*, exiſtentibus poſt Codicem Cõſtitutionum Regni *fol. mihi 339.col.1.*

Ad num. 168.

231 VSus,ac obſervantia, per diuturnum tempus, jure civili attento,inducitur,ac pro inducto habetur,ſi in omnibus occurſis medio tempore pariformiter obſervatus ſit ſpa-
232 tio temporis inter præſentes decem annorum, inter abſentes verò viginti, quouſque de præſumpto ageretur uſu, qui contra,vel præter jus erit,Gloſſ. *in l.ſi quis diuturno*,10.*verb.fortè tot*, *ff.ſi ſervitus vendicetur,& in l.de quibus*,32 *verb.inveterata,ff.de legibus*, cum aliis concordantibus,laudatis ab Ant. Fabr. *Ration.ad pandect.in l.ſi de interpetratione*,37.*ff.de legibus*, *tom.1.* Reg. de Ponte *conſ.41.lib.1.*Reg.Conſil. Fabius de Anna *conſ.40.nu.4.lib.1.* Reg.Conſ. Petra *in com.ad Rit.M.C.V. Rit.1. num.* 49.ex multis Surd.*conſ.58. num.8.lib.1.* Cevall.*com.contr. com.q.357.p.1.*Novar *de gravam. vaſall.prælud.8.n.36.tom.2.* Coler.*dec.Germ.21.nu.4.p.1.*ab hac sẽtentia recedere videtur, & de ea valde dubitavit Iac.Schultes *in add. ad Coler. loc.cit.num.7.*concludendo cum Menoch.*de Arbitr.lib.2.cent.1.caſ.83. num.6.* de hac diuturnitate temporis ſtandum eſſe judicis arbitrio; Attamen à prima, uti communiori, recedi non debet,nec etiam ex Pontificio jure quo ad uſum præter jus: quoniam,rectè ex omnium beneplacito fieri poteſt uti novi juris inductivus; quod deſumitur ex pluriũ actorum interventu, cùm ab omnibus fuerit communiter tali modo obſerva-
233 tum;ſecus verò, ſi eſſet de directo cõtrarius,cùm foret corrigere, novanque introducere legem,ac obſervantiam,ad quem pervenire actum, neque populis, neque judicibus permittitur, quia carẽt poteſtate, ac facultate corrigendi, ac
234 condendi leges; itaque requiritur ſcientia Principis,& beneplacitum, *l.1. Cod.de legibus,& conſtit.* inde neceſſariũ eſt tempus annorum quatraginta,infra quos in occurſis caſibus viguerit novus uſus,etſi contra jus: quia tanto tempore decurſo, cum dicti novi uſus obſervantia, deſumitur perveniſſe ad Principis notitiam, ipſunque Principem toleraſſe, ob quod uſus ipſe redditur convalidatus, Reg. de Ponte *conſ.155. num.27.tom.2.* Reg.Conſ.Petra *in loc. nuper cit.in medio*,Cevall. *d. quæſt.357.*
235 *num.10.* ſed hoc intelligas ſecundùm Gloſſ. *in cap.cùm tanto,fin.de conſuet.in verb. legitimè ſit præſcripta*, tantùm contra Eccleſiam, ibi: *ea enim ſolùm lo-*
236 *cum habent in rebus Eccleſiaſticis*;modo quo remota Eccleſia, valet curſus temporis decem annorum ad validè præſcribendum,etiam contra jus, prout contra Eccleſiam ex curſu quadraginta annorum: cùm hæc tempora reſpectivè ſint ſufficientia, & diuturna,ex non ſcripto, ſed juxta obſervantiam, ad legem inducendam, & pro lege haberi ex tacito populorum beneplacito introducta, moribuſque conſtituta, ex congeſtis per Iulianum *in l. de quibus*, 32.& Vlpian.*in l.diuturna*, 33.*ff.de legi-*

Digitized by Google

bus, Reg. Consil. Petra *in dicto Rit.* 1. *nu.* 46. ita quod maxima cum ratione Pau-
237 lus *in l. minimè*, 23. *ff. eod.* concludit non pati mutationem ea, quæ sub certa observantia suam habuerunt interpetrationem, ex ratione, quæ desumitur per eundem I.C. *in dicta l. si de interpe-*
238 *tratione*, 37. *in fin.* cùm pro optima legum interpetratione sit habenda, atque dejudicanda consuetudo, diuturnaque observantia, ad quam recurrendum est in quibusvis legum, juriunque & similium interpetrationibus, uti in his locum præoccupantem, & Reginæ gradum obtinentem, cujus ope, vi, & ratione, omnia, quæ sub ambiguitate cõ-
239 tinentur, determinantur, itaut à solito ipso, sive observantia recedi non possit, Reg. Consil. Staib. *ref. for.* 25. *à num.* 13. *usque ad* 18. *& in observat. ad dictam ref. num.* 5. *cum seqq. lib.* 1. Reg. de Filippis *dissert. fiscal.* 1. *num.* 144. Regius Consil. Petra *in dicto Rit.* 1. *num.* 46. itaq; ex his prætẽdebat Magnificus Ioseph Pintus Regius Credẽzerius officii Magistri Portulani Provinciarũ Terræ Laboris, & Comitatus Molisii, quod esset omnino manutenendus in præcedendo ipsi Magistro Portulano sedendo in Banca juxta solitum, in quo erat, nedũ ipse, verùmetiam multi prædecessores in eodemmet officio Regii Credenzerii, & quod ob tantũ temporis spatiũ, ejusque possessionem, ususque introductionem, ac observantiam erat præsumendum titulum adfuisse.

240 Sed nos, qui jura Magistri Portulani tuebamur, ex voluntate tunc Regii Consiliarii, nunc in Supremo Collaterali Cons. meritissimè Regentis D. Lucę de Lacca y Niño dicti officii utilis domini, allegavimus, quod quatenus de prædict. solito, & suppositâ observantia constaret, de ea ratio haberi minimè poterat: quoniam præmissa eorum obtinent locum, dũmodo aliud requisitum concurrat cum ipso solito, cõsuetudine, vel observantia (quæ idem sunt, eundenque, & unicum habent effectum) ut scilicet legẽ aliquam, vel rationem non vincant, juxta Imperatoris Constantini verba *in l. consuetudinis*, 2. ibi: *consuetudinis, ususque longævi non vilis authoritas est; verùm non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legẽ, Cod. quæ sit longa consuetudo*, & Pontificum Lucii III. *in cap. cæterum*, 5. *in fin. de juramento calumniæ*, & Innocentii III. *in cap. ad nostram*, 3. *cap. cùm inter*, 5. *& cap. cùm venerabilis*, 7. *de consuetud.* & ex Divi Augustini sententia *canon. veritate, dict.* 8. *cap.* 4. *cum seqq.* Reg. de
241 Filipp. *dissert. fisc.* 4. *n.* 33. 34. 35. cùm, uti injusta, & indebita, observantiam ipsam approbare, aut convalidare non valeat, licèt inveterata sit consuetudo,
242 Sese *de inhib. cap.* 4. §. 5. *num.* 1. 2. ea itidem ratione, quia potiùs abusus, & corruptela usus iste appellandus est;
243 propter quod ne dum observandus nõ est, sed etiam est penitus evellendus, itaut veniat in desuetudinem, *l. quod nõ ratione*, 39. ibi: *Quod non ratione introductum est, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum in aliis similibus non obtinet, ff. de legibus, cap. quod super his*, 5. *in fin. de consangu. & affinit. dicto cap. cùm venerabilis, in fine de consuetud. Can. mala consuetudo, dist.* 8. *cap.* 3. Goffred. noster *hic*, Reg. Rovit. *cons.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. Reg. Consil. Staib. *ref. for.* 98. *n.* 69. *lib.* 1. Bovadil. *polyt. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. *tom.* 1. cum aliis, relatis à Reg. de Filip. *dicta dissert.* 4. *num.* 39. Ant. Faber *in Ration. in dicta l. quod non ratione*, 39.
244 *to.* 1. Quæ omnia adaptabantur casui nostro: dum licèt de solito appareret, constabat tamen incontinenti de ipsius injustitia, & errore, cum quo introductus fuerat: Nam ipse Regius Credenzerius prætendebat in sedendo præcedere Magistrum Portulanum in
245 majori dignitate constitutum, nedum tanquam caput in dicto Officio Magistri Portulani, sed etiam ut antiquius officiũ obtinentem officio Credenzerii, eorũ attẽta origine, Decian. *resp.* 7. Iac. Andr. Crus. *de præem. & præced. lib.* 1. *c.* 12. Iosias Noldin *de statu Nobiliũ, c.* 7.
246 *num.* 7. cùm maxima infallibilis sit in jure, in quæstionibus præcedentiam tangentibus, de duobus ordinibus, temporis prioritatem, dignitatisque majoritatem perquirendas esse, hocque tam jure attento civili *in l.* 1. *Cod. de consulib. lib.* 12. *l.* 1. *C. de præfecto prætorio, lib. eod. l.* 1.

Digitized by Google

l.1.ff.de albo ſcribendo, quàm Canonico *in cap.ſtatuimus*, 15. *de majoritate*, &
247 *obedientia*. Quod utrunq; in Magiſtri Portulani beneficiũ apparere diximus. Et à temporis prioritate initium accipiendo, clarum eſt, quod, licèt Magiſtri Portulani, & Regii Credẽzerii æqualia
248 forent officia (quod non eſt) illud tamen, quod origine attenta antiquius eſſet, in majori eſſe dignitate fatendum eſt, prout ex proximè allatis juribus docent Afflict. *in prælud. ad Conſtit. Regni quæſt.26.* Reg. Capyc. Latr. *conſuls. forenſ.cap.43.num.19. lib.1.* Maſtrill. *de magiſtr.lib.5.cap.4.num.9.tom.2. cum*
249 *aliis per nos infra num.* 255. quoniam habita conſideratione ad Magiſtri Portulani officium, ejus origo antiquior eſt;
250 cùm omnia Regalia jura, quæ in portubus ſolvebantur, exigebantur à Portitoribus, perſonis ad hujuſmodi munus deſtinatis, & ad quorum onus talis currebat exactio, ita quod Portitores, Portorunque Vicarii appellabantur, ex
251 Caſſiodoro *lib. 7. var. cap. 23.* & à Græcis Limenarcharum nomine vocabantur, quod idem ſonat, ac Propoſiti Portubus, per ea, quæ habentur *in l. limenarchæ, 5.ff.de ſervis fugit. l. munerũ, 18. §. hi quoque, ff.de muner. & honor. l. non idcirco, 38.ff.de liberali cauſa*, & ex Ariſtot. Bulong. & aliis tenet Reg. Conſ. de Roſa *in prælud.feudal. lect.5, num.3.*
252 prout eſt hodie propriè Magiſtri Portulani officium, qui aliquorum jurium Regalium exactioni, & portus, littoriſq; cuſtodiæ præeſt, ac cæteris omnibus ad numeratis per Reg. Moles *in loco infra laudando*, & per Reg. Conſil. de Roſa *in dicta lect.5.* & per Altim. *ad Reg. Ro-*
253 *vit. in conſ.58.num.2.lib.1.* Atque in Regno juxta adnotata per Reg. Moles *in deciſ.R.C.S. in §. 15. de officio Magiſt. Portul. & ejus origine* (ubi verbũ nullũ de officio Regii Credenzerii) ſuam originem habere conſtat prædictum Magiſtri Portulani officium à tempore primorum Regum noſtrorum; & qui tunc illud exercebat Magiſter Camerarius
254 appellabatur, ut *ibi num.2. & 3.* Attenta verò ſententia dicti Regii Conſil. de Roſa *in alleg.lect.5.cit. loc.* Magiſter Portulanus fuit ſubrogatus in locum Magiſtri Procuratoris inſtituti ab Imperatore Friderico, & obſervati à Carolo
255 Primo, & aliis; officium verò Credenzerii adeo antiquum non eſt; ac non à Regibus, ſed à Regiæ Cameræ Tribunali, pro majori Regiæ Curiæ ſecuritate adinventum, Reg. de Filipp. *diſſert.fiſc.20.num.25. & 26.*
256 Qua origine attenta, clarè dignoſcitur, Magiſtrum Portulanum eſſe etiã in majori conſtitutum dignitate, uti prædicti officii, ſeu Tribunalis caput;
257 & in præcedẽtiæ quæſtionibus, dignitate major præcedit, *dicta l.1. Cod. de conſulib.lib.12. dicta l.1. Cod. de præfect. prætor.lib.eod. l.1. ff. de alb.ſcrib. & cap. ſtatuimus, 15. de major. & obedie.* Regius Conſil. Rocc. *de offic. rubr. 5. num. 29.* Maſtrill. *de Magiſtr.lib.4.cap.14. num.* 29. cum aliis, per Nos *ſupra in nu.* 246. Qua de cauſa Fabius Gurges Conſul, & ſi ætate, & promotione junior, ſuum tamen patrem præcedebat, cùm ille eſſet Proconſul, & ſic in minori dignitate conſtitutus, Henning. Arniſæus *doctrina Polyt.c.1. de patre, & liberis, verſ. rectius, fol.mihi* 154. & Quintus Fabius Maximus Conſul juſſit patri, ut ab equo deſcenderet, dum ex Romanorum legibus coram Conſulibus ſedere vetitum erat, & ſic ceſſit patria poteſtas filii Cõſulis dignitati, ex Valerio Max. Regius Conſil. Petra *in Rit.M.C.V. 273.nu.78.*
258 *lib.3.* cùm major dignitas tantę ſit efficacię, ut cuivis tempore, & antiquitate priori antecellat, & ſic deciſum refert, Reg. Conſil. de Georgio *alleg.35.* & cõmuniter omnes docent, Reg. Conſ. Anna *conſ.122.lib.2.* Afflict. *in prælud. ſuper conſtit. Regni, dicta quæſt. 26.* Reg. de Ponte *conſ.14. num.38. lib.1.* Marchio Corleti *ſuper trib. libris Cod. in dicta l.1. de conſulib. lib.12.* ubi etiam Novar.
259 ita quod prædicti Regii Credenzerii prætenſio abſque juris fulcimine remanebat; quo ſublato, omnia deficiunt vulgatis juribus, quæ ſibi nec etiam in poſſeſſorii cauſa, ac judicio tam ſummario, quàm plenario, ſive ordinario juvamen aliquod afferre valent, ob vehementem jurium, & facti reſiſtentiam, ac repugnantiam, propter quod in poſſeſſorii remedio locum habere non poſſunt,

Digitized by Google

ſunt,cùm rei qualitas clarè dignoſcitur, quod poſſeſſioni, & detētioni repugnet, Reg.de Ponte *deciſ.*40.*num.*3.*verſ. tamen quādo qualitas*,Reg.Rovit. *in prag.* 1.*de juriſdict. invicem non turband.nu.* 31.*verſ.& noviſſimè*, Novar. *de gravamin.vaſallor.prælud.* 1. *num.*10. *tom.*2. & alii, laudati per Reg. de Filipp. *dicta*
260 *diſſert.*1.*num.*105. *&* 106. & è converſo aſſiſtentiam in Magiſtri Portulani favorem,quo in caſu nullum juvamē valet inducere poſſeſſionis, licèt longevæ,laudatio,& probatio,Reg. Marcian. *diſput.for.*65.Creſpi de Valdaurà *obſervat.ill.*93. *n.*4.*lib.*2. quoniam fortiter, ac vehementer jus reſiſtit,& ipſius juris præſumptio, ita quod nec etiam ex immemorabili titulus induci valeret, *ex*
261 *ſuperiùs* deductis: quia Regius Credenzerius nō poterat habere, & acquirere titulum præcedendi capiti ſui Tribunalis,& in antiquori,& majori dignitate conſtituto, *cap.cùm perſonæ,de privileg.in* 6.Reg.Rovit. *in dicta pragm.*1. 29.*&* 30.Reg.Marcian.*dicta diſput.*65. Seſe *de inhib. anacephalæoſis,numer.* 11. *&* 12.*&* *cap.*5.§.10.*num.*32. Reg. de Filipp.*diſſert.fiſc.*3.*num.*85. cùm potiùs intruſio,quàm vera poſſeſſio dici poſſit, & ſic vitioſa, uti propria capta authoritate,& de cujus juſtitia non cōſtat, immo juris reſiſtentiam habet, Reg. Valenz.*conſ.*177.*num.*85.*tom.*2. Seſe *in dicta anacephalæoſi, nu.*12. Hahnius *in obſerv. ad Vveſſemb. in tit. de acquirend. poſſeſſ.num.*3. Klockius *de Ærario lib.*2.
262 *cap.*5.*num.*10. & ne dum non relevat, verùm etiam defendi,& manuteneri nō valet, prout expreſſa ſunt verba Imperialis Conſtitutionis *in l. improba poſſeſſio*,7.*Cod.de acquir.poſſeſſ.* Reg. Conſil. Staiban.*reſ.for.*99.*num.*80.*&* *in obſerv. nu.*60.*lib.*1. Valeron *de tranſact. tit.* 3. *queſt.*2.*num.*52.Klockius *ubi ſupra*,cum aliis,per Nos laudatis *in rub.*2.*num.*77.
263 Propter quod hac in cauſa locū nō habent diſpoſita per Pontificem *in cap. cùm veniſſet*,6. *de inſtitutionibus*: quia cùm eorum obtinerent effectum pro poſſeſſionis manutentione, quando de
264 ea conſtaret, modo cum eadem concurreret ad minus titulus coloratus,quo in caſu,ſi legis, juriſque aſſiſtentia non concurreret, ſaltem non exiſteret reſiſtentia; inde non contra, ſed præter jus
265 foret;ſecus verò, prout in caſu,de quo agitur, cùm titulus non apparet, ſaltem coloratus,neque eſſe poteſt ob claram juris reſiſtentiam, & proinde non procedunt diſpoſita *in dicto cap. cùm perſonæ*, docent R.Marcian.*d. diſp.*65.*n.*18. Reg.de Filipp.*dicta diſſert.*1. *num.*116.
266 *&* 117. inde propoſita cauſa in Regia Camera Summariæ, magna cum diſcuſſione, patrocinante Domino Ioſeph Pandolfo pro tuitione jurium dicti Regii Credenzerii, ad relationem tunc Regii Conſiliarii, ac dictæ Regiæ Cameræ Præſidentis, Dominici Petrone Cauſæ Commiſsarii,demum Regentis Regii Collateralis Conſilii, fuit deciſum in favorē Magiſtri Portulani,ſub die 9.*Septembris* 1681.*quod ſedeat Magnif.Portulanus ſolus in primo loco,& in capite banca,cū campanella, & horologio ante eum, & in capite ejuſdem ſtent arma,& inſignia ſuæCatholicæ Majeſtatis, à dextris autem ejus ſedeat mag.Credenzerius,& à ſiniſtris mag.Portulanotus,et contrarium non fiat ſub pœna ducatorum mille fiſco Regio pro qualibet vice contraventionis.* Penes Magnificum Actuariū Pepe.

Ad num. 201.202.204. & 205.

267 QVæ ad hanc faciunt materiā latè ſcripſimus *in rubrica* 2. *de Iure Fundaci*; inde, ne dicta multiplicentur,ad ea,ſtudioſe lector, remitteris,& propriè *à num.*76.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA SEXTA

De Iure Exituræ.

RITVS I.

IVs exituræ, quod eſt novum, percipitur, ſicut in ſtatutis antiquis continetur, de Caſeo, & Oleo, & Carnibus Salitis; de aliis non expreſſis in ſtatutis ſolvitur ſicut de conſuedine ,A, à tempore, cujus memoria non eſt; nec ſufficeret nunc aliquibus annis ſolutum eſſe * ; & ſolvitur quando, & quoties merces de Regno exeunt: nã, ſi ſolvitur jus exituræ Baruli pro navi oleo onerata exeunte Regnum, & eunte Cyprum, vel Venetias, & infra eundẽ ãnũ, vel paulò poſt, aut ſtatim redeat de Cypro, vel Venetiis, cum toto onere, & oleo non vendito, & veniat Barulum, ubi ſolverat jus exituræ, vel ad alium in Regno portum; iterum exeundo, & quoties de Regno exierit cum eis mercibus, ſeu eodem oleo, ſolvet toties jus exituræ: pro exitura enim ſolvitur jus; ergo quoties exierit, ſolvet; niſi vi ventorum, & tempeſtate impulſa, rediiſſet; ſed tunc, ſedata tempeſtate, & ceſſante impetu talis venti, debet recedere *

* *extra de verbo. ſignif. capit. ſuper quibuſdã, 26*

* *ut ſupra dictum eſt in rubr. de fundico ſta.*

,A, Jus exituræ ſolvitur pro mercibus, quæ exeunt extra Regnũ toties, quoties exeunt, & ſolvitur ſecundùm quod conſuetum eſt, niſi in caſeo, oleo, & carnibus ſalitis, de quibus adſunt ſtatuta, & particulares proviſiones.

De illis tamen, che tengono privilegii, come li liparoti, & nel privilegio ſe dica *franchi di dohana, gabelle, paſſi, & altri deritti*, an per hæc generalia verba s'intenda ancora il jus exituræ degli ogli, e tratte de grani? anno 1534. fuit declaratum, quod non extenditur ad dictum jus exituræ olei, & tractarum, niſi in privilegio fiat mentio expreſſa. *Conſulta Camera anno prædicto ſub die* 20. *Decembris in Conſultarum* 14. *fol.* 29.

Licet Neapoletani ſint franchi nelle Terre di quei Baroni, che ſono franchi in Napoli, *ut in Regeſto Camera* 41. *fol.* 97 *anno* 1493. tantùm quelli, che tengono, & hanno privilegio, come Liparoti, Napolitani, che ſono franchi per eſitura degli ogli, per Cameram fuit declaratum, quod extenditur ad dictum jus exituræ olei; *in Regeſto Camera*, 44. *fol.* 23. *&* 41. *dicti anni.*

Li Napoletani, & Gaetani pagano il jus exituræ dell'oglio non oſtanti li loro privilegii: *Littera Camera* 30. Ianuarii 1531. *in Regeſto litterar. Curia* 24. *fol.* 164. *dirette al dohaniero di Gaeta*, & vide *in Regeſto partium* 13. *fol.* 40. ubi eſt *proviſio Camera expedita ultimo Februarii* 1515. in qua expreſsè dicitur *reſervatis juribus tractarum, ſalmarum, & exitura olei, de quibus ſolvere tenentur diritus Regiæ Curiæ*; & vide aliam conſimilem *proviſionem in regeſto partium* 6. *fol.* 41. *expeditam* 4. Iunii 1530. licèt anno 1507. fuerit proviſum, quod facto depoſito in dohana Cajetæ fiano trattati conforme a Cittadini Napoletani fino all'ordine delle R. C. *littera ſunt ſub.* 24. *Septembris dicti anni* 1507. *in regeſto partium* 29. *fol.* 100.

Et in regeſto partium 15. *fol.* 102. 13. *Martii* 1516. ſunt *littera Camera*, in quibus declaratur, quod Neapolitanis vendentibus oleum, emptor tenetur ſolvere jus exituræ, & non alia jura, & de aliis, eſt immunis.

Li Napoletani non ſon franchi del jus exſtuſæ *in Curia* 27. *fol.* 80. 1. *Octobris* 1532. & in Abruzzo pagano l'ultima eſitura, *littera Camera* 5. *Martii* 1533. *in Curia* 27. *fol.* 195.

Li Napoletani pagano lo deritto dell'ultima eſitura per le ſete, che eſtraheno per eſtra regno. *Littera Camera* 17. *Septembris* 1538. in Curia 33. *fol.* 53.

De Avellanis, & conſimilibus non ſolvitur exitura, ſed jus fundici, & dohanæ; inſpicitur tamen tempus venditionis, & extractionis, & ſolvitur illi, ſub cujus tempore extrahuntur. *Litterarum Cur.* 25. *fol.* 205.

Pro vino quando extrahitur extra Regnum, ſolvuntur fundico gran. 15. novæ gabellæ grana 6. decino per la ſtipa grana 5 ½. *litterarum Camera* 3. *Iunii* 1466. *in Curia* 30. *fol.* 217.

Vino, che s'eſtrahe da qualſivoglia parte del Regno, per eſtra Regno, paga il jus fundici, che ſono grana 15. per oncia, la nova gabella grana 6. & il jus decini grana 5 ½ per botte. *Litter. Camera directa Domino Paſquaſio dies gaſcon ſub* 3. *Iunii* 1466. *in Regeſto Curia* 3. *dicti anni*

De extractione frumenti non exigitur nova gabella granorum 6. pro uncia: *in Cam.* 7. *fol.* 16. anni 1452.

L'Univerſità, & huomini dello Sciglio ſono franchi dell'eſitura dell'oglio, che eſtrahono per infra Regno pro eorum uſu. *Littera Camera expedita* 11. *Maii* 1536. *in regeſto litterarum partiũ* 33. *fol.*

Digitized by Google

33. *fol.* 243. *& in alfab. diversarum terrarum in verbo* sciglio, *fol.* 214.

Coronei *ex consulta Camera expedita die* 20. *Novembris* 1534. *registrata in consultarum*, 14. *fol.* 39. tenentur solvere jus exituræ olei, & tractarum, in cæteris aliis dirictibus tractantur immunes, non obstantibus privilegiis. Vide infonte *dictam consultam* quia fundatur varis rationibus.

De exitura, & invascellatione olei ad declarationem *Ritus*, vide *Literas*, tenore ut sequitur.

Haveme visto quello scrivete. Desiderate sapere, quanto si paga per gli Ogli, che s'estraheno fuore Regno da qualsivoglia provincia, alla Regia Corte per gli suoi deritti, à tale possiate provedere, che la Regia Corte non sia defraudata in essi; per tanto vi dicemo, che tutti l'ogli, che s'estraheno fuori Regno da dette provincie devono pagare alla Regia Corte carlini sette, e mezzo per oncia; Verum, se nell'estrahere di detti ogli nel loco, dove s'estraheno, haverranno pagato la ragione della piazza, seu dohana, ch'è grana 18. *per oncia, la deducerete dalla summa de carlini sette, e mezzo per l'ogli predetti, e cosi per il sevo, e grasso, che s'estrahessero per estra Regno, ut supra, che attento la forma del Rito, & consuetudine antica, cosi si deve osservare; ma estrahendosi per Regno, essendo concessi al barone li deritti del fundico, gabella nova, & piazza, seu dohana, li lasciarete esiggere li detti diritti del fundico, nova gabella, & piazza à quei Baroni sarranno stati concessi, & cosi eseguirete, & non altrimente, die* 11. *Februarii* 1513. *Post scripta, portandosi detti ogli, sevo, & carne salata per infra Regno, li farete portare il responsale dove l'haveranno discaricati infra Regno, avvertendo, che, caricandosi l'ogli in botte, fatel pagare lo detto diritto dela l'esitura modo supradicto, sincome s'estrahessero. Datum ut supra. Hieron. de Francisco M. C. Locumt. Iacob. Raparius pro magist. actor. in regesto litterarum Camera* 10. *fol.* 34. *direct. Innocentio Abbati, & in diversorum maio magno,* 4. *fol.* 1343.

RITVS II.

PER hoc patet, quod exeundo non de Regno, sed de portu in portum infra Regnum exonerando merces, unde est jus exituræ solutum; sive exoneret in portu, ubi solvit, sive in alio, & reoneret, sive etiam vendat infra *R*egnum merces prædictas, jus exituræ ulteriùs non solvetur: Fatuus enim fuit mercator, qui dixit se exire de *R*egno, & solvit jus exituræ, cũ infra *R*egnum iverit, & vendiderit: nã, cùm extrahat de uno Portu, ut in alium portum infra *R*egnum vadat, si non invassellat in vegetibus, puta oleum mittat in utres, non solvit jus exituræ; sed, si invassellat, ponendo oleum in vegetibus, solvit jus exiturę: non enim invassellat pro eundo de portu in portum infra Regnũ, sed ut vadat ad partes remotas extra Regnum. Præsumptio est juris, & de jure consuetudinario, quod invassellando, velit Regnum exire; imputet ergo sibi, quia invassellavit, & non exivit Regnum, sed de portu in portum portavit, & vendidit merces, quia jus acquisitum fisco per invassellationem nihilominus solvet, ac si de Regno exiisset, multò minùs repetet quando solvisset.

RVBRICA VI.

De Iure Exituræ.

SVMMARIVM.

Statutũ novum si ad antiqua se referat, de antiquis ipsis constare debet. num. 1. *& quando secus? num.* 6.

Venditio rei hæreditariæ facta ab hærede pro pretio, testator emit, non constito de emptione, sed de alio contractu, prout donationis, & similiũ, non tenet, quia sub illa conditione. num. 2.

Fructibus pendentibus venditis cum certa stipulatione, pro decem ponderibus, si quinque nascantur, illa debentur. nu. 3.

Verba, quæ in contractu à partibus apponuntur sub conditione, conditionem inducunt, & quando non in legibus à legislatoribus apposita? nu. 4.

Dictio sicut *in* Ritu *apposita dicitur casualiter, non conditionaliter. num.* 5. *& pro* quia *resolvitur num.* 9. 12.

Privilegia privatorum leges sunt. num. 7.

Verba posita in privilegiis, potiùs casualiter, quàm conditionaliter, apposita dejudicantur. nu. 8.

Dictio sicut *in privilegiis pro* quia *resolvitur. n.* 9.

Privilegium pro lege habetur, quæ semper debet esse certa. num. 10.

Ritus privatorum leges esse dicuntur. num. 11.

Jus exiturę specialiter de certis rebus statutum fuit. num. 13.

Jus exiturę debet solvi secundùm consuetum, & quod solitum sit solvi à tempore, cujus non est memoria in contrarium. num. 14. *pro rebus non*

Digitized by Google

*non expresè comprehensis.num.*16.20.
*Pedagia, quidagia, & salinaria debentur quando ab Imperatoribus, & similibus statuta solvi reperiuntur.num.*15.
Testium depositio quomodo debeat esse ad verificadam immemorabilem exactionẽ factam juris exitura de reb. specialiter non statutis? num. 17. *& quomodo è contra? num.*18.
*Testibus magis idoneis in eorum conflictu standum est, & affirmantes præferuntur negantib. n.*19.
Probatio in contrarium contra præsumptionem juris, & de jure non admittitur. num. 21. *sed hoc si probatio fieret per testes, secus per confessionem partis. num.*23.
*Præsumptio juris, & de jure, quæ nam sit? num.*22.
*Probatio in contrarium, per partis confessionem in matrimoniis non admittitur.num.*24.
Probatio in contrarium per Ritum *admittitur, & quare? num.*25.
*Statutum superveniens nõ porrigitur ad illud, quod secundùm fictionem fuit inductum, nisi specialiter exprimatur.num.*26.
Præsumptio, quæ sufficit ad probandam filiationem, non est sufficiens ad verificandum crimen. nu. 27.
*Judex, judicando ex præsumptionibus, temperare debet suam sententiam.num.*28.
*Præsũptio, quod quis in vasellando in vegetibus oleum, velit ire extra Regnum, & sic solvere debeat jus exituræ, admittit probationem in contrarium, faciendam à mercatore, non fecisse animo eundi extra regnum, sed pro majori securitate olei sui. n.*29.32.
*Confessio gabelloti non debet obstare fisco, & quare? num.*30.33.
*Confessio procuratoris de receptione pecuniæ, non costito de reali solutione, non præjudicat.n.*31.
*Mensurationes olei, & cæterarum rerum, de quibus solvitur jus exituræ.num.*34.
*Conventum inter partes intelligitur secundum id, quod actum est tacitè, vel expresè.num.*35.
*Libro vendito pro certo pretio, libri qualitate non declarata, præsumitur venditio illius libri, de quo est actum. num.*36.
*Vendita domo usque ad aliam domum pro certo pretio, an domus designata comprehendatur in venditione? num.*37.
*Mos regionis inspicitur, quousque non apparet, quid sit actum inter partes.num.*38.
*Pretium rei venditæ in loco destinato, an solvendum sit de moneta ejusque valore loci contractus, an verò loci rei sitæ? num.*39.
*Modia terrarum venditarum, an sint mensuranda secundum mensuram loci contractus, an verò rei sitæ, si nil sit actum inter partes? n.*40.
*Forus rei sitæ semper est servandus.num.*41.
Mensuris, & ponderibus inter partes non conventis, standum est Ritui, *num.*42.
*Gabellotus coactè exigens restituere debet, etsi hoc infra annũ in duplum, si demum in simplum, num.*43.
*Jus exituræ non solvitur ab eo, qui de uno vasello in alium in mari exoneravit: quia exonerasse nõ videtur, si in primo portu, a quo exivit, solvit jus prædictum.num.*44.
Jus exituræ ab emptore solvitur, licèt merces in terra exonerata non fuerint, sed tamen venditæ in mari; & quare ab emptore, non autem à venditore? num. 45.47. *& 54. ad differentiã juris fundici, quo semel soluto, res est liberata. num.*48.
*Mutata persona mercatoris, & dirictus mutatur. num.*46.
*Jus dohanæ toties solvitur, quoties contractantur merces.num.*49.
*Jus, quando non est positum à Principe, ut validè exigatur, requiritur tempus immemorabile, quod solitum sit exigi.num.*50.
*Jus fundici solvitur, quãdo exonerantur merces tã in terra, quàm in mari, etiam de vasello in vasellum.num.*51.
*Jus exituræ solvitur quando exiit ab ultimo portu, & dixit velle ire extra Regnum.num.*52.
*Jus exituræ iterum non solvitur, si venit de Cajeta Neapolim, ubi exoneravit mercator de una in aliam navim in mari; secus si in terra, & demum in navi.num.*53.
*Jus aliud, quod projure exituræ solvitur, & quid pro victualibus, quæ infra Regnum vadunt? num.*55.
Jus exituræ pro centum salmis, est unciarum decẽ cum dimidia.nu. 56. *& quomodo numerentur? num.*58.
*Mercator, vel dominus navis, non tenetur portare responsales, fidejussionemque dare, sed tantùm jurare. num.*57.59.
Ritus *videtur corrigere* capitulum Regni, *requirens fidejussoriam cautionem. num.* 60. *sed quomodo concilientur? num.*61.
Capitula *multa edita fuerunt quo ad hoc jus exituræ.num.*62.
*Fidejussiones de portando responsales, non sunt præstandæ, sed juramentum, quando exeunt Regnum, secus si infra Regnum.num.*63.
*Jus, quod solvitur ex navi de frumento in Regno onerata per extra quantum sit? num.*64. *quod tractarum appellatur, & de alio consimili. nu.* 68.
Frumentum, & blandum in propriis territoriis factum, extrahi valet absque juris exituræ, dohanæ, & fundici solutione. num. 65. *quid de emptitiis? num.*66.
*Fidejussiones, quando, & quomodo sint præstandæ per mercatores? num.*67.
*Jus tractarum non est idem, quod jus exituræ. num.*69.
*Rex quando possit vectigalia in Regno constituere? num.*70.
*Judices quando possint pœnam imponere, & mutare? num.*71.
Rex *quilibet in Regno suo Monarcha est.num.*72. *& potest leges condere.num.*78.82.

Digitized by Google

Regis boni est, subditos non opprimere. num. 73.
Rex debet vivere in consilio. num. 74.
Rex debet juvare vasallos, & ab oppressionibus, & injuriis sublevare. num. 75. 88.
Rex malus expelli potest. num. 76.
Rex in casu necessitatis potest res subditorum accipere, si aliud non habeat. num. 77. 91.
Reges quare in aliquib. causis pronunciare non possint? num. 79. *& causas cognoscere? n.* 90.
Committens causam, ex comissione videtur in ea pronunciare. num. 80.
Constitutiones, & consuetudines idem sunt in effectu, licèt nomine sint diverse. num. 81.
Appellari non licet à Regum pronunciationib. licet à pronunciationibus Principum, num. 83.
Rex præsumitur omnia benè agere, & Regis cor, in manu Dei est. num. 84.
Rex non habet superiorem, nisi Deum. num. 85.
Rex in quæstionibus cum subditis habitis, dat judices ad eas dejudicandas. num. 86.
Magistratum creatio de regalibus est. num. 87.
Reges tantum habent in Regno, quantũ Imperator in Imperio. num. 89.
Reges non cognoscunt in criminalibus spectantibus ad eos. nu. 90. *& injuriam propriam impunè transeunt. num.* 92.
Rex subvenitur à vasallis, quando in casu indigentiæ, vel pro bono publico expendit, & non habet aliunde. num. 91.
Principi quando credatur ex sua testificatione? nu. 93. *quid si testificetur talem esse rebellem? nu.* 95. *& quid in aliis in sui commodum tendentibus? num.* 96.
Rex quando minuere possit tempus denunciandi mortem feudatarii? num. 94.

1 NAm per hoc verbum dum dicit *sicut in statutis antiquis continetur, &c.* dicunt aliqui, quod in hoc *Ritu* necesse est, quod producãtur dicta statuta, aliàs non posset sciri, nec determinari, quid in statutis antiquis contineatur; pro hac facit *ff. de contrahend. empt. l. si quis fundum*, ubi si hæres vendit fundum hæreditariũ, 2 quanti fuit emptus à testatore, & apparet testatori fuisse donatum, hæc venditio similis est venditioni sub conditione factæ: quia, deficiente venditione, nulla est, & sic non valet; ad idem facit *eodem titulo l. si debitor, in fine*, ubi, si fructum vendo olivæ pendentis, & stipulor fundum pro decem pondo, quod natum esset, si solùm quinque pondera nascantur, illa debentur; 4 sed dicas, quod sufficiunt verba hic *in Rit.* posita: quia non conditionaliter, sed causaliter ponuntur, ac si diceret, *sic in statutis continetur, ut sequitur, &c.* nam contraria loquuntur in contractibus, & dispositionibus partium, ubi ista sic conditionaliter ponuntur; secus in legibus, privilegiis, & statutis, quæ vim legum habent: quia ibi causaliter intelliguntur, hoc determinatur per *text. Gloss. & Doctores in cap. venerabilis*, de *confirm. utili, vel inutili*; 5 & sic conclude in hoc *Ritu*, quod dictio *sicut* apponitur causaliter; quod est dicere: quia sic in statutis continetur; & sic nõ 6 est necesse, quod statuta exhibeantur: quoniã, ut dictum est, ita in privilegiis accipitur, & statutis, quę privatæ leges sunt, ut *in decretis distinct. tertia Canon. privilegia* ubi dicitur: 7 *privilegia sunt leges privatorum, quasi privata leges: nam privilegium inde dictum est, quod in privato feratur*, ubi *Gloss.* dicit, quod verba posita in privilegiis, potiùs ponuntur causa- 9 liter, quàm conditionaliter, ut cùm in privilegio dicitur: *sicut juste possides*, exponas illud 10 *sicut* pro *quia*, nam Privilegium est lex, & lex debet esse certa, ut 4. *dist. cap.* 1. & hanc rationem assignat *Innoc. extra de verb. Signif. cap.* 11 *Abbate*; & sic dicas, quod in statutis, & in *Re-* 12 *tib.* quæ privatorũ leges dicuntur, accipiatur hæc dictio *sicut* causaliter, videlicet pro *quia*.

13 Item ex hoc *Ritu* secundùm, quod videtur velle, habes, quod jus exituræ statutum fuit specialiter de caseo, oleo, & carnibus salitis, de aliis verò mercibus non fuit expressè statutũ, 14 quod solveretur; sed debet solvi secundùm, quod est consuetum, quæ consuetudo debet præscribi à tempore, cujus non est memoria, 15 per *cap. super quibusdam, §. preterea, de verb. signif.* ubi habetur, quod pedagia, quidagia, salinaria, debeantur quando fuerunt statuta per Imperatores, vel leges, vel Lateranense Concilium, vel antiquam consuetudinem à tempore, cujus non est memoria; 16 & sic in isto jure exiturę in mercibus, seu rebus, in quibus non fuit expressè statutum, requiritur tempus, cujus non est memoria; ita quod necesse est, quod probetur, quod exactũ fuit à tempore, cujus non est memoria; & per hoc dicas ad quæstionem facti, quam habuimus in Regia Camera Summariæ: Quidam Civis Neapolitanus habebat magnam quantitatem tabularum; volebat ipsas extrahere Neapoli, & immittere in Regnum Siciliæ ultra pharum; petebatur ab eo jus exiturę, ille allegabat, quod tabulæ venerant ab extra Regnum, & semel solverat jus, seu dirictum fundici, seu dohanæ, atque ideo, non teneri: item, quia non reperitur statutum, nec aliquãdo recollectum. Super quo fuit hinc inde allegatum: dicebant aliqui per istum *Ritum*, quod quotiescunque exeunt merces, debet solvi jus exiturę, quando, & quoties de Regno exeunt; finaliter fuit concluśum, quod non tenebatur solvere: quia verum est, quod pluries tenetur solvere, quando exit è Regno; sed dicas, hoc procedere in rebus, super quibus statutum fuit jus exiturę, scilicet caseo, oleo, & carnibus salitis; non autem in rebus, sive mercibus, super quibus non fuit expressè jus statutũ,

sicut

Digitized by Google

ſicut ſunt iſtæ tabulæ,& aliæ ſimiles, niſi probetur,quod exactum fuit jus prædictum,à tempore, cujus non eſt memoria, ut in *Ritu*; & qualiter hoc debeat probari, ponit *Jo: Andr. in gloſ.ordin.final. in cap.*1. *de præſcript. in* 6.
17 dicens, quod teſtes præſcribentis deponant (ſi hoc eſt in eorum ſcientia) quod ſemper viderunt,& audiverunt ita eſſe, nec unquam viderunt, vel audiverunt contrarium, & quod eſt,& ſemper fuit communis opinio, quod ſic
18 fuerit;ſi autem adverſarius contra hoc probare velit, teſtes ſui (ſi de ipſorum conſcientia eſt) debent dicere,quod viderunt, aut audiverunt à ſuis ſuperioribus tali tempore contra-
19 rium fuiſſe; quod,ſi utraque pars probet,tunc præferentur teſtes magis idonei, & qui dicunt aptiorem rationem de teſtimonio; in noſtra materia,illi,qui dicunt ſe vidiſſe contrarium, deberent preferri, ſecundùm prædictum *D. Jo: Andr.in allegato cap.*1. & pleniùs per omnes *Doctores*,& maximè *D. Card. Floren.in cap.*
20 *quid per novale, de verb. ſignific.* & ſic in quæſtione propoſita concluſum fuit in Summaria; quod niſi dohanerii probent, de tabulis fuiſſe exactum jus exituræ,à dicto tempore, cujus nõ eſt memoria,non debent exigere; aliàs ſi probarent,ſecundùm quod ſupra dictum eſt, poſſent dictum jus exigere.

21 Item *in Ritu* prædicto unum eſt additum de alio *Ritu*,qui eſt tertius, quod meliùs cadit in hoc primo. *Ritus* dicit:*præſumptio juris, & de jure conſuetudinario, quod invaſſellando velit exire Regnum.*Pro ejus declaratione quæritur,an poſſit admitti probatio in contrariũ, & poſſit per teſtes idoneos probari, quod potiùs invaſſellavit in vegetibus pro ſecuritate olei,quia ipſe volebat ire ad portum infra Regnum, an admittatur talis probatio? & videtur,quod non,per regulam juris, quod contra præſumptionem juris, & de jure,non admittitur probatio in contrarium, ut clariùs probatur *in capit.is,qui fidem, extr.de ſponſ.*in quo
22 eſt advertendum, ſecundùm *doctores* ibi, qui dicunt,illud eſſe verum,quando lex procedit ultra, prohibendo probationes in contrarium;ita quod nunquam præſumptio ſit violenta,ſive juris,& de jure, niſi quando reperitur in jure expreſſum, quod ei ſtetur, non admiſſa probatione in contrarium, *cap. afferte, de præſumpt.* & dicto *cap. is, qui*,& tunc etiam non ſtatur,niſi in caſu expreſſo;ſic ergo erit in *Ritu* noſtro,qui dicit,*quod eſt præſumptio juris, & de jure conſuetudinario*, & non dicit, quod non poſſit recipi probatio in contrarium;ergo hic caſus de alia legitima probatione facienda in contrarium per teſtes,relinquitur diſpoſitioni juris communis.

23 Et in eo,quod dixi, contra præſumptionem juris, & de jure non admitti probationum in contrarium,quando lex procedit prohibendo probationes, dicas, quod illud eſt verum in probationibus faciendis per teſtes, ſecus per confeſſionem partis adverſæ, quæ ſufficit ad probandum contra talem præſumptionem, *Cod.de donat.ant.nupt.auth.ſed jam neceſſe*, & *in corpore*, unde ſumitur, *de qualitate dotium*
24 *§.aliud, ubi Gloſ.* verùm hoc de confeſſione, quod ſufficit, limitatur in matrimoniis ubi nõ admittitur probatio in contrarium per confeſſionem: quia non ſtatur confeſſioni conjugum in præjudicium matrimonii, *cap.ſuper eo, de eo, qui cognovit conſanguineam*.
25 Unde, revertendo ad *Ritum* dico, quod admittitur probatio in contrarium: tum ex illo quod dixi,quia *Ritus* non procedit ultra prohibendo probationes incontrariũ: tum etiam
26 quia dicunt *doctores in dicto cap.is, qui*, quod talis præſumptio, ſeu fictio non habet locum in ſtatutis,allegant *ff.de neg.geſt.l.*3.*§. hæc verba*,ubi *Bart.*ſummat, quod ſtatutum ſuperveniens non porrigitur ad illud,quod ſecundùm fictionem inducitur, niſi ſpecialiter exprimatur,per hoc,quod notat *Innocent. de præſumpt.*
27 *cap.quia veriſimile*, ubi dicit,quod præsũptio *cap.afferto*,quæ ſufficit ad probandam filiationem,non ſufficit ad probandum crimen,quod ſingulariter nota;& *in allegato cap. quia veri-*
28 *ſimile*, dicit quod ubi ex præſumptionibus proceditur, multùm debet judex temperare ſententiam,& maximè ne condemnet, niſi ratò,& modicè ad pœnam,ſive pecuniariam,ſive corporalem; quod benè poteſt colligi ex ſententia *Salomonis in d.cap. afferte*, ubi, licèt ex præſumptione adjudicaret uni mulieri filium, non tamen voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam juſtiſsimè erat condemnanda, ſi legitimè eſſet probatum contra eam, quod
29 filium alterius ſurripuiſſet; & ſic intelligo *Ritum*, quod ille, qui invaſſellat in vegetibus oleum, præſumatur ſecundùm *Ritum*, quod velit ire extra Regnum, & ſic ſolvat jus exituræ;hoc dico,niſi poſſet mercator probare contrarium, quod invaſſellavit pro tutiori ſecuritate olei, & quia volebat ire ad portum infra Regnum,& maximè,ſi hoc poſſet proba-
30 re per confeſsionem partis adverſæ;ſed quantum ad hoc de confeſsione, videtur obſtare, quod confeſsio gabelloti nocere non debet fiſco: quia poſſet colludere cùm mercatore,*l.ſi*
31 *procurator, ff.de jur. fiſci*, ubi non poteſt procurator confiteri pretium, ſed realiter habere debet,& nõ præjudicaret fiſco; ſed de hoc dic, ut dixi *ſupra de jure dohanæ in Rit. fin.*ubi dixi de juramento delato per gabellotum, tamen
32 quantum ad hoc poteſt dici, quod gabellotus potuit agnoſcere bonam fidem,ſi ſibi coſtabat, mercatorem invaſſellaſſe magis pro ſecuritate, quàm pro eundo extra Regnum; verùm, etſi poſsit eſſe aliqua dubitatio,an poſsit fieri probatio contra dictam præſumptionem per cõfeſsionem gabelloti, tamen quantum ad probationem per teſtes,nulla videtur mihi dubi-

Digitized by Google

tatio, per ea quæ supra dixi, & quantum ad id, quod dixi de confessione gabelloti, distingue etiam ut dixi *in dicto Rit. fin. de jure dohane*,
33 ubi distinxi, quod aut gabellotus tenet gabellam ad credentiam, & procedet dubium supra proximè dictum; aut ad pretium, & tunc posset benè sibi præjudicare, & teneret confessio contra eum in sui præjudicium, ut ibi dixi de juramento delato per ipsum gabellotum. Nunc verò ad *Ritum secundum, cum principio tertii*: quia residuum *dicti Ritus tertii* possui supra *in fine prædicti Ritus primi*.

34 Sciendum est etiam, quod miliare olei est mensura stariorum XXXX. ad starium Barii, quorum quodlibet est in pondere rotulorum, XVIII. reductum verò ad generale starium Regni, quod alicubi dicitur *quarantinum*, miliare est mensura stariorum, seu quarantinorum octoginta, quorum quodlibet est in pondere rotulorum novem; miliare verò carnium salitarū, & casei, est in pondere cātariorū quatuor, ad cātariū Regni generale; nō ad cātariū Calabriæ, & Siciliæ, quod est minus in pondere.

35 Sequitur nunc *Gloss. in isto Ritu*, in quo dicitur de stariis, & mensuris, & ponderibus qualiter intelligantur? & extra *Ritum* dicas, quod in istis inspicitur id, quod actum est in-
36 ter partes, tacitè, vel expressè. Pone: dedi tibi librum pro decem florenis; non dixi de quibus, certè inspicitur, quod inter partes actum est tacitè, & etiam ex qualitate libri præsumitur, quid sit actum, *l. semper in stipulationibus, ff. de regul. jur.* ubi *Glos. verb. si stipulatus*, ibi *item tacitè agitur, &c.* & tenementi istum ca-
37 sum: nam facit ad multa secundùm *Bart.* qui ponit exemplum: *Vendo tibi istam domum usque ad talem domum pro centum; an includatur illa dicta ultima domus? & dic quod ex*
38 *qualitate pretii præsumitur. Item si non appareret quod est actum, inspicitur mos regionis; pone: Florentia est talis consuetudo, quod cùm dicitur: volo tres libras in mercantia, intelligitur ad Florenum, qui valet XXVIII. solidos; item in Civitate Perusii, si dico: vendo tibi tria brachia panni lanei, intelligitur de majori brachio secundùm moram Regionis, in qua est actum, ut habes*
39 *ex dicta l. semper in stipulationibus; item pone: ego existens Perusii vendo tibi unum fundum positum in tali loco extra districtum Perusii pro centum, de qua moneta intelligitur certè de ista,*
40 *scilicet Perusii; item vendo tibi quinquaginta modios terræ in tali loco, an intelligatur de modio, qui est hic, in qua regione est actum, an de modio, qui est in regione, in qua est fundus venditus? & videtur, quod modius regionis, ubi*
41 *est actum, ut in l. si fundum ff. de evict.* quātum verò ad forum, intelligitur de loco, in quo est fundus, *ut in l. contraxisse, ff. de act. & oblig.* sed an in contractibus inspiciatur consuetudo, licèt sententia non fuerit lata super illa consuetudine? & certè casus est, quod sic in-
dicta *l. semper in stipulationibus*, de quo *Bart.* se remittit *in l. de quibus, ff. de legibus*, facit *l. si priùs* §. 1 *ff. de aqua pluv. arcend.* & *l. quod si nolit*; §. *quia assidua, ff. de adil. edict.* de quo plenè per
42 *Bart.* in allegata *l. semper in stipulationibus*, & ideo revertendo *ad Ritum* nostrum, dicas, quod ubi aliter non appareret de voluntate partiū, standum esset *Ritui* in ipsis mensuris, & ponderibus in hoc Regno Siciliæ. Revertor nunc ad *textum Ritus*.

RITVS III.

ITem jus exituræ extra Regnum solvitur in ultimo Portu, unde exeunt merces, ut extra Regnum vadant, nisi post declinaret ad alium Portum infra Regnum exonerando ibidem: quia ibi solveret, eo quod inde exit, & vadit extra Regnū; & imputet sibi, qui dixit se velle exire de uno Portu, & exit de alio, super quo pronunciatum fuit sic.

Die 19. Iulii 12. indictionis Neapoli in Archivio provisum, & pronunciatū est per Dominos Magistros Rationales, quod de mercibus, emptis Cajetę, sovatur fūdicus, & dirictus ibidē; sed, si merces emuntur Trajecti, vel in Ponte Corvo, vel alibi extra Cajetam, licèt terra illa sit subdita fundico Cajetæ, ut de Ferro, Ære, Pice, Sale, Azzaro, & similibus, debeant emere, uti, & laborare; si Cajetæ non venduntur, nō est solvendus fundicus, & dirictus ibi: quia tunc gabellotus Cajetæ non habet inde aliud facere,

nisi

Digitized by Google

niſi ut recipiat fidejuſsoriam cautionẽ ab extrahente, quod ibit ad terram fundici infra *Regnum*; ſed ſi Cajetæ haberet paſſagium, ſolveret ibi tantùm jus paſſagii: ſicut in Caſtromaris de ſtabia ſolvitur paſſagium de mercibus portatis illuc de Nuceria, & Sacto Severino, & ſimilibus terris, & abinde per mare Neap. ubi verò de Cajeta cum mercibus ipſis vellet *Regnum* exire, ibi fundicaret, ſi vaſſellum abinde navigaret extra *Regnum*; ſi autem ſoluto Cajetæ jure exituræ, ut exeat extra *Regnum*, portet merces ipſas cum vaſſello Neap. & in aptiori vaſſello, vel in alio (non exonerando in terram) merces ipſas immittat, & vadat extra *Regnum*, nihil ſolvet Neapoli: quia jus exituræ ſolvit Cajetæ; & inde videtur exiſſe *Regnũ*: quia in alia terra *Regni* non exoneravit poſtea, quanvis mare Neapolis, eſſe de pertinẽtis Neapolis, cenſeatur; ſed, ſi exoneravit in terra Neapoli, & poſtea ſtatim eas oneret in vaſſello, & vadat extra regnũ, quia de Neapoli exit, Neapoli ſolvetur dirictus, tanquam in ultimo fundico; & imputet ſibi qui dixit, ſe velle exire regnum de Cajeta, & poſtmodum exivit de Neapoli: quia non erat tunc Cajeta ultimus fundicus; ſed ſi coactus fuiſſet per gabellotum Cajetæ ibidem fundicare, & ſolvere, quod non ſponte ſolvit, ſed coactus, tanquam inbitè ſolutum (ſi repetat ab eodem) reſtituendum eſt ſibi per gabellotum eundem, quẽ Curia ad id compellet ſecundùm juſtitiam.

43 Secundũ quam debet dictus gabellotus illud reſtituere, ſi agitur infra annum in duplum, ſed ſi poſt annum in ſimplum dabitur, & hæc juſtitia eſt, quam facere debet Curia de dicto gabelloto, ut habetur *in l. 1. in principio, ff. de publ.* Quod dicitur *in principio Rit. præditti* intelligas, niſi vi ventorũ, & tẽpeſtatũ pervenerit ad ſecundum portum, & poſtea receſſit ſtatim ſedata tempeſtate, ut ſupra in *Rit. 1. præſentis rubricæ.*

RITVS IV.

SI verò tunc exoneraret de vaſſello, B, in vaſſellum in mare, non in terra, & venderet in mare, emptor ſolvet dirictum fundici, & exituram: quia eſt alia perſona, quæ extrahit de Regno.

B, Circa iſtam immiſſionem de uno vaſſello in aliud ſint ſtrictæ dohanæ *vide bannum Capitis emanatum anno 1452. in Regiſto Curiæ 3.*

44 Quia ipſe, qui nunc etiã extrahit, ſolvet jus exituræ, ſcilicet, quia ille, qui de vaſſello in vaſſellum in mari exonerat, non videtur exoneraſſe; & ſufficit, quod in primo portu, unde exiit, ſolverit jus exituræ: quia poſtea non ſolvet in ſecundo portu, ubi de vaſſello in vaſſel-
45 lum exonerat, in mari; verùm, ſi ipſe venderet in mari quanquam non exoneraret in terra, ſolvet ipſe emptor jus exituræ, non autem venditor, qui primò ſolvit in portu, unde exivit, ex ratione quam tradit *Ritus*: quia ſcilicet emptor eſt alia perſona, quàm fuerit
46 venditor; ex quo *Ritus* habes, quod cùm mutatur perſona mercatoris, mutatur ejus dirictus,
47 & ſi unus mercator ſolvit pro certis mercibus

jus

jus dirictus,& vendit merces ipsas,ex quo mutata est persona , ipse emptor solvet jus diri-
48 ctus exiturae ; non autem loquor de jure fundici : quia illud semel solvitur, & in ultimo fundico,ille,qui emit merces, liberat à jure fũdici;unde postea,si secundus emptor velit ip-
49 sas vendere,non solvet ampliùs jus fundici;de jure verò dohanæ, dic, quod toties solvitur, quoties venduntur merces, ut *supra in rubrica de jure dohanæ Rit. 1. in fine.*

RITVS V.

IDem, si alii postea vendidissẽt, qui vellet extrahere de Regno; sed si extra Regnum per terrã exiret, puta Neapolim per mare, vel per terram intrarent merces,& vellet dominus mercium eas portare in Thusciam per terram,num quid Neapoli solveret fundicũ , aut in Aprutio in ultimo fundico? per Ritum *nemo invitus* supra , * videtur, quod Neapoli, ubi dicit se velle exire , & per terram extra Regnum portare : nam ex quo recedit de Neapoli, pergens extra Regnum, dicitur exire , & quod exit de Regno , quando erit Introdochi, ultra fines Regni dicitur exisse,& quod exivit Regnum, sicut dicunt moderni de lupo exeunte silvam,ut non dicatur exisse per ultimam tantùm exitionem , & ambulationem, sed per omnes gressiones ante finem silvæ, dicetur quod lupus exit silvam , * quod verũ esset , si per alium fundicum exeundo non transiret ; sed dictum est supra , quod in ultimo fundico debet solvere , si in eo exonerat; nec ratio diversitatis videtur,ut dicatur aliud in terra,quàm in mare.

* *de jure fundici.*

* *ff. ea quib. can. major. l. ab hostibus §. sed quod simpliciter.*

RITVS VI.

IDem si per Aquilam transit , vel aliam terram non habentem fundicum principaliter , sed quæ subest fundico , puta fundico Piscariæ , vel alterius Aprutinæ Provinciæ, ut dictũ est supra; * nisi per consuetudinem probetur aliud observatum,ut si fundicariis Neapolim consuetum esset, hoc jus solvi quàndo per terram extrahuntur extra Regnum merces , & longo tempore. *

* *in dicto Rit. nemo invitus 5. et Rit. fundicus flagelli,7 de jure fundici flagelli.*

* *ff de legib. l. scire , l. minimè, & l. si de interpretatione.*

50 Idest exiturae , quia jus fundici solutum fuit Neapoli, ubi fuit ultimus fundicus secundùm assertionem mercatoris,qui dixit Neapoli se velle exire Regnum, licèt postea iverit ad alium fundicum;& imputet sibi,ut est dictum supra de jure exiturae , nisi fortè probaretur, quod sit de consuetudine,cujus non est memoria , quod debet solvi Neapoli , non obstante quod iverit ad secundum fundicum : nam non debet solvere tunc in secundo fundico , stante cõsuetudine; unde conclude in hac materia;& primò quantùm ad jus fundici, dicas, ut habetur *supra in rub. de jure fundici, Ritu 6. qui incipit si vendantur, circa finem*, & etiã habetur *de jure fundici flagelli*; & adverte, quod in isto *Ritu* dicitur, quod longo tempore sit solitũ solvi jus, quãdo per terram extrahuntur merces extra Regnum ; quod si non fuit jus impositum per Principem , & ex causa , non sufficit longum tempus,sed requiritur tempus, cujus non est memoria,per ea,quæ etiam *supra* dicta sunt *in hac rubrica de jure exitura in Ritus* 1. & quod etiam dictum est *supra de jure fundici in Ritu* 7. qui incipit *solvitur*, *juxta finem*,ubi dicitur de centum annis,& *constitu-*
51 *tio quadragenaria*. Unum nota, quod differentia est inter jus fundici,& jus exiturae: quia jus fundici solvitur,quando vasellum exonerat

rat ſive in terra, ſive in mari, etiam de vaſsel-
52 lo in vaſsellum; ſed jus exituræ non ſic, quia, ſi in ultimo portu, de quo exit, & dixit ſe velle
53 ire extra Regnum, ſolvit jus exituræ, puta Cajetæ, & poſtea venit Neapolim, & non exoneravit in terra, nec vendidit, ſed de vaſsello in vaſsellum exoneravit, exeundo Regnum, non ſolvet iterum jus exituræ, ut ex prædictis apparet; & ſic jus exiturę, licèt toties ſolvatur, quoties de Regno exit; tamen ſi exeundo de Cajeta, dixit ſe velle exire Regnum, & Cajetæ ſolvit, poſtea veniat Neapolim, non ſolvet iterum, ſi non exoneret in terra, licèt exoneret de vaſsello in vaſsellum, non tamen vendendo: quia ſi venderet, tunc benè emptor
54 ſolveret, ſi vellet exire Regnum, cùm ſit mutata perſona, ut *ſupra* dictum eſt.

RITVS VII.

IN jure tamen tarenorum decẽ debito pro ſingulis centum ſalmis pro portu, & portatura, declaravit Dominus Rex, ut ſi de Barulo in parvis barcis extrahuntur centum ſalmæ portandæ Manfredoniam in navi, & magnis vaſis in portu Manfredoniæ exiſtentibus, navigaturis extra Regnum, Baruli ſolvantur tareni decem pro portu Baruli; In aliis juribus, & & dirictibus ſervabitur, quod conſuetum, & determinatum eſt ſupra.

RITVS VIII.

HOc jus exituræ (ut dicunt ſtatuta) exigitur certo modo de oleo, caſeo, & carnibus ſalitis. Item ſepum, quod extrahitur, habet jus exituræ aliud à prædictis, ſcilicet medium auguſtale pro valore unciæ.

55 Habet jus exiturę, aliud à prædictis, ideſt medium auguſtale pro valore unciæ; & ſic habes, quod de caſeo, oleo, & carnibus ſalitis, & ſepo ſoluuntur tareni 7. & gr. quinque pro jure exituræ; de victualibus autem ſolvitur, quando de portu ad portum infra Regnum vadunt, taren. decẽ, ut *proximè* dictum eſt; ſed quando barcæ parvæ portant ad navem exiſtentem in alio portu, quæ eſt exitura è Regno, quia quando portatur cum barcis parvulis de uno portu Regni ad alium portum Regni, ſolvitur jus dohanæ, ideſt gran. 18. per unciam ut *hic infin. Ritus hujus rubricæ.*

RITVS IX.

ITem jus victualium extra Regnum. Conceditur ſolùm extra *Regnum* portare victualia per Curiam *Regiam*, ſolutis ipſi Curiæ per extrahentem unciis decem per centinarium, & plus, ſicut *Rex* ordinauit, cùm Portus ſint de *Regalibus*, & eſt hodie novum jus Tareni.

RITVS X.

ITem pro quibuslibet unciis viginti debitis, & ſolutis pro jure exituræ prædictæ, ſolvitur uncia una Curiæ per extrahentem, ut non teneatur portare litteras reſponſales de exoneratione in loco extra *Regnum*, ad quem dicit ſe velle ire; quæ reſponſales olim exigebantur, & vexabantur inde nimiùm extrahentes, & fidejuſſores eorum, c, quos neceſse habebant ponere pro reſponſalibus reportandis, ſcilicet, quod non exoneret, niſi in loco licito, ad

quem

Digitized by Google

quem dicit se velle ire; præstat Sacramentum, & fit inde pro cautela Curiæ publicum instrumentum.

,C, Et de ista fidejussione quomodo, & quando præstari debeat vide distinctionẽ *Domini Goffredi in vers. itẽ dicit Honorius in hac rub. n. 65.* ubi declarat Capitulũ Regni, & Capitulũ Papæ Honorii ubi ostendit, quod non contradicunt huic Ritui, sed illa, & illã declarat, & concordat quodlibet in casu suo, ubi etiam ultra prædicta declarat verba Capit. Regni quid sit illud jus quod solvi debet Regiæ Curiæ de emptitiis.

56 Vult hoc dicere hic *Ritus*, quod pro centum salmis solvuntur unciæ decem, & media,
57 & quod non tenentur portare responsales, nec pro eis dare fidejussores; sed tantùm sacramentum præstare, & inde fiat instrumentum dicti sacramenti, & sic ex hoc corrigitur *Capitulum Regis Caroli primi*, quòd incipit, *ut illorum fraudibus*, in quo dicitur, quod mercatores dant fidejusores de non portando ad locum prohibitum; sed tu sta huic *Ritui*, tanquam ultimæ dispositioni, & sequitur in *hoc*
58 *Ritu*, quod salmæ intelliguntur de grano cẽtum, de ordeo, & aliis leguminibus ducenta pro centum, & pro centum solvitur: quia dicta duo centum faciunt centum. Et de supradicto tareno uno sequitur.

RITVS XI.

ITem est *jus* Tareni. Pro qualibet salma frumenti tarenus unus, & pro duabus hordei, & liguminum tarenus unus. Hoc est *jus* novum, tempore *R*egis Caroli Secundi impositum.

RITVS XII.

HIc *R*ex liberalissimus donabat, D, passim alicui jus exituræ mille salmarum, alii duorum millium, alii trium milliũ, qui vendebant pro modico; sicque Curia parum habebat, aliquando nihil de *jure* exituræ; tunc fuit impositus tarenus unus pro qualibet salma, quem Curia haberet, & hoc non perderet, cùm aliud *jus* esset donatum, ut prædicitur; hoc jus adhuc remanet quantuncunque successores illius Regis nil donent aliis modo prædicto; quod utique cessare deberet cessante causa; sed post quam semel aperitur fenestra vitiis, rarò claudit: idcirco imponentes debent cavere, quando procurant hæc nova imponi, vel ponere tempus, quo duret impositio, donec videlicet liberè curia *jus* suum habeat solitum; in hoc tamen videtur non esse præjudicium: quia ementes à Curia *jus* exiturę, exituram emunt pro quanto vult Curia; unde hodie venditur plusquam cõsuevit. Peccatum fuit ejus, qui primò invenit *jus* exituræ: cùm mercaturæ debeant esse liberæ per mare, & terram, & sic erant tempore bonorum Regum, quod patet, quia novum *jus* est: & peccat qui plus solito vendit, & exigit *jus* exituræ, & qui procurat plus imponi de novo: cùm statuta cõtra rationem impọsita, debeant in suis finibus, & limitibus prẹservari, non extendi, & in subjectorum dispendium augumentari; dispendium patet: quia quantò major dirictus solvitur

Digitized by Google

vitur Curiæ de eo, quod extrahitur, puta de frumento, tanto vilius vult mercator exterus merces emere.

58 Ad declarationem istius Ritus vide Sanctissimam consultam factam per Regiam Cameram Regi Ferdinando I. sub die 9. Augusti 1468. cum qua Camera consultando concludit, che lo cari per carro s'efigge di mala conscienza, & alia ut ibi, ut in regesto litterarum claufarum Curiæ 2. fol. 45.

RITVS XIII.

SEd intra Regnum possunt portari victualia de portu in portum cum barcis parvis à centũ salmis infra capacibus, et, si sunt de massariis propriis, nihil solvitur, si sunt emptitia solvitur jus dohanæ tantùm, juxta tenorem Capitulorum factorum in Planitię Sancti Martini.

Item statuimus, quod Prælati, persona ecclesiastica, Barones, & universi, & singuli homines fideles domini Patris nostri, de Regno possint portare per mare, & portari facere de una terra, ad aliam infra Regnum, frumentum, & alia victualia, & legumina provenientia eis ex massariis ipsorum, vel redditibus terrarum suarũ, sine jure exitura, & dohana; Emptitia verò sine jure exitura, soluto jure dohana, dummodo de portubus licitis, & statutis, & cum barcis paruis à cẽtum salmis infra extrahantur, & exonerẽtur similiter in portubus licits, & statutis. Et dent fidejussoriam cautionem, quod habeant responsales de exoneratione ipsorum à Portulanis illorũ portuum, in quibus exonerata fuerint infra certum terminum, qui pro locorum distantia competens præfigatur. (& est cap. 105. secundùm ordinem de Nigris)

59 Adverte in eo, quod dicit hic *Cap. & dent fidejussoriã cautionem*, quia hic *Ritus* videtur dicere contrarium, ubi dicit, sufficere Sacramentum, quod portent ad locum licitum, & de hoc fiet instrumentum pro cautela Curiæ,
60 ut supra in *Rit. item pro quibuslibet*, per quẽ *Rit.* videtur corrigi *Capitulũ* Regis Caroli I. de Portulanis, & subofficialib. eorũ, quod incipit *ut illorũ fraudib.* (2. secun. ord. de Nigris) in quo multa alia denumerãtur de forma, quã debẽt observare Magistri Portulani, & de pœnis navium, & patronorũ, quando portant ultra licentiam; & non pono per longum illud *Capitulum*: quia esset fastidiosum, & non utile;
61 & dic ad propositum de dandis fidejussoribus, quod dicendũ est, quod hic *Ritus*, super proximè positus, habeat locũ quãdo infra Regnũ, & *Ritus* supra allegatus habeat locum quando extra Regnũ portantur, per hoc, quod dico infra, post positionem *Capitulorum Honorii Papæ*, quod videtur concordare cum isto supra proximo *Capitulo* Regis Caroli II. ubi dicitur quod dentur fidejussores, de portandis responsalibus, & dic ut supra dictum est.

Item pono tenorem alterius *Capituli* ejusdẽ Regis Caroli I. de extractione victualium, quod scribitur justitiariis, & licèt in ipso *Capitulo* non expresse loquatur justitiariis, tamẽ colligitur ex *Capitulo* immediatè precedenti, ubi loquitur justitiariis, cujus tenor talis est.

Carolus, &c. Super extractione victualium, quam aliquando mercatoribus, & aliis fidelibus nostris de gratia nostra concedimus, placet, & volumus, quod formam subscriptam observes, & facias per subofficiales inviolabiliter observari, vz. quod quotiescunque authoritate mandati nostri ibi transmissi de victualibus extrahendis scripseris Portulanis, & subofficialibus tuis, quod permittant, mercatores extrahere de portubus, eorum custodiæ deputatis, aliquam victualium quantitatem, in litteris tuis exprimas quantitatem, & qualitatem victualium, & utrum sit frumentũ, vel hordeum, vel legumina, aut merces alia, nomina, & cognomina mercatorum extrahentium, ad quam rationem jus exituræ recipi debeat pro quolibet centenario eorundem, vel mandaveris recipi por Portulanos ipsos, etsi jus exituræ pro parte Curiæ nostræ, per te receptum sit, in apodixa, quam eisdem mercatoribus feceris, exprimas quantitatem, & qualitatem victualiũ extractorum, nomina, & cognomina mercatorum ipsorum, & ad quam rationem jus exituræ pro quolibet centenario per te receptum sit cum transcripto mandati nostri, quod tibi proinde transmittetur. Et nihilominus significes Portulano portus, à quo victualia extrahi debent, quantitatem pecuniæ, quam à mercatoribus receperis, & ad quam rationem pro quolibet centenario, nomibus, & cognominibus mercatorum ipsorum in eisdem tuis litteris denotatis. Si verò mãdaveris, jus ipsum recipi per Portulanos, & subofficiales tuos, mandes per easdem litteras tuas eisdem Portulanis, quod in apodixa, quam faciunt mercatoribus, ponant, & scribi faciant irãsumptum mandati tui, cum quantitate, & qualitate victualium extractorum, ad quam rationem jus exituræ receptum sit per easdem pro parte nostra Curia à mercatoribus ipsis, expressis in eadem apodixa nominibus, & cognominibus mercatorum extrahentium ad nostra Curiæ cautelam. Sciturus, quod, si predictam formã non observaveris, vel feceris observari, te, & subofficiales tuos, tanquam fures, & perjuros volumus Curia nostra teneri. Et, ut præsens manda-

tum noſtrum per te exequutioni debitæ demandetur; ſcire te volumus, quod ipſum in regiſtris noſtris ſcribi mandavimus in perpetuum duraturum. Datum Brundaſii 26. Januarii 2. Indictionis Regni noſtri anno nono. (& eſt cap. 3, ſecundùm ordinem de Nigris)

62 Sunt etiam ſuper dictam exituram, ſive jus exituræ, certa Capitula ordinata ad ſtatum Regni per Papam Honoriũ IV. unum eſt quod incipit *Regibus futuris, &c.* & in principio *uſq; ad verſiculum victualia* non facit ad rem, ſed *à dicto verſiculo uſque ad finem*, cum *Capitulo ſequenti* faciunt ad materiam exituræ victualium de Regno; & ideo non poſito *principio dicti Capituli*, & dimiſſo ipſo *principio*, quod incipit, *Regibus futuris, &c.* incipio a dicto *verſ. victualia*, & pono tenorem ipſorum Capitulorum, & ſic ſequitur dictus verſiculus.

Victualia vero qualibet de ſuis poſſeſſionibus, vel de maſſariis, ſive oves, boves, & alia animalia, humano competentia uſui, de propriis gregibus, armentis, vel redditibus habita, extra Regnum, dum tamen non ad inimicos eorundem Regis, & Regni unuſquiſque liberè mittat, etiam ad vendendum, niſi ſterilitas, aut pretracta ſterilitatis inſtantia, aut verisimilis ſuſpicio ſuadeat circa miſſionem hujuſmodi per Regem ejus temporis aliud ordinatum. Si verò predicta victualia, vel animalia, ex negotiationis commercio habeantur, etiã fertilitatis tempore abſq; Regnantis licentia mittere non liceat, vel ex ipſo extrahere. In omnibus permiſſis miſſionis, ſeu extractionis caſibus jure, quodcunque Regi competat per omnia ſemper ſalvo, & ſequitur aliud Capitulum, quod continuatur cum ipſo, videlicet,

Infra Regnum verò etiam per mare liceat cuilibet Eccleſiæ, vel ſeculari perſonæ, frumentũ, & alia blada, nec non etiam legumina, de propriis terris, ac maßariis, & redditibus habita, ſine jure exitura, fundici, ſeu dohanæ, in loco, in quo victualia reperientur, vel deponentur, præſtando de uno loco deferre, vel facere deferri ad alium, à Rege, ſeu ipſius officialibus licentia non petita; Emptitia verò jure exitura, ac fundici non ſoluto, ſed alio, ſcilicet jure dohanæ, recipitur tantùm ab iis, qui infra Regnum vadunt, quia quando extra Regnum, ſatis declaratum eſt ſupra quantum ad jus exituræ; ſi verò debetur Regi dummodo emptitiorum delatio de portu licito ad ſimilem portum, & cum barcis parvis centum ſolummodo ſalmarum, vel infra capacibus tantùm fiat, ut deferentes, ſeu deferri facientes premißa emptitia particulari portulano loci, in quo fiet oneratio eorundem fidejuſſoriam cautionem per litteras teſtimoniales de ipſorum victualium, & leguminum exoneratione à ſimili Portulano loci, ex quo extracto ipſo, & infra certum terminum pro locorum diſtantia præfigendũ, & hæc omnia perpetuo præcipimus obſervari.

63 Sed adverte, quia Honorius in iſtis *Capitulis* dicit, fidejuſſoriam cautionem dandam, & tunc ſupradixi, quod *Ritus* videtur ſentire contrarium, ſcilicet, quod non eſt neceße, quod fidejuſſiones iſtæ dentur, & ſufficit juramentum, & inſtrumentum. Sed benè eſt conſiderandum, quod diverſitas videtur eſſe inter hunc caſum ſcilicet *Capitulorum Honorii*, & *Regis Caroli II.* & *Ritum* ſupra poſitum, & allegatum: nam *Ritus* videtur velle, quod, quando portantur extra Regnum, non ſit neceſſe, quod dentur fidejuſſiones de portando reſponſales: quia eſſet nimia vexatio à tam longe portare reſponſales; ſed *Capitula Honorii Papæ*, & *Regis Caroli II.* loquuntur, quando infra Regnum portantur: quia tunc ſatis leve eſt de portu ad portum portare reſponſales. Et ideo ſic diſtinguas: aut mercator vult portare victualia extra Regnum, & ſufficit, quod juret de exonerando in loco licito, & de hoc fiat inſtrumentum, & hoc caſu habent locum *Ritus* ſupra proximè allegatus, qui incipit *item pro quibuslibet*; aut vult portare infra Regnum de portu ad portum, & tenetur dare fidejuſsiones de portando reſponſales, & ſolvet jus dohanæ tantũ, & ita loquuntur *Capitula Honorii, & Capitulum Reg. Caroli Secundi ſupra positum*, quod incipit *item ſtatuimus, quod Prælati, &c.* (& eſt cap. 105. ſecundum ordinem de Nigris.)

64 Sunt, & alia jura Tractarum, & in primis, quod navis, quæ portat frumentum de Regno ad extra Regnum, ſolvat uncias decem, & tarenos quindecim, & plus, ſicut Rex ordinabit; verùm hoc non debet ordinari ſine cauſa, cùm jus exituræ ſit contra jus, & peccatum fuit illius, qui primò invenit.

Item ultra uncias decem, & tarenos quindecim fuit impoſitus tarenus unus propter donationes maximas, quas faciebat Rex; & cùm ceſſat hæc cauſa deberet ceſſare hic tarenus; verùm videtur obſtare *Capitulum Honorii*, per quod videtur data licẽtia Regi, quod poſſit aliud ordinare, quod incipit *Regibus futuris, &c. in verſ. vectigalia*, ubi dicitur *quando perveniunt de maſſariis propriis nihil ſolvi debet, ſed liberè mittat extra Regnum, niſi perturbationis ſuſpitionem fuerit aliud per Regem ordinatum*, & ſic apparet de facto, quod Rex ordinavit de animalibus, & mercibus, ut apparet in Aprutio, in gabella, quæ dicitur *graſſia*, quæ dicitur, quod fuerit ordinata, ne graſſia exiret extra Regnũ, & propter equos, ne inimici haberẽt,

65 Item dicit *Honorius*, quod infra Regnum etiam per mare liceat frumentum, & bladùm de propriis maſſariis, & redditibus extrahi ſi-

66 ne jure exituræ, fundici, & dohanæ; emptitia verò cum licentia poſſunt extrahi non ſoluto jure exituræ, & fundici, ſed alio ſiquid debetur Regi; & non declarat quod eſt iſtud jus, ſed tamen declara, quod eſt jus dohanæ, prout *Carolus II.* dicit *in dicto Capitulo*, quod incipit *item ſtatuimus, quod Prælati* (quod eſt cap.

Digitized by Google

cap.105.ſecundùm ordinem de Nigris;) quod eriam concordat cum *Ritu*, in quibus dicitur, quod infra Regnum poſſunt portari victualia de portu in portum cum barcis parvis à centum ſalmis infra capacibus, etſi ſunt de maſſariis propriis, nihil ſolvet, ſupple de jure exituræ, fundici, & dohanæ; ſi verò ſunt emptitia, ſolvet jus dohanæ tantùm, de portubus tamen licitis, & ſtatutis, & cum barcis parvis, ut eſt dictum; & advertas ad *Capitulum Honorii*, ubi dicit *infra Regnum verò, etiam per mare*, quod verbum videtur implicare, quod non ſolùm per terram poſſunt extrahi liberè *quæ ſunt de maſſariis*, emptitia verò non poſſunt, & cum jure debito Regi ſoluto, ſcilicet dohanæ, ut eſt dictum; apparet ergo, quod, ſi per terram portantur infra Regnum, ſi ſunt de maſſariis, &c. nihil ſolvent, ſed de emptitiis jus dohanæ, & ſic concordantur *Capitula Ho-*
67 *norii*, & *Regis Caroli II.* & ſic cũ eo, quod dicitur de fidejuſſoria cautione danda, cõcordant *dicta Capitula* cum *Ritu*, quia aliqui dicunt, quod non eſt danda, aliqui quod ſic, diſtinguendo, quod aut mercator vult portare victualia extra Regnum, & tunc ſufficit, quod juret de exonerando in loco licito, & de hoc fiat inſtrumentum, & procedat *Ritus* noſter; ſi autem velit portare infra Regnum de portu ad portum, ut eſt dictum, tunc tenetur dare fidejuſſorem, & ita loquuntur *Capitula Honorii*. Pro hoc ceſſat ratio *Ritus* de magno labore.

68 Item eſt aliud jus Tractarum tarenorũ decẽ, ut quando barcæ paruulæ portant frumentum, & victualia ad navem magnam exituram Regno, ut puta in navi exiſtente in portu Manfredoniæ, & barcę parvulæ de portu Baruli portant frumentum, & victualia ad dictam navem exituram Regno, ſolvant Baruli.

69 Item advertatur, quod non eſt idem jus in extractione Tractarum, quod eſt in jure exituræ aliarum mercium, & probat *Ritus* §. *hujus rubricæ*, & ſic apparet ſequi *Ritum* in caſibus, in quibus loquitur.

70 Item quod dicitur in *Ritu* 1. *prope fin. in rubr.* 15. *de jure cambii*, quod Rex poteſt ſtatuere in ſuo Regno poſitiua, dic, ut per *And. de Iſer. in cap. quæ ſint regalia, poſt principium*, ubi habetur etiam, quando poſſit vectigalia
71 conſtituere. Item quando alii judices poſſunt pænam imponere, & mutare, & dicas plenè per eundem *And. in eodem tit. quæ ſint regalia, eod. verb. contrahentium inceſtas nuptias*; & ſic poſſumus videre, quod poteſt Princeps legem facere, & imponere de jure, extra hunc *Ritum*; ſed quantum ad *Ritum* ſufficit, quod
72 ibi dicatur, & ſic ſtatur ipſi Rituí, cùm ſit ſtatutum, & ordinatum Regis authoritate: nam, ut in ipſo dicitur, quilibet Rex Monarcha eſt in ſuo Regno, quælibet Provincia habet ſuum Regem, de quo per *D. Andr. in tit. de nov. fidelit. form. nu.* 8. & licèt aliqui dicant, quod Imperator habet Majeſtatem, non Rex: dic, quod etiam Rex habet, & majorem poteſtatem habuerunt Reges ab initio, & translata fuit Regia poteſtas in Imperatorem, ut *per D. And. ibidem*: nam, & Æneas dictus eſt Rex Romanæ Reipublicæ, & liberi Reges habent poteſtatem Imperatorum, & Romani Populi, ut Regnum Siciliæ, quod etiam dicitur Regnum Italicum, & Theuthonicum, de quo *in allegato prox. loco.* Verùm quando non agit, ut Rex, non dicitur Rex, ut *in cap. Imperialis benevolẽtia, de prohib. feud alienat per Lothar.* nam Rex rei ſuæ imponit legem, quam vult, *in tit. de controverſ. feud. apud pares terminanda, cap. unico.* nam feuda
73 ſunt ipſius Regis, ſeu Principis, ſicut eſt Patris familias fundus, ut *ſupra prox. alleg. loc.* nam Regis boni eſt non opprimere ſubditos, nec filios, & bona tollere, ſed propter commune bonum aliquando Rex hoc facit, de quo *in tit. de capit. qui cur. vend.* §. *ſimili*: nam ſcriptum eſt, quod cùm Rex juſtus ſederit ſuper ſedem,
74 firmabitur tronus ejus, *ibidem*, & Rex debet vivere cum conſilio *cap. incipiunt conſuetudi-*
75 *nes Regni*, aliàs *hic finitur lex, in princip.* nam debet Rex, & Princeps adjuvare vaſallum, & bona ipſius, & injuriam illatam vindicari, *ibidem*: nam cui committitur Regnum, omnia, quæ ad Regem Regni pertinent, committuntur, *cap. quæ ſint regalia, verb. monetæ.*

76 Et ſi malus Rex ſit, vel malè ſe geſſerit, tunc expellet eum populus, tanquam Regem tyrannum, ſicut Tarquinium Romanum, *in allegato*
77 *proximo loco*; & licèt Rex cauſa neceſſitatis poſſit accipere res ſubditorum, ſi aliud non habeat, *ibidem*, quanvis non habeat Rex hominem, qui ſua facta dejudecet, ſed Deum, ut *in tit. quæ ſint regalia, verb. & bona committẽtium*, & quod Reges liberi habent illud jus, quod habet Romanus Pontifex, *ibidem* tamen multùm debent Reges virtuosè, & virtutis actibus ſe-
78 qui Deum, maximè in humanitate: nam Monarcha eſt in Regno ſuo, & poteſt legem condere, *dicto cap. de prohib. feud. alien. per Lothar.*
79 *l. quoniam inter*, & multi ſunt Reges liberi, ut *ſupra*, ſed non debet Rex, & Imperator cognoſcere de cauſis eorum, *tit. de proh. feud. alien. per Frid.* §. *præterea, ſi inter duos*; & Rex non conſuevit pronunciare, & qui procurat, ut Rex pronunciet, peccat: quoniam appellari non poterit, & privat partem remedio appel-
80 lationis, *d.* §. *præterea, ſi inter duos*, & quando Rex committit, ipſe, qui committit cauſam, videtur pronunciare, *d.* §. *præterea, ſi inter duos*, Et ordinatio regia, ut Caroli I. in Regno Si-
81 ciliæ, allegatur, pro conſtitutione Regni, & hoc poteſt etiam dici de legibus Imperatoris Lotharii. Aliæ ſunt conſuetudines, ſed hæc diſtinctio eſt in nomine: quia in effectu idem
82 eſt, *And. in proœm feud. circa* 3. column. & quod poſsit Rex condere legem in ſuo Regno,

Digitized by Google

ut *in proœm. feud. 9. column.* quod intellige de Regibus non usurpantibus Regna, ut *in proœm. feud. 7. & 8. colum. per And.* nam datur ali-
83 quando Rex, qui affligat populum: quia, ut dictum est, Rex potest condere leges, & à Regibus non appellatur, sicut à Principe, *d. §. præterea, si inter duos*, ubi quod Rex plus juris habet in Regno, quia transmittit ad hæredes, quã
84 Imperator; item Rex præsumitur omnia bene agere, & cor Regis in manu Dei est, *d. §. præte-*
85 *rea*, & quod non habet superiorem, nisi Deũ,
86 *ibidem*; & quãdo habet quæstionẽ cũ subditis, dat ipsis judicem etiam in tertia appellatione, & ulteriori, si justum videbitur; et si benè judicetur, dicetur sententiatum, alias non, in *d. § præterea*, & utplurimum non judicant Reges, sed alii, quibus committunt, unde creant
87 Magistratus: quia proprium Regum, & de regalibus est creare magistratus, *d. §. præterea*; & Rex est judex judicum, *ibidem*; & dicitur Rex à *rego, regis*: quia debet velle ut facta suorum
88 officialium in lucẽ veniant, *ibidem*; & cùm sit proprium Regum justitiam facere, ipsi debent discurrere, & examinare, non negligere, ut oppressiones non fiant, *ibidem*, & quod quilibet
89 Rex est Monarcha in Regno suo, & quod liberi Reges tantum habent in Regnis suis, quantum Imperator, in Imperio, ut supra dictũ est, & quod quilibet Rex est Princeps suæ Provinciæ, & quod Rex Aragonum cæpit ab electione populi; & quod ipse populus habet certas cõventiones cum Rege, in *tit. quæ sint regalia, verb. monetæ*, & eo ipso quod Populus liber eligit sibi Regem, transfert in eum omnem potestatẽ, etiã cudendi monetam, ubi debet esse immago Cæsaris, *ut Matth. cap. 22. vers. 20. & 21.* vel illius domini, qui monetam condere po-
90 test. Item, quod Rex non cognoscit in criminalibus spectantibus ad eum, ut *d. §. præterea*; & quod Rex causam læsæ Majestatis aliis com-
91 mittit, *ibidem*; Item, & quod dicitur de subveniendo Principi, seu Regi, procedit quando Dominus indiget, & pro bono communi expendit, & non habet quicquam: quia, si habet, non debet extendere manus ad iniquitates, &
92 ad bona subditorũ; Et quod boni Reges etiã injuriam propriã impune transeunt, *in tit. quæ*
93 *sunt prim. caus. benefi. amitt. cap. unic. §. porro.* Et quando credatur Principi, qui testificatur de sua intentione? dic, ut *in tit. eodem, §. nec est*
94 *alia.* Et an Rex possit minuere tempus ad denunciandum mortem feudatarii? dic, ut *ibi*;
95 Et an credatur Regi, dicenti, talem esse re-
96 bellem, & propterea concedenti feudum: quia non creditur Regi pro commodo Regis, secus si non verteretur in Regis commodum, *And. in tit. quo tempore miles, §. sancimus 2.* & hæc multa sunt dicta de Rege: quia *Ritus* facit mentionem de potestate ipsius Regis, quomodo potest statuere legem in suo Regno, & pœnam ponere.

ADDITIO

SVMMARIVM.

Ius exituræ in Regno à Friderico Imperatore impositum. num. 1.

Ius exituræ dicitur, quia de rebus, quæ per mare extrahuntur, debetur. num. 2.

Ius exituræ exigitur pro omnibus illis rebus, quæ extrahuntur, & à jure dohanæ sunt exemptæ. num. 3

Ius exituræ in quantum exigatur? num. 4.

Ius exituræ toties debetur, quoties res extrahuntur. num. 5.

Ius exituræ non reiteratur solvi, quando naves vi ventorum, aut ex aliqua justa causa redeunt. num. 6.

Ius ultimæ exituræ, sive decini *appellatur, quod solvitur pro rebus, quæ per terrã extrahuntur. num. 7.*

Ius exituræ inter jura regalia adnumeratur, & regale est. num. 8.

Ius exituræ non venit sub generali concessione, & privilegio. num. 9.

Immunitas à solutione juris exituræ, non comprehenditur sub generali concessione, & privilegio immunitatis. n. 10.

Expeditiones rerum extrahenarum non ab officialibus dohanæ, sed ab illis, quibus spectat jurium regalium exactio, debent fieri. num. 11.

Magistri Portulani expeditiones faciunt de rebus sub jure extractionis comprehensis. num. 12. tam si per infra, quàm si extra Regnum *extrahantur. nu. 13. & quomodo? num. 14.*

Regia dohana haud potest expedire res, juri tractæ subjectas, nec per infra, nec per extra; neque ad minutum per officiales, vocatos del minutillo, *non præcedentibus mandatis factis per Magistrum Portulanum. num. 15.*

Regia dohana, ejusque officiales, non possunt expedire serica cruda, licèt dicatur per imprestito, *ut laborata redeant Neapolim, nisi præcedentibus expeditionibus Magistri Portulani: quia sunt juri tractæ subjecta, & ita noviter decisum per Regiam Cameram auditis mercatoribus, & Gubernatoribus Regiæ dohanæ. num. 16.*

Ab eo, quod semel placuit, absque justa causa recedi nequit. num. 17. nam quod fuit

vo-

Digitized by Google

voluntarium in initio, neceſſariæ obſervantiæ poſtea ſubmittitur. num. 18.
Procurator ante acceptationem mandati ad nihilum tenetur; ſecus poſtquam acceptavit: nam omnia in eo contenta obſervare debet. num. 19.
Procurator generalis, utilia agens, ad aliud non tenetur. num. 20.
Geſta à procuratore, ultra contenta in mandato, principali non officiunt. num. 21.
Debitor non liberatur ex confeſſione de recepto, facta à procuratore, non conſtito de effectiva, & reali ſolutione. nu. 22. 27. *quia eſt ſpecies donationis. num.* 24. 29.
Procurator conſtitutus ad exigendum, non valet confiteri exegiſſe. num. 23.
Procurator conſtitutus ad exigendum, nequit donare. num. 25. *ac liberare, & acceptilare. num.* 26.
Procurator conſtitutus, cum mandato ad confitendum recepiſſe, debitorem non liberat, ſi de reali ſolutione nõ conſtat. num. 28. *contrarium. num.* 30.
Clauſula in mandato ad confitendum recepiſſe *reſtringitur, quando de reali ſolutione apparet. num.* 29.
Procurator generalis cum libera, confitens recepiſſe, liberat debitorem. num. 31.
Mandatum à lege tributum, non liberat debitorem, niſi conſtat à mandatario realiter fuiſſe receptam pecuniam. nu. 32.
Mandatum generale cum libera, cùm ſit ſtricti juris, ſemper reſtringitur quo ad ea, quæ tendunt in utilitatem mandãtis, non autem ſecus. num. 33. 45. 52.
Clauſulæ in mandato, quæ dant facultatem cum libera, non ex voluntate mandãtis, ſed ex formulario notariorum, deſcribuntur. num. 34.
Abuſus, & Notariorum ſtylus non debet eſſe nocivus partibus. num. 35.
Notarius quas clauſulas ſupponatur rogatus à partibus apponere? num. 36.
Notarius ſupponitur rogatus apponere clauſulas ſolitas, & conſuetas. num. 37.
Inſtrumentum non extenſum, intelligitur ſtipulatum cum omnibus clauſulis ſolitis, & conſuetis, cum quibus in caſu extentionis, extendi debet. num. 38.
Clauſula Conſtituti, & precarii *non appoſita in inſtrumento, pro defecta habetur. nu.* 39. 41. *ſed contrarium. num.* 42.
Aſſiſtentia in Regno præſtari haud poteſt, ſi in inſtrumento, non ſit adjecta clauſula Conſtituti, & precarii. *num.* 40.
Clauſulæ ſolitæ, & conſuetæ, pro appoſitis in contractibus ſemper habentur. num. 43.
Clauſula Cõſtituti, & precarii *pro cõſueta, & apponi ſolita deiudicatur, ita quod pro adjecta habetur, ſi in inſtrumento non legitur. num.* 44.
Mandatum ſpeciale requiritur, quando agitur de magno præjudicio principalis, vel ejus animi declaratione. num. 46.
Procurator generalis cum libera, valet judicis juriſdictionem prorogare inſcio principali. num. 47. *ſed ſecus. num.* 50. *eò fortiùs, ſi incompetens ſit ille prorogatus. num.* 55.
Procurator generalis cum libera, dicitur habere etiam ſpeciale mandatum ad id, quod requiritur. num. 48.
Procurator generalis cum libera, omnia agere valet, tenentque, ac ſi à principale conficiantur, num. 49. *ſi in rem ſuam ſit conſtitutus. num.* 53.
Iudicis cõſtitutio, aut electio, inter res, actuſque magni valoris, & præjudicales connumeratur. num. 51.
Iura directa, & actiones ob mandatum cum clauſula in rem ſuam, in mandatariũ transferuntur. num. 54.
Procurator, etſi cum libera, non valet tacitè, nec expreſſè conſentire, ut in cauſa procedat judex, principali ſuſpectus. n. 56. *unde, rectè recuſari poteſt à principali, & ita deciſum. n.* 57.
Monetarum cuſio eſt de Regalibus, & ſoli Principi ſpectat. num. 58.
Monetarum cuſio fieri valet ab eis, quibus conceſſa eſt. num. 59. *aut ex immemorabili præſcriptione acquiſita. nu.* 60.
Valorem monetæ dare, ſolius Principis eſt, ſicuti eum in augmentum, aut decremẽtum mutare. num. 61.
Valor monetæ à Principe præſtitus, non conſideratur intrinſecè, ſed extrinſecè. nu. 62.
Moneta duos habet valores, intrinſecum ſcilicet, & extrinſecum, ſive accidentalem. num. 63.
Monetæ valor inſpecto tempore contractus attenditur, non autem ſolutionis. n. 64.

etiamſi

Digitized by Google

etianſi adeſſet pactum de ſolvendo de moneta currenti tempore ſolutionis: quoniam non intelligitur de valore, ſed de uſuali. num. 65. dummodo debitor non ſit in mora ante hanc mutationem. num. 66.

Monetæ valor, loci contractus, an loci ſolutionis attendi debeat? num. 67.

Monetæ valor tempore contractus eſt attendendus, etianſi ſolutio fiat vigore pacti de retrovendendo, aut rerum venditarum habita fide de pretio, nil obſtante, quod mobilia vendita fuerunt. n. 68. 69.

Venditio facta ſub conditione, pro perfecta non habetur. num. 70.

Venditio rei mobilis, vel immobilis cum pacto de menſurando, menſura pendente non eſt perfecta. num. 71.

Periculum rerum mobilium, vel immobiliũ, venditarũ ſub conditione de menſurando, cedit in damnũ venditoris. n. 72.

Menſuratio fieri in pactum deducitur, ne plus datum, quàm venditum ſit, & ne ſolvatur plus empto. num. 73.

Venditio quando intelligatur ad menſuram, non autem ad corpus? num. 74.

Menſura in dubio non eſt accipienda loci contractus, ſed rei ſitæ. n. 75. cõtrariũ. n. 76

Periculum rerum venditarum in peremptionis caſu, pendente conditionis adimplemento, cedit in damnum venditoris; ſed in caſu deteriorationis cedit in damnum emptoris. num. 77.

1 INter alia jura, quæ noviter à Friderico Imperatore in hoc Regno introducta fuere, illud, de quo in præſenti *rubrica* agitur, jus ſcilicet exituræ, connumeratur, Regens Moles *deciſ. R. C. §. 6. membr. 8. nu. 1. & §. 15. de*
2 *offic. Magiſtri Portulan. num. 13.* & bene ſub hac *rubrica de jure exituræ* collogatum, quia per mare fit, dicit Reg. Ga-
3 leota *reſponſ. fiſcal. 28. num. 66. 67.* pro quo ex omnibus illis bonis ſub dicto jure enumeratis, & ab illo dohanæ exemptis, Andr. de Iſernia *in conſtitut. Regn. quanto cæteris*, Reg. Moles *in loco mox laudando*, quæ ab hoc Regno per
4 extra exeunt, ac extrahuntur, certum quid ſolvitur, nempe pro qualibet uncia tareni tres, & ad rationem ducatorum
5 decem pro quolibet centenario; at quia hoc jus reperitur fundatũ ſuper exituræ actu, & cauſa, inde axioma oritur, toties deberi, quoties res extrahuntur, Regens Moles *dicto §. 6. memb. 8.* & determinavit R. C. *in 6. arreſt. gener. recollect.* per
6 Reg. de Marin. niſi ventorum vi ad Regni marinas, & portus redeat, unde tempeſtate ſedata, ac ceſſante vẽtorũ impetu, recedit, aliàs ſi ſecus, exeũdo, ſolvere debeat, ut *in d. arreſto*; quo ad alia verò jura, diximus ſupra in *rub. 3. de fundico flagelli.*

7 Et hoc etianſi per terram extractio fiat, quod tamen appellatur *jus ultimæ exituræ*, ſive *decini*, de quo latè Reg. Mo-
8 les *in dicto §. 6. membr. 9.* & hæc tanquã membra Regiæ dohanæ, etſi nullum jus ex rebus ipſis exigatur, prout dictum eſt: nã ut adnotavimus in *præcedenti rub. n. 1.* hoc *Dohanæ* nomen, nil aliud ſignificat, niſi Regiorum jurium exactio. Inde non eſt mirum, ſi ſub eadem hoc jus regale connumeratur, cùm inter regaliæ jura veniat, Reg. Moles *deciſ. R. C. S. d. §. 15. quæſt. 1. nu. 12.* Capiblanc. *de Ba-*
9 *ronibus, in pragm. 1. n. 326.* taliter quod, nequaquam intelligitur in conceſſione, & privilegio comprehenſum, niſi de eo expreſſa ſit facta mentio, Reg. Moles
10 *dicto §. 15. quæſt. 1. nu. 11. & 17.* prout quoque de ejus exemptione, & immunitate, ut tenuit Regia Camera, & conſuluit, à qua non eſſe recedendum, dixit
11 Reg. Salernitanus *deciſ. 33.* ita quod cũ in eo Regia dohana nullum habeat intereſſe, per dohanarum officiales non fiunt, nec fieri debent principales expeditiones, ſed per illos, ad quorum munus ſpectat, jurium regalium, quo ad extractiones, exactio, ad id à Regibus electos, cùm Regibus ipſis ſpectet, pro bono, & regimine publico, exituras omnes, earũque partes cuſtodire, ne res ſub extractionum prohibitionibus comprehenſæ, extrahantur abſque debitis beneplacitis, & expeditionibus, cum dirictuum ſolutione, Reg. Moles *deciſ. R. C. S. dicto*
12 *§. 6. memb. 8. 9.* quibus obtentis ab extrahente expeditionibus, ſervata in omnibus forma à *Regiis Pragmaticis* deter-

Digitized by Google

determinata *sub tit. de extractionibus* à Regiis Magistris Portulanis omnia adnotãtur, cum ipsis presentãdę sint,& ab ipsis pro eorum observantia debitæ fiant expeditiones, sive mandata : quoniam ab ipsis, exactiones diri-
13 ctum fiunt ; & hoc tam si per intra, quàm si per extra Regnum expeditiones
14 fiant,cum distinctione tamen, ut intra valeant Magistri Portulani cautiones recipere de reproducendo validos responsales īmissionis sequutæ in destinato loco intra Regnum;extra verò de solutione jam facta directuum extractionis
15 Regiæ Curiæ spectantium ; quibus de causis cùm fuisset, & multoties per Gubernatores, & officiales Regiæ dohanæ prętensum, taliter expeditiones fieri, nullis attentis mandatis à Magistro Portulano antea expeditis,ad minus pro rebus minutim excluſi fuerunt (nulla habita ratione de provisionibus; nemine audito per Gubernatores ipsos ãtea obtentis, validè expediendi circa biscentum rotula per intra) multiplicatis ordinibus, provisionibus, ac decretis in contradictorio per R.C.S.emanatis; itaque,cùm res,simplicibus expeditionibus Regiæ dohanæ, & illorum de minutillo, expeditæ essent, interceptæ fuerunt,& pro talibus habitæ, venditæ, ac pretium in Regii fisci beneficiũ incorporatum;veluti evenit anno 1648. super intercepto cannavi pectenati rotulorum quatuorcentum septuaginta unius,stuppæ maturatæ rotulorum tercentum octoginta unius, & stuppæ cũ pice rotulorum nonaginta octo, licèt fuissent expeditæ diversis personis cum chyrographis divisim, ob divisam ut supra faciendã quãtitatẽ, ab officialib. de Minutillo,ut in actis penes deLaurentio intitulatis pro Regio Fisco, contra nonnullos mercatores, de quibus etiam penes Reg.Consil.Rocc. *de officiis,in fine dicti tractatus in addit.num.* 10.quapropter renovata fuerunt banna pro observantia omnium prædictorum, & ita emanantur continuatis temporibus, ne veniant in oblivionem.

16 Quibus inde rationibus, cùm serica subsint extractionis juri, dum pro qualibet balla solvuntur Regiæ Curiæ duc. viginti : & cùm per Regiam dohanam expedirentur cum obligatione de illa reimmittendo laborata in eandemmet dohanam ; per Regiam Cameram fuit ordinatum ad Regii fisci petitionem, ne procederet ad expeditionem prędictam, etiam attento cap. 26. instructionum præfati Magistri Portulani; & cùm adversus prædictum ordinem, comparuissent mercatores hujus Civitatis, allegãtes,reperiri in hac possessione tali modo expediendi per Regiam dohanam, & in eadem esse manutenendos, eò fortiùs, quod expeditio prædicta vulgariter dicebatur,*per impręstito*, dum res asportabantur animo reimmittendi, & quod propterea non erat propria extractio ; per decretum domi interpositum per tunc Dominum causæ commissarium, obtinuerunt, reservatis juribus magnif. Magistro Portulano, si quæ competunt in petitorio;à qua determinatione cùm fuerit appellatum, & obtenta decretatio de relatione facienda in R. C. S. accessit Regii Fisci inhærentia; dicebatur, quod de supposita possessione nulla erat habenda ratio,ob juris resistentiam, titulique deficientiam : dũ Regia dohana haud valet(cùm ei sit expressè prohibitum)expedire,tam per intra, quàm per extra Regnum,res juri tractæ subjectas, asque mãdato Magnifici Magistri Portulani ; ideoque nullo modo erat manutenibilis, ex allatis per Nos *in rub.* 2. *num.* 77.78.*& in rub.*5. *à numer.* 261.& ad causæ, sive principalis negotii expeditionem erat procedendum, nulla habita ratione presuppositæ possessionis, ob commistam in ea proprietatem; cujus exitus attendendus quotiescunque possessioni juris repugnantia concurrat, ne dum quia titulus deficiebat, verùm etiam, quia acquiri non potuerat ; propter quod possessorium ipsum à petitorio haud erat separandum,Reg.Rovit.*consil.* 58. *num.* 6.7.*lib.* 1.Reg.de Filipp. *dissert. fiscal.* 3. *num.* 83.84.85.86. Postius *de manuten. obser.*43. tum etiam quia Regio Fisco, de cujus cautela agebatur, nõ erat præjudicatum ex negligentiis commissis per prętéritos Magistros Portulanos, nõ observantes eorum instructiones, ad qua-

quarũ obſervãtiã duplicite adſtringũtur. *poſitivè* adimplendo, & *negativè* non permittendo, quæ fieri nequeunt, Reg. Conſil. Rocc. *in dicto tract. de officiis in proœmio num.* 14. aliter delinquunt, Reg. de Philippis *diſſert. fiſcal.* 14. *num.* 14. Reg. Conſil. Rocc. *ubi ſup. num.* 16. quorum delicta haud valent Regio Fiſco præjudicare; eò fortiùs, quod quotieſcunque caſus evenit proviſionis adminiſtrationis dicti officii Magiſtri Portulani in proprietariis, aut in eorũ ſubſtitutis; conſignãtur inſtructiones in quibus expreſsè hoc mandatur in cap. 26. & multa ſimilia banna emanata ſunt priſcis, ac modernis temporibus; ita quod ſi ſola murmuratio ſufficit ad impediendum, ne alicui jus aliquod acquiratur, Reg. Moles *deciſ.* R. *C. S.* S. 17. *quæſt.* 4. *n.* 17. quid ex tot actibus poſitivis expeditionum inſtructionum, & ordinibus emanatis? Nec illud quod dicebant mercatores *dell' impreſtito* militare poterat: ex quo ſemper erat extractio de loco ad locum intra Regnum, quæ erat ſub prohibitione in inſtructionibus, & bannis, abſque mandato Magiſtri Portulani, à quo ſunt capiendæ fidejuſſiones mandatæ in *Ritibus hujus rubricæ, cap. Regni* 2. *&* 105. *& aliis, allatis* per Goffredũ noſtrum *hic n.* 62. *verſ. infra Regnum, & num.* 63. in inſtructionibus, & bannis prædictis, de præſentando reſponſales, quæ demum in computis, quæ quolibet anno per Magiſtros Portulanos præſentantur in ipſa R. C. producuntur (quod non fit ab officialibus Regiæ Dohanæ) ut ſciatur, ſi res illæ immiſſæ fuerint in deſtinato loco; aliter eſſet in mercatorum arbitrio, aſportare quo vellent, & forſitan extra Regnum in damnum Regiæ Curiæ, cui ſpectat jus Tractæ; & producta fuerunt multa exempla diverſarum rerum juri Tractæ ſubmiſſarum, quæ, etſi vulgò *per impreſtito* de uno ad alium aſportentur locũ, hoc tamen non fit, niſi præcedentibus expeditionibus prædictis, & fidejuſſionibus captis à magnif. Magiſtro Portulano; quapropter per R. C. S. ad relationem Præſid. D. Adriani de Lanzina, y Vlloa ſub die 25. Maii 1686. fuit ſuſpenſum ſupradictum decretum domi latum per tunc cauſæ cõmiſſarium ſub die 27. Martii 1685. & deciſum in favorem Regii Fiſci, & Magiſtri Portulani, in banca de Laurentiis pro cujus decreti obſervantia fuerunt demum expeditæ proviſiones Gubernatoribus Regiæ dohanæ, per quos fuerunt fideliter obſervatæ, prout hactenus obſervantur.

Ad num. 31.

17 EX Bonifaciana regula illud deſumitur aſſumptum: *quod ſemel in placitum fuit, ampliùs diſplicere non debet*, unde à proprio facto, ſuum ob præſtitum beneplacitum, nemo, abſque juſta, vel rationabili cauſa, recedere valet, ut *in regula* 21. *de regul. juris in* 6.
18 ita quod rationabiliter altera deſumitur regula à diſpoſitis per Imperatores in cõſtitutione imper. *in l. ſicut initio*, 5. *C. de action. et oblig.* licere cuilibet in actus initio, ad actus perfectionem non advenire; ſed, ſi demum advenerit, illud, quod initio attento, voluntarium erat, ex poſt facto, neceſſariæ ſubmittitur obſervan-
19 tiæ. Ex hoc abſulutoque in libero, procuratoris arbitrio eſt, ſi, ſe in mandato contentis ſubmittere velit, vel ne, ante illius acceptationem, verùm, ipſa ſequuta, ad omnia in mandato comprehenſa obſervandum adſtringi poteſt, juxta Pauli deciſionem *in l. ſi mandavero tibi*, 22. *§. ſicut autem liberum, ff. mandati*, Fontanella *deciſ. Cathal.* 1. *nu.* 16. 17. 18. *tom.* 1. propter quod omnia in mandato contenta, omni ſtudio, ac diligentia ſervare debet, & cuſtodire; ſi
20 modo certam, & determinatam, non autem generalem contineret formam: quoniam in ſecundo caſu, utilia peragere ſufficeret, ut jura exclamant, juxta diſpoſita per I. C. *in l. diligenter*, 5. *l. poteſt*, 41. *& l. fin. §. mandavi tibi, ff. mandati*, & per Summos Pontifices *in cap. cùm veniſſem, de eo, qui mitt. in poſſeſſionem; & in clemen. non poteſt, de procu-*
21 *ratoribus*; aliter mandans non tenetur, cùm omnia á mandatario geſta nulla ſint, & mandanti non officiant, cùm ultra mandata, & citra mandantis conſenſum, careat facultate, ſinè qua rectè,

atque

Digitized by Google

ãtque legitimè procedi minimè valet, Præsid.de Franch.*decis.699. nu.2.* Reg. Capyc.latr.*consul.for.92. num.6. tom.2.* Valleron *de transact. tit.4. quæst.5.n.8. in medio*, Anton.Faber *in ration.in dicta*
22 *l.diligenter*, 5. *tom.5.* & per hoc non liberatur mandantis debitor, ex simplici confessione de recepto per procuratorem facta, non constito de effectiva, & reali pecuniarum numeratione, ac so-
23 lutione: quoniam mandatum exigendi nõ sufficit ad recepisse confitendũ, quod valde diversũ est, à facultate mandatario
24 tributa; quo in casu, talis confessio ad donationis actũ restringitur, & procura-
25 tor, simpliciter cõstitutus ad exigẽdũ, donare nequit, cùm careat facultate do-
26 nandi citra principalis consensum, inde neque liberare, neque acceptilare potest, cùm mandato careat, quia quod actum est, á mandato separatum esse dicitur, ac dignoscitur, *l. per procuratorem, 3.ff.de acceptilat.l.non abstulit, Cod. de novat. l. si debitorem meum*, 21. *ff. eod.l.certum*, 6. §. *sed an, & ipsos ff. de*
27 *confessis*, Capyc.*dec.16. num.7.* quo in loco asserit, S.C. non habuisse rationem de solutionum apocis productis, dum non verificabatur numeratio procuratori ad exigendum facta, sed ipsius acceptilatio, ac de recepto confessio, Io: Paul. Montanarus *in commentar. ad pragm.5.§.10. num 31. de administrat. Vniversi.* Gottofred.*in dicta l. non abstulit*, 4.Roman.*cons.352.num.2.3.* Guidus *de confessione, par.6.cap.1.num.15.* Maresc.*var.res.lib.2.cap.93. nu.* 2. Surd. *decis.229.num.28.* Pract.Papiens. *in form.libel. in action.hypothecar. in verb. mutuo, n.23.* Franc.Hotmanni *quæst. Ill.* 34.*vers.acceptilatio inquit*, Muñoz de Escobar *de ratiociniis*, *cap.23. num.31. cum multis sequentibus*, Caracciol.*decis.*
28 *sicil.15.num.1.* etsi de facultate recepisse confitendi mandatum procurationis haberet, amplectendo Bart. doctrinam *in l.2.§.mutui autem datione, ff. si cert. pet. num. 6.* quam sequuta fuit Curia
29 Præturæ, ut refert in *loc.cit.num.4.* cùm restringatur ad confitendum recepisse, quod realiter, & effectivè fuit numeratum, non autem nulla sequuta numeratione; in damnum, scilicet, mandantis: quia tenet contra mandatarium confitentem: cùm aliter donatio foret, & in dubio procuratori donandi facultas nõ videtur concessa, Practica Papiens. *loc. cit.num.24.* Caracc.*ubi supra, num.3. in fine.*

30 Cui adversatur altera DD.sententia, rebus etiam judicatis fulcita, ne verba illa *ad recipisse confitendum*, & similia, frustra intelligantur appositа, & ut aliquid pluris operentur, quàm simplex mandatum ad exigendum, cùm sufficiens foret, si de eo tantùm intellexisset mandans, facultatem tribuisse exigendi; quapropter, dum ad præfata verba pervenit, ultra progressus est in facultate, & sic debitorem liberari, & mandantem ad observantiam teneri, prout determinavit Regia Cam. & Collaterale Cons. rejecta Bart.doctrina *in decis.410.* Reg. Rever.*tom.2.* à qua non esse recedendũ, concludit Reg. de Marin. *in observat.* ex Marescot. *Variar. res. dicto cap. 93. num.3. & seqq.* de Luca *ad Præs.de Frãch. dicta decis.699.num.4.* Guid. *de con-*
31 *fessione, dicto cap.1.par.6.num.4.* præsertim, si sit mandatum generale cum libera, ob quam facultatem, ab homine præstitam, nedum de recepto cõfiteri valet, verùm etiam mandanti per confessionẽ ipsam præjudicium inferri; & sibi imputet mandans, si non idoneum procuratorem elegit, aut se non explicavit in confectione mandati, ne tam largè pro-
32 cedere procurator valeret; quod ita nõ esset, si à lege hæc libera facultas tribueretur, dũ lex semper assistit, favetq; illis, quibus ex ejus dispositione administratio confertur, *l.procurator, cui generaliter, 58.ff. de procurat.* Gloss. *in dicta l.non abstulit, verb.liberavit, prope finem*, Capyc. *dicta decis.16.nu.9.10.* de Luca *ad Præs.de Franch.loc.cit.* Surd.*ubi supra numer. 25.* Guidus *de confessione, dicto cap.1. num.18.* Muñoz de Escobar *loc. cit. num. 43.* Vela *in prælectione ad cap. fin.de procurat.in.6.p.2. num.25.* & decisum in Aragon. Senatu, refert Regius Cons. Vargas *decis.10.*

33 Verũeninverò, etsi generaliter cõstitutus appareat procurator cũ libera facultate, ita ut ea gerere valeat, prout ipse mãdans, ob liberas, quas habet habe-

Digitized by Google

nas, ex jurium dispositione, Doctorumq; sententia apud Velam *loc. cit. num.* 20. Attamen non ita largo modo intelligenda sunt, ac interpetranda, sed cum moderamine, & juxta mandantis mentem, quæ desumitur esse secundùm necessitatem, ac ejus utilitatem, itaut quæ ad principalis utilitatem, & beneficium tendunt, possit conficere, non autem res præjudiciales, ad quas nunquam extendi potest tale mandatum, licèt cum libera, cùm stricti juris sit, & ideo comprehendere nequit incognita, & mandanti præjudicialia, ad que extendi minimè potest: quoniam similia mandata nunquam conceduntur, ut valeant damnum inferre, & constituentis patrimonium damnificare, minuere, vel in aliquo præjudicare: debet enim procurator ad mãdantis tuitionẽ evigilare, dãnaque vitare, ut patrimonium, juraque ipsius conserventur, ac augeantur, & nõ è contra, ex eleganter congestis per Ant. Fabr. *in Ration. in l. procurator tutorum, 63. ff. de procurator.* cui inhærent Altim. *in tract. de nullit. rubric. 11. quæst. 25. num.* 25. quo loci ita judicasse S. C. refert, de Luca in *spicileg. de cession. jur. & action. quæst. 69. num.* 4. Christin. *ad*
34 *leg. municipal. tit. 1. art. 25. num. 9.* eò fortiùs, quod clausulæ, ex quibus in mãdato deducitur concessa administratio, & facultas cum libera, à Notariis nescientibus earum vim, ex imperitorum cantilena, & formulario describuntur, & apponuntur, non autem ex voluntate, & mandantium expresso consensu, & deliberatione ad ita, & non aliter man-
35 dandum; qui Notariorum abusus, exordinatusque stylus, constituentibus, præjudicium aliquod afferre non debet, quasi, quod vim specialis mandati habeat in præjudicialia agendo, ob prædictarum clausularum insertionem, citra expressam constituentium voluntatem, Covarr. *var. res. lib. 1. cap. 6. num. 3. ante vers. sexto ex his*, Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. lib. 7. tit. 16. num.* 41. Gaspar Thesaur. *quæst. for. 1. num. 13. lib.* 4. Ant. Pichard. *super Instit. §. venditæ,* 40. *num.* 8. *de rer. divis.* ultra alios, relatos per Velam *loc. supra cit. num.* 26.
36 Christin. *loc. prox. alleg.* quib. de clausulis nequaquam supponitur à partibus Notarius rogatus: quia non sunt de cõcernentibus ad contractum, sive mandati executionem, vel ipsius majorem dilucidationem, sed de per se, & novum producunt effectum contractum, sive mandatum, Præsid. de Franch. *dec.* 567. *num. 3.* cũ accidentalia sint, non autem contractus naturalia, itaut sinè earũ existentia nequeat contractus subsistere, unde, etiam si omissæ, pro appositis habeantur, habito pro rogato Notario de ipsarum appositione pro ipsius actus substentatione, tanquam naturaliũ contractus, & ad ejus officium pertinentiũ; prout secus de accidentalibus, quæ dependent à mera partium voluntate, quæ aliquando apponi solent, aliquando nõ, prout partes voluerunt, & contrahere, ac mandatum conficere intellexerunt; at quoque de substãtialibus aliud clausularum genus á DD. compertum, de quibus nunquam Notarius rogatus intelligitur, Præs. de Franch. *dec. 302. nu.* 8. Reg. Consil. Marcian. *cons. 57. num. 5. cum seq. tom.* 2. Gayt. *de credit. cap. 4. quæst. 6. num. 249. cum seq.* Præs. Merlin. *controv. for. cap. 35. nu. 9. tom. 1.* Regius Consil. Rocc. *resp. decis. 13. num. 3. usque ad num. 7. inclusivè tom.* 2. de Luca *ad Franch. dicta decis. 567. num.* 2. Covar. *var. res. lib. 1. cap. 15. num. 9. tom.* 2. Castill. *decis. Siciliæ, 5. nu. 27. cum duobus se-*
37 *quentibus tom. 1.* etsi Reg. de Marin. *in cap. 196. tom. 1. res. jur.* ubi Rodoer. & omnes alii ejusdem sententiæ, teneant, semper præsumi rogatum esse Notarium de apponendo solitas, ac consue-
38 tas clausulas: quia loquuntur in extensione, & instrumenti reassumptione, quo in casu, si extensum haud invenitur in protocollo, vel non adhuc reassumptũ, extendendum est, & reassumi potest juxta formam, atque Notarii stylum in cæterariis clausulis extendendis, & sunt quæ sub dictionibus illis, *&c.* & *&c.* comprehẽduntur, Pract. Papiens. *in forma libelli pro turbata possessione, verb. cõtra*, & sic de contractuum naturalibus, non autem de substantialibus, ac accidentalibus, ex rationibus ante dictis, Præs. de Franch. *dicta decis. 567.* Regius Consil. Rocc. *dicto resp. 13. tom. 2.* de Luca

ca

Digitized by Google

ca *in dicta decis.567.*

39 Ita quod valde inter DD.disceptatũ reperitur de clausula *Cõstituti, & preca-*
40 *rii*,cujus concursus,ut,cõtra tertiũ creditor obtinere valeat jure assistendi,per Regiam Pragmaticam *unic. de Assistentia* in instrumeto obligationis requiri-
41 tur: cũ inter contractus naturalia haud esse desumatur, itaque si non legitur, pro omissa habetur,& non censetur pro apposita,prout judicasse S.C.refert Reg. Cons.Hodier.*controver.for.cap.44.num.* 81.*in fine*,Lagan.*ad Reg. Rovit. in dicta pragm.unic.de assist.vers.contrarium verò substituerunt*,Muscatell. *prax. S. C. lib.2.part.1.gloss.sententia,nu.*142. *cum sequẽ.*Alderisius *de assistentia,quæst.*19.
42 *num.*19.cum aliis,relatis à Io: Leonardo Rodoerio *in consil.29. num.*30. Sed contraria est magis tuta sententia,rerũ judicatarum authoritatibus roborata, ea itidem ratione magis substantiali; nam clausula prædicta,non est mutativa,vel alterativa contractus,obligationis, & hypothecæ in eodem contentæ, sed præfata reddit efficaciora, & nihil de novo inducit, firmãdo, & roborando in contractu conprehensa,quo ad exercitium hypothecarię bonorum obligatorum; quapropter uti communis, & solita apponi ad hunc finem, si omittatur,pro adjecta habetur: quoniam semper præsumitur, Notarius fuisse à partibus rogatus de apponendis clausulis omnibus,ex quibus,tanquam solitis,& frequentioribus ad hunc effectũ apponi, uti partium cautelas respicientib. hypothecæ,cõtractus,& obligationes efficaciores redduntur; & juxta eas semper præsumendum est, partes contrahere intellexisse, ac viam elegisse, nõ autem, recedere voluisse ab omni eo,
43 quod de cautela, & consuetum est in omnibus ferè contractibus, obligationibus,& hypothecis quotidie apponi, à quo consueto nunquam esse recedendũ jura exclamant, ut pro non adjecto habeatur,prout Imperatores *in l.generaliter*,28.*in fine*,*Cod.de fidejuss.* & Pontifices *in cap.cùm M. Ferrariensis*, *de constitution.*Aflict. *in Constit.Regn. Bajulos & omnes*,*à nu.*13.Præs.de Franch.*decis.* 302.*num.*8.Præs.Covarr. *in rubr. de testam.p.2.num.*40.41.*tom.*1.Acacius Ripolla *var.res.cap.7.de jure emphit. num.* 8.9.Cancer.*var.res.cap.* 14. *de locat. & conducto,num.*25.26. *lib.*1. Fontan. *de pact.nupt.claus.*4.*gloss.*25.*num.*74. Menoch. *de præsumpt.lib.*3. *præsumpt.* 43. ultra alios, relatos per Reg. de Marin.
44 *res.jur.cap.*281.*num.*1.*lib.*1. inter quas adnumeratur hęc *Constituti,& precarii*, per quam non augetur, neque alium producit effectũ,sed hypotheca,& obligatio, nę dum redditur efficacior, sed & ipse contractus,hypotheca,& obligatio magis roborantur, & exequibiles redduntur; meritò uti de consuetis pro appositis haberi,& de tali appositione Notarium esse rogatum censeri, dicunt Aflict.*ubi supra num.*16.Reg,Consil.de Anna *cons.*93.*num.*25.26. *lib.*2. Præs. Merlin.*controver.for.dicto cap.*35. *num.* 15.*lib.*1.Reg.Cons. Arias de Mesa *var. res.cap.*33.*num.*12. *lib.*2. Reg, Sanfelic. *in prax.judic.sect.*6.*num.*11. Laganar. *ubi supra in princ.* Reg. de Marin, *dicto cap.*281.*à nu.*5.Gallupp.*prax.S.C.part.* 2.*cap.* 9. *num.* 27. ubi Rever. Vic.Gen. D.Franc.Verde *lib.D.* Vivius *decis.*518. Masull.*ad Capyc.dec.*159.*num.*17. Barbat.*de assistent.gloss.*7.*à num.*48.Io:Leonar.Rodoer.*ad Reg.de Marinis in dicto cap.*196.*à num.*5.*& dicto consil.* 29. *nu.* 29.*&* 33.& ita multoties, tam priscis, quàm modernis temporibus, nostra Tribunalia determinavere, per ea, quæ habentur penes Cæsarem Vrsill. *ad Aflict.dec.*139.Præs.Merlin. *dict.controv.* 35.*n.*8.*&* 28.*in fine*,& Nos obtinuimus in M. C. V. ad relationem tunc Iudicis D.Ioseph Pontecorvi,dum fuit præstita assistentia in clientis nostri beneficium, contra tertium, nil obstante,quod in instrumẽto bonorum obligationis,clausula prædicta,non aderat.

45 Sed ut redeamus, unde profecti sumus;si damnum aliquod, aut præjudicium,per procuratorem,etsi generalem, & cum libera,factum sit, non præjudicat domino, ut adversus illud venire nequeat factum revocando:nam ut à nõ habente potestatem, confectum, nulla est habenda de eo ratio: quoniam multi sunt casus, qui á procuratore fieri haud permittuntur,licèt cum libera, quæ illicita, & damnosa non comprehendit, ut supra diximus *num.* 33. Muccius *ad*

Sanfelic. decis. 58. num. 4. lib. 1. Cancer, *var. lib. 2. cap. 14. de procur. num. 8. 9.*

46 vel ob speciale mandatum, quod requiritur, prout semper concurrere debet, quousque sumus in re requirente mandantis animi declarationem, & in re magni momenti, & præjudicii, Reg. Conf. Hodier. *ad Surd. decis. 215. nu. 9.*

47 qua ratione sic stante, etsi aliqui tenuerint, sufficere ad judicis jurisdictionis prorogationem generale mandatū cum libera, ut á procuratore, ipso domino insscio, prorogari valeret, cui stare demum deberet, prout referuntur à Cancer. *var. res. cap. 14. num. 32. lib. 2.*

48 ex quo, mandato tali fulgens, quo ad omnia, speciale mandatum habere intelligitur, *l. procurator cum libera, & l. mandato, ff. de procurat.* Donad. *in mox laudando loc. n. 119.*

49 advenire juridicè valet, ōniaq; peragere, ac si ipsemet dominus cōstituens fuisset, modo quo peracta omnino habenda sunt, ac si ab ipsomet constituente confecta fuissent, cui inde nocere debent, ex text. *in l. sicut, 8. S. si procurator, ff. quibus modis pign. vel hypothec.* fol. Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 3.*

50 *quæst. 110. num. 89. 90.* Attamen in contrarium est magis communis, jurique consona DD. sententia, cui videtur inhærere idemmet Cancer. *variar. lib. 1.*

51 *cap. 21. num. 40.* cùm quo omnes pertranseunt; quoniam inter res magni momenti, & valde præjudiciales, novi judicis constitutio, vel electio adnumerantur, Reg. de Marin. *res. jur. cap. 66. num. 7, 8. in fine, lib. 1.* Reg. Conf. Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 3. nu. 1143.* Donad. *de renunc. cap. 18. nu. 119. vers. & speciale,* Valleron *de transact. tit. 4. quæst. 5. nu. 43.* Mattheus Berlich.

52 *pract. conclus. 5. num. 2. par. 1.* ad quæ tanquam speciale mandatum requirentia, nunquam mandatum cum libera extendi potest, ex rationibus supra de-

53 ctis *num. 33. & 45.* & Iuris Consultus *in dicto §. si procurator* loquutus fuit nō de procuratore cum libera, sed in rem suam, ibi: *itenque, & si à parte creditoris*

54 *procurator in rem suam extiterit:* nam ope talis mandati, omnia directa jura, & & actiones in mandatarium ipsum trāslata sunt, taliter, quod omne commodum, vel incommodum, utilitas, vel dānum, ad ipsum pertinet, non autem ad mandantem, ex vulgatis, & in terminis terminantibus juribus, & DD. allegatis ab Olea *de cessione jurium, & action. tit. 1. quæst. 2. num. 35. cum sequentibus.*

55 Eò fortiùs, si judicis incomperentis jurisdictio prorogata sit, haud domino præjudicare valet, sinè specialissimo mā-

56 dato; ut si passus sit tacitè, vel expressè consentiendo, ut coram suspecto judice procedatur; aut ipsum in judicē eligendo, qui ratione alicujus causæ juris suspitione suo principali est penitus incōpetens, ex text. *in l. procurator, cui generaliter, ff. de procur.* concludunt Cancer. *var. dicto cap. 21. num. 47. vers. judicem,* ibi: *judicem igitur suspectum juris suspitione, procuratorem sinè speciali mandato approbare non posse, est recepta sententia: cùm, nec procurator possit sinè speciali mandato judicis incompetentis jurisdictionem prorogare,* Scialoya *de foro compet. cap. 12. num. 122. infine,* Novar. *in rubr. Pragm. de suspic. num. 5.* ibi: *& quanvis procurator consenserit in judi-*

57 *cem, poterit recusari à parte;* & determinavit S. C. in recusatione, proposita per Ill. Ducem Gravinæ in causa cum creditoribus Ducis D. Petri Vrsini, in personam Regii Consiliarii Iosephi Canalis Fratris consanguinei Regii Consiliarii Caroli-antonii de Rosa, qui erat unus ex creditoribus; etsi in primo decreto, de quo pendebat ad instantiā aliquorum creditorum privilegiatorū remedium in integrum restitutionis, interveniisset, & suū præstitisset suffragiū, præcedente expresso consensu, coram omnibus Senatoribus de Aula votantibus, Vtriusque Iuris Doctoris Aloysii Chiaese agentis, & procuratoris generalis cum libera dicti Ill. Ducis, & notato in libro Magnifici Secretarii S. R. C. ac tamen proposita formiter per dictum Ill. Ducem suspicione, dictum fuit, quod nō interveniret, & hoc ad relationē Regii Conf. D. Laurentii Folch de Cardona, d. causæ suspicionis Cōmissarii, & domini mei singulariissimi, sāguine, ac doctrina præclari: (qui post quā demoratus fuit in almo Collegio majori Sācti Ildephonsi Vniversitatis de Alchalá,

là, habita meritorũ ratione, in hoc Regii Conſiliarii munere aſſumptus; ac demum ad res Eccleſiaſticas flectens animum, Sacerdotali ordine decoratus, ab Ill.ac Reverend. domino Hiſpalis Archiepiſcopo, nedum illius Eccleſiæ Canonicus, ac Theſaurarius, verùm etiam & totius Diœceſis Vicarius Generalis electus fuit; ac in ejus ſibi cõmiſſæ provinciæ miniſterio, & ſubditis, & Prę ſuli, & Eccleſiæ fulgorẽ præbuit, & ad præſens à Sua Catholica Majeſtate ad munus Inquiſitoris Cordubæ promotus) votantibus Domino D. Felice de Vlloa S.C. Præſide, D. Petro Cortes, & quõd. D. Io: baptiſta de Afflicto, Regiis Conſiliariis ſub die 11. Septembris 1682.

Ad num. 39.

58 NEmini ignotum eſt monetarum cuſionem, & confectionẽ ad ſo-
59 lũ ſpectare Principẽ, quia de Regalibus; illis tamen exceptis, quibus ex ſpeciali
60 privilegio talis ſit tributa facultas. Ex quo oritur acquiri poſſe hoc jus, ſive cudendi monetas facultatem, ex conſuetudine, ac immemorabili præſcriptione: dum omnia, quæ ex privilegio acquiri, & detineri poſſunt, ex cõſuetudine, & præſcriptione, acquiri, ac detineri poſſe, vulgata ſunt jura; inde præfatis, & non aliis hoc munus cudendi monetas competit, ita ut ipſo uti valeant, ex latè diſcuſſis per Larream *deciſ. Gran. 12. num. 6. par. 1.* De paz *ad leges Styli in l. 78. num. 72.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 139.* cum aliis relatis à Cortiada *dec. Cathal. 87. num. 8. 9. part. 2.* Bened. Carpzou. *ad legem Regiam German. cap. 8. ſect. 7. & 8. & intract. variar. tractat. de modis conſtituendi feudum conventione, & ſucceſſione feudali, diſp. 5. quæſt. 5. in tit. 8. 9. 10. aureæ bullæ Caroli quarti Imperato-*
61 *ris*, Ipſique Principi tantùm competit monetis valorem præſtare, prout etiam ipſum augere, vel diminuere ad ſui libitum, ut prę ciſa neceſſitas ſuadet, Larrea *deciſ. Gran. 13. num. 15. part. 1.*
62 inde deduci, haud valet, pecuniam ſuũ conſequi pretium ex intrinſeco, materiæ, aut metalli æſtimatione, ſed ab extrinſeco, ſcilicet conſtitutũ à Principe, vel ab illo, cui, modis jam antea dictis, talis aſſiſtit authoritas; & ſic habetur quaſi quod à publica authoritate indu-
63 catur, Larr. *d. deciſ. 12.* ita quod quælibet moneta duos in ſe habet valores, intrinſecum ſcilicet, & accidentalem, ſive extrinſecum, ad aliud reflectentẽ, nõ ad materiæ ſcilicet, ſed æſtimationis va-
64 lorẽ, juxta quem contrahendo, attento contractus tempore habendum eſt, pro cauto, quod partes egiſſent, dũmodo de futuro forſitan eveniendo novo auctivo, vel minorativo valore cogitatum minimè ſit; nam ipſa proviſione ceſſante, actum ſemper ad contractationis tẽpus refertur, & reſtringitur, per ea, quæ diſpoſuerunt Paulus *in l. ſi ita legatum eſſet, 8. ff. de auro, & argento legato*, & Serbidius Scevola *in l. uxorem, 39. §. teſtamento, ff. de leg. 3.* non autem executionis, & debitæ ſolutionis, quę fieri debet, & pro cauto haberi intelligitur in eadẽmet bonitate, & materia, qua datum eſt, prout Pompon. determinatum reliquit *in l. cùm quid, 3. ff. de reb. creditis*; nec gravatur creditor ſuum diminutum recipiendo creditum in valore, vel æſtimatione, prout neque debitor plus numero, quo recipit, præſtando, ſi in quantitate ſe ſolvere, aut reſtituere, obligavit: nam augmentum, vel diminutio monetarum in numero, æquipollet illi certæ quantitati, puta centũ ducatorum, datæ, receptæq; reſpectivè per debitorem, quam in ſuum converterit uſum; inde mirum non eſt, ſi data diminutione, damnum ſentiret, quia commodũ habuit, prout data auctione in creditoris beneficium minimè cedere poteſt, & ſic plus, quàm dedit, in æſtimationem, & monetæ bonitatem rehabere non valet; eò fortiùs ſi reſtitutionis obligatio in quantitate, & non in certa monetarum ſpecie conſiſtit, veluti decreverunt Summi Pontifices Innocentius III. *in cap. olim, 20.* & Gregorius IX. *in cap. cum Canonicis, 26. de cenſibus*, & tam priſcis, quàm modernis temporibus, ſæpiùs concluſionem hãc eſt amplexus Almus noſter Senatus S. R. C. etianſi ageretur de dotis reſtitutione, & ſolutione, ex habitis penes Afflict. *deciſ. 90. & 194.* ubi Vrſill. *num. 3. in medio*, Reg. Capyc. latr. *deciſ. 48. lib. 1.* Reg. de Marin.

Marin. *ad Regent.Rever.in dec.333.nu. 3.tom.2.*& in eadem cauſa Reg,Conſil. Roſa *conſult.forenſ.54. num.53. in fin. tom.1.* & apud Gizzium *ad Reg. Capyc. latr.dicta deciſ.48.nu.9. & 10.* ita etiã R.C.Summariæ in anno 1534. ſub die 22.Maii *in Arreſt recollect.per Reg.de Marin. arreſt.* 20. & aliàs penes Reg. Revert.*dec.366.verſ.2. fuit dubitatum,* & pleraque alia Orbis tribunalia uti veriorem, prout apud Guidon. Papam Senat.Delphinati *dec.493.* Senat.Burdegal.apud Boer.*dec.327.* Camer.Imper. apud Mynſinger.*ſingul. obſerv. 1. cent.* 4. & Io: Harpprechti *ſuper Inſtit. in princ.tituli,quibus modis re contrahitur obligatio num.252.*Modeſtin.Piſtor. *conſ.27.quæſt.2.lib.2.*Senat.Lypſ.& Saxon. apud Bened. Carpzou. *defin.for. par.2.conſt.38.defin.4.5.6.tom.1.& reſponſ.jur.Elect.li.5.tit.9.de ſolut.reſpon. 93.& 94.tom.2.*Pedam. apud Theſaur. *deciſ.174. in princ.* Dolan. Senat. apud Grivell.*dec.110.* cõcluſunq; à pluribus DD. in cauſa inter Ducem Mediolanenſem,& Ianuẽſes,refert Franc. Curtius *in dicta l. cùm quid, 3. verſ. tertiò quaro,*& uti magis communem,contrariis rejectis, tenuerunt Reg. Revert. *deciſ.333.*ubi Reg.de Marin. *num.1. 2. 3.*Reg.de Pont.*de poteſt.Proreg.tit.4.de Regal.impoſ.num.41.* ubi Thorus,Reg. Conſil. de Roſa *dicta conſult.54. num. 21.* P.Diana *reſol.moral.part.8.tract.7. miſcell. reſ.18.* Reg. Conſil. Arias de Meſa *var.reſ.lib.3.cap.11.n.15.*Covar. *veterum collatio numismatum, cap.7.§. unic.de mutatione monetæ,num.2.3.*Cevall.*commun.cẽtra commun. quæſt.219.* Creſpi de Valdaura *obſer.ill. deciſ. par. 2.obſerv.103. num. 2.3. & 56.* Matth. Berlich.*pract.concluſ.par.2. concluſ.37. à n.5.& 23.& dec.155.par.2.* Philipp. Matthæus *de rebus creditis,in comment. ad dictam l.cùm quid,3.verſ.at verò nõ deſunt, pag. mihi* 38. Nicol. Reuſnerus *deciſ.Germ.13. num.8.9. par.4.* Franc. Hotmann.*quæſt.ill.15.*P.D.Ioſeph Gibalinus *de uſuris,lib.1.cap.3.art.4. conſectar.7.nu.70.tom.1.* Leotard. *de uſur. quæſt.67.num.27.*Gaſpar Klockius *de erario,cap.84.à nu.74.uſq;ad 99. lib.2.* Cencius *de cenſib.quæſt.85.num.20.21.* 22.Surd. *conſ.220.lib.2.*Antonell. *de tempore legal.lib.1. cap.42.à nu.4.* Anton. Sola *in tract. de monetis, caſ.* 10. Regnerus Sixtin.*de reg alib. cap.7. num.* 148.*uſque ad* 153.*lib.2.*Beſold.*delibat. jur.in tit.de reb.creditis,num.4.conſ.58. à numer.95. conſ.69. numer.60. conſil.* 81. *part.2. & conſil.194. numer.43. par.4.*Mareſcot. *var.reſol.lib.1.cap.94. num.2.*Manſ. *Conſul.for.391.tom.5.* Io: Koppen *deciſ.Germ.2.& deciſ.26.num.* 8.*& pract. obſerv. lib.2. obſervat.* 8. Bened.Carpzou.*in tract.variis, tract. de contractu mutui,poſit.11.num.5.& in tract.aſylum debitorum ad incitas redactorum,cap.2.nu.3. cum multis ſequent.*

65 Theodorus Hupingks *conſil.15.* etiam ſi actum ſit inter partes, eſſe ſatisfactionem faciendam de moneta currẽti attento tempore ſolutionis: quoniam intelligitur reſpexiſſe ad monetam currentem,& uſualem,non autem ad valorem,qui ſemper attendi debet inſpecto tempore contractus, Surd. *dicto conſil.* 220.Harpprecht.*loc.cit.nu.253.* Manſ. *ubi ſupra,n.9.* cum aliis *ſupra laudatis.*

66 At,ſi debitor ante monetarum mutationem,tam in intrinſeco,pondere ſcilicet,ac materia,quàm in valore,ſive ęſtimatione,in mora ſit, ab omni utilitate, atque commodo recedere debet: quoniam ob ipſam moram contractam,omnis utilitas reſtituẽda eſt, & nullum pati,damnum, ſive incommodum debet creditor ex alterius delicto, prout determinavit R.C.S.apud Reg.Rev.*deciſ. 473.tom.2.* juxta quam concluſionem, omnes cõmuniter tenent, ut videre eſt, apud Reg.de Marin. *in obſerv.ad dictã dec.473.num.1.5.6.* Larreã *alleg.fiſcal. 83.n.16.* Mareſcott. *ubi ſup.nu.15.* Regner.Sixtinum *dicto cap.7. nu.153.*Salgad.*in labyr.cred.part.3.cap.11. nu 35. tom.2.* Io:Koppen.*dicta dec.Germ.2.* & deciſum in Saxon. Senatu refert Carpzou *defin.for.dicto lib.2.conſt.38. defin. 15.tom.1.*cum aliis *deſuper laudatis;*in-

67 de mirum non eſt,quod, data locorum diverſitate, nempe contractus, & ſolutionis in quibus valor monetarum forſan diverſificatur, cùm attendendus ſit locus deſtinatus ſolutioni, quo ad receptionem, & monetarum ſolutionem reſpe-

Digitized by Google

reſpectivè, illic in uſu habitarum, tamen ſemper attendi debet juſtus valor loci contractus, ita ut non accreſcat, neque decreſcat, Goffred. noſter *hic*, Alex. *conſ.* 21. *vol.* 2. Reg. Valenz. *conſ.* 30. *n.* 46. *tom.* 1. Larrea *dec. Gran.* 13. *num.* 4. *in med. lib.* 1. Greg. Tholoſ. ſyntag. *jur. civil. lib.* 25. *cap.* 14. *num.* 2. Seraph. *dec. Rot. Rom. deciſ.* 944. *num.* 2. *tom.* 1. Cencius *de cenſibus, quæſt.* 85. aliàs *part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 4. *artic.* 4. *num.* 39. Antonell. *de loco legal. cap.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 66. *lib.* 2. *& de tempore legali dicto cap.* 42. *n.* 27.

68 Et præmiſſa vendicant ſibi locum, nedum in ſimplicibus cõtractibus, & obligationibus ex cauſa mutui, vel venditionis annuorum introituum, verùm etiam in exercitio pacti de retrovendendo, ex deductis per Carpzou *in al-*
69 *leg. reſp.* 94. & rerum mobilium, vel immobilium emptione, habita fide de pretio, *in citata defin.* 6.

Ad num. 40.

70 EX vi conditionis, ſub qua venditio peracta eſt, nedum pro perfecta non habetur, verùm etiam in ſuſpenſo eſt, ac ſi nulla de venditione, ac emptione ſtipulatio interveniſſet, ratione incertitudinis, ſub qua manet, conditione pendente, Iabolen. *in l. pecuniam, 36. ff. de rebus creditis*, Philipp. Matthæus *de reb. credit. in comm. ad dictam l. pecuniam*, ubi etiam Ant. Faber
71 *ration. to.* 3. ſub qua confecta eſſe colligitur alicujus rei mobilis, vel immobilis venditio, ſi in pactum deduxerint contrahentes de menſura conficienda, qua pendente, & non adhuc perfectionata, nulli dubium eſt, in ſuſpenſo perſiſtere, ipſiuſque contractum haud eſſe perfectum, *l. neceſſario*, 8. *ff. de peric. & commod. rei venditæ* Sertorius *infra alleg. in num.* 47. 52. *&* 53. cum aliis *mox*
72 *laudandis*. Ita quod omne periculum cederet in venditoris, non autem emptoris damnum, nil obſtante, quod de pretio ſit conventum, ſi adhuc penderet menſuratio, propter quam veniret perfectionanda unà cum rerum venundatarum traditione, inde ſequenda, cum dominii translatione; eò fortiùs ſi nullum reperitur ad menſurandum determinatum tempus in emptoris gratiam; ita quod in mera venditoris facultate exiſteret, aut ad menſuram pervenire, aut emptorem interpellare, ipſunque in mora conſtituere; meritò igitur, cùm ſit poteſtativa, omne damnum, tam deteriorationis rerum venditarum, quàm ſi prorſus depereant, menſuratione pendente, in venditoris damnum cedit, in cujus currunt periculum, clara ſunt jura *in l. quod ſæpe*, 35. §. *in iis, quæ pondere, &* §. *ſed etſi. ff. de contrahend. empt. l.* 1. §. *ſed, & cuſtodiam, cum* §. *ſequenti, ff. de periculo, & commodo rei venditæ, l. cùm convenit*, 2. *Cod eod.* Capyc. *dec.* 14. *num.* 7. Reg. Conſil. Hodier. *ad Surd. dec.* 64. *num.* 2. Epiſcop. D. Hieronym. Rocca *diſput. jur. ſelectar. cap.* 74. *num.* 11. *tom.* 1. Covar. *pact. quæſt. cap.* 7. *num.* 6. *&* 9. *tom.* 2. Ayllon *ad Gomez var. reſol. cap.* 2. *num.* 33. *verſ. de venditione, & verſ. de rebus vẽditis, lib.* 2. Ant. Faber *in ration. in dicta l.* 1. *ff. de peric. & commod. rei vend. in verſ. dec. conditio, & in cõment. ad dictam l. quod ſæpe*, 35. *dicto* §. *in iis*, Simon de Petris *conſ.* 139. *num.* 2. *&* 3. Sertorius *reſpon. unic. num.* 47. *&* 51. *verſ. contra Baldũ*, poſito poſt reſponſa Franciſci Sadarini, Bened. Carpzou *reſp. jur. Elector. lib.* 5. *tit.* 4. *reſponſ.* 25. *n.* 9. *& tit.* 6. *reſponſ.* 47. *num.* 6. *tom.* 2. *dec. Ill. German.* 131. *num.* 13. *lib.* 2. *& defin. forenſ. par.* 2. *conſtit.* 33. *defin.* 9. *tom.* 1.

73 Qua de ratione, & etiam ne in venditione comprehendatur plus, quám venundatum ſit, abſque pretii ſolutione, in venditoris perniciem, & detrimentum; aut minus, in damnum emptoris, ſolvendo majorem quantitatem; venditiones fieri debent, non ad corpus, ſed juxta menſuram faciendam, Carpzou *dicta*
74 *defin.* 9. ſub qua conditione adimplenda pro facta habetur, quouſque cæptum ſit á numero jugerum; etſi demum territorii nomen adiiciatur, cum finium deſignatione: quoniam non ad alium finẽ adſcriptum eſſe dignoſcitur, niſi demonſtrandi cauſa; aut ſi certa quantitas numeratim ſit in vẽditione deſcripta de majori illius fundi ſub tali nomine nuncupati, & intra tales fines exiſtentis; aut verò poſt fundi venundãdi nuncupationem,

Digitized by Google

nem, ſuum datum ſit pretiũ, non in unũ, ſed in quolibet jugere: nam ex ipſa in tali forma pretii deſtinatione, deſumitur contrahentes non alio modo, niſi ad menſuram intellexiſſe contrahere; aliàs impropria foret talis contractatio cum pretii deſcriptione, habito reſpectu ad ſingula jugera, non autem ad unicum pretiũ totius fũdi; prout foret ſi ad corpus conficeretur cũ ipſius deſcriptione, certis, & determinatis finibus, etſi demũ ad numerum jugerum ſit perventum, quo in caſu nequaquam dejudicari poteſt, id factum fuiſſe animo reſtringendi, quod priùs explicavit ſcilicet à corpore, cum quo incæpit, ſed pro faciliori demonſtratione, *dicta l. quod ſæpe*, 35. §. *in iis*, *l. qui fundum*, 40. §. *qui agrum*, *ff. de contrahenda empt. l. qui fundum*, 45. ubi Gloſ. *in verb. haberet*, *ff. de eviction.* cum aliis cõcordantibus, allegatis ab Afflicto *deciſ.* 68. ubi add. Capyc. *d. deciſ.* 14. *n.* 2. 3. 4. 5. 6. ubi Maſull. & Petra, Anna *ſingul.* 574. Reg. Conſil. Hodier. *in dicta deciſ.* 64. Reg. Conſil. Prat. *diſcept. for. cap.* 21. & præcisè *num.* 53. *lib.* 2. Molfeſ. *ſuper conſuet. Neap. p.* 19. *quæſt.* 3. *num.* 15. *tom.* 3. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. lib.* 4. *tit.* 17. Rubeus *de validit. legal. cap.* 68. *num.* 59. *cum ſeq.* Covar. *practic. quæſt. cap.* 3. *to.* 2. Ayllon *ad Gomez var. reſol. dicto cap.* 2. *num.* 17. *lib.* 2. Facchin. *controver. jur. lib.* 2. *cap.* 27. Faber *in Cod. lib.* 4. *tit.* 28. *defin.* 3. *nu.* 8. Sola *ſuper conſtit. Sabaud. tit. de cenſuũ ſolutione decret. omnibus*, *part. prim. gloſ. unica*, *num.* 12. *uſque ad* 17. Sertorius *ubi ſupra nu.* 50. 51. 54. Bened. Carpzou *defin. for. part.* 2. *conſtit.* 33. *defin.* 10. & 11. *in reſp. jur. Elector. lib.* 5. *dicto tit.* 4. *reſp.* 25. & *dicto tit.* 6. *reſp.* 47. *num.* 4. *to.* 2. Struvius ſyntag. *jur. Civil. exerc.* 23. *lib.* 18. *tit.* 1. *de contrahend. empt. nu.* 11. *cum ſeq. tom.* 1. quia donec fiat menſuratio, venditionis actus non perfectionatur, ex cauſa rerum venditarum traditionis non ſequutæ; ad quam venditor adſtringi non valet, menſuratione adhuc pendente, etianſi agatur de rebus, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura: quoniam in terminis factæ venditionis, puta vini in cellario exiſtentis ad rationem ducatorum decem pro qualibet vegete, poſt quam fece purgatum fuerit, vulgo *quando ſarà trafficato*, aut frumenti, vel hordei, & ſimilium, in tali loco exiſtentium, ad rationem, puta ducati unius pro quolibet modio; menſuratio non requiritur ad pretii declarationem, ac certificationem, independentem á venditione, prout ſubſtinuit Reg. Conſil. Ioſeph de Roſa *conſul. forenſ.* 68. *tom.* 1. ſed requiritur, ut venditio prædicta perfectionetur: quia nulla aſſignari poteſt ratio diverſitatis inter has res, & illas, quæ in menſura tantùm conſiſtunt, ut territoria, &c. quæ, etſi conventum ſit, vendi pro certo pretio, puta ad rationem ducatorum centum pro quolibet jugere; eorum menſuratio non requiritur ad pretii declarationem, ſed ad prædictæ venditionis perfectionem, quę haberi non poteſt pendente menſuratione *ex proximè laudatis*; eodenque modo in rebus, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt dejudicandũ eſt; itaquod, non ſequuta prædicta menſuratione, ob pretium non adhuc venditori ſolutum, & traditionem rei venditæ emptori non factam, ipſius rei dominium non recedit à venditore, & illius perit periculo, Ayllon *ubi ſupra in dicto verſ. de venditione, & in verſic. de rebus venditis*, ultra alios, laudatos *num.* 72. quod tamen procedit, emptore non cõvicto de mora, quin menſuratio ſequuta fuerit: nam tunc rei periculum ipſi emptori cedit, *l. ſi per emptorem*, 5. *l. illud*, 17. *ff. de peric. & cõmodo rei venditæ*, *l. cùm convenit*, 2. *Cod. eod.* Epiſcop. Rocca *d. diſput.* 74. *n.* 31. Gomez *var. reſ. d. cap.* 2. *n.* 32. *verſ. quod tamẽ limita*, ubi Ayllon *n.* 3. *verſ. de venditione.*

75 Sed, cùm menſura regulatur juxta locorum conſuetudinem, & uſum, in quibus diverſificatur, nam ubi eſt major, & ubi minor; inde eſt, quod, ſi inter partes nil actum ſit, & eſſet in dubio, ſub qua menſura intellexerint partes contrahere, contraxiſſe deſumitur ad menſuram loci rei ſitæ, ubi perfectionatur contractus rei venditæ traditione, præcedente menſura, argumento *l. ſi prædium*, 16. *Cod. de prædiis minor.* ibi: *ſine decreto Præſidis Provinciæ, in qua ſitum eſt venundediſti*, R. Conſ. Prat. *in dicta*

Digitized by Google

dicto cap. 21. *num.* 13. & determinasse Senat. Pedem. tradit Osasch. *dec.* 114. Card. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 19. *cum seqq.* ad instar destinatæ solutionis, in quo loco partes contraxisse desumitur, & secundùm particulares leges illius loci regulari debēt, ex dispositis per I.C. *in l. contraxisse*, 20. *ff. de action. et oblig. l. aut ubi*, 3. *ff. de bonis author. jud. possid.* ultra alia, per Nos
76 adducta *in rub.* 5. *n.* 114. 115. 116. Magis tamen communis, ac juri consona in cōtrarium est sententia: quoniam data dubietate, semper id intelligitur in stipulationibus esse deductum, & fieri volitum, quod in loco, ac regione contractus observatur, ac frequentiùs accidit, ex vulgata *l. semper in stipulationibus*, 35. *ff. de reg. jur.* & in contrarium adducta locum habent quo ad forum, & in propriis terminis rerum venditionis, concurrit Caii I.C. determinatio *in l. si fundus*, 6. *ff. de evict* Goffred. noster *hic*, Bart. *in dicta l. semper in stipulationibus*, Afflict. *decis.* 363. *num.* 5. Io: Fagiolus *in constit. Reg. ad legitima pondera, num.* 9. Cencius *de censibus: quæst.* 85. *aliàs part.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *artit.* 4. *num.* 40. Osasch. *dicta dec.* 114. *n.* 3. 4. 5. Antonell. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 28. Card. Mantica *dicto tit.* 13. *num.* 26. *usque ad num.* 30. *& num.* 31. *cum seqq.* per quem, & Cevall. *commun. contra commun. in quæst.* 733. *per totā* amplectendo Bartholi sēntentiam, resolvuntur contraria jura, & DD. intellectus, & signanter Pedam. decisio, in qua nedum non omnes concurrerunt Senatores, verùm etiam illa processit ex æquitate, non autem quia ita de jure intellectum fuit per Senatum, prout in fine ejusdem decisionis per Osascum allegatæ, Sola (qui in dicta dec. succubuit) *super constit. Sabaud. tract. de censuum solutione: decreti omnibus, dicta part.* 1. *glos. unica, num.* 11. Antonell. *de tempor. legal. cap.* 43. *num.* 28. *lib.* 1. *& in tract. de loco legal. dicta quæst.* 5. *num.* 65. Hartm. Pistor. *pract. observat.* 36. Bened. Carpzou *dicta defin.* 11. *n.* 9. Pract. Papiens. *in forma libelli actionis realis, verb. cui cohæret, num.* 7. ubi Zilettus *litt. I.* & Masuerus, Oterus *de official. Reipub. cap.* 21. *n.* 21. *lib.* 2. & cùm multa quo ad prædicta possint occurrere, ne alterius dicta referamus, videas Card. *Mantic. in proximè allegato loco num.* 35. *cum seqq.* Antonell. *dicta quæst.* 5. *eod nu.* 65. Oter. *ubi sup. dicto cap.* 21. *per totum.*

77 Adnotandum tamen est, quod præmissa *in nu.* 70. *cum seqq.* eorum habent intellectum, quousque contractus sub Potestativa conditione institutus sit, de quo loquimur; quo in casu, ejus purificatione pendente, rerū distractarū, vel aliter dispositarū deteriorationis, vel peremptionis periculū, & damnū venditori cederet; secus verò, si sub Causali, vel Mista, quæ magis de Causali sapit, eiq; potest æquiparari, quam Potestativæ; remota perēptione, quę semper, & in omni casu currit ad damnū, & periculum venditoris; deterioratio verò in dānū emptoris: nam, etsi verùm sit, quod contractus est conditionalis, & pendente conditionis adimplemento est in suspenso; tamen non eo modo, ut aliqua ex partibus possit ab eo recedere, & se pœnitere: quia, purificata conditione, retrotrahitur, & extremum invenitur habile: cùm res vendita adsit, & non sit deteriorata, culpa, vel defectu venditoris; quapropter ob retrotractionem ipsam habetur, ac si á principio res ope contractus in emptoris dominium, & possessionem fuerit translata; quaderè deterioratio ad suum currit damnum, prout secus in peremptione: cùm extremum ad retrotrahendum habile non inveniatur, ob rei non existentiam, ex ponderatis à Reg. de Marinis *ad Reg. Revert. decis.* 189. *num.* 4. *lib.* 1. & ab Ant. Fabro *in ration. in dicta l.* 1. *ff. de peric. & cōmod. rei venditæ, vers. dec. conditio*, Antonio Gomez *var. resol. cap.* 2. *de empt. & vend. lib.* 2. *numer.* 32. *vers. item prædicta*, de Luca *ad Præsid. de Franch. decis.* 23. *num.* 4. *part.* 1. Olea *in addit. ad tract. de cess. jur. & action. ad tit.* 7. *quæst.* 3. *post. num.* 27.

Cæsar-nicolaus Pisanus.

Digitized by Google

RUBRICA SEPTIMA

De Iure Ponderaturæ, seu Stateræ quod novum ius est ,A,

RITVS I.

QVoties merces aliquæ venduntur, & emuntur ad pondus inter mercatores cives,& cives,vel exteros, & exteros,aut cives,& exteros ſolvi debent pro quolibet cantario grana quinq;medietas ab emptore, & medietas à venditore.

,A, Petrus Maſturtius Præſidens ſententiam rogatus dixit, jus ponderaturæ,& ſtateræ fuiſſe,& eſſe de juribus Curiæ, & unũ ex membris dohanæ,& ſtante *Ritu Camera* exerceti debere in fundico Regio,& non in alio loco, niſi ex cauſa, alioquin pro majori commoditate mercatorum ſolitum fuiſſe, & eſſe extra dohanam,cum ſtateræ ponderari facere per aliquem ex officialibus ipſius,conſiderata tamen qualitate,& quantitate mercium ponderandarum;& ſic ponere,& tenere dohanam,& fundicum in una domo,vel terra,vel tranſportare in aliam,ſemper fuit,& eſt in electione Curiæ, prout aliàs in contingentia facti fuit proviſum tempore Sereniſſimi Regis Friderici in dohana Caſtrimaris. Fuit voti etiam, eſſe in faculate Regiæ Curiæ, dohanam ponere in quolibet loco voluerit, & ex cauſa tantũmodo pro majori commoditate,& minori diſpendio mercatorum, & aliorum confluentium ad nundinas Salerni, tranſmittere ſtateram per nundinas ad ponderari faciendum omnes, & ſingulas res,& merces,ſolitas ponderari, durante tamen tẽpore nundinarum prædictarum, ad hoc fortius ut ex prædictis pro utilitate Curiæ (ſicut *Ritus Camera* dictat) mercatores allevientur ad confluendum cum eorum mercibus ad nundinas prædictas:& quia fuit relator cauſæ,omnes domini de Camera concurrerunt,& ſic *decreto Regiæ Camera* fuit proviſum, & expeditæ *litteræ* cum inſerta forma dicti *decreti* directæ Dohanerio,& Capitaneo Civitatis Salerni, *de menſe Septembris* 1554. & ſic fuit executum.

Ad declarationem iſtius Ritus,& quid aliàs in Camera fuerit diſcuſſum,& proviſum ſuper iſta materia ponderaturæ, & méſuraturæ vide *conſultam Camere ſub die ſeptimo Iunii* 1472. *in regeſto litterarum partium 6. fol.* 19.

Et jus ponderaturæ pro extractione mercium, & bonorum pro quibus ipſum debetur,ſicut ſunt pix,& aliæ res, indiſtinctè exigitur ab extrahentibus, ſeu ponderantibus tam civibus, quã exteris,*litteræ Camera* 17. *Iunii* 1513. *regiſtrata in Curia* 10. *f.* 123.

Scias hic, quod olim ponderator exigebat pro menſura cujuslibet centenarii pannorum alborum grana quinque : & pro qualibet petia panni de lana,grana duo:& pro quolibet centenario pannorum albatiorum, & carfagnorum grana quinque:ac pro quolibet centenario quarumlibet mercantiarum granum unum intus dohanam, & extra dohanam grana duo pro quolibet centenario; tales extortiones fuerunt per Regem Ferdinandum I. ſublatæ, & expreſsè ſtatutum, quod decætero non exigantur:quia in *Ritu* talis exactio non reperitur ſcripta, & ſic ponderator fuit privatus officio, & emanavit *pragmaticam* dictus Rex 19. *Auguſti* 1467. *in regeſto intitulato pragmaticarum* 1. *Regis Ferdinandi I. dohana Neapolis fol.* 2. & poſt obſidionem Neapolis,dictum officium de novo fuit conceſſum cum dictis extortionibus ſolitis, prout exigebantur per tyrannos ponderatores. Deus provideat,qui poteſt.

RUBRICA OCTAVA

De Iure Menſuraturæ.

RITVS I.

IVs mercium, quæ venduntur ad mẽſuram,ſolvitur prima vice, videlicet, pro ſingulis centũ cannis de Albaſa tarenus unus, & pro ſingulis centum brachiis panni canapacii grana tria;quibus ſolutis, ſi poſtmodum vendantur, non debet dictum jus ulteriùs ſolvi.

RITVS II.

VIctualia menſurari debent ad tumulum Curiæ, ſignatum

Digitized by Google

tum merco Curiæ, pro quo certum quid habet Curia, ut dicitur *in rubr. de jure Tumuli.*

RVBRICA VIII.

De Iure Menſuraturæ.

SUMMARIUM.

Jus menſuraturæ exigitur ab emptore, & venditore. num. 1. & an ſit contra Ritum? *num. 4.*
Tumulum pro menſurando particularibus civibus prohibetur, & an ſit contra Ritum? *nu. 2. 3. 7.*
Ritus mandat menſurari in tumulo mercato ſigno Curiæ, non aliter cum jure prohibendi. num. 5.
Ritus mandat pro ſigno aliquid recipi, non autem pro menſuratione. nu. 6. 8.
Jus ſigni in tumulo quantum ſit? num. 9.
Conſuetum illud dicitur, quod eſt à tempore, cujus non eſt memoria in contrarium. num. 10.
Jus certum, & determinatum pro panni menſuratura. num. 11.
Civitas Neapolitana olim prætendit, hoc jus eſſe ſuum. num. 12.
Jus menſuraturæ ut exigi valeat, requiritur tempus immemorabile, quod ſit exactum, & ſic obſervatum, & non aliter. nu. 13.

1 CIrca *Ritum* iſtum ſurgit dubitatio, quia videmus in hac Civitate Neapolis, quod Curia concedit aliquibus jus tumuli, & illi ponunt certos homines in mercato, ſeu foro, qui menſurant victualia, & fructus, qui venduntur, & recipiunt certum quid pro menſuratione à venditoribus, & emptoribus; an poſſint illud
2 recipere? Item prohibent alios Cives, quod non poſſint habere tumulum in domibus propriis, nec menſurare poſſint eorum victualia, nec pro uſu ipſorum, nec pro vicinis; an hæc poſſint fieri etiam ſecundùm hos *Ritus*? de jure communi non eſt dubium, quod fieri non poſſit, cùm liberi ſint homines, & bona, & pluries dictum eſt, maximè *in præambulis*, & certè attentis verbis hujus *Ritus* videtur, quod
3 talia fieri non poſſint, ideſt quod tales prohibitiones non poſſint fieri, quod cives non habeant tumulum, & alias menſuras, nec cogi
4 poſſint, ad aliquid ſolvendum: nam iſti *Ritus* ſunt ſtricti juris, nec poſſunt, nec debent extẽdi, ut multoties dictum eſt *ſupra*, & maximè
5 *in rubrica de jure exituræ*. Cùm ergo *Rit.* ſimpliciter permittat menſurari ad tumulum
6 Curiæ ſignatum merco Curiæ, & dicat, quod pro ſigno recipiat Curia certum quid, ergo ſufficit, quod pro ſigno recipiat, quod ſtatutũ eſt, & non recipiat aliquid pro menſuratione, dum non dicit *Ritus*, quod pro menſuratione recipiat, ſed pro ſigno; & ſic non debet extendi ad menſurationẽ, cùm ſit contra libertatẽ, & ſic contra jus libertatis, quod conceſſum eſt
7 à Deo hominibus: item *Ritus* ipſe videtur permittere cuilibet, quod poſſit habere tumulum ſignatum merco Curiæ, & ad ſui libitum menſurare, & pro uſu ſui, & aliorum: ſufficit enim, quod ſit ſignatum merco Curiæ. Hoc etiam videtur ſentire *infra in rubrica de jure tumu-*
8 *li*, ubi ſolùm dicit, quod Secretus habet exigere jus pro ſignatura, & non dicit pro menſuratura, & quod jus hoc (ſcilicet ſignaturæ, ut referatur ad proximum) exigitur ſecundùm
9 morem: quia ibi dicit *Ritus*, quod Secretus pro tumulo ſignato recipit grana decẽ, pro medio verò tumulo grana quinque; ſubdens *Iſtud jus* (ſcilicet granorum decem, vel quinque, ut ſupra) *habet ſecretus exigere, ſive ſit ad extaleum, ſive ad credentiam*; & ſequitur: *omnia hæc exiguntur ſecundùm morem* (ſcilicet hæc grana decem, vel quinque, ut ſupra, pro ſignatura) quandoque minus, quandoque plus ſecundũ,
10 quod eſt conſuetum; & intellige conſuetum, quod ſit à tempore, cujus non eſt memoria, ut dictum eſt *ſupra de jure exituræ*, & pleniùs *in*
11 *præambulis*, & ſequitur *Ritus*, ibi: *ſicut pannõ habẽt pro mẽſuratura aliud jus, de quo dicitur ſupra de jure Menſuraturæ*; quaſi dicat, quod pro menſuratura panni eſt jus certum ſtatutũ, & ſic non recurrendum ad morem, & hæc etiam ſunt dicta, & poſita in *rubrica de jure tumuli*: quia dum hæc quæſtio eſſet de facto in Camera Summariæ, ita videbatur mihi, & certis aliis; quæ quæſtio non venit finaliter ad
12 ſententiam: quia Civitas Neap. dicebat, quod hoc jus tumuli pertinebat ad ipsã univerſitatẽ, & ſic volebat pro ſe recolligere, & ille, qui habebat, ſeu aliàs recolligebat jus tumuli pro menſuratura, dimiſit jus ſuũ; ſed ego dico, quod neuter ipſorũ habet jus: quia, ſi Civitas Neapolitana volebat dictũ jus tumuli, & recipere certũ quid pro mẽſuratione, & prohibere alios Cives, quod non habeãt tumulũ ſignatũ, quod nõ poſſet, poſito etiam, quod jus tumuli pertineat ad dictã univerſitatẽ: quia intelligeretur tunc de juræ ſignaturæ, & non menſuraturæ, ut dictum eſt; ſed alius, qui litigabat cum univerſitate, dicendo, quod ipſe habet à Curia jus tumuli, poſito quod juſtitiam haberet ſuper jure tumuli, intelligebatur de jure ſignaturæ, & non tumuli: quia illud, quod habuit Curia, potuit transferre, & non aliud, & Curia non habebat niſi jus ſignaturæ; an autem hoc jus ſignaturæ pertineat ad univerſitatem Neapolitanam, non fuit determinatum, nec etiam
13 pro nunc determino. Unum dico, quod, ſi dicatur, quod poſſit certum quid recipi pro

Digitized by Google

mensuratione, ex eo quia si elongo tempore observatum fuit; hæc allegatio non valet contra libertatem, nisi probetur de tempore, cujus non extat memoria in contrarium, ut pluries dictum est *supra, de jure exitura, & in præambulis.*

ADDITIO

SVMMARIVM.

Mensura perneccssaria dejudicata fuit, pro justitia commercii, & rerum contractationis, num. 1.

Mensurarum falsarum usus prohibitus est, etiam à tempore Romanorum, *num.* 2. *&* Regum *hujus* Regni, *nu.* 4.

Pœna falsi punitur utens mensuris falsis, num. 3.

Mensuræ lapideæ, & areæ fieri mandant jura, ut non valeant adulterari, pro quo effectu in publico loco stare debẽt, num. 5. *& esse debent signatæ cum signo Regnantis, & loci domini, num.* 6.

Mensuræ, à Curia accipiendæ sunt; aliter pro adulterinis habentur, etsi in pondere, & mensura adæquatæ sint, nu. 7.

Mercatio ponderum, & mensurarum ad solũ Regem spectat, vel Principem, Superiorem non recognoscentem, aut ad illum, cui ex privilegio, vel præscriptione jus hoc mercandi acquisitum sit, num. 8.

Iudices ponderum, & mensurarum, qui nam fuerint, & ad præsens sint? n. 9. 12.

Officiales Baronales quando cognoscant de falsis, vel non adæquatis ponderibus, & mensuris? num. 10.

Iurisdictio cognoscendi, & procedendi in causis ponderum, & mensurarum, quãdo concessa intelligatur? num. 11.

Jura ponderum, & mensurarum, attenta Regiarum Pragmaticarum dispositione, empta sunt per Vniversitates, & Barones Regni. num. 13.

Barones, & Vniversitates Regni, possidentes jura ponderum, & mensurarum, non possunt determinatas mensuras mutare, & in aliam formam eas reducere, num. 14.

Jus, quod solvitur pro tumuli mercatura, sive signatura, de jure debetur. num. 15. *& solutum ante Friderici Imperatoris tempus, num.* 16. *de quo in* hujus rub. Ritibus *disponitur, num.* 17.

Jus mensuraturæ, quod solvitur ratione mensuræ, quæ fit cum tumulo signato, ex consuetudine reperitur introductũ, num. 18.

Jus mensuraturæ solvitur ab emptore, & venditore, num. 19.

Jus mensuraturæ toties debetur, quoties fit contractatio, num. 20.

Jus ponderaturæ pro medietate solvitur ab emptore, pro altera à venditore, n. 21.

Jura omnia, quæ ex concessione acquiri possunt, possunt pariter acquiri ex consuetudine, & immemorabili possessione, sive præscriptione, num. 22.

Titulus, oriens ex consuetudine, & præscriptione immemorabili, nunquam intelligitur excluſus à quavis lege, vel generali dispositione, num. 23.

Prohibitio jurium acquisitorum ex consuetudine, vel præscriptione, non comprehendit consuetudinem, & præscriptionem immemorabilem, num. 24.

1 CVm rerum contractatio, & commercium, fiat, ut plurimum juxta pondera, & mensuras, præsertim minutarum, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt; perneccssarius fuit dejudicatus mensuræ, & ponderis usus, & justitia, pro qua exclamant jura Divina in Levit. *cap.* 19. *vers.* 35. 36. *Nolite facere iniquum aliquid in* judicio, *in regula, in pondere, in mensura: statera justa, & æqua sint pondera, justus modius, æquusque sextarius.* Deuteron. *cap.* 25. *vers.* 13. 14. 15. *Non habebis in sacculo diversa pondera, majus, & minus: Nec erit in domo tua modius major, & minor. Pondus habebis justũ, & verũ, & modius æqualis, & verus erit tibi: ut multò vivas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi,* & Ezechiel *cap.* 45. *vers.* 10. *Statera justa, & ephi justum, & batus justus erit vobis.* Canonica in *cap. ut mensuræ* 2. *de emptione, & venditi.* ibi: *ut mensuræ, & pondera justa fiant,* & Imperialia *in Iustinian. Auth. de Collatoribus, & aliis capitibus*

§. *eos*

Digitized by Google

§.*eos autem, qui publica*, ibi: *juſtis ponderibus, & menſuris uti præcipimus; ut neque in hoc noſtros tributarios lædant*, Afflict. *in conſtit. proximè allegand.* Novar. *de gravaminibus vaſallor. gravam. 6. nu. 5. lib. 2.* Reg. Conſil. de Georgio *alleg. 42. num. 1. 2.* Oterus *de officiali. Reipub.*
2 *cap. 21. num. 2. par. 2.* Itaque nedum tẽpore Romanorum per eorum leges prohibitus erat uſus falſarum menſurarum, & injuſti ponderis, citra determinatam
3 in eis falſi pœnam, juxta Divi Adriani edictum, ex relatis ab Vlpiano *in l. annonam, 6. ff. de extraord. crimin.* & Modeſtino *in l. hodie, 32. §. ſi venditor, ff. ad l. Cornel. de falſis*, Reg. Conſ. de Georgio *dicta allegat. 42. num. 3.* Guid. Pap. *deciſ. 490.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin. 279. num. 5. part. 1.* Ripoll. *de regal. cap. 20.* Hevia Bolannos *Curia Philippica part. 2. lib. 1. comercio terreſte, cap. 5. Peſos y Medidas num. 18.* Oter. *ubi ſupra num. 39.* cum aliis juribus, & DD. per Nos laudatis *in obſerv. ad 2. allegat. Ioannis-vincentii de Auna numer. 51.*
4 nec non hujus Regni noſtri Reges in *Conſtitut. Mercatores*, & *in conſtit. ad legitima pondera*, ac in *cap. item prædicti ſecreti non auferant, 65.* R. Conſ.
5 de Georgio *in laudato loc. n. 4.* qua de cauſa ne ipſarum juſtitia, in pondere, & menſura conſiſtens, ſic de facili vulnerari poſſit alteratione, vel diminutione juxta vendentium placitum in emptorum, & publici commercii damnum, Imperatores pro majori communis uſus, ac publicæ utilitatis facilitate, pondera, & menſuras lapideas, & æreas fieri, ac in loco publico manere juſſerunt, ut ſub omnium oculis manerent, juxta quæ pondera, & menſuras contrahere permiſſum eſſet, *in l. modios, 9. Cod. de ſuſceptoribus, lib. 10.* Gregor. Syntagm. *jur. Civil. lib. 36. cap. 1. nu. 9.* Guid. Pap.
6 *deciſ. 490. num. 1.* Regio ſimulque, aut loci domini ſigno ſignari, ut omnino pro adæquatis reputentur, proviſum legitur in *l. diurnos, 2. Cod. de frum. Alexandrino lib. 11.* Reg. Conſil. de Georgio *ubi ſup. num. 5.* Avend. *de exeq. mand. cap. 1. par. 1. num. 11. verſ. & quia menſurarũ*, Matienz. *recomp. lib. 5. tit. 13. gloſ. 1.* Hevia Bolãnos *in loc. infra laudando, n. 2.* Sola *in conſtit. Sabaud. tit. de cenſuum ſolatione decret. omnibus, gloſ. unic. n. 4. 5.* Guid. Papa *dicta deciſ. 490. num. 1. in fine*, Fran. Marc. *deciſ. Delphin. 279. nu. 2. p. 1.*
7 & alii proximè laudati. Et proinde á Curia taliter præſtari mercata, & ſignata, mandavit Imperator Fridericus *in ſupra cit. Conſtitutib.* aliter pro adulterinis, ſeu non permiſſis, & illicitis habentur, licèt juſti ponderis, & menſuræ
8 reperiantur, ob quas præfatas rationes, jus hoc conſtituendi, ac ſignandi publica pondera, & menſuras, ad Reges tantùm ſpectat, alioſque ſuperiorem haud agnoſcentes; & ad eos, quibus, ex conceſſione, privilegio, aut præſcriptione acquiſitũ fuerit: quoniã ſi quid Regale nõ eſt, ſaltẽ Imperiali poteſtati ſubjacet, & de mero Imperio, ſive Regia munificentia eſſe dignoſcitur, cujus eſt onus, omnia, quæ ad publicam ſpectant utilitatem, bonũque regimen, regere, & gubernare; itaque, ſuum, vel publicum nomen, ſignunvè apponere; & proinde tam in ipſo Romano jure, quàm in hoc Regni, municipali, per allegata jura, cõſtitutiones, & capitula; Imperatores, cõſtituta, ut ſupra, & ſignata pondera, & menſuras obſervari, eiſque omnes uti in contractationibus, tam publicis, quã privatis juſſerunt, ex latè ponderatis per Reg. Conſ. de Roſa *in prælud. feud. 4. à n.* 38. Avend. *de exequen. mand. d. par. 1. cap. 1. num. 11. verſ. item ponderatores*, Matienz. *in laudato loco*, Bovad. *Polyt. lib. 3. cap. 4. num. 105. in imargine, lit. A.* Hevia Bolãnos *Curia Philippica p. 2. lib. 1. comercio terreſte, d. cap. 5. Peſos, y medidas, num. 3.* Oter. *dicto cap. 21. nu. 38.* Guid. Pap. *deciſ. 490. ubi add.* Greg. Syntag. *jur. dicto cap. 1. num. 10.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1049. nu. 5. tom. 3.* Ripoll. *dicto cap. 20.* Sola *in conſtit. Sabaud. de cenſuum ſolutione decret. omnibus, dictæ 1. partis gloſ. unica, num. 3. 5.* Beſold. *de jure polyt. part. 2. de jurib. majeſtatis, cap. 8. num. 9. Theſaur. practicus lit. Ψ. num. 5. tom. 2.* Klockius *de ærario, lib. 2. cap. 36. num. 2. cum ſequent. uſque ad finem.*
9 Fuerunt etiam particulares judices cõſtituti, ut ſuper ipſis põderibus, & menſuris, eorunque juſtitia exiſterent, qui etſi in Regno noſtro priſcis temporibus

erant

erant Secreti, per ea quę habentur in *dicto cap. Regn. item prædicti Secreti non auferant*, 65. *& in constit. ad officiũ Bajulorum*, demum ex particulari Regum munificentia ad Magistros Rationales Regiæ Syclæ facultas, & jurisdictio prædicta tributa esse reperitur, Reg. Consil. de Georgio *loc. cit. num.* 6. Tasson. *de antefato, vers. 3. obser. 3. nu.* 297. 298. Reg. Consil. de Rosa *prælud. feud.* 4. *à n.* 51. á quibus, & officialibus existentibus in dicta Curia juxta eorum ordinem prædicta cognoscantur; & præfatis ponderibus, & mensuris signandis quolibet anno, ad dignoscendum de eorum justitia, si medio tempore in aliquo fuerint defraudate, puta si absque signo, vel cũ signo, sed falso, & adulterino, aut non adæquati ponderis, & mensuræ reperiantur, Afflict. *in dicta constitut. ad legitima pondera nu.* 5. addent. *in dicto cap. Regn. item prædicti secreti, num.* 16. Reg. Consil. de Georg. *dicta alleg.* 42. *num.* 6. 7. *vers. sed quia*, Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de ponder. & mensur. n.* 3. Reg. Tapia *in comment. ad l. fin. ff. de constitut. princip. cap.* 2. *part.* 1. *num.* 50. nam causa fraudis, ut supra, illis utentes pœnæ subjacent per ipsam Curiam præfixæ, scilicèt à jure statutæ contra crimen falsi patrantes, *de qua supra num.* 2. 3. 4. & in hac Civitate, ejusque Suburbiis, sive Casalibus, procedunt dictæ Curiæ Syclæ officiales; in aliis verò locis demanialib. Regi soli subjectis, procedunt per ordi-
10 narium, judices loci; in terris autem Baronum, quibus merum, mistunque Imperium elargitum est, eorundem Baronum officiales, contra delinquentes ipsos usque ad pœnæ animadversionẽ, ejusque executionem procedunt, Anna *alleg.* 52. *num.* 80. *& singul.* 388. Reg. Rovit. *in dicta pragm. 1. n.* 5. Capiblan. *de Baronib. in pragm.* 8. *part.* 1. *num.* 298. Tasson. *de antefato, vers. 3. obser.* 4. *n.* 50. 51. 52. Caputus *de regim. Reipub. cap.* 7. §. 14. *num.* 55.

11 Benè verum est, quo ad istam cognitionem requiri, quod in concessionum privilegiis, præter concessionem jurisdictionis civilis, & criminalis, meri, mistique Imperii, expressè, aut per aliquas clausulas de concessione juris hujus sy-
clæ, ponderis, & mensurarum, mentio facta sit, aut cõprehensum intelligatur;
12 alias vetitum est Baronibus, & aliis Curiis, licèt Regiis, in ea procedere; & cumulativè tunc ad dictæ Reg. Curiæ Syclæ officiales talis cognitio spectat, Reg. Tapia. *loc. cit. n.* 50. R. Rovit. *ubi sup. n.* 5. Capiblanc. *loc. cit. nu.* 296. *&* 298. R. Consil. de Rosa *d. præludio* 4. *à nu.* 56.
13 sed hodie quoad omnia Regni loca Civitatum, Terrarum, & Castrorum, aut Vniversitatibus ipsis, aut earum Baronibus præfata Regiæ Curiæ Syclæ jura sunt vendita, juxta disposita per *pragm.* 2. *& 3. de poderib. & mensuris*, & attẽta
14 doctrina Reg. Consil. de Rosa *in dicto præludio* 4. *num.* 41. tam quia vendita sunt, quám si forent concessa, (quod idẽ est in substantia) illud tantùm signandi cum directuũ perceptione, præfataque pondera, ac mensuras adæquandi, jus translatum intelligitur, non autem alia de novo pondera, & mensuras constituendi, ultra modum, ac formam, á Regibus, aliisque enarratis, determinatam, Sola *ubi supra, num.* 5. *in medio.*

15 Itaque jus hoc, de quo agitur in hac *Rituum rubrica*, exigendi pro tumuli mercatura, sive signatura pro justo habetur; & licèt in juribus prædictis determinatum haud sit, quantum pro illo solvi debeat; attamen adnegari non
16 potest, aliquid esse solvendum, eò fortiùs, quod per Fridericum Imperatorẽ jussum fuit, mercatores contrahere nequaquam valere, nisi habitis à Curia mensuris, & ponderibus signatis; pro quibus solvere deberent pro jure signi illud, quod solitum erat; ergo, & ante Friderici constitutionem aliquid solvebatur, Reg. Consil. de Rosa *dict. prælud.* 4.
17 *à num.* 43. quod est illud, quod statuerunt *Ritus in hac rubrica* de exactione
18 directuum pro signatura tumuli, non autẽ de quo observatur pro mensurando in ipso vase, sive mensura signata; quod tamen reperitur forsan ex consuetudine introductum, non ex aliqua particulari jussione, sive impositione, cùm de ejus titulo, neque antiqui, neque moderni DD. loquantur, prout expressè penes Goffred. nostrum *in hac rubr.* declaratur.

Et

Digitized by Google

19 Et ſolvitur tam à venditore, quám ab emptore, veluti diſponunt *Ritus in rub. præcedenti de jure Ponderaturæ*, Goffred. noſter *hic nu.* 1. Ripoll. *dict. cap.* 20.
20 *num.* 11. *in fine*, & 12. quia toties debetur, quoties fit contractatio, & ad mẽſurationem, & ponderationem devenitur; & ſic quando emptor denuò contractat, à ſecundo emptore ſolvitur, licèt à venditore ſolutum ſit; & cùm quotidiano uſu ſic obſervetur, ita ab antiquo
21 ſtatutum eſſe colligitur, licèt juris Ponderaturæ medietas à venditore, altera verò ab emptore ſolvenda ſit, ut notat Reg. Moles *deciſ. R. C.* §. 6. *memb.* 6. *num.* 4.

Ad num. 10. & ſeq.

22 OMnia, quæ inacquiribilia ſunt, abſque conceſſione, vel privilegio, tanquam de genere prohibitorum, hujuſmodi juſto titulo deficiente, nec etiam poſſideri valent; ex hoc tamẽ nõ venit excluſus titulus ille, ex rationabili cauſa oriens, nulla contraria ratione concurrẽte, nempe conſuetudinis, uſus, poſſeſſionis, atque longiſſimi temporis præſcriptionis; quæ, cùm inter immemorabilia adnumerentur, tanti ſunt roboris, ut pro legali titulo habeantur; cujus ope nedum poſſeſſor poſſeſſione, in qua reperitur, privari nequit, verùm nec etiam dominio, licèt utili, prout Nos *in rubr.* 2. *à n.* 82. *uſq; ad* 92. ex multis juri-
23 bus, & DD. ſententiis concludimus; ita quod talis titulus á quauis lege, vel ſtatutaria diſpoſitione, quovis verborũ tenore, etiam generaliter, loquentibus, excluſus, ſublatus, atque improbatus nunquam cenſetur, ſi de eo expreſsè nõ fiat mentio, Afflict. *deciſ.* 259. *num.* 5. ubi Vtſill. *num.* 7. Reg. Revert. *deciſ.* 83. *verſ. ſed difficultas*, Faber *in ſuo Cod. lib.* 7. *tit.* 7. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum, defin.* 5. Boer. *deciſ.* 39. *num.* 11. 12. Covar. *var. reſ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. *tom.* 2. Flores Diez de Mena *var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 44. Cancer. *var. reſ. par.* 3. *cap.* 4. *nu.* 38. Salgad. *de Regia protect. p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 153. Caſtill. Sottom. *contr. for. cap.* 24. *tom.* 7. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 17. *num.* 34. & meliùs *in gloſ.* 18. *par.* 5. *num.* 69. & *gloſ.* 19. *par.* 1. *num.* 63. Gabriel Pereira *de manu Regia, prælud.* 3. *num.* 10. 11. Creſpi de Valdaura *obſerv. Ill. deciſ.* 1. *num.* 274. *part.* 1. Matthæu *de regim. Regni Valent.*
24 *cap.* 6. §. *p. num.* 24. 25. Vnde ſi tales cõſuetudines, uſus, poſſeſſiones, ac immemorabiles præſcriptiones, particulari lege, vel ſtatuto auferantur, non per hoc, privilegium ab eis ortum, & probatũ in beneficium poſſeſſoris rei, vel juris acquiſiti, ob effectum, quem habuit, pro ſublato habetur; ſed ſemper in eadem manet firmitate, & obſervantia, attenta validitate tituli, dependentis à tempore acquiſitionis, cæptæ, ac continuatæ poſſeſſionis, licèt poſtea modus dictæ juſtificationis tituli, ejuſque conditionis ſublatus fuerit, Caſtill. *dicto cap.* 24. *ante num.* 2. cum multis aliis, laudatis à Matthæu *in dicto* §. 1. *à num.* 27. *par.* 1.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI-

RUBRICA NONA

De Iure Imbarcaturæ.

RITVS I.

IMbarcatura eſt, quãdo aliquis haberet merces ſuas in pondere fundicatas jam, de quibus ſolverat jus fundici, & jus Stateræ, & velit iterum ponderare: hoc vulgariter dicitur *Imbarcatura*; pro quo jure Imbarcaturæ ſolvuntur pro quolibet cantario grana auri duo.

RUBRICA DECIMA

De Jure Reficæ majoris, & minoris, quod novum eſt.

RITVS I.

REfica ,A, ſolvitur Neapoli à Scalenſibus, & Ravallenſibus, exiſtentibus in Ruga Scalenſium, & Ravallenſium, Neapoli de eorum mercimoniis; qui licèt ſolvant ut cives, tamen ſolvere tenẽtur pro quolibet collo, ſeu balla quarumcunque mercium, quam deferri faciunt Neapolim, vel de Neapoli mittant ad Terras alias, tarenũ unum, & tertium: hoc dicitur *Refica*. Illi verò de Afflicto, & Frezza, ac alii, qui cum uxoribus, & familiis ipſorum morantur, & habitant Neapoli, à dicto jure Reficæ ſunt exempti. Hodie Neapoli hoc jus non ſolvunt, niſi illi de Spina. Hæc dicitur à dohaneriis Refica major; & minor eſt quando extraneus cum ſalmis per terram portat merces Neapolim, & extrahit eas per mare de Neapoli, ſolvit fundicum de eis, & *Reficam*, ſcilicet tarenum, & tertium ,B, Item ſi per mare veniant merces Neapolim, & cum ſalmis portentur per terram ad terrãm fundici, ſolvitur Refica, & dãtur fidejuſſores de eundo ad ipſum fundicum; ſed ſi vult ire tunc patronus ipſarum mercium cum eis ad terram,

Digitized by Google

ram non habentem fundicum, ſolvit jus fundici,& Reficam.

a A. Hoc jus ſolvitur quando quis venit per terram cum ſalmis mercium,& exit per mare;vel contra, quando venit per mare, & exit per terram, & ab illo traficare,vel reficare, dictum eſt jus *Refica*. Et quia illi de Scala,& Ravello faciebant ſæpiùs hoc traficum per mare immittẽdo,& exeundo per terram,& è cõtra, pluſquam alii foraſtierii;ideo in iis dicta eſt *Refica major*, in aliis *Refica minor*.

Dictum eſt etiam *jus ſalmarum*:quia cum ſalmis veniebant, vel exibant per terram. Et nota,quod jus Reficæ,ſive Salmarũ, ſervatur in Regia Dohana,quod ſolvatur toties, quoties fit ille actus immiſſionis per terram,& extractionis per mare;vel è cõtra,etiam,quod fiat de eiſdem bonis, de quibus ſemel illud jus fuit ſolutum.

b B. Pro curru verò mercium ſolvuntur caroleni ſexdecim ; & ſcias,quod hodie exiguntur grana 27.pro qualibet ſalma,& ſic aliquid plus,quàm tarenum,& tertium.

Dicit *Goffredus*, quod ex iſto *Ritu* jus *Reficæ majoris* non ſolvitur ab illis de Affliicto,& Freccia,& ab illis (ſcilicet de Coſta Amalphiæ)qui habitant cũ uxorib.& familiis Neapoli,niſi ab illis de Spina: & ſic videtur probare *litteram* ibi, dum dicit:*ac alii,qui cum uxorib.* ſed videtur ſentire, quod loquatur de aliis hominibus,cũ dictio,ac,ponatur inter diſſiũcta:quia ſupra dixit *de Afflicto, & Freccia*,& poſtea dicit *ac alii,qui cum uxoribus*, & ſic de aliis hominibus dictæ Coſtæ loquitur.

RVBRICA X.

De Iure Reficæ majoris, & minoris quod novum eſt.

SVMMARIVM.

Jus reficæ majoris non ſolvitur ad præſens Neapoli ab illis de Afflicto,& Freccia,& ab illis de Coſta Amalphiæ, qui habitant Neapoli cum uxoribus,& familia,exceptis illis de Spina, num.1.

Dictio ac *in iſto* Ritu *eſt diſiunctiva,& quarè nu.2.*

Jus reficæ minoris, à quibus, & quarè exigatur ? num.3.

Cives Amalphitani reputantur,& tractantur prout cives Neapolitani,ſi habitent ſaltim Neapoli per tres dies,num.4.

Scalenſes habitantes Neapoli,*& Amalphitani habentes merces communes,ſcalenſes non ſunt immunes, & nõ gaudent immunitate Amalphitanorum.num.5*

Clerici viventes in communi, ſunt ſolùm exẽpti pro eorum portionibus num.6.

1 ITem habes ex hac currenti *rubrica*, quod jus Reficæ majoris non ſolvitur hodie Neapoli ab illis de Afflicto, & Freccia, & ab illis de Coſta Amalphiæ, qui habitant cum uxoribus,& familiis Neap.niſi, ab illis de Spina, & ſic videtur probare *littera*, ibi dum dicit : *ac alii,qui cũ uxorib.* qui videtur ſentire,quod loquatur de aliis hominib.di-
2 ctę Coſtę,cũ dictio,*ac*,ponatur inter disjuncta: quia cum ſupra dixerit *de Afflicto, & Freccia*, poſtea dicit *ac alii,qui cum uxoribus*, &c. & ſic de aliis hominibus dictæ Coſtæ loquitur.

3 Item,& Refica minor recipitur ab aliis, qui cum ſalmis portant Neapolim, & per mare extrahunt de Neapoli, & ſolvunt fundicum, & reficam, quod eſt tarenum unum, & tertiũ, & ſic etiam ſi per mare venirent,& cum ſalmis vellent exire Neapolim, ut in *præſenti Ritu*,
4 & communiter dicitur, & ſic ſemper audivi tempore meo in Summaria, quod illi de Coſta Amalphiæ gaudent iſto privilegio, quod reputentur Cives Neapolitani,& ſic tractentur, dũmodo habitaverint Neapoli ſaltem per tres
5 dies;ſed ex hoc vidi fieri dubium,ſi Scalenſes, qui habitant Neapoli, & illi de Coſta Amalphiæ,qui ſunt exempti,ut cives, quod ſentit etiam hic *Ritus*, ibi : *licèt ſolvant ut Cives*; ſi habent merces communes cum aliis de Coſta, & fratribus, & conſanguineis,exiſtentibus in Coſta,an ſint exempti,& franchi pro bonis illorum communibus? & dicas quod non, & ita diximus in Summaria, & patet *in capitulo Regis Caroli II.* in planicie Sancti Martini, quod
6 incipit *item ſtatuimus*, *quod Clerici*. (eſtque cap. 98. ſecundùm ordinem de Nigris) ubi clerici ſunt exempti à collectis pro bonis patrimonialibus, pro parte,ſeu portionibus eis legitimè contingẽtib. & ſic pro portione eorũ tãtùm;pro hoc facit,quod notat *Specul.de conjugatis*,ubi dicit, quod non gaudet pro bonis aliorum, etiam ſi bona ſint indiviſa,quod notant *DD.in cap fin.de vit.& honeſt.cleric.*

ADDITIO

SVMMARIVM.

Imperator Fridericus multas alias impoſitiones adjecit, quæ ſub novarum impoſitionum nuncupatione currunt.num.1.

Ius Reficæ,potiùs ſalmarum denominari deberet: diſtinguitur in jus Reficæ majoris, & jus Reficæ minoris:pro quibus rebus ſolvatur,& quarè num.2.

Ius reficæ majoris, & minoris inter dohanæ jura comprehenditur num.3.

Ius reficæ,ſecundùm Andream de Iſernia,*ſolùm Neapoli eſt adſcriptum,num.4.*

Ius reficæ majoris, vel minoris uti adſcriptum ad traficationem rerum cum ſalmis,toties debetur, quoties fit traficatio.num..5

Civilitas multis modis acquiri poteſt.n.6.

Cives fieri poſſunt ex allectione,& incolatu. num.7.

Digitized by Google

Allectatio in cives quomodo fieri possit? nu. 8.
Cives allecti, vel ex privilegio gaudent privilegiis loci, prout originarii, secundùm quos debent subire onera, & honores. num. 9.
Cives allecti, vel ex privilegio, uti, fruique possunt juribus lignandi, & pascendi, originariis competentibus, tam in demanialibus, quã in baronalibus bonis, absque ulla fidæ solutione, n. 10. *& etiã in promiscuis. nu.* 11. *sed quandoq; secus attentis privilegiorum promiscuitatum verbis. num.* 12.
Barones in bonis, particulari titulo ab universitate acquisitis, & in promiscuis, non habent jus pascendi, & lignandi, etsi pro primis civibus habeantur. nu. 13. 18.
Barones non in omnibus reputantur ut cives allecti, quia ad contribuendum ut cæteri cives non tenentur. num. 14. 17.
Barones largo modo dicuntur cives. nu. 15.
Barones pro allodialibus, quæ possident in feudo solvunt bonatenentiam. num. 16.
Allectio Civium fieri potest per Electos hujus fidelissimæ Civitatis. num. 19.
Allectio vigore Regiæ Pragmaticæ ut fieri possit, quæ copulativè requirantur? nu. 20. 22.
Exterus in aliquo loco uxorem ducens, & domus possessionem habens, efficitur civis illius loci. num. 21.
Cives allecti in tantum gaudent, in quãtum habitant, aliter privantur beneficiis, et civium privilegiis. num. 23.
Cives allecti per Electos hujus fideliss. Civitatis, ut gaudeãt immunitate dirictuũ Regiæ dohanæ, oportet, ut confirmetur allectio cum beneplacito Principis, & decreto R. C. S. num. 24.
Civilitas per incolatum, vel domicilium ultra naturalem dependẽtem à propria, vel paterna nativitate, quomodo acquiratur? num. 25.
Relegatus non poterat Romæ demorari ob sedem Imperatoriam. num. 26. *etsi sit persona ecclesiastica non potest demorari ubi residet Papa. num.* 27. *etsi fuerit Regnicola prohibetur morari Neapoli, ob sedem Proregis. num.* 28.
Iudex loci domicilii, est competens, etiansi agatur de re, & contractu alibi gesto. num. 29.
Domicilium accidentale, quid? num. 30.
Domicilium quando dicatur translatum, & constitutũ, ita ut quis ipsius ratione de illo loco dicatur esse incolam. n. 31. 33.
Domicilium dicitur confectum, si transcursum sit tempus decem annorum habitationis. n. 32. *& quando secus? nu.* 35.
Habitans per decennium alicubi, efficitur incola illius habitati loci. num. 34.
Amalphitani, & omnes de Costa Amalphiæ, habitantes per tres dies in Civitate Neapolis, gaudent ac si essent Neapolitani. num. 36. *sed hoc quomodo intelligatur etiam attento eorum privilegio, &* Ritu *hujus rubricæ? nu.* 37. 39.
Dictio omnis *universalis est. num.* 38.
Hospites sunt illi, qui momentaneam habitationem habent in aliquo loco? nu. 40.
Habitator, Hospes, & Peregrinus differunt inter se. num. 41.
Habitator non dicitur ille, qui temporis momento, aut paucis diebus habitat, & sic per transitum. num. 42.
Habitator dicitur ille, qui pro majori parte anni habitat, vel ratione industriæ, aut exercitii, & gaudet uti habitator de omnibus privilegiis concessis habitantibus. num. 43.
Habitantes in Civitate Neapolis, gaudent privilegio trahendi, & quod non trahantur extra tribunalia in Civitate existentia, etsi actores sint. num. 44.
Habitationis jus est, quod à re personæ debetur, ita quod rectè haberi possit in rebus alienis ex justo, & legitimo titulo. num. 45. 47.
Res propria domino non servit. num. 46.
Habitationis jus, uti personæ adhærens, cedi, atque donari, aut alio modo transferri, vel locari non potest. num. 48.
Domus, vel alterius rei legatæ ad habitandum, vel fruendum, per legatarium, usus donari, ac cedi potest. num. 49.

1 CVm Imperator Fridericus Regnũ hoc magno gravasset onere variarũ impositionũ, quę ad differentiã aliarũ iustè impositarum, & de jure debendarum, sub Novarum Impositionum nomine currunt, ob quod magnopere suam gravavit

Digitized by Google

vit conſcientiam, per ea, quæ diximus
2 ſupra in *rubr.2.num.5 & 6.* magnum ob traficum bonorum, quod conficiebatur cum ſalmis,per terram venientibus, ad finem habendi exitum per mare, ut in loco fundici,vel alibi, ubi fundicus non adeſt,ſi commodius erit,aſportentur,vel per extra extrahantur; & è converſo ſi bona,& merces,per mare veniant,& deinde per terram exeant, aliquid pro qualibet prædictorum bonorum, ſive mercium ſalma impoſuit, ac ſolvi mandavit;quod tamen jus, cùm ejus ſolutio pro quavis ſalma debeatur, jus quidē ſalmarum nuncupari deberet; ſed, cùm traficationis cauſa eveniat, pro *Trafica* jure habetur,ſive *Reſina*,ſeu *Refica*, ubi ſituatum fuit, & diſtinguitur inter *Majorem*, & *Minorem*, non habito repectu ad juris exactionem forſitan diſtinctam; ſed quia illi de Ravello, & Scala magis apti ſunt ad traficationem prædictam, & de continuo illam exercent, plusquā alii;ideo *Major* appellatur, ob majorem quantitatem, quam reddunt in hac juris ſolutione,quod non ita in aliis, qui non tam cōtinui ſunt in ea, & ſic minus red-
3 dunt,& adſcribitur inter jura, & membra Reg. Dohanæ,Goffred. noſter *hic n.3.*R.Moles *in deciſ.R.C.S.§.6. membr.*
4 5. licèt non fuiſſet ubique ſituatum ſed Neap.tantum,per ea,quæ deſcripſit Andreas de Iſernia, *in conſtit. quanto cæteris* in deſcriptione, quænam ſint
5 jura nova per dictum Imperatorem impoſita; At quia hujus juris exactio,non ex alia ratione fit, & per extrahentem cum ſalmis debetur,niſi intuitu,& cauſa Traficationis, non autem mercium traficandarum, toties ſolvitur, & exigitur, quoties traficatio ipſa perficitur,nil obſtante ſi eadem bona, ſive merces ſint, ſint,Reg.Moles *dicto membro 5. num.6.* & Nos etiam aliàs diximus quo ad ſimilia,*in præcedentibus Rubricis.*

Ad num. 4.

6 QVamplures quidem ſunt modi,qui per Imperatores adnumerantur pro acquiſitione civilitatis alicujus loci particularis,& ut pro Cive
7 alicujus loci aliquis reputetur. Inter quos adnumerantur,qui per allectionē, & incolatum fiunt,prout *in l. Cives, 7. Cod.de incolis,lib.*10. quoniam vetitum haud erat, immo de jure permiſſum, exteros, vicinoſque in civium ordinem cooptare, ac aſſumere, ſive allicere;
8 quod autē fieri,& acquiri valet ex civiū beneplacito,ita quod p loci univerſitatē allectetur,aut exPrincipis privilegio, ex allegatis per Altim.*ad R.Rovit.conſ.*
9 *48.num.*18. *lib.*1. ob quam aſſumptionem, ac aggregationem in Cives illius particularis loci, cùm ex juris diſpoſitione procedat, pro veris Civibus non autem pro fictis haberi debent, ac reputari; inde omnibus ipſius loci privilegiis fruuntur, ac exemptionibus,immunitatibus, & ſimilibus beneficiis, prout omnes cæteri originarii cives,á quibus in nihilo differūt, cùm idē ſit,quem eſſe civem per creationem,quā per originem, ſubeundo actu, non habitu,omnia onera,prout originarii, ad æqualitatem ſervandam,omnibus jurib. beneficiis, privilegiis,exempionibus, & ſimilib. prout cæteri cives, gaudere debent,Reg.Rever.*dec.*297.*verſ. ulterius, & tandem*,ubi Reg.de Marinis *num.*4.5 *tom.*1.Reg. Sanfelic. *dec.75.num.4.par.* 1.ubi Io: Baptiſta Muccius *num.* 2. 3. Reg.Rovit. *conſ.*62. ubi Altim.*num.* 1. *cum ſeq.tom.*2.Reg.Galeota *reſponſ. fiſcal.9.num.*10.11.12.*& ſeq.* Reg. Conſ. Staiban.*in obſervat.ad reſ.for.*92.*n.*25. *uſque ad* 57.*lib.*1.Beſold. *diſcu.Polytic. par.*5.*de jure, ordinibuſque civium, diſp.* 3.*num.*10.Reg. Conſil. Carleval. *de judic.lib.*1.*tit.*1.*diſp.*2. *quæſt.*2. *num.*82. Matienz *ad leges Hyſpan.in lib.*5.*recoll. tit.*10.*de donat.lib.*1.*gloſ.*5.*num.*2.Barboſ.*de judiciis, in cōment. ad l.hæres abſens,§.proinde,in art.de foro ratione ori-*
10 *ginis,num.*54. ita quod uti, & frui valeat uſu lignandi, ac paſcendi dictis civibus cōpetenti in demanialibus, nedum univerſitatis,verùm etiamBaronis, abſque fidæ ſolutione: Ex quo univerſitas ſua utitur facultate à jure tributa, alliciendo, & in cives allectando quoſcunque ad ſuum locum pro talibus venire cupientes,in ſubeundis oneribus,& honoribus, licèt in tertii præjudicium, nempe Baronis, quoad prædictum fidæ jus: quoniam de ejus intereſſe non eſt

curandum, tanquam adveniente secundariò, & in consequentiam, attenta Vulpiani sententia *in l. fluminum*, 24. §. *item videamus, fin.* ac *in l. Proculus ait*, 26. *ff. de damno infecto*, & Pomponii *in l. si in meo*, 21. *ff. de aqu. pluvia arcenda*, Reg. Sanfelic. *dicta decis.* 75. Altim. *ad Reg. Rovit. dicto conf.* 62. *num.* 3. & contra Rolandum à Valle *in conf.* 79. substinuit *Surd.* qui in eademet causa scrip-
11 sit *in conf.* 313. *lib.* 3. ob quam rationis paritatem, nō videmus, cur possit recedi à consideratione Muccii *ad R. Sanfelic. dicta decis.* 75. *num.* 4. valere scilicet allectos, prout originarii cives, prædicto lignandi, atque pascendi usu frui in cōvicinis, alienisque territoriis, in quibus cives allicientis loci, ratione promiscuitatis, aut privilegii, tale jus habent: intereſſe enim civium cōvicinorum, alionorunque promiscuitatis juri submissorum secundariò etiam, & in consequētiam venit: qnonim aliter dici posset, præfatos allectos pro veris haud haberi civibus, quod allegari non valet. Iure itaque optimo, promiscuitatis privilegio lignandi, ac pascendi juris, prædictis in locis uti, fruique valent, Altimar. *ad Reg. Rovit. dicto conf.* 62. *num.* 3. *tom.* 2. Amaya *sup. Cod. in dicta l. cives*, 7. *nu.* 118. & in casibus, quos referunt Regens Galeota, & Io: Baptista Thorus, ille *in cons.* 67. *n.* 25. *verſ. noviſſimè parum, lib.* 2. iste *in verb. cives aggregati, in ſupplem. deciſ.* aliqua facti forsan circunstantia, concurrebat ad allectorum exclusionē, ut desumitur ex verbis dicti Reg. Galeotæ, ibi: *discussis privilegiis*: quoniam eorum conceptio non nisi originarios cōprehēdebat, quo in casu allecti excluduntur, ut in eis non concurrente illa originaria in specie requisita qualitate; prout in casu simili requirente nativitatem, Altimar. *in dicto conf.* 62. *num.* 12. & nos diximus *in* 1. *Rubr.* quoad ea, quæ concurrere debent in concurrenbus ad capellaniā Thesauri Divi Ianuarii, nostræ inclytæ, ac fideliſſimæ Civitatis, qui à Plateis Nobilū, & Populi no-
13 minātur, *à n.* 227. & Barones jure licito, privantur hac pasculi, & similium jurium fruitione, quibus Cives gaudent, ne dum in aliquibus particularibus ter-
ris, particulari titulo, aut privilegio ab universitate habitis, ac acquisitis, Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 3. §. 2. *n.* 8. & alii mox laudandi; verùm etiam in aliis de convicinis locis, ex allegatis
14 infra *in nu.* 18. nam, quicquid dixerit pro cliente Reg. Rovit. *in conſil.* 46. *tom.* 2. Barones non reputantur in omnibus ad instar Civium allectorum: cùm ipsi nulla universitatis onera subeant, Præs. Ganaver. *deciſ.* 38. *num.* 8. Altimar. *ad Reg. Rovit. dicto conſil.* 62. *num.* 14. prout Cives allecti, ut cæteri Cives; qua de causa isti pro veris habētur Civibus,
15 *ex relatis ſupra à num.* 6. *cum ſeqq.* illi
16 largo modo, itaquod pro allodialibus, aliisque bonis, quæ in territorio possident, ad instar extraneorum bonatenentiam solvunt, & tanquam bonatentes, non autem uti Cives contribuunt, Præs. Ganaver. *dicta deciſ.* 38. *num.* 10. Alti-
17 timar, *ſup. ubi proximè*, & eorum prima civilitas acquiritur ex impropria allectione, intuitu, & ratione Baroniæ dignitis, non verò per receptionem, & allectionem in civem, Præs. Ganaver.
18 *dicta dec.* 38. *num.* 12. & ex hoc, quoniam pro veris non sunt reputandi Civibus, meritò eorum fruitio, nō quo ad omnia, extenditur, sed à jure, quo ad aliqua limitativè restringitur, & sic in eis, quæ universali jure, & acquisitione universitatibus competunt, atque in ipsarum territorio existunt, in quibus Barones pro primis habentur Civibus; secus verò in illis, quæ ex aliquo particulari, singularique jure, beneficio, ac privilegio ipsis universitatibus acquisita sint, vel si per easdem extra propriū territorium possideantur. Vnde pascendi, lignandi, ac similium jure, Vniversitati, & Civibus in convicinis ædibus, & territoriis competente, Barones minimè gaudent, nec ipso modo aliquo frui, vel uti valent: quia in talibus locis pro primis Civibus non habentur, cùm hæc, etiam extra ipsius Baronis jurisdictionem sint, Præs. de Franch. *deciſ.* 197. præcipuè *num.* 20. 21. *verſ. addo tamen*, Reg. Rovit. *in pragm.* 12. *de Baronibus, num.* 5. ubi etiam *Novar. num.* 12. & de Luca *ad dictam deciſ. de Franch. num.* 3. & pluries decreviſſe R. C. S. disputato

priùs

priùs articulo habetur penes Regentẽ Capyc. Galeot. *dicta contr. for. 67. per totam tom. 2.*

19 In hac quidem Civitate præterquam quod ex juris communis diſpoſitione, ad hanc allectionem per Electos deveniri poterat in alliciendo exteros in Cives; expreſsè etiam per Regem Ferdinandũ anno 1479. pro rationib. enarratis in *pragm. 1. de immun. Neap.* & per Regem Fridericum de Aragona *in capitulis huic Civitati conceſſis anno 1496. in 15. cap.* hic tam alliciendi, quã allectos ab ipſa allectione, & acquiſita civilitate privandi, juſtis cõcurrentibus cauſis, ex quibus honoribus immunitatibus, ac civilitate prædicta gaudere nõ mererentur, actus conceſsus fuit, ut *inter privilegia, & Cap. Neap. fol. mihi 23.* Reg. Rovit. *in dicta pragmatica 1. de*

20 *immun. Neap. num. 10.* & hoc ſi concurrerent requſita, in *d. pragm. 1.* enumerata, ac *in Ritu primo infra ſub Rub. 27. de mercatoribus, qui faciunt ſe cives, &c.* & in *Pragm. 1.* Invicti Imperatoris Caroli V. *in verſ. placet Cæſareæ Majeſtati, &c. de officiorum proviſione*; ut domicilium translatum in hac Civitate omni remota fraude, ductaque uxore Neapolitana, domunq; cõgruã poſſidendo, in ipſamet Civitate: nã ſi incongrua, & incapax eſſet quo ad habitationem, cum deficiat unũ ex requiſitis, non poſſe gaudere, determinavit R. C. S. anno 1607. ſub die 16. Februarii *in arreſt. 571.* de recol-

21 lectis per Reg. de Marinis: quoniam per ductionem uxoris, & domus poſſeſſionem deſumitur animus permanendi, ac domicilium habendi; cujus opẽ præter diſpoſitionem dictæ *Regiæ prag.* ex juris communis determinatione pro Cive habetur, ſicuti tenent Gram. *dec. 103. num. 111.* Reg. Rovit. *in dicta prag.*

22 *prim. num. 5.* itaque, cùm ſint requiſita copulativè, aliquo ex eis deficiente, ad allectionis actum deveniri minimè po-

23 terit: ceſſaret enim conceſſio, habitatione cum familia non ſequuta: Allecti nanque in tantùm gaudent, in quantùm habitant, ac domicilium habent, onera, ſicuti cæteri cives, ſubſtinendo, Regens Moles *deciſ. Reg. Cam. §. 8. quæſt. 1. nu. 8.* Reg. Galeota *reſponſ. fiſcal. 9.* Reg. Marcian. *diſp. for. 43. to. 1.* Altim. *ad R. Rovit. dicto conſ. 48. num. 23. lib. 1.* & determinavit R. C. ſub die 27. Ianuarii *1607.* in Arreſt. 570. & Nos diximus *in prima rubr. num. 255.* Ex his rationibus inductus eſt ſtylus in Regia Camera in decretis declaratoriis clauſulam apponendi *donec, & quouſque habitaverit Neapoli cum uxore, & familia* Reg. Galeot.

24 *dicto reſp. 9. num. 39.* Verùm ut allecti gaudere valeant immunitate dirictuum Regiæ Dohanæ, & ſimilium Regalium jurium, prout cæteri originarii cives; allectio, ab Electis facta, debet eſſe Regio beneplacito roborata: quia allectantes facultate carent concedendi ſolutionis jurium regalium immunitatem: & jam reperitur Civitati conceſſum uſque ab anno 1503. per Magnum Capitaneum, ut poſſit Cives allicere etiam quoad fruitionem hac immunitate, ſed Regio beneplacito, ſive aſſenſu concurrente in confirmationem allectionis, prout in *capit. dicti Magni Capitanei, cap. 23. fol. mihi 35.* Reg. Moles *dec. R. C. dict. quæſt. 1. num. 13.* 13. Reg. Marcian. *dict. diſput. 43. num. 4. 5. & 6.* cum aliis, allegatis ab Altim. *ad Rovit. dicto conſ. 48. num. 23. in medio, lib. 1. & ad conſ. 62. nu. 4. lib. 2.* & determinavit R. C. S. ſub die 21. Maii 1576. prout *in arreſt gener. 390.* de recollectis per Regen. de Marinis, mandans renovationem ordinum, & præcedentium decretorum Regiæ Dohanæ directorum, quod non admittant aliquẽ in Civem Neapolitanum, licèt declaratum virtute Regiæ Pragmaticæ pro immune, niſi præcedenti declaratione, ac proviſione Regiæ Cameræ, cum productione fidei Capitanei de Platea, ſive Octina, in qua habitat, de domicilio in hac Civitate; qua de cauſa introductum eſt, quod cum his declarationibus gaudere debet tanquam Neapolitanus, ob concurrentiam requiſitorum dictæ *Reg. pragm. primæ*, & ad inſtantiam particularium fiunt per Regiam Cameram, audito Reg. Fiſco, & expediuntur privilegia in forma.

25 Civilitas quoque acquiritur per incolatum, ſive domicilium, prout *in dicta l. cives, 7.* ultra laudata *infra à nu. 27.* quod præter naturale dependens à propria,

pria, vel paterna nativitate, in duo alia, dividitur, in cõmune scilicet, & publicũ, sicuti in loco Supremi Principis residentiæ cum sua Curia, ex quo omnibus commune fit, & communis Patria appellatur, ut de Roma, in qua tunc temporis Romanum Imperium, ejusque sedes residebat, dixit Modestin. *in l. Roma,*
26 *33. ff. ad municip. & de incolis,* ob quam rationem Callistratus *in l. relegatus, 19. ff. de interdict. & releg.* haud potest relegatus Romæ demorari, etsi expræsè in sententia hoc dictum minimè sit, & excusantur Romam proficientes à muneribus in propria patria, ut determinavit Papin. *in l. eos, qui Romæ, 9. ff. de vacat. & excus. muner.* & ex edicto Veri, & Antonini Imperatorum, sancivit Vlpian. *in l. sed, & reprobari, 7. §. Romæ philoso-*
27 *phantem, ff. de excusat. tut.* quo verò ad ecclesiasticos omnes, ubi summus Pontifex resideret cum tota Curia, ex decisis per Gregorium IX. *in cap. licèt 20. de foro*
28 *competenti*, & quod dicitur de Roma in jure communi, propter sedem Imperatoris; & de loco ubi resident Papa, quo ad personas Ecclesiasticas de jure Pontificio; jura prædicta intellige etiam procederè in urbe Neapolis, quo ad Regnicolas ob sedem Proregis, ad quod videndus Reg. Consil. Petr. *in Rit. M. C. V. 275. nu. 39. vers. ad confirmandum*,
29 *tom. 3.* qua de causa in eisdem rispectivè locis, jure recto convenìri valet, ac si in propria fuisset patria, etiam si conveniretur de re, vel ratione cõtractus alibi gesti, aut delicti, refutato Gabriele Pereira *in dec. Lusit. 2.* conclusionem firmarunt Amaya *in dicta l. cives, 7. à nu. 78. usque ad 97.* Fermosin. *de foro compet. in dicto cap. licèt, fin. num. 2. tom. 2.* Barbos. *de judiciis in l. 2. §. legatis, num. 10. 36. &* 41. Solorzan. *de Indiarum jure, cap. 21. num. 21. lib. 2.* Covar. *practic. quæst. cap. 5. ante num. primum,* Reg. Consil. Carleval. *de judiciis, lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 1. nu.* 43. Andrecl. *contr. for. 428. part. 6.* Benedict. Carpzou *decis. Germ. Ill. 1. nu. 6.* 10. 14. 15. *par. 1.* Altim. *ad Reg. Rovit. in*
30 *dicto cons. 48. num. 31. tom. 1.* Accidentale aliud est domiciliũ, & tale dicitur, quia acquiritur intuitu, & ratione habitationis de uno ad alium locum translatæ cum animi deliberatione illo in loco permanendi, & nunquam recedendi, sed ibi domicilium, ac incolatum cõstituendi; quæ duo copulativè concur-
31 rere debent, effectuata nempe habitationis translatio, atque animi perpetuò permanendi deliberatio; quæ quousque expressè de ea nõ appareat, ex præsumptionibus, & conjecturis verificari potest; prout erit si cum translatione ipsa, secũ familiam (si tamen habeat) vel majorem bonorum partem transtulerit, aut si in eodẽmet loco ad bonorum stabilium emptionẽ processerit: cùm ex his validè præsumatur adfuisse animus, ex quo contrahitur domicilium, & deliberatio ibi permanendi, ita quod, etiam decennio nõ elapso, domiciliũ, sive incolatum constitutũ esse adnegari, aut in discrimen deduci nequit, deserto originario, *l. domicilium, 20. l. ejus, qui, 27. §. Celsus, l. nihil est, 31. ff. ad municip. & de incolis, l. in lege Censoria, 203. §. igitur quæri solet, ff. de verborum signific.* Imperatores *in dicta l. cives, 7. Cod. de incolis, lib. 10.* Reg. Rovit. *in prag. 1. de immunit. Neap. num. 9.* Capiblanc. *de Baronib. cap. 60. num. 14. 15.* Genuens. *pract. Archiep: cap. 47. num. 1.* Reg. Consil. Staib. *in observ. ad res. 92. num. 14. cum multis sequentibus, lib. 1.* Reg. Consil. Carleval. *dicta quæst. 1. n. 11. 12.* Scialoya *de for. compet. cap. 2. nu. 39. in medio,* De Luca *ad Gratian. discept. for. cap. 181. num. 9. tom. 1.* Amaya *in Rubr. tituli Cod. de incol. num. 7. & in dicta l. cives, num. 98. cum seqq.* Fermosin. *in cap. quod Clerici, 9. de foro compet. quæst. 2. num. 5.* & meliùs *in loco proximè citato, num. 9. 16. 20. 22. &* 24. Andreol. *dicta contr. 428. num. 6. 7. 9.* Aloysius Mansus *consult. judic. 60. num. 20. tom. 1. & consult. 353. num. 92. 94. 95. & 97. tom. 4.* Benedict. Carpzou *defin. for. part. 3. const. 38. defin. 18. tom. 2. & dicta decis. 1. à num. 7. &* 24. cum aliis, relatis ab Altim. *in dicto cons. 48. nu. 32.*
32 *tom. 1.* Aut etiam si cum habitatione magnum elapsum sit tempus, puta decem annorum: quoniam ex hac longæva, continuataque perseverantia, permanendi, ac domicilium contrahendi, animus adfuisse colligitur, ad acquirendũ, & acquisita præscribendum sufficiens,

ex

ex deciſis per II.CC. *in l. ſi quis diuturno*, 10.ubi Gloſſ. *in princ. ff. ſi ſervitus vindicetur, & in l.cùm de in rem verſo*, 6. ibi: *longo tempore*: ubi Gloſſ. *in verb. longo, ff. de uſuris*, & per Imperatorem Antoninum *in l. ſi aquam*, 2. ibi: *tempore quæſiviſti*: ubi Gloſſ. *in dicto verb. quæ-*
33 *ſiviſti, Cod. de ſervit. & aqua*, itaut pro vero incola exiſtimari valeat, ac debeat,
34 ſicuti Imperatores cõcluſerunt *in l. nec ipſi*, 2. ibi: *niſi decem annis tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint, Cod. de incolis lib.* 10. Gramm. *deciſ.* 87. *num.* 3. Reg. Sanfelic. *prax. judic. ſect.* 7. *num.* 11. *verſ. tertio*, Reg. Rovit. *in pragm.* 12. *num.* 4. *de Baronib.* Vivius *commun. opin.* 89. *lib.* 2. Genuenſ. *loc. cit.* Reg. Conſil. Staib. *in dicta obſervat.* 92. *n.* 17. 33. 34. Scialoya in *loc. prox. alleg.* de Luca *ad Gratian. dicto cap.* 181. *num.* 5. 8. Amaya *in dicta l. cives, num.* 104. Oterus *de paſcuis, & jure paſcendi, cap.* 4. *num.* 11. 12. Fermoſin. *in cit. cap. quod Clerici*, 9. *quæſt.* 2. *& d. cap. fin. n.* 27. Mattheu *de Regimin. Regni Valentiæ, cap.* 5. §. 3. *num.* 9. Andreol. *dicta controv.* 428. *à n.* 8. Carpzou *dicta*
35 *deciſ.* 1. *num.* 25. qua ratione ſic ſtante, ſi de animo in contrarium appareat, illum nunquam perpetuò permanendi, ſed ſolũmodo habitandi habuiſſe deſumitur, licèt ibi per hoc longum tempus, & plus cum ejus familia, ac bonorum translatione moratus fuerit, ex cauſa fortè negotii, officii, & ſimilium, Reg. Rovit. *in dicta prag.* 1. *de Immun. Neap. n.* 9. *verſ. è contra verò*, Vivius *dec.* 477. Capiblanc. *de Baronib. in pragm.* 8. *part.* 2. *num.* 226. *&* 231. *lib.* 1. Reg. Conſil. Staiban. *in dicta obſervat.* 92. *num.* 20. Scialoya *in loco cit. prope finem*, de Luca *ad Gratian. in dicto cap.* 181. Amaya, & Fermoſin. *in laudatis locis*, Manſus *dicta concluſ.* 60. *tom.* 1. Carpzou *d. def.* 18. *n.* 8.
36 Inde pro exhorbitanti haberi debet id quod per Goffredum noſtrum *hic* aſſeritur audiviſſe, ſcilicet in Reg. Camera gaudere tanquam Cives Neapolitani, illos de Coſta Amalphiæ, ſi in hac Civitate Neapolis ſaltem per tres habitaverint dies, & teſtantur Freccia *de ſubfeud. lib.* 3. *cap. fin. num.* 25. *verſ. aliqua circunferuntur*, Ioan. Ant. Summont. *hiſtor. Neap. lib.* 1. *cap.* 6. *verſ. &*
37 *circa i Duci, pag. mihi* 138. *tom.* 1. ex eo quia omnibus ſupradictis jurium diſpoſitionibus contradicitur, & privilegio anno 1190. à Conſulibus, ſive Comeſtabilibus (per quos dicto tempore Civitas hæc gubernabatur) dictis Amalphitanis, Scalẽſib. & omnibus de Ducatu Amalphiæ conceſſo, de quo mentionem faciunt Freccia *in laud. loco* Franciſc. de Petris *in hiſtor. Neap. lib.* 1. *cap.* 5. *in fine, fol. mihi* 50. Camill. Tutin. *in orig. ſedil. Neapol. cap.* 9. *pag.* 88. & per extenſum (licèt aliquibus mendis, Typographi incuria) refertur á Iulio Cæſare Capacio *in Neap. hiſtor. lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 173. Ioann. Ant. Summont. *in laudato loco*, & P. Carolo Borrello *in Vindice Neapolit. Nobilit. pag. mihi* 77. juxta quod decidiſſe in beneficium dictorum de Ducatu Amalphiæ, multoties R.C.S. cum ejus litterarum expeditione, ut ſub die 20. Iunii 1482. & 7. Octobris 1597. cujus proviſiones regiſtratæ in Regia Dohana fuerunt die 10. ejuſdem menſis; ac in anno 1508. & 1519. in lib. notament. 6. & 18. Octob. 1520. in part. 31. Ad quod videnda ſunt Arreſta ipſius Regiæ Cam. recollecta per Reg. de Marinis ſcilicet 174. 177. 179. 180. & ſignanter 186. Et hoc privilegiũ juxta copiam originalis producti, & preſentati ab egregio viro Stephano Percacio de Neap. in Reg. Cam. captam per Magn. Rationalẽ Aloyſiũ de Raymo, eſt tenoris, qui ſequitur; in quo immunitas legitur conceſsa, ſed non talitèr.

In nomine Dei æterni. Anno Incarnationis Dominicæ MCXC. die IX. mẽſis Maii VII. indictionis. Quia gloria, & corona illuſtrium Civitatum eſt, diverſorum officiorum concors populi multitudo, & quanto in diverſis mercimoniis, & variis utilitatibus vivendi ſibi invicem, & aliis hominibus quorum frequentantur acceſſus, juſtiùs, copioſiùſque miniſtratur, eò celebrioris nominis Civitates ipſæ, & majoris opinionis divulgatione clareſcunt; Idcirco Nos Aliernus Cutonus, Conſules, Comeſtabuli, Milites, & vniverſus populus egregiæ Civitatis Neapolis provida, & ſalubri deliberatione conſilii attẽdentes, quid honoris, quid commodi Nobiliſſimæ Civitati, Vos viri prudentes Scalenſes,

Ra-

Ravellenſes, & cæteri Negotiatores, & campſores de Ducatu Amalphiæ cõferatis; vobis, veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus, in prædicta Civitate Neapolis habitantibus, ſalvo in omnibus generali privilegio Neapolis, quod eſt inter Nobiles, et Populum ejuſdem Civitatis; concedimus authorizamus, & in perpetuum hoc ſpeciali privilegio confirmamus; ut, ſicut iſta Civitas Neapolis privilegio libertatis præfulget; ita, & vos negotiatores, campſores, ſive apotecarii de præfato Ducatu Amalphiæ, ut negotiationes exerceãt in hac eadẽ Civitate ad habitandũ, ſeù ad apotecas tenẽdum venerint, eadem omninò libertate in perpetuum gaudeatis, ut nulla conditio de perſonis, vel rebus veſtris, ſive hæredum, vel ſucceſſorum veſtrorum negotiatorum in Neapoli habitãtium requiratur, ſicut non requiritur de Civibus Neapolitanis, ſalvo honore ipſius Civitatis in libero, & franco uſu veſtrorum negotiorum. Inſuper hoc eodem privilegio concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque heredibus, & ſucceſſoribus, negotiatoribus, campſoribus, apotecariis de memoratõ Ducatu Amalphiæ in Neapoli habitantibus, vel habitaturis ad negotiationes exercendas, ut liceat vobis, vel eis in perpetuum de gente veſtra inter vos Conſules ſtatuere, ac mutare in Civitate Neapolis de illis, qui Neapoli manſuerint, ſicut vobis, veſtriſque hæredibus, & ſucceſſoribus in Civitate iſta negotiationes exercentibus paruerit expedire; quorum arbitrio, & judicio ſecundũ veteres bonos uſus, veſtras cauſas, ſive lites, quę inter vos, vel eos emerſerint, terminentur; nec liceat Civitati, vel alteri pro ea, nobis, ſeu hęredibus, & ſucceſſoribus noſtris, vos ſeu hæredes, vel ſucceſſores veſtros de prædicto Ducatu Amalphiæ in Civitate iſta manentes, ſeu negotia exercentes de veteri, & bono uſu veſtro, ſeu conſuetudine trahere, vel mutare; ſed debeamus vos in omnibus bonis uſibus veſtris, & in Conſulatu veſtro in perpetuũ conſervare, & vos gubernatione, & judicio veſtrorum Cõſulum tantùm, in perpetuũ vivere debeatis. Et ut hoc privilegiũ noſtræ conceſſionis omnimodo, & perpetua firmitate obſignetur, ſigillo Civitatis, & Conſulũ, ac ſubſcriptione pluriũ de nobis communi conſilio, & voluntate Civitatis Neapolis eſt roboratũ. Actum Neapoli per Maurũ Clericũ Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Notariũ Dñi Sergii Venerabilis Neapolitani Archiepiſcopi. Anno die, Menſe, & indictione ſuperiùs prænotatis.

Ego Aliernus Cutonus ſubſcripſi.
Ego Ioannes de Griffis Conſul ſubſcripſi.
Ego Iacobus Falconarius Conſul ſubſcripſi.
Ego B. Domniboni Conſul ſubſcripſi.
Ego Ioannes Criſpanus Conſul ſubſcripſi.
Ego Marcus de Licio, & Creſcentio Conſul ſubſcripſi.
Ego B. de Marcodeo Conſul ſubſcripſi.
Ego Petrus Pacozza Conſul ſubſcripſi.
Ego Petrus de Arbata Conſul ſubſcripſi.
Ego Bernardus de Gizzio Conſul ſubſcripſi.
Ego Iordanus Imperator Conſul ſubſcripſi.
Ego Ioannes Buccatortus Conſul ſubſcripſi.
Ego Donadeus Mormil. Conſul ſubſcripſi.
Ego Stephanus Scriniarius Conſul ſubſcripſi
Ego Ioannes Pignatellus Conſul ſubſripſi.
Ego Ioannes Auximina Conſul ſubripſi.
Ego Ioannes Theophilus Conſul ſubſcripſi.
Ego Sergius Mocula Conſul ſubſcripſi.
Ego Gregorius de Bais Conſul ſubſcripſi.
Ego Stephanus Spada Conſul ſubſcripſi.
Ego Ioannes Ioannis Radicelli Conſul ſubſcripſi.

38 Vt etiam litteræ *Ritus* mandantis omnes de Afflicto, & Frezza, ac alios (ob quam dictionem Vniverſalem *l. Julianus 66. ff. de leg. 3. l. hoc articulo, 29. in principio, ff. de hæredib. Inſtituend. l. pediculis, 34. §. Labeo, ff. de auro*, & *arg. leg.* Marta *de clauſ. p. 1. clauſ. 86.* Barboſ. *tract. var. diction. uſu frequen. diction.* 241 colligitur comprehendiſſe omnes alios
39 de Coſta) qui cum uxoribus, ac familia, Neapoli morantur, & habitant, à dicto jure Reficæ eſse immunes, & ſic intelexiſse de illis, qui domicilium contraxerunt: nam ly *morantur* denotat ali-
40 quam diuturnitatem, & ly *habitant* non aliter momentaneam habitationem, & quaſi per tranſitum, quo in caſu potiùs hoſpites, quàm habitantes denominandi ſunt, & pro talibus haberi explicavit Vlpian. *in l. 1. §. hoſpes* ibi: *hoſpes planè non tenebitur, qui ibi nõ habitat, ſed pauliſper hoſpitatur, ff. de iis, qui dejecerint, vel effuderint, l. licet, 6. §. in factum, ff.*
41 *Naut. caupon. ſtabular. &c.* cùm valdè diffe-

Digitized by Google

different inter ſe habitator, hoſpes, ac domicilium habens, Napod. *in loc. prox. allegando*, & peregrinans, cujus hoſpitium non valet quantum habitatio, Reg. Moles *deciſ. R. C. §. 2. quæſt. 6. num. 42.*

42 ita quod pro habitante habeatur, licèt in re, & materia privilegiata, non qui temporis momento, pauciſve diebus ha-

43 bitat; ſed aliquo frequentativo tẽpore, quo durante in famulatu exiſteret, illo in loco aliquam artem, mercaturam, vel ſimilia exercendo: quoniam ſub nullo cadit diſcrimine, omnes illos, qui domicilium non habent conſtitutum, ob animum, quem ad proprios redeundi lares habent, dum pro majori anni parte, ac tempore, non momentaneo, ſed frequẽtativo habitant, pro habitantibus dejudicari debent, prout vocantur per IL. CC. *in l. quæſitum eſt, 76. §. Mævi filii*, ibi: *cum ſuis inhabitantibus, ideſt familia, & quæ ibi erunt, ff. de leg. 3. l. eſt differentia*, 9. ibi: *inhabitantes autem manumiſimus. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur, l. cùm de lanionis*, 18. *§. Sabinus*, ibi: *& omnia, quæ in eo ſolita ſunt eſſe, quæque ibi majore parte anni morabuntur, ff. de fundo inſtructo, & legato, l. ſi quis ita legaverit*, 8. *ex illis verbis: quia non omne momentum exigendum ſit, ut cum liberis ſit, ſed ut eam mentem, & id propoſitum habeat, ff. de condition. & demoſtrat.* Napod. *in Conſuet. Neap. Pupillus, verb. habitatoribus, num.* 10. Afflict. *in conſtit. Regn; quisquis, num.* 5. 6. *& deciſ.* 384. *num.* 11. *&* 12. Gram. *deciſ.* 87. Caravit. *in Ritu M. C. V.* 301. *num.* 27. *cum ſequent.* Ant. Faber. *in Ration. in alleg. jur. dicti §. hoſpes, & §. in factum*, Matthæu *dict. §. 3. num.* 14. Oter.

44 *de paſcuis, dicto cap. 4. num.* 22. qua de ratione Privilegium trahendi, & quod trahi nequeant Neapolitani à Tribunalibus in hac Civitate exiſtentibus, etiam ſi actores ſint, prout diximus *in rubr.* 1. *n.* 219. 225. licèt per dictum *Ritum* 301. *in fine* extenſum ſit, etiam ad habitantes in hac Civitate, & diſtrictu, tantùm habitantibus competit, uti ſub hoc nomine contentis, & quod ad fori ſolummodo beneficium, non autem quo ad alias prærogativas, immunitates, & beneficia, ex rationibus, deductis per Caravit. *in dicto Ritu. num.* 33. *&* 34.

45 Cunque de habitatione actum ſit, nõ videtur incongruum ad alia pertranſire, quæ magis habitationi accedunt: & quidem habitatio ſervitus eſt, quæ á re perſonæ debetur, inde ſumitur eſſe jus, quod alicui competit ex aliquo juſto, & rationabili titulo, atque cauſa, in ædibus

46 alienis (cùm proprio domino non ſerviant, ex per Nos recollectis in *rubr.* 2.

47 *à num.* 506.) habitandi ſalva rerum ſubſtantia, ex concordantibus, & vulgatiſque juribus, allegatis ab Harpretto, *ſuper inſtit. de uſu, & habitatione*, §. *ſed ſicui habitatio, num.* 1. 2. ubi etiam Iulius Pacius *in princ. dicti §. penult.* Georgius Adamus Struvius *ſyntagm. jur. civil. lib. 7. tit. 8. de uſu, & habit. exerc.* 12. *nu.* 60. 61. *tom.* 1. Henricus Hahnius *in obſerv. ad Vveſſemb. in Paratitl. in lib. 7. tit. 8. de uſu, & habit. ad num.* 3. *prope fin. to.* 1.

48 ita quod, uti perſonæ cohærens, alteri cedi, aut transferri, locarive non valet: nam nil aliud, niſi reî uſus, ſive ſimplex facultas, & cõmoditas habitandi conceſſa cenſetur à domino; ita ut per teſtatorem, cedentem, &c. ad ſolam legatarii, ceſſionarii q; perſonã, tali modo proſpectum fuiſſe videatur, & quod illi nullum jus competat, niſi factum habitationis actu fruendi, ob ſuam veram ſignificationem, á verbo *habito* deſumptã, & ſic ad factum ipſum, quod tanquam perſonale, non eſt trafmiſſibile, *l. idem julianus, 41. §. ſi quis alicui*, ibi: *ſi quis alicui legaverit licere lapidem cedere, quæſitum eſt, an, & ad hæredẽ hoc legatũ tranſeat? & Marcellus negat ad hæredem hoc legatũ tranſmitti, niſi nomen hæredis adjectum legato ſuerit, ff. de leg. 1. l. pater filiæ, 6.* ibi: *tantundem juris ad hæredem quoque tranſmittetur; quod hic nequaquã admittendum eſt, ne quod affectu filiæ datum eſt, hoc & ad exteros ejus hæredes tranſire videatur, ff. de ſervit. legata, §. item is, qui adium, Inſtit. de uſu, & habit.* & diſpoſuit Vlpianus, ex Papiniani placito in *l. ſi habitatio*, 10. *ff. de uſu, & habitatione*, cùm in iſto, & non in alio caſu loquutum fuiſſe exiſtimatur. Afflict. *deciſ.* 401. *num.* 1. Reg. Conſil. Pratus. *diſcept. forenſ. cap.* 38. *num.* 87. *tom.* 1. Reg. Conſil. de Roſa *conſult. forenſ.* 63. Decius

discusso articulo *in cons.* 355. Ant. Fab. *in Rational. in dicta l. si habitatio*, 10. Cardinal. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 4. nu. 8. 9. 10.* Francis. Barry *de succes. lib. 9. tit. 11. num. 1. tom. 1.* Castill. Sottomayor *controver. for. tom. 1. de usufructu cap. 28. nu. 27.* Petrus Barbos. *de legatis in dicta l. idem Iulianus, §. si quis alicui,* Ripoll. *variar. resol. cap. 12. de locato, & conducto, num. 258. 259.* Olea *de cessione jur. & action. tit. 3. quaest. 1. num. 27.* Gratian. *discept. for. cap. 775. num. 12. tom. 4.* Surd. *de alim. tit. 4. quaest. 4. num. 15. 16.* Muta *super consuet. Panormit. cap. 55. num. 19.* Harprett. *in dicto §. sed si cui habitatio, num 17.* Vvessemb. *in paratitl. lib. 7. tit. 8. de usu, & habitat. num. 2. usque ad finem,* & resolvit Sacra Reg. Audientia Valentiæ penes Hieron. de Leon *dec. 59. tom. 1.*

49 Si verò donata, cessa, vel legata, aut relicta sit domus ad habitandum, aut ipsius domus habitatio, vel fundum, & res aliqua ad utendum, & fruēdum, ex quo plena proprietas pro legata, & concessa habetur, & intelligitur, & sic illius domus, vel rei dominium translatum, ac acquisitum, cùm per illam additionem causæ *ad habitandum*, ex juribus, & DD. allegatis per Reg. Consil. Pratum *ubi supra num.* 84. & Reg. Consil. de Rosa *dicta consul. 63. num.* 10. nequaquam restringatur legatum habitationis; cujus jus, ne dum est proprium, verùm etiam valde distinctum, & ab usu, & usufructu ædium, rerumque in legato contentarū, separatū; quoniam in facto consistit, scilicet habitare, ejusque commoditatem habere; nō autem in jure, habitationis significante, per quod, ad instar fructuarii, naturaliter proprietas possidetur; quadere alteri ced., & locari possit, prout, sublata discordia antiquorū juris interpretum, determinavit Imperator Iustinianus in suo jure novissimo *in l. cùm antiquitas, 13. Cod. de usufructu, & habitatione,* sequendo Marcelli placitum, sicut ipse Imperator se magis explicavit *in d. §. sed si cui habitatio, Instit. de usu, & habit.* ibi: *sed si cui habitatio legata, sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque usus fructus, sed quasi proprium aliquod jus; quam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem secundùm Marcelli sententiam, nostra decisione promulgata, permittimus, non solùm in ea degere, sed etiam aliis locare, l. 4. ff. de alimen. & cibar. legat.* argum. *l. donationis, §. species. ff. de donat. l. species, ff. de auro, & argento legato,* Capyc. *dec.* 188. Aflict. *d. dec.* 401. Reg. Cons. Prat. *dicto cap. 38. num. 83. 84. 85. tom. 1.* Reg. Consil. de Rosa *dicta consult. 63. nu.* 12. 13. Decius *dicto consil.* 355. Alexand. *cons. 223. vol. 2. & cons. 214. num. 14. vol. 6.* Card. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29. & dicto tit. 4. num.* 8. Castill. Sottom. *dicto cap. 28. nu. 25. usque ad* 29. & latiùs *in cap. 73. à nu. 21. usque ad finem*, Ripoll. *dicto cap. 12. num. 257.* de Leon *dicta dec. Valent. 59. num. 2.* Olea *dicta quaest. 1. num. 25. 26.* Barry *in laudato loco, n. 1. & 5.* Pract. Papiens. *in forma libelli prolegato rei singul. num. 110. 111.* Ioseph Dondeus *consult. for. 14.* Ant. Faber *in Ration. in dicta l. si habitatio, 10. & de Conject. lib. 19. cap. 8. num. 3.* Harprett. *in dicto §. sed si cui, nu. 17.* ubi etiam Baccovius, Vvessemb. *in paratitl. dicto lib. 7. tit. 8. de usu, & habit. à num. 2. usque ad finem.*

Cæsar-nicolaus Pisanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA UNDECIMA

De Tracta, quam habent Mercatores ſolventes Jus Dohanæ.

RITVS I.

MErcator, A, extraneus poſtquam ſolvit jus dohanæ de mercibus ſuis, quas vendidit, poteſt tantam pecuniam, ideſt merces emptas de tanta pecunia, extrahere liberè de dohana, quanta eſt illa, de qua ſolverat dictum jus; & è contra, ſi extrahat, & ſolvat illud jus pro tot, quæ defert ad dohanam, nihil ſolvet: excõputat enim Dohanerius mercatori tractam, ſeu quantum debet habere pro tracta, in aliis commerciis, quæ fortè ineat: quia, ſi poteſt extrahere liberè merces, ut non ſolvat jus dohanæ, quantum eſt tracta ſua, poterit compenſare in aliis commerciis; & hoc ſine præfinitione temporis fuit Neap. & in partibus iſtis intellectum, atque ſervatum, ſicut Dohanerii teſtificati ſunt; ſed in Apulea ſervatur infra annum: & illi, qui ſervant infra annum, debent annum computare à die vendicionis; aut ſolutionis, pro qua petitur extractio ſupradicta: nam, ſi penultimo Auguſti primæ indictionis fuiſſent merces venditæ pro decem, & ſic pro tanta pecunia haberet tractam mercator primo ſeptembris ſequẽtis ſecundæ indictionis; ſi erunt alii gabelloti debent ipſi ſervare annum uſque ad penultimum Auguſti ſecundæ indictionis ejuſdẽ; Alioquin ſi computaretur aliter, dictus annus non eſſet, niſi unius diei tantùm, quod eſt abſurdum, & ſufficit dare inſtãtiam, ut dictũ eſt ſupra * *

* *In Rit. 2. de jure dohanæ.*

Anno Domini 1382. die 22. Decẽbris ſextæ indictionis Neapoli, determinatum eſt per Dominos Preſidentes Cameræ Sũmariæ, quod, ſi mercator extraneus vẽdit merces Neap. & deinde exit Regnum per mare, vel per terram, ſi nõ dimittit procuratorẽ cum pecunia, de qua vendit merces, non poteſt petere tractam, quanvis revertatur infra annum, & iſta queſtio fuit de facto in dohana.

Digitized by Google

,A, Pretium perventum ex mercantiis immissis per mercatores ab extra Regnum, an possit extrahi sine licentia Principis? Vide *bannum expeditum die 2. Decembris* 1508. per Regem Catholicũ, regestrat. *in regesto notamẽt. provis. 3. Sacræ Cæsareæ Majestatis fol.* 150. *& diversorum magno fol.* 802.

Die 30. *Maii* 1556. vigore hujus *Ritus* fuerunt vltimo loco expeditæ *litteræ* Cam. directæ officialibus dohanæ Civitatis Licii, cum inserta forma aliarum *litterarum*, expeditarum die 14. Aprilis dicti anni, & preinserti *Ritus*, in quibus mandatur dictis officialibus, quod servata forma dicti *Ritus* mercatores immittentes mercantias, & de retractu alias ementes, semel solutis regiis diricttibus, iterum solvere non teneantur. Vide *in Regesto Camera 26. dicti anni.*

Et *die 1. Junii dicti anni* 1556. cum inserta forma primarum *litterarum*, fuit iterum renovatum, & notatum *in eodem Regesto partium 26. dicti anni* 1556.

Et qvod provisiones aliàs per Regiam Cameram expeditæ, quod mercatores possint extrahere retractum mercium sine solutione, *die 29. Octobris* 1556. fuit provisum *decreto* Cameræ, tenpris sequentis videlicet: *Visis actis per Magnificũ Dominum Petrum Nasturtium Præsidentem R. C. S. & causæ commissariũ, facta relatione per eundem Excellenti Domino Francisco Reverterio Locumtenenti, & aliis Dominis Præsidentibus ipsius; fuit per eandem Regiam Cameram consensu provisum, & decretum, quod littera, expedita per eandem Regiam Cameram olim die 1. Junii præsentis anni, per quas fuit ordinatum officialibus dohanæ Licii, quod servata forma Ritus, mercatores immittentes mercantias, & de retractu alias ementes, semel solutis regiis diricttibus iteratò solvere non teneantur; exequantur ad beneficium Stephani de Bernaldo, prout præsenti decreto exequi, & observari debere decernitur, & providetur, oppositis non obstantibus. Hoc suum* (& est arrest. 182. inter recollect. per Reg. de Marinis.)

De pecudibus ad extra Regnum immissis in dohanam Apuleæ, & ibidem fidatis, pecuniam perventam ex venditione pecudum castratorum, casei, & lanarum possunt à Regno liberè extrahere, *privilegio dohanæ Menepecudum* permittente; ad cujus declarationem, & corroborationem, est videre in fonte ampliſſimam *provisionem* Cameræ, expeditam *sub die 15. Mati 1466. regest. in Cur. 3. fol.* 209. per quam benè idem declaratur, & permittitur dictæ pecuniæ extractio per extra Regnum.

RVBRICA XI.

De Tracta, quam habent Mercatores solventes jus Dohanæ.

SVMMARIVM.

Mercator potest extrahere, etsi non solvat jus dohanæ, & eò fortiùs, solvendo hoc jus, poterit cum sua tracta compensare in aliis mercibus, nu. 1. & quid servetur in Apuleâ n. 2.

Annus computatur 365. *diebus, & bisextilis* 366. *num. 3.*

Mercator si solvit Neap. dirictum pro suis mercibus, puta centum, de centum unciis, merces emere valet, & extrahere absque jure dohanæ, num. 4. & hoc modo intelligitur Ritus hujus rubricæ. *num. 5.*

1 NAm si potest extrahere liberè merces, & non solvere jus dohanæ, multò magis poterit cum sua tracta compensare in aliis mercibus suis. Hoc sine præscriptione temporis fuit Neap. & in partibus ipsis intellectum atque servatum, sicut dohanerii testificati sunt
2 & in Apulea servatur intra annum; illi, qui servant infra annum, debent computare annum à die vẽditionis, aut solutionis, pro qua, petitur extractio supradicta: nam si penultimo Augusti primæ indictionis fuissent merces venditæ pro decem, & sic pro tanta pecunia haberet tractam mercator primo Septembris sequẽtis indictionis, si essent alii gabelloti deberent ipsi servare annum usq; ad penultimũ Augusti ejusdẽ secundæ Indictionis; alioquin si computaretur aliter, prædictus annus non esset nisi unius diei tantùm, quod esset absurdum, ut dictũ est *supra in Rit. 2. de jure dohanæ*,
3 absurdum enim esset, quod annus computaretur unius diei, qui est 365. dierum, & in bissexto 366. ut *ff. de verb. signific. l. cùm bissextus*, & sic intelligas, quod dicitur *supra de jure dohanæ*, ubi dicitur: *& sufficit dare instantiã, unde absurditas resultet*, idest dicere sufficit; quod sit casus, unde possit evenire absurditas, & dic, ut dixi *in allegato Rit. 2. de jure dohanæ.* Vult hic
4 *Ritus* hoc dicere, quod, si mercator solvit Neapoli pro suis mercibus dirictum, puta centum, poterit de centum unciis emere merces, & extrahere sine jure dohanæ; sic eodem modo, si vult habere tractam, prout extrahere frumenta, non solvet jus tractæ usque ad centum,
5 & hoc est, quod dicitur, liberè posse extrahere, vel compensare cum aliis mercibus.

ADDITIO

SVMMARIVM.

Cur in hac rubrica non tractetur de tracta? num. 1.

Diei constructio ab antiquis populis juxta eorum arbitrium, & particulares mores regulabatur. num. 2. sed frequentior ejus divisio est in cælestes, & civiles. num. 3.

Dies cælestis in solarem subdividitur, & lunarem. num. 4. quorum tempora secundùm Solis, Lunæque cursus regulãtur; ita quod principium sumunt à media nocte usque ad aliam sequentem, luce de medio inclusa, sub transitu viginti quatuor horarum. num. 5.

Annus denumeratur in diebus tercentum sexaginta quinque, & horis sex. nu. 6.

Sol per intervallum dierum 365. *& horarum sex, totum percurrit Zodiacum, & lumen præstat super terram; ita quod terminato hoc denumerato cursu, per sua signa vertit, & alium sequentem incipit annum. num. 7.*

Quaternis quibusque transcursis annis, alius supra dictum numerum dierum 365.

adnu-

Digitized by Google

*adnumeratur dies.num.*8.

*Dies prædictus, qui ſuperadditur ſingulis quatuor elapſis annis, intercalaris nuncupatur.num.*9.

*Annus biſsetxilis dicitur ille,in quo augetur intercalaris dies.num.*10.

*Dies intercalaris in februarii intercalari menſe additur.num.*11.

Menſis intercalaris conſtat diebus 29. *& ultimus anni eſt.num.*12.

Menſium denumeratio,deducto intercalari, aliorum eſt 30.*dierum,aliorum* 31. *nu.* 13. *licèt ſolares ex* 30. *& lunares ex* 29.*eſſent.num.*14.

In termini computatione,an,& quando dies illi ultra 30.*veniant?num.*15.

*Audientia teſtium infra dietam committi haud poteſt; præter quod in cauſis civium,& habitantium in hacCivitate,ad quorum inſtantiam committi valet infra dietam, quod aliis non permittitur, & quare?n.*16.

*Nominatio teſtium fieri debet infra quinque dies,ab illo quo terminus in cauſa fuit impartitus. num.*17.*ſed in praxi ſervatur contrariũ, ſcilicet à die intimationis dicti termini,& quare?n.*18.

Nominationis tempus dierum quinque, an incipiat currere à die intimationis decreti termini, ſi ejus curſus ſit impeditus per exceptiones propoſitas,itaquod eis adimpletis,aut rejectis, opus ſit aliud decretum, quod terminus aliàs datus currat, à cujus notificationis die, bi prædicti quinque dies currant? num. 19.21.23. *eò fortiùs ſi fuerit proteſtatus excipiens, quod interim terminus non currat.num.*24.

Exceptionibus adimpletis, aut rejectis, omnino requiritur aliud decretum, quod terminus aliàs datus currat. num. 20.

*Termini, ac tempora, infra quæ aliquid ſit agendũ,petendũ,vel adimplendũ,tranſcurrunt,quouſq;oppoſita nõ militarent. num.*22.

1 LIcèt in hac Rubrica, tractadũ eſſet de Tracta;ad alia tamen pertranſimus,cùm tam in *Rubricis præcedẽtibus*, quám in aliquibus ex *ſequentibus*,aliqua adnotavimus, & adnotare debemus; quapropter Tempora tangimus, ut egit Goffred. noſter *hic in n.* 3. de anni com-
2 putatione, & ſignanter diei, cujus conſtructio ab antiquis Populis, juxta corũ arbitriũ,& particulares mores regulabatur, ex recollectis per de Mele *ad Gizz. in deciſ. infra laudanda n.*9. Capiblan. *in loc. mox alleg.n.*27.Alphonſ.Acaranza *de partu naturali, cap.*12.§.1.*de anni, & menſium dimenſione.n.*1.2.3.§.2.*nu.*1. §.3.*cum duob. ſeqq.* Io: Carol.Antonell. *de tempore legali,lib.*1.*cap.*3.*n.*5.*in prin-*
3 *cipio.* verùm propriis, frequentioribuſq; nominibus, Cæleſtis dicitur, & Civilis;
4 ac dies ipſe cæleſtis in Solarem ſub-
5 dividitur, & Lunarem; dierunque ſolarium, & lunarium tempora ſecundùm Solis, & Lunæ naturales curſus regulantur:& quia Sol omnibus præſtare videtur,Mattheu *deRegimine Regni Valẽtiæ, cap.*7.§.3.*nu.*191. & obſervatur per duodecim ejus ſigna infra annũ diviſa, & ſub eorũ propria denominatione exiſtentia, facta diligenti, & magis veriori computatione dierum naturalium, quæ principium ſumunt à media nocte, uſque ad aliam ſequentem, luce de medio incluſa, ſub tranſitu viginti ſupra quatuor horas, *l.more Romano,* 8. ubi Gloſ.*ff.de feriis,& dilat. l. ideoque,*7.cũ Gloſs. *in verb. hora ſexta, ff. de uſucapion.*Ant.Faber *in Ration. in l. denique Divus Severus,*3.§.*minore quam, verſ. proinde,etſi biſſexto natus, ff. de minoribus,* Antonell.*dicto cap.*3.*num.*27. *cum*
6 *ſeqq.* in diebus tercentum ſexaginta quinque, & horis ſex annus denumeratur, *l. cùm hæres,*4. §. *Stichus, ſi hæredi meo,ff.de ſtatu liber.l.ſi ita vulneratus,*52.§.*æxtimatio,ff.ad leg.Aquil.l.anniculus,*134.*ff.de verb.ſignif.* cum Gloſ. *in verb. tricenteſimo ſexageſimo quinto,* Gloſſ. *in l.deniq.*3.§.*minore,uerb.biſſexto, ff.de minoribus:*cùm tanto temporis
7 intervallo ſuum ſol percurrat Zodiacũ, lumen ſuper terram præſtando;proinde terminato hoc denumerato curſu per ſua ſigna, vertit,& alium ſequentẽ incipit,qui annus vertens dici valet, Goffr. noſter *hic num.* 3. Reg. Conſil. Gizzarell.*deciſ.*33.*num.*12. ubi Ioſeph Mele *à num.*10.Vivius *deciſ.* 72. *à num.* 5. *lib.*1. Pelliccia *ad conſuet. Averſan. cap.* 9.*num.*

9.num. 186. Capiblanc. *de Baronibus, in prag.* 5. *num.* 23. Covarr. *var. res. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 1. de Faria *ad Covarr. var. in lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 8. Acaranza *dicto* §. 1. *à n.* 4. *cum seqq. dicto* §. 2. *n.* 25. *& dicto* §. 5. *nu.* 14. *in princ.* Escobar *de Ratiocin. par.* 2. *computat.* 21. *nu.* 5. Antonell. *dict.*
8 *cap.* 3. *num.* 6. Faber *in laudato loco.* At quaternis annis elapsis, alius adnumeratur dies: ea itidem ratione, quoniam illę sex horæ, quæ in quolibet anno adsunt supra numerũ dierũ 365. singulis quatuor annis unũ cõstituunt diẽ, & intercalaris appellatur (Nec censemus omittẽ dũ, quod Greg. XIII. fel. Record. Pontifex Optimus Maximus, re exactiùs perpensa, cùm extra dubiũ videatur, quod annus verè non constat ex 365. diebus, & horis sex, ex quo minori temporis
9 spatio sol percurrit Zodiacum, nempe dierum 365. horarum quinque, & minutorum (ut dicitur) 48. mandavit, quod annus 1700. & annus 1800. qui bissextiles esse deberent ex communi bissexti regula, non sint tales; ut sic subtrahantur dies, quæ tot intercalaribus crescunt, ultra quàm debeãt, habita ratione ad minuta duodecim, quæ quolibet anno deficiunt dictis diebus 365. & horis sex: cùm, ut diximus, annus constet diebus 365. horis quinque, & minutis 48. quæ ut sextam horam conflare possent, sexaginta deberent esse, cùm
10 in 60 minutorum temporis spatio consistat hora; licèt etiam non desint, qui Pontificis computationi dissentiant) quapropter bissextilis dicitur annus
11 ille, *l. cùm bissextus,* 98. *ff. de verb. & rer. sign.* ubi Glos. cum alia *in cap. quæsivit,* 14. §. *festum, verb. qui duo, eodem tit.* & alia *supracitati in d.* §. *minore,* Vivius *dicta dec.* 72. *num.* 9. *&* 10. Capiblanc. *loco cit. num.* 25. Covarr. *dicto cap.* 18. *n.* 1. Acaranza *d.* §. 5. *à n.* 14. Antonell.
11 *dicto cap.* 3. *num.* 6. *in fine,* & in terminatione intercalaris mensis Februarii additur, ex Celsi I. C. determinãtione, juxta Quinti Mutii sensum *in d. l. cùm bissextus,* 98. *in finalibus verbis,* ibi: *extremoq; diei mensis Februarii attribuit Quintus*
12 *Mutius.* Mensis autem intercalaris constat ex 29. diebus, qui ultimus est in mẽsium dinumeratione, ex Varr. *lib.* 5. *de lingua latina,* ibi: *Terminalia, quod is dies anni postremus constitutus: duodecimus enim mensis fuit Februarius, & cùm intercalatur inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense,* Acaranza *dicto*
13 §. 5. *num.* 13. *ante vers. inter alia;* licèt alii menses ex triginta, alii ex 31 diebus constent, juxta apud nos currentem numerationem, Antonell. *loco cit.*
14 *num.* 12. *&* 13. & si solares triginta, & lunares constent 29. diebus Acaranza *d.* §. 1. *nu.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 50. *num.* 15. 16. 17. 18.

15 Ob quam disparitatem in dierum connumeratione dubium eveniret apud aliquos de ipsorum computatione in alicujus temporis, vel termini cursu, quo in casu, etsi multi multa dixerint; attamen magis cõmunis, receptaque DD. sententia est illa distinguens in prefixo termino utili, vel à lege, vel ab homine absque dierum denumeratione, sed de mense, vel infra tot menses, & intelliguntur de mensibus sub diebus 30. sin verò in mensium præfinitione adiiciatur tempus, sive dies, à quo currere, & incipere debeant, & desumuntur, prout numerãtur inclusi in eis dies illi ultra 30 sicuti incipiente mẽse à die quarta Maii, qui habet dies 31. incluso tanquã utili ipso die ultra 30. terminat mẽsis stabilitus in die quarta Iunii, & eodem modo si plures dati sunt menses; puta quatuor, vel sex, nã quatuor terminãt in die quarta Septembris, nil obstante, quod menses Maii, Iunii, Augusti ex 31 diebus constant, et sex in die 4. Novẽbris, licèt infra hoc semestre adsunt Majus, Iulius, Augustus, & October dierum 31. & sic in similibus mensium terminis; aut stabiliti sunt dies certi, sc. 30. 60. vel 90. qui pro continuis habentur, & illi superadditi ultra 30. in quolibet mense dierum 31, non computantur in termino, Gloss. *in cap. quàm sit, 6. de elect. in 6. verb. mẽsem,* Menoch. *dicto cas.* 50. Cencius *de censib. quæst.* 64. *à n.* 34. *ad finem,* Carpan. *in statut. Mediol. cap.* 430. *num.* 7. Antonell. *dicto cap.* 3. *à num.* 15. *cum* 4. *seqq.* Duard. *de censib.* §. 4 *quæst.* 21. *à num.* 5. *tom.* 1.

16 Putant aliqui pro receptione nominationis testium, & commissione extra

hanc

Digitized by Google

hanc Civitatem ultra dietam (cùm per infra vetitum ſit ad ipſius commiſſionẽ advenire,ex *Rit.M.C.V.*151. ubi Commentarii omnes;niſi ſint Neapolitani,& habitantes in hac Civitate, ad quorum inſtantiam, tam infra,quàm extra dietã, audientia committi poteſt, etiam contradicente parte adverſa;dummodo cauſæ nõ ſint feudales, nequę de maleficiis, & hoc attentis privilegiis, & capitulis huic Civitati conceſſis, ſicuti in *cap. 36. pag.mihi 36. & cap. 69. pag. mihi* 47.& ex Affliɛto,Reg.Rovito,Reg. de Marin. Thoro,& aliis,habetur penes Reg. Cõſ. Petr.*in Ritu M.C.V.*158.*num.9.tom.*1.)
17 non aliter ſuum poſſe habere effectum, niſi infra dies præfixos per *Regiã Prag.* 4.§.9.*ſub tit. de dilat.* quinque ſcilicet decurrendorum à die quo in cauſa impartitus fuit terminus,Reg.Sanfel.*prax. judic.ſect.* 46. *num.*11. ob illa verba in ſanctione preſcripta: *fra cinque giorni*
18 *dopo che ſarà dato il termine*; Verùm Praxis obſervantia eſt magis juris conſona,& juxta verum intellectum, ac Legislatoris mentem, quæ in præmiſſis magis attendenda eſt, quàm tenor verborum, quorum intellectus realis, non ob aliam rationem datur,& ſubintelligitur,niſi à ſenſu,& mente,Taſſon. *de anteſat.verſ.*10.*obſervat.*1. *num.*2. cùm Praxis ſit, dierum numerationem nunquam currere, niſi à die intimationis decreti termini,in cauſa impartiti;etiam ad finem evitandi maximum abſurdum, cùm in cauſis non ſemper mandetur terminus in contradictorio:quia nõnunquam altera inſtante à ſcriba cauſæ extenditur,& à Commiſſario Iudice ſubſcribitur;& proinde durũ eſſet, quod inſcia altera parte á die datæ decreti termini currerent præfixi quinque dies, & remaneret eluſa, ac indefenſa; immo alia, & quidem major eſt ratio: cùm allata *Regia Pragmatica* de per ſe principaliter hoc non ſancivit præfigendo terminum prædictum quinque dierum; ſed hoc erat per prius mãdatum in *ſanctionibus de anno* 1477.*ſub rubr. de ord. judic. in Pragmaticarum Codice*, dantibus formam procedendi in civilibus quæſtionibus, & judiciis inter partes;ac *in Pragmatica* 5. poſt quam reus comparuerit in eſecutionem citationis primi libelli, ipſoque per triduum conſiderato, poſt conſignationem copiæ illius, à die, quo comparuit, vel contumaciam purgavit,ſi exceptiones proponere volebat, id fieri debebat infra terminum quinque dierum dicto triduo completo; & propoſitæ, per judicem infra alios quinque dies terminandæ erant,aliàs ad meritum reſervatę cenſebãtur, demum dari terminum ad probandum, in quo debeant partes ſe explicare in quibus locis habent teſtes pro illis examinandis, & determinatur tempus ſive terminus nominationis per infra Regnum,pro ut *in Pragm.*7. quæ omnia fieri debent infra quinque dies; dum *in Pragm.ſeq.*8.mãdatur in quinta die prædictarum dilationum, valere partes producere articulos, ſuper quibus altera deponere debeat, uti principalis, & interim terminus non currit; ſed quia pro tempore obſervantia prædicta fuit perturbata, & partes poſt termini dationem in cauſa,ipſiuſque notificationem, non perveniebant ad nominationem teſtium in partibus, ſed producebant articulos pro depoſitione principalis, ipſaque obtenta, nominationem teſtium in partibus examinandorum faciebant, pro ut facere poterãt, licèt elapſis illis quinque diebus à die notificationis, ſicuti fundavit Reg. Rovit.*in dicta Pragm.7.de ord.judic.nu.*25. quia interim terminus non cæperat currere,cauſam dedit, ut emaneretur dicta *Reg. Pragm.*4. *de dilationib.*& *in* 9.*cap.* pro obſervatia antiquæ diſpoſitionis, quæ non ſervabatur tunc tẽporis, fuit mandatum fieri nominationes infra dictũ terminum quinque dierum à termini datione; ſcilicet, ſicuti erat per prius, qui curſus ſuum habebat principium ab ipſius notificatione, ibi: *Ordiniamo ancora, che inviolabilmente ſi oſſervi la Regia Pragm.circa il far la nominatione, tanto per dentro,quanto per fuori del Regno fra cinque giorni, dopo che ſarà dato il termine*, Caravita *in Rit.M.C.V.*140 *num.*6.*in fine*,Muſcatell.*prax.S.C.lib.*1. *par.*5.*gloſ.ſuſpectorum, n.* 18.Ricc. *ad Præſ.de Franch.in dec.*57. Mutill.*prax. S.C. de gradu termini,num.*23.

Ex

19 Ex præmiſſis alia inſurgit quæſtio, quæ in praxi pluries evenit, & denuo evenire poteſt: cùm multa, etſi aliàs ex continuata praxi obſervata ſint, & deciſa, ob aliquorum ſubtilitatem, & cavillationem in diſcrimen iterum, atque iterum producuntur; quibus tamen pro bono regimine judices non debe-
rent aures preſtare: immo potiùs eos punire, pro ut jura exclamant, tanquam calumniatores, atque publicæ quietis perturbatores. Si modo ad hanc nominationem pervenire valerent partes, quouſque à die intimationis termini in cauſa impartiti elapſi ſint præfixi illi quinque dies, & donec terminus non cæpit currere ob aliquas oppoſitiones, ac exceptiones illius curſum impedi-
entes; qua de cauſa per judicem, poſt adimpletas per partes exceptiones, ut accidit, nempe cautionem expenſarum, procurationem, ſimileſque dilatorias, & peremptorias, aut aliquãdo rejectas, uti non militantes, & ab eis excipiens, & il-
20 las opponens excluditur; emanatur decretum, quod terminus aliàs datus curat, & currere intelligatur ab illo die, quo fit prædictum decretum; & hoc fieri debet, tam in caſu, quo oppoſitiones militarent, quàm ſecus, ex juribus, & rationibus, adductis per Caravit. in *Rit. M. C. V. 69. num. 5.* Petram *in annot. ad Capyc. dec. 82.* Scoppam *ad Nicolin. prax. Civil. à num. 190. cum ſequentibus*; quibus, rejecto Muſcatello, inhæret ex Reg. Sanfel. & aliis, Reg. Conſ. Petra *in eodem Rit. 69. num. 11. & in fine*, ubi dicit ita vidiſſe practicatũ multoties ſublata quavis diſtinctione à cõtrario allata, & decidiſſe S. R. C. atteſtatur Thor. *par. 1. compend. verb. terminus in cauſa*
21 *datus*; an autem ab ipſius intimationis die, poſſint nominationes fieri infrà præfatos quinque dies, an verò repellantur, quia tempora ampliùs non largiuntur, ob terminũ *præcitatæ Regiæ Prag. 4. §. 9. de dilat.* elapſum; cujus vigore, non eſſe amplius locum nominationi, aliqui in præmiſſo caſu tenuerunt, ex Reg. Rovit. *in dicta Pragm. 7. ante num. 26. de ord. jud.* Reg. Conſil. Pratus *ad Muſcatel. loc. cit.* Ricc. *in dicta dec. 57. Præſid. de Franch.* & determinaſſe S. C. confirmato decreto M. C. V. refert Thorus (pro ut ſibi retulit V. I. D. Auguſtinus Caputus) *in compend. deciſ. verb. nominatio teſtium per nomina, tom. 1.* Nam attenta *d. Reg. Prag. 4. §. 9.* non attenditur, quod terminus currat, & currere incipiat, ſed quod in cauſa datus ſit terminus, partique
22 notificatus; eò tamen fortiùs ſi à propoſitis exceptionib. & oppoſitionibus, excipientes excluſi eſſent, & in eis ſuccumbuiſſent: nam tempus hoc interim elapſum, infra quod erat aliquid peragendum, in eorũ damnum cedere debet, & ſuccumbere, omni reintegratione remota, ad adimplendum id, quod per antea, & infra elapſum tempus petẽdum, ac implendum erat, uti peremptum ob non admiſſibilia propoſita eorum culpa, quæ eis proficua non debẽt eſſe, *l. quibus diebus, 40. ff. de cond. & demonſtr. l. libertatem, 36. §. tranſacto verò, Cod. ad leg. jul. de adulter.* meritò excludũtur, & in eorum perniciem tempora, & termini prætereunt, & pro elapſis habentur, cùm in oppoſitis ſuccumbuerunt, argum. *text. in l. contra majores, 16. Cod. de inoff. teſtam.* Gram. *conſ. Civ. 148.* Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dec. 578. num. 4. lib. 2.* Reg. Conſil. Petra *in comment. ad Rit. M. C. V. 260. num. 48. tom. 2.* Amat. *var. reſ. 35. lib. 1.* & in ſimilibus terminis deciſe S. R. C. habetur penes Reg. de Marin. *reſ. jur. cap. 330. à num. 3. lib. 1.* Gizz. *ad Reg. Capyc. latr. dec. 96. num. 15. lib. 1.* Io: Baptiſtã de Thoro *compend. deciſ. verb. Terminus dierum, &c. part. 3. ſect. 3. & in ſupplem. deciſ. verb. Terminus*, Reg. Rovit. *deciſ. 18. & in Pragm. 16. num. 2. de ord. judic.*

23 Alteræ contrariæ non minùs ſubſtantiales, immo magis rationabiles adſiſtunt rationes: non quia terminus non cæpit currere; ſed ex quo ſuum non potuit habere effectum decretum termini, & ipſius impartitio; exinde ſequitur, ac ſi ad id perventum minimè fuiſſet: modo, quo ſublatis impedimentis, quæ effectui prædicto ſe oppoſuerunt, reponitur cauſa in priſtinum ſtatum, cum reintegratione quo ad omnia, Reg. Valenz. *conſ. 44. à nu. 34. uſq. ad 42. to. 1.* ac ſi ad hunc actũ dationis termini, haud perventum fuiſſet; qua de cauſa opus eſt,

Digitized by Google

eſt , quod per judicem terminus impartiatur,mandando quod habeat ſuum effectum , pro quo datus fuit: nam ſi ſecus foret, quod per oppoſita non tollitur de medio ; non mandaretur , quod exequatur,& incipiat ejus curſus ab illo die,quo fit decretum ; ſed quod procederetur ad ea,quæ incũbunt ad ulteriora in cauſa:habito in tali caſu pro vero, quod,ſi non cæpit currere quo ad termini curſum , dum non reperitur proceſsum ad actum electionis examinatoris , quo notificato,terminus incipit currere,verùm, quo ad alios effectus reſultantes ab ipſius datione , pro decurſo haberi;inde mandando , quod currat, ideſt,quod ſuum debeat habere effectũ, ab ipſo actu ſecundi decreti , pro dato haberi,& dejudicari debet, reintegrãdo partes ad priſtinum ſtatum , cum omnibus ſuis qualitatibus,& beneficiis, non elapſis, neque amiſſis per ſuccumbentiã in exceptionibus , & oppoſitionibus factis, quas,cùm ſuper eis judex interloquutus ſit,dignas dejudicavit determinatione , ac diſcuſſione:cum ſemper coloratæ præſumãtur,de Anna *in loco mox laudando* ; ac etiam quia vero intellectu attento , nequaquam haberi poteſt terminus pro dato , & in cauſa conceſſo, niſi ſuum haberet effectum , quod curreret , itaut ad ulteriora procedi valeret ; inde à die , quo currere incipit , pro dato eſt habendus ; à quo vero ſenſu , verba laudati §. 9. recedere nos non faciunt : nam pro ut *ſupra* diximus in *num.* 18. nil de novo ex ſe ſtatuit , ſed mandat obſervantiam ejus, quod priùs erat ſancitum; nempe nominationes fieri infra quinque dies á termini interpoſitione,quo cæpit currere , dum poſſe fieri,colligitur ex *Prag. 7. in fine,de ord. judic.* in reſponſionibus,quæ fiunt poſtquam terminus currere cæpit. Vndè concludendum eſt ad hanc nominationem validè adveniri poſſe, quouſq; fiat infra quinque dies ab illo,quo notificatum fuit decretũ , quod terminus aliàs datus currat, juxta magis conſentaneam noſtrorum DD. ſententiam in praxi receptã, & quæ obſervatur,obſervavimus , & obſervari vidimus in multis cauſis , & juxta quam determinavit S.C.penes Thor. *in compend.deciſ.part. 3.ſect.2.verb.nominatio teſtium facta*, Anna *in repet.ad conſtit. Regni, Conſtit. Divæ Memoriæ,n.264.verſ.ſed eſſet*;quo in loco,licèt nõ determinavit quæſtionẽ, quia diceret in alia parte;verũ ex finalibus verbis colligitur inclinaſſe in hanc ſententã,R. Conſ. Petra *in d. Ritu* 140. *num.* 3.4. Gallupp.*prax.S.C. part.2.cap.* 24.*num.*2.Nicol.Vinc. Scoppa *ad Hieron. Nicolin. prax. judic. civil. litt. F.* 24 *num.*100.*fol.mihi* 50. eò fortiùs ſi pars proponendo exceptiones , & alias oppoſitiones , ſit proteſtata , quod terminus interim non currat, Altimar. *ad Reg.Rovit.in dicta deciſ.*18. *num.*8. quo proteſtationis actu caruit caſus relatus à Thoro *in dicta part.*1, *compend. deciſ. verb. nominatio teſtium per nomina.*

Cæſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA DUODECIMA

De Iurè Setæ, quod eſt novum jus.

RITVS I.

SEta delata in Regnũ de partibus extra Regnum (prętter ,A, jura Fundici,& Dohanæ, quæ ſolventur pro ſeta, ſicut pro aliis mercibus) ſolvi debent per delatorem pro qualibet libra ſetæ, gr. auri decem in loco fundici, in quo primò applicabit, etiam ſi non vendat ibi. Et hoc jus granorum decem per libram ſemel tantũ ſolvitur,ſcilicet in portu, in quo primò applicabit, quod non eſt in Dohana, & Fundico, ut *in ſuperioribus* patet; dum tamen cauſa commercii delata ſit ſeta ipſa : nam in omnibus aliis (nedum in ſeta) ,B, quæ devehuntur non cauſa commercii, ſed ad proprium uſum, nihil ſolvitur, etiam jure communi. Hoc, ſi applicabit ſcilicet voluntariè,non vi,aut tempeſtate: nam tunc,ſedata tempeſtate, ante quàm exoneret, vel vendat, poteſt recedere, ut *in ſuperioribus* continetur.Alii dicunt *applicabit* ſcilicet *exonerando*, quod non videtur : quia in iſto jure ſetæ inſpicitur tempus,quo applicat, & venit in primum portum: cùm dicit *applicabit*, verba clara ſunt, non indigent expoſitione, ut addatur *exonerando*; & ſic fuit determinatum.

,A, De iſta dictione *prætter* neceſſe eſt dicere, quod ſtat excluſivè, quaſi velit dicere prætet jus dohanæ, & fũdici,ſc. quod ſolvere nõ debet;debet ſolvere gr. 10. ita quod nõ teneatur ad jus fundici,& dohanæ, ſed tantum ad grana 10. & intellige de ſeta, quæ venit ab extra Regnum; ſed quando venit à partibus Calabriæ infra,tunc ſolitum eſt, ſolvere grana 5. pro libra, & ita ſervandum eſt ſecundùm conſuetum,verba ſunt Domini *Goffredi ſuper lectura ſua in rubr. 2. de jure fundici, num.* 348.349.350. & allegat *Bart.in l.1.ff.de pignoratitia actione.*

,B, Hic eſt notandum, quod privilegiati non ſunt immunes à dirictibus gabellæ ſetæ,nec etiam Liparoti, & Mantioti,niſi in eorum privilegiis fiat expreſſa mentio de dicta gabella ſetici. Vide *litteras Camera* expeditas *anno* 1504. *in litterarum Curia* 3.*fol.*54.

Et quando exigatur aliquid pro ſerico conducendo à Coſta Amalphiæ Neapolim pro uſu artis ſericæ,vide *litteras Camera* 28.*Junii* 1485.*in comm.*35. *fol.*7.& quod mercatores Neapolitani pro ſerico empto in Civitate Conſentiæ tractentur immunes etiam à nova impoſitione,ſunt aliæ *litteræ* 6.*Iulii* 1487. *in partium* 35.*fol.*139.

Cente de Cucullo pagano lo jus fundici. Vide *in computo Credenzerii Caſtrovillarum anni* 1541.*fol.*22.

Et quando immittitur ab extra Regnũ in Regno, & à Regno extrahitur per extra Regnum, ſolvitur unum pro centenario. Vide *litteras Camera expeditas ſub die* 28. *Martii* 1484. in quibus ſunt inſertæ *litteræ Regis Ferdinandi* I. *date* 12. *Ianuarii* 1475. cum quibus declaratur,dictam ſolutionem fieri tantummodo, *in partium* 28.*fol.*139.

Et quid ſi immittatur ab extra Regnum ſeta in partibus Calabriæ,an ſolvi debeat Curiæ,vel Principi Biſiniani, tanquam membrum ſuæ gabellæ ſerici? Vide *litteras Camera* 22. *Ianuarii* 1514.*in litterar.partium* 9.*fol.*167.

E della ſporlatura della ſeta ſi paga alla gabella del Principe, e così de lo cucullo, come membro della gabella,ſtante informatione capta per Cameram 20.*Novembris* 1514. *in part.*10.*fol.* 232.*& in part.*9.*fol.*168.

Et ſi ementes ſetam ſolverunt grana 5. per libram, & conduxerunt in Apuleam exportandi cauſa Venętias, ſimiliter fuit proviſum, quod non debetur jus fundici, ſed ſolvant novam gabellam, *in regeſto Camera* 7.*anno* 1452.*fol.*185.

La ſeta torta,e li cingoli pagano li deritti della dohana, *in notament.Camera* 1499.*&* 1501.*fol.*79. ad prædicta vide *decretũ Camera die* 23.*Iulii* in cauſa Gonſalvi Suarez ſuper ſeta torta, & cingulis de ſerico, captis per dohanam Neapolis qui in commiſsũ inciderunt,*proviſum eſt,auditis ſapius, quod ipſe Gonſalvus ſolvat predictis ſerico,& cingulis duplicatum diricturn conſenſu,&c.* & quia auditis Dohanerio,Credenzeriis, & aliis Dohaneriis,quã de præterito fuerunt in dict.dohana,& viſis libris de ſeta torta, repertũ fuit, jura fuiſſe exacta de dicta ſeta torta, & cingulis de ſerico,*propterea proviſum,quod de cætero exigantur jura dohanæ, & fundici,& aliorum diricturn de eiſdem*, ut videri poteſt *in eodem libro fol.*79.

Seta empta in Regno, pro qua ſoluta eſt ſemel gabella gran.

5.ſi

Digitized by Google

§. si deferatur, & contrahetur in loco fundici, semel soluta gabella, nõ solvitur jus fundici. *littera Camera in Regesto commun. 7. fol. 160. anni 1452*

Jus setæ licèt sit gran. 5. pro qualibet libra, pro cucullo tamen est medietas in illis Terris, in quibus dictum jus spectat Regiæ Curiæ: & pro seta delata ab extra Regnum, solvuntur grana 10. juxta *Ritum*. Vide *in instructionibus datis per Cameram Magnifico Magistro Portulano Calabriæ, in capit. 9. & 10.*

Seta empta in Calabria potest extrahi per extra Regnum absque solutione passagii, *in regesto commun. 12. 1455. fol. 203. & in anno 1533. ultimo Martii littera Camera registrata in litterar. Curiæ 27. fol. 195.*

An Neapolitani pro seta extrahenda per extra Regnum per provincias Aprutii, teneantur solvere ultimam exituram? Licèt cũ *aliis litteris Camera 24. Maii 1538. in regesto litter. part. 46. fol. 68.* per Cameră fuerit provisũ, quod nec Neapolitani, nec exteri, nec Regnicolæ teneantur solvere dictum jus exituræ pro seta extrahenda extra Regnum, in quibus *litteris* fit mentio de fida Regiæ Dohanæ, & *Ritu Camera de jure setæ, & de jure exituræ, & decimi*, qui non loquuntur de seta pro ultima exitura: cùm in dicta fida dictæ Regiæ Dohanæ dicatur, quod Neapolitani, Regnicolæ, & exteri sunt exempti, & sic dictæ litteræ videntur ad invicem repugnare; & pro concordia ipsarum judicio meo credo, quod alteræ loquuntur de provinciis Aprutinis, alteræ de seta Calabriæ, quæ habet jus speciale in toto Regno, in quo non solvitur: vel meliùs cogita, quod solvitur in Aprutio de setis, quæ ibi nascuntur, ubi non est gabella setæ, secus in Calabria, quæ habet jus speciale: sed quod soluta gabella, non solvitur aliud jus de setis natis in dictis Provinciis Calabriæ, sed in aliis solvitur.

Quando verò extrahitur sericum tinctum, vel coloratum à Regno per extra Regnum, non solvitur gabella granorum 5. pro qualibet libra, ut exigitur de seta cruda, sed tantùm solvuntur dirictus sicut de aliis mercibus. Vide *litteras Camera sub die 30. Martii 1498. in part. 6. fol. 125.*

Melasrum serici non solvit gabellam, sed dirictus, ut merces, *ex litteris Camera sub die 10. Martii 1456. in actis Camera 1. in Archivo fol. 85. & in part. 6. fol. 125.*

La seta, che si conduce in Vietri della giurisdittione della Doana di Napoli per decreto di Camera, non paga lo jus fundici, ma le grana 10. per libra, *littera Camera sub die 23. Ianuarii 1529. in part. 3. fol. 205.*

Per la seta, che si discarica in Vietri, il Padrone paga grana 6. per libra, *littera Camera 3. Novembris 1496. in litterar. Curia 1. fol. 3. melius inverb. veteres fol. 129.*

Li matricolati nella gabella della seta non devono pagare la gabella per le sete, che comprano in Calabria, *littera Camera 18. Augusti 1508. in part. 32. fol. 41. 42.*

RVBRICA XII.

De Iure Setæ, quod est novum jus.

SVMMARIVM.

Dicto præter *quid importet, atque operet? num. 1.*
Jus setæ quando, & quomodo in fundico, & dohana solvatur? num. 2.
Jus setæ acquiritur per applicationem voluntariam in portu, non autem vi, aut tempestate. num. 3.
Jus setæ ipso tunc Curiæ acquiritur, ex in portu applicatione. num. 4.

1 Ualiter intelligatur in hoc *Ritu* verbum *præter*, dictum est *supra in rub. 2. de jure fundici, in Rit. 7.* ubi est dictum, quod verbum *præter* excludit jus fundici, & dohanæ: quia tantùm solvitur jus statutum hic in seta, & quæ ibi dicta sunt quantum ad hoc, hic possunt repeti; & sic 2 sentit hic *Ritus*, dum dicit, *quod non est in dohana, vel fundico*, quasi velit dicere, quod de seta solvitur aliud jus, quod sit jus dohanæ, & fundici: ex eo quia de jure dohanæ, & fundici, aliud determinatur, quàm de jure setæ: quia jus setæ solvitur ubi primò applicabit, quod non est hic; sic in dohana, et fundico, quæ solvuntur quando venduntur, vel in ultimo fundico, quod declara, ut *supra in rubricis de jure dohanæ, & de jure fundici*. Et nota, quod ubi dicitur primùm *applicabit* intelligitur, et clarè patet, si voluntariè, non vi, aut tempestate applicabit, et sic concordat cum eo, quod *supra* dictũ est, *de jure fundici Rit. 5. & in aliis*. Nota etiam 4 in eo, quod dicitur: *cùm applicabit in portu*, & sic apparet, quod statim acquisitum est jus Curiæ pro dicta seta, ut *in superioribus continentur*.

ADDITIO

SVMMARIVM.

Ius setæ quare in rubrica *appelletur. novum? num. 1.*
Imperator Fridericus violenter decessit opera Manfredi ejus naturalis filii, & quare? num. 2.
Corradus, Friderici Imperatoris filius, vitã cum morte commutavit opera ejusdem Manfredi, & quare? num. 3.
Manfredus ejectus fuit à Regni dominio, & extinctus à Rege Carolo I. num. 4.
Ius setæ, attento tempore antiquitatis, à quo introductum in Regno, à Regente Moles antiquũ appellatur, ac etiam quia, alia denique imposita fuerunt. nu. 5. 6.
Ius setæ, de quo in hoc Ritu, *non nisi de serico ab extra Regnum, in hoc immittendo intelligitur. num. 7.*
Iura sericorum, in hoc Regno nascentium, duobus nominibus nuncupantur. nu. 8.
Ius serici de Bisiniano, quomodo introductũ, & ad quam rationem? num. 9. & ad Principem quando pervenerit? num. 10.
Gabella serici de Bisiniano ad præsens exigitur à creditoribus, ejusque Principis cessionariis. num. 11.
Ius granorum quinque super qualibet libra serici, quæ à provinciis Calabriæ citra, & ultra extrahitur per infra, vel extra Regnum, impositum fuit anno 1541. & quare? num. 12. auctum in anno 1555. in aliis granis decem. nu. 13. & quare dicatur dirictus nascimenti. num. 14.

Digitized by Google

Dirictus extractionis per extra Regnum, ſolvitur Regiæ Curiæ. num. 15.

Jus aliud eſt illud granorum decem, quod exigitur de ſericis, quæ extrahuntur per infra Regnum, præter à Provinciis Calabriæ. num. 16.

Novæ hæ impoſitiones factæ ſuper ſericis, ad Principem Biſiniani, an verò ad Regem imponentem ſpectarent, diſputatum fuit, & quarè? num. 17.

Auctiones, an, & quando ad primum conceſſionarium, vel emptorem ſpectent, an verò in imponentis beneficium, ejuſque ſecundis conceſſionariis, vel emptoribus? num. 18.

Controbanna, & pœnæ cedunt in beneficium illius, cui competit jus exactionis gabellæ fraudatæ. num. 19.

Intercepti cauſa civilis eſt, & civili modo actitatur. num. 20. ſecus verò quo ad pœnas pro delicti vindicta, in quibus criminaliter agitur. num. 21. etſi pœna ſit pecuniaria. num. 23.

Delictum intercepti, ſive controbanni, ſub generali abolitione comprehenditur: nam quo ad vindictam criminaliter agitur. num. 22. etſi pœna ſit pecuniaria. n. 23.

Pœnæ interceptorum, & controbannorum, an ad arrendamentorum conſignatarios, an verò ad Regium Fiſcum ſpectent, etianſi ſub tranſactione à reo exigantur? num. 24.

Delicta tranſigere, & condonare nemo poteſt, niſi qui habet facultatem à Rege. nu. 25. quæ haud præſtita colligitur ex inſolutum datione arrendamentorum facta à Rege in beneficium conſignatariorum. num. 26.

Pœnæ cenſentur penes Principem reſervatæ, niſi ſpecialis ſit facta mentio cui ſint applicandæ. num. 27.

Delegati arrendamentorum procedere non valent quo ad punitionem interceptitium reſpectu pœnarum, ſed tantummodo quo ad declarationem intercepti, & bonorum amiſſionem; quo verò ad pœnas Regiæ Camera. num. 28.

1 HOc jus, de quo agitur in *Ritu* hujus præſentis *Rubricæ*, etſi in *titulo* nuncupetur novum quia eſt de illis novis juribus, quæ impoſita, & introducta noviter in Regno fuerunt per Fridericũ Imperatorem, juxta eorum deſcriptionem factam ab Andr. de Iſern. ad diſtinctionem antiquorum *in conſtit. quanto cæteris*;

2 At quia præfatus Imperator vitam cum morte violenter permutavit ſub die 13. menſis Decembris 1250. in terra Florentiæ in Apulea, dolo, & opera ejus Filii naturalis Manfredi, per quem ſuffocatus fuit cum quodam Pulvillo, aviditate ductus, ut habere valeret ejus theſaurum, quique poſtea anno 1252. corrupto medico, curante Conrado, poſt cujus obitum, cum aſtutia, ſimulando Conradini mortem præfati Conradi Filii, ſub ſuo dominio Regnum obtinuit;

4 à quo cecidit victus à Carolo Primo, & in bello interfectus anno 1265. ex de Boctis *in fine lib. 3. Conſt. Regni fol. mihi 302. & in addit. ad cap. Regni poſt d. Conſtit. fol. 303.* Angel. de Conſtantio *Hiſtor. Regni Neap. lib. 1.* Io: Ant. Sũmontius *Hiſtor. Neap. lib. 2. cap. 8. prope finem verſ. perciò andato in Puglia, fol. mihi 99. & à verſ. vuole Gio: Villani, pag. mihi*

5 100. *& cap. 9. & 10.* Non mirum igitur ſi per Reg. Moles *in deciſ. Reg. Cam. §. 20. num. 1. 2.* hoc jus appellatur antiquum, attenta temporis, à quo introductum,

6 antiquitate, ac etiã quia alia denuò impoſita fuerunt, quo ad ſerica, quæ in hoc

7 Regno naſcuntur: quoniam jus, de quo in hoc *Ritu*, non loquitur, niſi de ſerico extra Regnum in hoc immittendo,

8 Reg. Moles *loc. cit.* nam ſerica, quæ naſcuntur in Regno, ſub duobus arrendamentis conſiſtunt, uno quod vulgò dicitur *delle ſete di Biſignano*, de cujus origine, & fundatione, ante quam ad Principem pervenerit, non adeſt memo-

9 ria, licèt conſiſtebat in exactione granorum quinque pro qualibet libra ſerici, quæ extrahebatur, tam per infra, quã per extra Regnum, demum anno 1541. pro cauſa, contenta in conceſſione facta Ill. Principi Biſiniani per Regem Catholicum, auctum fuit in ejuſdemmet Ill. Principis beneficium in grana ſeptẽ; Pervenit autem, hoc jus ad dictum Ill. Principem: quia, cùm jus prædictum

10 granorum quinque anno 1386. conceſſum fuiſſet in feudum per Regem Carolum III. mediante perſona Reginæ Mar-

Digitized by Google

Margharitæ ejus uxoris, Beatrici Poncianę, uti Reg. Curiæ devolutũ per obitum Ioannæ de S. Severino, demunq; ob rebellionẽ illorũ de Zurulo, dictæ Beatricis ſucceſſorũ, tempore, quo Regnũ erat ſub dominio Regis Ferdinandi I. ipſum in demanium, ac Regiæ Curiæ optionẽ reduxit, & anno 1483. vendidit eidem Ill. Principi Biſiniani pro pretio ducatorum decem, & octo mille; qua de cauſa præfata gabella reperitur in poſſe dicti Ill. Principis, Reg. Revert. *deciſ.* 28. & 258. & ſupradicto modo aucta uſque ad grana ſeptem, pro ut meliùs apud Reg.
11 Moles *loco cit. à num.* 5. quæ ad præſens exigitur, & cedit in beneficium creditorum, qui cum Principe continuatis temporibus contraxerunt, ementes dictos annuos redditus, & ceſſiones obtinuerunt, qui juxta eorum anterioritatem, ultra ſecundum locum non ſunt capientes in totum.

12 Præter quod, aliud jus reperitur impoſitum ſuper ſericis in dicto ãno 1541. (& ſecundum eſt arrendamentum) tempore gubernii D. Petri de Toleto, ſcilicet granorum quinq; pro qualibet libra ſericorum, quę extrahuntur à Provinciis Calabriæ, tam Citra, quam Vltra, tam per infra, quam per extra Regnum, quã quidem impoſitionem agnoverunt majores noſtri, ut muniretur Caſtrum Crotonis, Reg. Revert. *dicta deciſ.* 258. *in principio*, pro certo, & determinato unius anni tempore, licèt anno completo; & opere jam perfecto, perpetuò conſervetur, Reg. Moles *dicto* §. 20. *num.* 9.

13 Demum anno 1555. Regni Clavum tenente D. Berardino de Mendoza, urgente cauſa Caſtrorum Regni muniminis per annos tres, pro qualibet libra ſerici, quod per extra Regnum extraheretur à quocunque, nemine excepto, ſolvenda eſſe alia gran. decem juſſum fuit, Reg. Moles *in d. alleg. loco n.* 10.

14 Verùm, quia in ſerici extractione per infra Regnum, nimiùm Regia Curia fraudebatur: nam ſecretè extrahebantur, nulla præcedente notitia data officialibus ad id deſtinatis; inde Regia Camera ad evitãdam hãc, aliaſque fraudes, quæ circa hoc fieri poterant mandavit, dirictum eſſe exigendum ipſo tunc, quod ſericum ortum, & confectum erat (quapropter ab anno 1558. quo emanati fuerunt ordines prædicti, jus hoc appel-
15 latum eſt naſciměti dirictus) illud verò, quod exigitur cauſa extractionis extrà Regnum, ſolvendum eſſe in actu extractionis, Reg. Moles *ubi ſupra num.* 12.

16 Aliud eſt jus, ut de omni ſerico per infra extrahendo, ſecluſis Provinciis Calabriarum, exigantur grana decem in libras ſingulas in beneficium Regiæ Curiæ; & hoc fuit introductum anno 1557. (ultra illud, quod Biſiniani gabellæ debetur granorum ſeptem) pro ſuccurrendo Regno, dum eo tempore bellum vigebat, motum per Gallorum Regem, & Summ. Pontif. Paulum IV. Reg. Moles *d. loc. num.* 11.

17 Quæ quidem novæ impoſitiones ſuper dictis ſericis anſam dederunt tunc temporis dubitandi, nũ ad eas pervenire Rex poſſet, dum tractabatur de intereſſe dicti Ill. Principis primi gabellæ domini emptionis cauſa? & dato, quod poſſet, nũ hæ novæ impoſitiones, uti primi juris auctivæ, ad prædicti Principis beneficium, uti primi juris domini cedere deberent, an ipſi Regi? ſed, cùm ex juſta cauſa Domino Regi permiſſum ſit ad aliam ultra perexiſtentem impoſitionem venire, quæ ad ſui beneficium cedere debet, & applicari: nam habetur non aliter pro veteri aucta, ſed pro nova, ac particulari gabella, penitus á prima diſtincta, ope, tam novæ cauſæ, & diſtinctæ rationis ad impoſitionem concurrentis, quàm quantitatis à prima cõtradiſtinctæ, diverſæ, ac ſeparatæ, propter quod non venit ſub augmenti vocabulo, tanquam antecedentis auctiva; ſed pro nova impoſitione habetur, etſi ſuper eadem re, pro qua nempe, ſi priùs exigebantur duo, ope novæ impoſitionis ſunt quatuor, quæ alia duo adjecta, ac impoſita, cedunt in Regis beficium, juxta diſpoſita per I. C. *in l. qui fundum*, 7. §. *ſi fundum*, *ff. pro emptore*, *text. feud. in cap. un.* §. *è contrario*, *ſub tit. de inveſt. de re alien. fact.* & in facti ſpecie contra dictum Ill. Principem Biſiniani determinavit Regium Collaterale Conſilium, referente Regia Camera, penes Reg. Revert. *d. deciſ.* 258. *nu.* 1. cùm Prin-

Principi non fuerit generaliter vendita gabella ſuper ſericis extrahendis per infra, & extra Regnum, ita ut totum quod augeretur, ſub hac gabellæ appel-
18 latione veniret, cùm ejuſdem eſſet qualitatis, ex allatis per Sixtinum *de Regalibus, part. 2. cap. 6. num. 25. cum tribus ſequentibus*, Reg. Rovit. *infra alleg. à num. 61. uſq; ad finem*; ſed tantummodo illud certum, quod tunc erat impoſitum, illa ſcilicet quinque grana, ultra quæ, alia grana duo fuerunt de novo impoſita; & ſic pro quantitatibus illis impoſitionũ, quæ uſque tunc in viridi exiſtebant, nõ autem pro de novo ſuperveniente poſt conceſſionem, venditionem, aut locationem, *l. Rutilia Polla, 69. l. in lege, 77. ff. de contrab. empt. clem. fin. de reſcript. cum aliis concordantibus* laudatis á Larrea *alleg. 89. tom. 2.* ita quod novæ impoſitiones deinceps confectæ altera aliorum granorum quinque, altera granorum decem in caſibus, ut ſupra reſpectivè, pro novis habentur, ac ſeparatis, etiam attentis cauſis, atque diverſis rationibus à primis contradiſtinctis. Modo quo, quamvis in meris, puriſque augmentis eſſemus, non haberet locum Regula, nempe augmentum ſequi debere naturã ſui principalis, Reg. Rovit. *in prag. 1. de juribus, & exact. fiſcal. nu. 61. verſ. è contra verò*, quo loci pluries in ſimilibus caſibus deciſum fuiſſe refert, & ſequendo Decium *in conſ. 4. numer. 2.* concludit Reg. de Marin. *in dicta deciſ. 258. num. 1. 2.* & priùs, declarando Angeli doctrinam, *in obſerv. ad deciſ. 28. num. 5.* Sixtin. *de Regalibus loco cit. num. 29. 30.* Larrea, articulo in partẽ diſpuncto, *alleg. 30. to. 1. & d. alleg. 89.* præcisè *num. 19. tom. 2.* ex Garzia *de expenſis, cap. 22. num. 4.* Clar. *lib. 4. ſent. §. feudum, queſt. 88. num. 5. in fine*, Molina *de Primog. lib. 1. cap. 26. num. 3.* Fajard. *allegat. fiſc. 13. num. 45. par. 1.* nil obſtante, quod expreſsè in locationis, vel conceſſionis, emptioniſve contractu, cautum ſit in omni augmenti caſu, non in imponentis, ſed conductoris, emptoris, vel cõceſſionarii beneficium cedere, & ſic diſpoſitivè per pactum deductum, nõ aliter in locum pœnæ: ea itidem ratione, quia nova cauſa inductiva ipſius novæ impoſitionis excludit pactum, à quo recedere Princeps jure optimo poteſt, propter ſtatus mutationem, novanque ſuperadditam cauſam, Larrea *dicta alleg. 30. à num. 15. & alleg. 31. per totam.*

19 Ad aliam poſtea pertranſivit prætenſionem Ill. Princeps, ut ſcilicet ad ſuimet beneficium cederent, & acquirerentur omnia controbanna, & intercepta, in quibus incurrerent fraudantes hanc gabellam, neque ad contributionem cum Regio Fiſco teneri, vel prævention dari locum, pro ut per Regium Fiſcum prætendebatur: nam prima per Regem impoſita fuit gabella, quæ per ipſum Principem emptionis cauſa poſſidebatur, inde acquiſiviſſe omne jus pœnarũ, & interceptorum: ſecus enim ſequeretur abſurdum, quod ad unum ſpectaret gabellæ exactio, vel quia dominum ex vi emptionis, aut conceſſionis á Rege obtemptæ, vel conductionis; Alteri verò pœnæ, & controbanna, tempore quo in contrarium eſt juris diſpoſitio, ſcilicet eidem pœnas, atque intercepta competere, cui juris gabellæ exactio competit, cùm ipſe ſit, qui fraudatur, & contra quem committitur hoc delictum, attenta Imperialis conſtitutionis diſpoſitione *in l. ſi quis, 11. Cod. de vectigal. & cõmiſſ.* ac decreviſse Regium Collaterale Conſilium, Regia Camera referente in beneficiũ dicti Ill. Principis, refert Reg. Reverter. *deciſ. 28.* ut fraudata gabella dicti Ill. Principis, & Regiæ Curiæ, intercepta in Principis beneficium cedãt; ſi verò gabella Regiæ Curiæ tantũ fraudetur, in commiſsum cedentes teneantur ſolvere æxtimationem ſerici in commiſsum incurſi in beneficium Regiæ Curiæ, & hoc in anno 1557. ſub die 27. Iulii, ut in *Arreſt. generali R. C. S.* recollect. per Reg. de Marin. 192. cui deciſioni ſtandum concludit Reg. de Marin. *in eadem dec. n. 1.* Reg. Conſ. Aſcan. Raetanus, tunc Fiſci Patronus Reg. lũctæ cõtrobanorũ *in alleg. traducta* per Reg. Conſi. Rocc. *de offic. rubr. 14. à num. 106.* pro ut etiam per eandem R. C. S. *in generalibus determinationibus factis ſub diebus 9. Februarii, & 5. Martii 1650. in 3. capite* declaratum eſt, bona intercepta comprehenſa in beneficium arrendamen-

Digitized by Google

damentorum cedere; aliæ verò pœnæ earũq; pretiũ ad Reg. Curiã, ut in *Arreſt. 657. verſ. tertiò ſimiliter. provisũ eſt*; & ad rẽ facit, quod determinavit Regia Iuncta controbannorũ apud Regiũ Conſil. Rocco *de offic. dicta rubr.* 14. §. 5. *nu.* 97. *verſ. prædictis.*

20 Et pro declaratione, quod bona inciderint in commiſſum, eorunque acquitione, civili modo, ac judicio actitatur, & habetur inſtantia incurſi intercepti, ex diſcuſſis, & deciſis per R. C. apud Reg. Moles *in ejusdem deciſ.* §. 6. *quæſt.* 7. & fundavit Reg. Conſ. Aſcan. Raetan. *in loco nuper alleg. à num.* 110. *cum duobus ſequentibus*, Reg. Conſ. Rocco *dicto* §. 5.

21 *à num.* 59. non autem quò ad cæteras pœnas ratione patrati delicti, tendentes ad ejus vindictam, quo in caſu judicium eſt criminale, & pro actione criminali

22 habetur; & ut criminale ſub generali abolitione comprehenditur: nam ſi civile foret, utique non comprehenderetur, Reg. de Marin. *reſ. jur. cap.* 183. *to.* 1.

23 nil obſtante, quod delinquens in pecuniariam incidit pœnam, non autem corporis afflictivam, cùm attendatur modus agendi, ut ad vindictam commiſſi criminis, cujus proſequitur punitio, non aliter rerum in commiſſum incurſarum, Reg. Conſ. Rocco *dicto* §. 5. *à num.* 52. quicquid *in antecedentibus numeris* ad-

24 ſcripſiſſet; qua ratione ſic ſtante non pertinent ad arrendamẽtorum conſignatarios, eorunque conductores, ſed ad Fiſcum, in cujus beneficium cedunt, Reg. Conſ. Rocco *dicto* §. 5. *à num.* 76. etianſi ope tranſactionum per inquiſitum de controbanno aliquæ pecuniarũ quantitates perſolvantur, ſubrogatæ in locum pœnarum, à legibus, atque ſtatutis præfixarum, & in ipſarum ſatisfactionem, ex deductis per dictum Regium Conſil. Raetan. *in loco prælegato*, qua de cauſa Gubernatores arrendamẽti vini, ita ut ad præfatarum pœnarum exactionem, compoſitiones, & tranſactiones advenire valerent, ſe concordarunt cum Regia Curia, in cujus beneficium ſolverunt duc. 38000. Regius Conſil. Rocco *dicta rubr.* 14. §. 5. *num.* 101.

25 Et ratio à priori eſt: quoniam nemini, niſi Principi, aut cui ab eodemmet conceſſa ſit facultas, cognoſcere maleficia permiſſum eſt, & ipſe tranſigere, aut largitatem præſtare poteſt, Reg. Conſil.

26 Rocco *loco cit. num.* 100. quod non invenitur conceſſum per inſolutum dationem Conſignatariis *in Pragm.* 20. *de vectigal.* in qua de hac inſolutum datione agitur, juxta annotata per Regium Cõſil. Raetan. *in dicto loco à num.* 118. & Reg. Conſil. Roccum *dicto* §. 5. *à nu.* 92.

27 & cùm in dicta *pragmatica* verbum nullum reperiatur de hac pœnarum applicatione, & acquiſitione, rectè ſequitur Principem penes ſe reſervaſſe, & in fiſci beneficium cedere, quoſque non fit aliqua mentio cui ſint applicandæ, Regius Conſil. Rocc. *dicto* §. 5. *num.* 81. & Reg.

28 Conſil. Raetan. *num.* 118. Quapropter quo ad pœnas, tendentes ad criminis punitionem, non ab alio judice, niſi à Reg. Camera juridicè procedi poteſt, & non ab arrendamentorum Delegatis, quibus non invenitur hæc tributa facultas; neq; Gubernatoribus, vel eorum conductoribus, niſi ſolùm, quo ad declarationem patrati delicti, & incurſus in commiſſum, cùm rerum amiſſione, & hoc judicio civili, non autem quo ad pœnas præfixas ultra rerum amiſſionem.

Ceſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI-

RUBRICA DECIMATERTIA

De Iure Decini, quod novum eſt.

RITVS I.

DE vino, & greco, quod de portu Regni extrahitur extra Regnum, ſolvitur fundicus, & dohana à non cive, ſed extero; & de vegetibus, ubi vinum ipſum, & grecum repoſitum, & tranſportatum eſt, ſolvitur Decinum, videlicet grana quinque, & medium pro qualibet vegete plena vino, & greco, & ſic conſuetum eſt ſolvi; quod conſiſtit, quando aliquod lignum fit in Regno, puta Neap. vel pertinentiis ejus, ſiquidem à cive debetur *jus* fundicagii de omnibus expenſis factis in dicto ligno; excepto de ferro, & pice, de quo debet ſolvere tantùm jus ponderaturæ: quia pro ferro, & pice major debetur dirictus, ut ſequitur; ſi ab extraneo de ōnibus lignaminibus, & expenſis factis in eo, debetur *jus* fundici, & Decini: quod dicitur à *decē*: quia decimam debet partem pretii lignaminum, & expenſarum; de aliis verò, ut de velis, anſartiis, & ſtuppa, jus fundici, dohanæ, & ponderaturæ ſolvitur; de ferro, & pice jus dohanæ tantùm, & ponderaturæ: nam pro jure fundici, ferri, & picis groſſiori modo ſolutum eſt, quando ferrum, quod emitur pro uncia una, debet vendi ad opus curiæ pro uncia una, & media; azzarum, & vomeres, empti pro uncia una, debent vendi ad opus curiæ pro uncia una, & tarenis decem; de pice delata de Calabria infra Regnū, lucratur curia quintam partē; pix verò delata ab hominibus extra Regnum, habet majorem dirictum: quia tota ad opus curiæ capiebatur, de qua curia hodie habet tertiā partē ejus, quo ipſa pix venditur. ,A,

,A, Pro intelligentia iſtius *Ritus* ſunt videndæ *proviſiones Cameræ ſub die* 22. *Septembris* 1468. *in Regeſt. Curiæ* 7. *fol.* 57. & noıe che il vino ſi eſtrae per eſtra Regno, paga fundico grana 15. nova gabella grana 6. decino per la ſkipa grana 5. ÷ *littera Cam.* 3. *Junii* 1466. *in Curia* 3. *fol.* 217.

RVBRICA XIII.

De Iure Decini, quod novum eſt.

SVMMARIVM.

Jus fundici ſolvitur de vino, & greco, quod extra Regnum portatur, granorum 15. *num.* 1. *& dohanę granorū* 18. *ſi extractio fiat ab extraneo, num.* 2.

Jus decini eſt illud, quod ſolvitur pro vegetibus ſive navibus quæ fiunt Neapoli, ſi ab extraneo fiunt, de decima parte valoris lignaminum, & expenſarum in eis factarum; ſi verò à cive, jus fundici tantùm. num. 3.

Ius

Digitized by Google

*Jus ponderaturæ, & fundici tantùm ſolvitur de velis anſartiis, & ſtuppa.nu.*4.
*Jus dohanæ,& ponderaturæ ſolvitur de pice,& ferro, quod ponitur in ipſis navibus.num.*5.
*Dirictus major exigitur pro ferro,& pice,& quare? num.*6.
*Dirictus pro azzaro, & vomeribus Curiæ debitum, in quam ſummam aſcendat?num.*7.
*Dirictus,qui debetur pro pice delata à Calabria per infra,& extra Regnum.num.*8.
*Verba ſequentia intelliguntur ſub continuatione ad proximiora.num.*9.

1 *Ritus de jure decini* ſic videtur intelligendus,quod de vino,& greco,quod portatur extra Regnum,ſolvitur
2 jus fundici granorũ quindecim, & dohanæ granorũ
3 18 ab extraneo;de vegetibus verò,in quibus portatur dictum vinum,ſolvitur decima pars valoris ipſorum; & poſtea declarat, quid ſit ipſum jus decini ? & dicit, quod conſiſtit, quando aliqua navis in Regno fiat , puta Neapoli , & in ejus pertinentiis, hactenus tenetur ſolvere jus fũdici de omnibus expẽſis factis in dicta navi;ſi verò fiat ab extraneo,de omnibus lignaminib. & expenſis factis in ea,debet ſolvere jus fundici, ſicut, & debet Civis , & ultra debet ſolvere jus decini, ſcilicet decimam partem pretii lignaminum,
4 & expenſarum;de velis verò,anſartiis, & ſtup-
5 pa jus fundici , & ponderaturæ tantùm:nam de ferro,& pice, quæ ponuntur in dicto vaſe ſolvere debet jus dohanæ tantùm,& ponderaturę; & quia ſupra dixerat,quod de ferro, & pice nõ debebat ſolvere jus fundici , ſed tantùm jus
6 ponderaturæ:ex eo quia pro ferro,& pice major dirictus debetur,ideò in verſu *nam pro jure fundici* declarat , quid ſit jus fundici,ferri, & picis? dicens , quod pro eo *groſſiori modo eſt ſolutum* ſcilicet ſolitum eſt ſolvi : quia *ferrum, quod emitur pro uncia una , debet vendi ad opus Curiæ* (ſcilicet ad Curiæ utilitatem) *pro uncia una, & tarenis quindecim* , & ſic Curia lucrabitur tertiam partem:quia,cùm emptum fuerit pro ducatis ſex,Curia habebit alios ducatos tres,quæ eſt tertia pars totius ſummæ ducato-
7 rum novem;de azzario verò, & vomeribus, habebit Curia quartam partẽ , ut ſi emptum fuerit pro uncia una, vendetur ad utilitatem Curiæ pro ducatis octo,& ſic Curia habebit ducatos duos,qui ſunt quarta pars ducatorũ octo.
8 Et quia ſupra dixerat de jure ferri,azzarii,& vomeris,reſtabat dicere de jure picis ; de qua dicit, quod, ſi pix delata de Calabria portetur infra Regnum,Curia lucrabitur quintam partẽ; ſi verò delata fuerit ab extra Regnum,lucrabitur majorem dirictum : quia Curia habebit tertiam partem valoris pretii, quo vendita fuerit; ita quod iſta pars(loquens de pice) non facit differentiam de pice, quæ eſt nata in Regno, & de alia nata extra Regnum,quæ portatur in Regnum;ſed tantùm facit differentiam de pice nata in Calabria,ubi diſtinguit,an portetur extra Regnum , & debebitur quinta pars pretii venditionis ipſius:nam *in fine* declarat de quo debeatur iſta pars? & dicit de pretio venditionis,quod eſt ad ſuperiora relatum; ſequitur, ibi: *pix verò delata ab hominibus extra Regnum,* nõ intelligitur, quod homines extranei de Regno portaverint de extra , ad ipſum Regnum : quia hoc expreſsiſset ; prout fecit de jure flagelli, ubi volens intelligere de mercibus,quæ deferuntur de partibus extra Regnum in Regnum,non dixit ſimpliciter *extra Regnum* , ſed *de partibus extra Regnum in Regnum* ; & ſic etiam in noſtro propoſito, ſi voluiſſet intelligere de extranea pice in Regnũ veniente , ut quia diceret *pix verò delata ab hominibus extra Regnum in ipſum Regnum,habet majorem dirictum* , & quod ſit verum , quod dixi, patet ex continuatione ſimilium verborum in textu poſitorum, & dic in utroq; per verbum *delata*, & ſequentia pro differentia *infra Regnũ*, & *extra*,dũ dicit: *de pice delata de Calabria infra Regnum lucratur*,Quæ ſi eſſet delata extra Regnum,habet majorem dirictum;& ſic non videtur,quod loquitur de pice veniente in Regnũ , & portata ab hominibus , qui
9 ſunt extra Regnum: quia debet fieri continuatio ad proxima , prout jura volunt , ita quod verbum *ab hominibus* , & verbum *delata* , referantur ad utrunque , itaut dicat : *pix de Calabria delata ab hominibus infra Regnum, &c.* & *delata ab hominibus extra Regnum.*

ADDITIO

SVMMARIVM.

*Vltimæ voluntates ſubtiliùs ſunt interpratandæ.num.*1.
*Voluntates verborum medio exprimuntur. num.*2. *à quibus vetitum eſt recedere, niſi aliter appareat ſentiiſſe teſtatorẽ, quam dixerat,num.*3.
*A verborum tenore,ſenſu,atque ſignificatione,in dubio recedere minimè licet. n.*4.
*Verborũ intellectus recipitur ſemper ſecundũ ſubjectam materiam. num.*5. *& largè ſi favorabilis ſit. num.*6. *ſecus verò ſi præjudicialis, & odioſa .n.*7.
*Prohibitio alienationis , & obligationis à teſtatore facta,& de cauſa veſtita fidèicommiſſum reale inducit.num.*8.*quando ad bona reflexum habuit.n.*9.
Prohibitio alienationis,& obligationis, reale

Digitized by Google

fideicommissum haud inducit. si ad aliquas contemplatas personas, ejusque descendentes reflexum habuit, & se restrinxit; etsi à rebus inceperit. nu. 10. *etsi veniat ornata dictionbus perpetuitatem denotantibus, num.* 11. 13.

Dictiones semper, & in perpetuum, *non apta ad fideicommissum inducendum, & quare? num.* 12.

Bona efficiuntur libera, ultimo morienti perventa de comprehensis sub hac fideicõmissi institutione ex personali prohibitione facta. num. 14.

Conditione, sub qua vocatio comprehenditur, non adimpleta, expirant, & successivè evanescunt fideicommissa, ab ea dependentia. num. 15.

Conditio non sufficit, ut pro parte adimpleatur, pro parte non, sed in totum, & in forma specifica adimplenda est, ut suũ sortiatur effectum. n. 16. 18. & 24.

Conditio ex sua natura individua est. n. 17.

Causa conditionis deficiente, itaut amplius adimpleri non possit, ipsa quoque conditio deficit. num. 19.

Conditio præmorientia aliquorum, ante mortem alicujus denominati, pro adimpleta non habetur, si aliqui ex his ante, aliqui demum sint mortui. num. 20. *& declaratur casus dispositionis textus* in l. hæredes mei, 57. §. cùm ita, ff. ad Senat. Consult. Trebell. *nu.* 21. 24.

Dictio utrumque *in reciproca non aliter suũ habet effectum, nisi evento conditionis casu, regulata à dictione universali, & generali,* omnes, *num.* 22. 24.

Dictio collectiva omnes *universalis, & generalis est. num.* 23.

Medio substitutionis, & vocationis gradu caducato, non per hoc subsequentes caducantur. n. 25. *& quare? num.* 26.

Caducato medio substitutionis gradu, si cum caducitate concurreret defectus conditionis, subsequentes etiam vocationes evanescunt. num. 27.

Conditiones voluntariæ, specificè, & prout verba sonant, sunt adimplendæ, & non extendendæ, neque limitandæ. num. 28. 29.

Conditiones, appositæ in dispositionibus factis in contractibus, in quibus magis strictè proceditur, quàm in ultimis voluntatibus, specificè, & prout verba sonãt, sunt adimplendæ, nullam extensionẽ, aut interpretationem recipientes. n. 30.

1 MAgna quidem ratione Imperator *in* §. *nos igitur, Auth. de restit. fideic.* advertit, subtiliter esse ultimas voluntates considerandas, ibi: *Subtiliùs testamentum considerantes, in verbis ipsius invenimus*: nam ipsorum medio proferentium mentes, voluntates, & sententiæ exprimuntur, juxta quas dicentium animus adfuisse dignoscitur, tanquam instrumenta, ex quibus multa, quæ in animo concepta sunt, indicantur, Carol. Ant. Bottilierius *dissert. for. 1. num.* 57. Castill. Sottom. *contr.* 3 *jur. cap.* 6. *à num.* 2. *tom.* 4. Vnde ab eorum significatione recedere, perdurum est, immo vetitum, nisi clarè, & manifestè appareat aliter, quàm verba denotent, proferentem sentiisse, per ea, quæ statuit Marcellus *in l. non aliter,* 67. *ff. de leg.* 3. 4 in dubio enim haud licet à verborum tenore, sensu, atque significatione, recedere, ex Vlpiani verbis *in l.* 1. §. *licèt autem, propem finem*, ibi: *In re igitur dubia melius est verbis edicti servire, ff. de exercitator. actione,* Bot-5 tilier. *loco cit.* eorum recipiendo intellectum secundùm subjectã materiam, sub cujus cõtinuatione cõtinentur, Goffred. noster *hic nu.* 9. juxta quã interprætari 6 debẽt, & largè, quousque materia, super qua verba proferuntur, favorabilis esset; 7 si verò præjudicialis, ac adjosa, ab arcta recedẽdum haud est, ex allatis per Castyll. Sottomajor *contr. jur. cap.* 87. *à num.* 1. *usque ad* 15. *inclusivè, tom.* 5.

8 Quo attento, cùm aliquando per prohibitionem alienationis, & obligationis à testatore, vel alio disponente, in suorũ bonorum dispositione, aut suæ hæreditate contentorum, de causa ornata, & vestita, ne resolveretur in simplex consilium, juxta vulgatam Martiani sententiam, ex Severi, & Antonini rescripto *in l. filius familias,* 117. § *divi Verus, ff. de leg.* 1. & Serbidii Scævolæ *in l. pater filium,* 36. §. *Iulius Agrippa, & in l. Lucius Titius,* 91. *ff. de legat.* 3. de Luca *de linea leg. art.* 19. *nu.* 45. *part.* 1.

Petra

Petra *de fideic. quæſt.* 1. *num.* 2. *& per totam*, Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 685. *nu.* 1. reale fideicommiſsum inducitur, R. de Philip. *diſſert. fiſc.* 67. *nu.* 24. *&* 29. cum aliis;
9 mox laudandis; quouſque reflexum habuit directè ad bona, prout ſi mandavit, quod bona minimè alienentur, neque ſub obligatione pignore, aut hypoteca ſubiici valeant, ut ſemper, atque in perpetuum in familia conſerventur, *l. peto Luci Titi*, 71. §. *fratre*, *ff. de leg.* 2. Regius Conſ. Ant. Capyc. *dec.* 108. *num.* 2. Reg. Capyc. latr. *conſult. forenſ.* 32. *num.* 33. *lib.* 1. cùm aliis, allegatis ab Altimar. *ad*
10 *Reg. Rovit. in conſ.* 57. *num.* 11. *lib.* 1. ſecus verò ſi ad aliquas contemplatas perſonas, earunque deſcendentes reflexerit, & reſtrinxerit, etſi à rebus ſuum traheret principium, cum haud diſpoſitivè ad bona imperſonaliter, & indiſinitè diſpoſitio concepta apparet, ex quo prohibitum ſit bona obligari, alienarique; ſed per aliquas denominatas perſonas, ultra quas in denominatas, incluſas, atque cõtemplatas, ſive expreſſas minimè extenditur: quia perſonalis eſt, & pro reſoluta habetur extinctis perſonis, in ea cõprehenſis, prout uno ore omnes cõmuniter concludunt cum Iuſtiniano Imper. *in d. Auth. de reſt. fideic.* §. *nos igitur*, illis attẽctis verbis, ibi: *Vnde ſubtiliùs teſtamẽtum conſiderãtes verbis ipſis invenimus, hæredibus demonſtratis filiis alienationẽ interdictam*, ubi Gloſſ. *in verb. voluiſſe*, & Labeone, ac Hermogeniano II. CC. primo *in l. quæ conditio*, 39. §. *at quæ*, altero *in l. cùm ita datur*, 93. *in princ. ff. de condit. & demonſtr.* Camill. de Medicis *conſ.* 19. *à nu.* 2. *uſque ad* 9. Reg. Capyc. latr. *dicta conſult.* 32. *à num.* 31. Reg. Rovit. *dicto conſ.* 57. *num.* 6. ubi Altimar. *num.* 9. Præſ. Merlin. *contr. forenſ. cap.* 72. *à num.* 5. *lib.* 1. *& cap.* 1. *num.* 48. 49. 50. *lib.* 2. Reg. Capyc. Galeota *contr. for. cap.* 25. præcipuè *num.* 17. *& contr.* 26. *à nu.* 45. *lib.* 2. Reg. Conſil. Hodier. *ad Surd. dec.* 125. *& contr. forenſ. cap.* 32. *à num.* 50. *& cap.* 50. *num.* 4. 5. 6. Antiſtes de Affli&. *contr. forenſ. cap.* 32. *à num.* 45. Rodoer. *ad Reg. de Marin. reſol. jur. cap.* 131. *à n.* 16. Reg. de Philip. *diſſert. fiſcal.* 37. *à num.* 53. Dec. *conſ.* 634. *num.* 11. *& conſ.* 636. *num.* 7. *lib.* 2. Surd. *dicta deciſ.* 125. Peregr. *de fideic. art.* 14. *num.* 32. 33. & meliùs *num.* 47. Barry *de ſucc. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 20. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 679. *à num.* 4. *& quæſt.* 683. *in puncto*, *num.* 26. Graſſ. *de ſucceſ.* §. *fideicomiſſum*, *quæſt.* 5. *nu.* 10. 11. *verſ. cæterum*, Caſanat. *conſ.* 4. *num.* 141. & meliùs *conſ.* 55. *num.* 36. 37. Cancer. *var. reſ. cap.* 1. *num.* 270. *à verſ. quo ad quartum dubium*, Caſtill. ſottomajor *contr. jur. cap.* 22. *num.* 46. *tom.* 2. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 25. *à num.* 84. *lib.* 1. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv. dec. ill.* 22. *à n.* 31. *p.* 1. D. Ferdinãdus Matuta *diſquiſ. legal.* 12. *á num.* 9. *& num.* 23. *à verſ. ultimo loco*, *uſq; ad fin.* & ultimò D. Philippus Cammarata *reſp. legal. deciſ. reſp.* 1.
11 *art.* 7. *à num.* 165. *lib.* 2. nil obſtante, ſi demum in eademmet oratione, & capitulo, ſive continuato ſermone, ac ſenſu dictiones appoſitæ ſint, perpetuitatem denotantes, ſicuti, ut *ſemper*, *& in perpetuum conſerventur in familia*, R. Conſil. Staiban. *reſol. for.* 37. *à n.* 16. *lib.* 1. Reg.
12 de Philipp. *dicta diſſert.* 37. *à nu.* 31. tanquam non aptæ ad novum inducendũ fideicomiſſum: nam reſtringũtur ad ſubjectam materiam, naturam, & præcedẽtium rationem, ac qualitatem, Caſtill. Sottomay. *contr. jur. cap.* 50. *à num.* 10.
13 *lib.* 4. ſcilicet perſonas, & gradus denominatorum in præcedenti oratione diſpoſitionis, ſive capitulo, & ſic *in perpetuum*, & *in infinitum*; quo ad vocatorũ, & contemplatorum tantùm familiam intelligitur, juxta Imperialem, & juſtinianeã determinationem *in d.* §. *nos igitur*, aliorunque legislatorum, à Caſtillo laudatorum *in contr.* 22. *num.* 44. cum quibus pertranſerunt Patav. & Mantuan. Senat. penes Peregr. *dec.* 34. & Surd. *dicta dec.* 125. & eſse communem DD. ſententiam ex Decii *conſ.* 636. ab omnibus amplexam, docuerunt Fuſar. *dicta quæſt.* 679. *num.* 14. Reg. Galeota *dicta contr.* 25. *à num.* 37. Præſ. Merlin. *dicta contr.* 72. *num.* 14. 15. *lib.* 1. Reg. Conſ. Ioſeph de Roſa *conſul. for.* 41. *à n.* 21. *to.* 1. Fontan. *de pact. loco cit.* Matta *vot. deciſ.* 175. *& de ſucceſ. legal. p.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 1. *n.* 29. *& q.* 4. *art.* 9. *n.* 37. 38. *lib.* 1. D. Ferd. Matuta *d. diſquiſ.* 12. *n.* 24. 25. de Luca *d. art.* 19. *nu.* 46. *& reſp.* 13. *n.* 4. ibi: *Et ad*

Digitized by Google

voluntatem pluries explicatam conservationis bonorum in domo, & familia, respondetur, quod, cùm præcedat fideicommissum expressum, & dispositivum ad favorem fratrum, eorunque descendentium, tunc id corroborat, sed non extendit fideicommissum ultra personas, & casus expressos, Reg. Consil. Hodierna *dicta contr. 32. num. 54. & contr. 33. num. 7.* cujus sunt verba: *Hinc DD. dixerunt, quod prohibitio alienationis facta favore certarũ personarum, non egreditur illas, quanvis ratio agnationis conservandæ à testatore expressa sit: quia intelligitur inter personas expressas tantùm*; & *in num.* 8. ibi: *maximè quando hæc causa agnationis conservandæ, stat provisa à testatore consecutivè ad dictã institutionem, prout in hoc casu: cùm tunc communis DD. opinio sit, quod restringatur ad præcedentes personas, & novum non inducat fideicommissum inter alias*; ac *in num.* 19. ibi: *& propterea nõ obstabat, quod testator deinde dixerat, velle bona prædicta conservari in familia: quia cùm simus in personalissima dispositione, & causa agnationis conservandæ fuerit posita consecutivè, verba illa restringuntur ad personas præcedentes, & non aliud inducunt fideicommissum inter alios*: cum hęc sequentia, etsi perpetuitatem denotent, non tamen aliter, nisi á præcedẽti vocatione, & prohibitione facta intuitu dicti fideicommissi, prohibitionem causæ vestiẽtis regulari, ex quo prohibitio confecta est propter fideicommissum, & non autem è contra, Reg. de Philipp. *d. disser. 37. à nu. 56. 57.* Cãmarata *d. art. 7. nu. 166. 171.* ex An-
14 tist. de Afflict. & aliis. Modo quo, ultimo sub hac prohitione comprehenso, bona efficiuntur libera, & de eis disponere valet ad sui libitum, tam in vita, quàm in obitu, uti sub nullo gravamine existentia, cùm ob talem liberam dispositionẽ, nemo lædatur ratione, & causa extinctæ prohibitionis, Castill. *dicto cap. 22. num. 44. in fine, tom. 2.*

15 Eodenque modo in vocatione sub aliqua conditione, quæ si in forma specifica, ac in totum non adimpletur, deficit ipsa cõditio, & cum ea expirant, atq; evanescunt fideicommissa, & vocationes omnes sub ipsa comprehensæ, *l. si post diem, 20. vers. sed si sub conditione; ff. quando dies leg. vel fideic. cedat, l. qui hæredi, 44. §. Plautius, ff. de condit. & demonstr. l. 1. Cod. de his, qui sub modo leg. vel fidec. relinqu.* Præs. Merlin. *contr. for. cap. 86. à num. 10.* Peregr. *de fideic. art. 16. num. 118.* Barry *de succes. lib. 17. tit. 6. nu. 8.* Galganet. *de condit. par. 1. cap. 7. n. 15.* Bened. Carpzou *dec. ill. Germ. 154. num. 11.* quia habetur, ac si de dispositione illa verbum confectum fuisset, vi, & intuitu talis non sequutæ conditionis adimplementi, & purificationis, modo quo haud apta esset ad vocationem inducendam, *l. pecuniam, 36. ff. si cert. pet. l. unica, § sin autẽ, C. de caduc. toll. l. necessario, § quod si pendente, ff. de peric. & comm. rei vend. l. ex facto, 17. § si quis, ff. ad Trebell.* Reg. Galeota *contr. forens. 26. à num. 33. tom. 2.* Casanat. *cons. 2. à num. 28.* Ferrer. *in consilt. Cathal. los impuberes, gl. 5. nu. 12.* Crespi de Valdaura *observ. ill. decis. 20. num. 23. p. 1.* Ioseph Vrceol. *consul. for. cap. 82. num. 26. 27.*
16 *tom. 2.* nil obstante si pro parte adimpleatur, ob ejus insufficientiam: quoniam evitatur in quavis parte, etsi minima sit ejus omissio, cùm in omnibus verificari debeat in forma specifica, ut dispositæ eorum habeant effectum, *l. à testatore, 108. ff. de condit. & demonstr.* Camill. de Medicis *cons. 166. nu. 57. 58.* Præs. Merlin. *dicto cap. 86. num. 9. lib. 1.* Carusus *in prax. super Ritib. Regn. Sicil. in Civil. cap. 7. num. 17. & in Silva judic.*
17 *arbor. 6. num. 19.* quoniam conditio ex ejus propria natura individua est, *l. qui duobus, 23. & l. cui fundus, 55. ff. de cond. & demonstr. l. fistulas, 78. §. qui fundum, de contrah. empt.* Pereg. *d. art. 16. n. 119.* Barry *ubi supra*, Galganet. *d. c. 7. n. 16.*
18 & sic omnia adimpleri necesse est, ne dispositæ sub conditionib. in totum corruant, ob non sequutum, individuorũ requisitorum adimplementum, *l. si hæredi plures, 5. ff. de condit. instit.* Reg. Sanfel. *decis. 365. num. 7. part. 3.* Præs. Merlin. *dicto cap. 86. num. 8.* Menoch. *de præsupt. lib. 4. præsumpt. 86. à num. 29. tom. 2.* Simon de Petris *cons. 117. num. 1. cent. 2.*
19 aut desiit causa, ob quã ampliùs adimpleri

Digitized by Google

pleri in conditione contenta minimè
20 poſſunt, Barry *dicto tit. 6. num. 19.* caſu quo vocatio concepta appareat *ſi omnes inſtituti eorum clauderunt dies poſt Claudii obitum*, de quibus aliqui deceſserunt ante, & reliqui extiterunt poſt Claudii mortem, propter quod jam deſiit cauſa adimplementi, ex quo impoſſibile eſt adimpleri conditionem mortis omnium inſtitutorum ſequendæ poſt mortem
21 Claudii: ne quidem obſtarent diſpoſita per I.C. Papin. *in l. hæredes mei*, 57. §. *cùm ita, ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* ex quo Claudia neptis ſubſtituta, & vocata fuit ad totam hereditatem avi, caſu per priùs evenerit effectus reciprocæ inter duos filios inſtitutos confectæ, modo quo utraque ita decentibus abſque liberis, in tota hæreditate vocata fuit Claudia; inde cùm primus decendēs reliquit filiū, ceſſavitque reciprocę effectus in beneficium ſuperſtitis, qui demum obiit, nulla relicta ſobole, ad hujus hæreditatis partem ſuccedere debere Claudiam legislator juſſit: nam, ſi vocata fuit ad totam hæreditatem, quouſque vigore reciprocæ ad hujus ultimi defuncti integra perveniſſet, eò fortiùs admitti deberet ad hanc partem; & non aliter nepos ex fratre, qui tantummodo poſitus fuit in conditione in patris, & non patrui ſucceſſione, Ruſticus in Comment. *ad l. cùm avus lib. 4. cap. 13. num. 29. & in tract. an, & quando liberi in cōditione poſiti, lib. 5. cap. 9.* Noale *de tranſ-*
22 *miſs. caſ. 1. n. 113.* ita quod, illud utunq; intellectum fuit data reciproca, & nō in alio evētu, & conditionis caſu regulatū,
23 cum illa collectiva, atque univerſali, generalique dictione, *omnes*, Reg. Conſil. Petra *in Rit. M.C.V. 158. num. 9. verſ. qua nihil excludit, tom. 1.* Ioſeph Dondei *conſul. jur. cap. 6. num. 34. 35.* & Nos *in*
24 *rub. 10. num. 38.* complectendo omnes denominatas perſonas in forma conditionis comprehenſas, ita ut aliqua deficiente circa formam datam, deficeret diſpoſitio, uti impeditiva cujuſvis diviſionis conditionem inducendæ, *l. quamvis, 4. & l. cùm quidem*, 10. *Cod. de impub. ſubſtit.* cum aliis, ſupra allatis *num. 16. & 18.* Decius *conſ. 594.* ubi Gloſſ. Pariſien. *in annotat.* & latè diſcuſſo articulo Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 475. à n. 115.* Cyriac. *contr. for. 521. num. 11. & 27.* & decidiſſe Senat. Sabaudiæ refert Ant. Fab. *in ſuo C. lib. 6. tit. 15. de cōdit. inſert. defin. 11.* ibi: *ſubſtitutio facta pluribus in tota hæreditate, ſub ea conditione, ſi omnes ſine liberis decedant, non vindicat ſibi locum in portione ejus, qui ſolus ſine liberis defunctus ſit, ſed in omnium perſonis evenire conditionem neceſſe eſt, quæ omnium perſonas complexa eſt, ita Senatus in cauſa ſororum Genier. 5. Kalend. Maii 1594.* & Rot. Rom. apud Eminentiſſimū de Luca *in tract. de fideic. diſcur. 98.* ac S.R.C. junctis duabus Aulis penes Preſ. Anell. de Amato *conſ. 19.* de qua etiam Reg. Conſ. Marcian. *conſ. 38. vol. 2.* qui in eademmet cauſa ſcripſit, licèt in contrarium allegaverit R. Rovit. *in conſ. 76. & 77. tom. 1.* ubi plenè Altimar. *in conſ. 76.*

25 Quibus inde præmiſſis in terminis caducationis, cujus ope, etſi medius ſubſtitutionis gradus, atque vocationis caducatus eſt, non per hoc ſubſequentes vocationes, & ſubſtitutiones eodem morbo laborant caducitatis, ſed eorum debent habere effectum, juxta tex. in vulgata *l. quandiu, 68. §. is autem, ff. de*
26 *acquirenda, vel omittenda hereditate*, nam penes primum acquirentem, hoc non obſtante, hæreditas adeſt cum reſtitutionis gravamine: quoniam deſumitur, teſtatorem, medio caducato gradu ſubſequentes ſubſtitutos vocaſſe, *l. unica, §. pro ſecundo, & §. ſin autē, Cod. de caduc. toll.* Reg. Marcian. *diſp. for.*
27 *68. nu. 1. 2. 3. to. 2.* ſi ultra caducitatem, quatenus adeſſet, non concurreret defectus conditionis non purificatæ, ſub qua vocatio, & ſubſtitutio concepta fuit, per neceſſe pro reſoluta, & non ſcripta habetur, prout per I.C. *in l. ſi mater, 33. §. ſi filius*, & meliùs *in l. qui habebat*, 47. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Reg. Galeota *dicta contr. 26. à num. 41. tom. 2.* Reg. Marcian. *loco proximè cit. à num. 4.* Vrceol. *conſult. for. 82. num. 101.* Addentes *ad Molin. de Hyſpan. Primog. lib. 1. c. 1. in num. 17. verſ. ſed quid in caſu*, Caſanat. *conſ. 36. à num. 39. & in num. 40. & 47.* non ſemel decidiſſe Senat. Aragon. refert, vultra alios per Nos *laudatos in rub.*

Digitized by Google

28 *rub.5.num.46.47.* eò fortiùs, ſi ſub voluntariis conditionibus conceptæ eſsẽt, in quibus nullo unquam modo extenſio practicari valet: quoniam in eis nonniſi purũ factũ attenditur, nullis inveſtigatis rationibus, teſtatoris, aut diſponẽtis mentẽ moventibus: nam ipſa condi-
29 tio pro cauſa, & ratione habetur; modo adimplenda ſit, prout ejus verba ſonant, aliter ſuus ceſsaret effectus, & pro non ſcripta haberetur, ex laudatis per Nos
30 *in dicta rub.5. num.49.* & eò fortiùs ſi in contractibus omnia præmiſſa inſita eſſent, in quibus magis ſtrictè proceditur, quàm in ultimis teſtamentariis diſpoſitionibus, *l. ex ea parte, 121. §. penul. & l. ſi quis ita, 129. in princ.* ibi: *ſi quis ita ſtipulatus fuerit: decem aureos dabis, ſi navis ex Aſia venerit, & Titius conſul factus eſt, nõ aliàs dabitur, quam ſi utrunque factum ſit. Item in contrarium, dare ſpondes, ſi nec navis venerit, nec Titius Conſul factus ſit, exigendum erit, ut neutrum, factum ſit. ff. de verb. oblig.*

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI:

Digitized by Google

RUBRICA DECIMAQUARTA

De Iure Paſſagii.

RITVS I.

PAſſagium, [A], ſolvitur ubi eſt, & conſuevit eſſe, & in ea quantitate, pro ut eſt ſolitum, ut dictum eſt.* *ſupra de jure fundi vubr. 2. Rit. 7. in fine.*

RITVS II.

ITem Paſſagium, eſt etiam in Terris Baronum, ne dum demanii, & ubi ſunt pontes, & ubi non; & ſolvitur certo modo pro animalibus tranſeuntibus oneratis in uno loco, & certo modo in alio; & ſic ſemper ſpectatur conſuetudo loci.

RITVS III.

HÆc Paſſagia, guidagia, pedagia ſolvuntur in locis timoroſis, ut guidentur tranſeuntes per hos dubios paſſus, quæ etiã dicuntur *ſalvinaria*, quaſi homines ſalvi fiant ex hac ſolutione: nam recipientes hoc jus aſſecurant ſolventes aſſociando, & loca ſilvoſa prope paſſus complanant, ut ſalvos faciant à malis hominibus; ideo ſunt juſtè impoſita à Principe, ſeu Rege; vel ſi eſſet conſuetudo, cujus non extat memoria; alias excõmunicantur imponentes ea, de jure Canonico, & de jure Civili perpetuo damnantur exilio.* *de hoc dicitur plenè per Hoſtienſum in ſumma de cenſibus.*

[A], Nota hic, quod de jure colligentes pedagia debent retinere itinera tuta, & ipſi ſunt obligati ad damna, *Guido in Papa deciſ. 413. & Hoſtienſ. in ſumm. tit. de cenſibus, §. ex quibus*, eſt videre etiam. *Capyc. in inveſtit. feudal. de gabellis, fol. 115.*

Sunt ad hoc inſtructiones expeditæ per Regiam Cameram *ſub die 4. Decembris 1455. Curiæ 3. fol. 14. 50. & 51.* in perſonam Natalelli Mãgrellæ, qui fuit deſtinatus per Cameram ad videndum paſſus, & ſcaphas Regni, quæ inſtructiones ſunt ſignatæ per Goffredum de Gaeta pro Magno Camerario, qui ſcripſit ſuper *Ritibus*, ubi eſt ſubſcriptum capitulum, quod judicio meo fuit reaſſumptum ab iſto *Ritu*, & per illud declaratur *Ritus* iſte tenoris ſequentis: *Item debet adverti, ſi locus ille, per quem tranſeunt, ſeu exiguntur directus eſt periculoſus, aut ſi exiguntur intus terras: quia exigi debent in illo loco, in quo tranſeuntes pericula ferunt*: & nota, quod, quando merces tranſeunt, ſeu portantur per pontem, aut flumen cum beſtiis, vel barcis ultra jura mercium, tenentur ſolvere pro animalibus, & ſalmis directus gabelloto ſcaphæ, *ex tenet.* ſingulariſſimo *in l. cum in plures, §. vehiculũ conduxiſti, ff. locati*

RVBRICA XIV.

De Iure Paſſagii.

SVMMARIVM.

Jus paſſagii ſervatur ſecundùm conſuetum eſt, & à tempore immemorabili. num. 1.

Jus paſſus non ſolvitur pro rebus, quæ portantur pro uſu. num. 2.

1 DE Paſſageriis, per totum ſervatur, quod conſuetum eſt, & à tempore, cujus nõ extat memoria; vel ſtatutum eſt per Regem, intelligendo ex cauſa, quando
2 non portantur pro uſu: quia pro uſu non debet ſolvi nec de jure, nec de *Ritu*.

AD-

Digitized by Google

ADDITIO

SVMMARIVM.

Ius passagii, sive passus solvitur á transeuntibus per loca, in quibus sunt mali homines, ut ab eis transeuntes salventur, & loca custodiantur. num. 1.

Ius passus solvi debet juxta consuetum. num. 2.

Ius passus Romanorum tempore incognitum fuit, etsi ad finem custodiendi loca, custodes præfigebant. num. 3.

Custodes passuum Irenarchæ *appellati fuerunt. num. 4. & ad quid extendebatur eorum jurisdictio? num. 6.*

Curiosi, & Stationarii officium quale erat? num. 5.

Principis onus est Rempublicam quietam, & tranquillam tenere, et ad subditorum utilitates invigilare. num. 7.

Ius passuum quomodo, & quare introductum? num. 8.

Ius passus quare seruagium *appellatur? num. 9. quare* quidagium? *num. 10. & quare* salvianum? *num. 11.*

Ius passus est de Regalibus, & acquiri potest ex concessione, sive immemorabili possessione. num. 12.

Passuum possesores an adstringi possint ad reficienda transeuntibus damna passa ob non servatam securitatem? nu. 13.

1 SIcuti nimis durum est illud, quod solvitur jus mensurarum causa, ex rationibus, *ut in rub. 8.* ita quoque, & istud, quod à transeuntibus per loca, ubi mali sunt homines custodiæ causa, ut salvari
2 possint juxta locorum consuetum debet persolvi, quod passus appellatur, de quo *in Ritus 9. rubricæ 2. de jure*
3 *fundici, & in Ritib. hujus rubricæ;* & Romanorum temporibus incognitum; etsi pro hac pace servanda, & transeuntibus, per loca prava, suspecta, & periculosa securitate conservanda, atque tuenda custodes tenebantur, ad latrones, & delinquentes comprehendendos, atque cõquirendos, ne publicæ quieti, &
4 concordiæ, perturbatio aliqua inferretur; quã de causa greco dictamine *Irenarchæ* appellati fuere, quasi paci, & publicæ quieti, & malis moribus Præfecti, sive Præpositi, juxta Arcadii I.C. attestationem *in l. munerum. fin. §. Irenarchæ, ff. de muner. & honor.* & demum ab Imperatorib. *in l. unica, Cod. de Irenarchis, lib. 10.* D. August. *in epist. 159.* ibi: *Ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat,* Garsia Toletan. & Amaya *in dicta l. unica*, Bovadill. *polyt. lib. 2. cap. 21. nu. 16. vers. otro officio, to. 1.* Petrus Gregor. *syntagm. jur. lib. 19. cap. 18. num. 6. lib. 47. cap. 36. num. 3. & cap. 38. num. 9.* Ferer. *ad Guid.*
5 *Papa decis. 413.* prout quoque ad hunc finem alii adhibebantur officiales, & vocati fuerunt *Curiosi*, & *Stationarii*, quorũ onus erat perscrutãdi omnia perpetrata facinora, & alia, ad Fiscum, publicanque utilitatem spectantia investigandi, atque de eis judices, quibus spectabat, certiores faciendi, Vlpian. *in l. 1. §. quies quoq; vers. & sanè, ff. de offic. Præfect. Vrbi, & in l. divus, 8.* & Paulus *in l. limenarchæ, 9. ff. de serv. fugit.* & Imperatores *in l. si quis, 8. Cod. de accusat. & in l. 1. Cod. de curiosis, & stationariis, lib. 12. l. si quis in hoc, 31. Cod. Theod. de Episcop.* & DD. mox laudandi; qui licèt inter se differant in nomine, attamen in effectu idem sunt: quia diversi in diversas partes stationes habebant, inde *stationarii* nuncupabantur, Tertull. *in apologet.* ibi: *Latronib. investigandis per universas provincias militaris statio sortitur*, Garsia Toletan. *in d. trib. lib. Cod. in tit. de curiosis, & stationariis, lib. 12.* Amaya *ubi supra, num. 4.* Bovadill. *polyt. lib. 2. cap. 13. nu. 61. tom. 1.* Matthæu *de re crimin. contr. 25. nu. 44. à vers. neq; ea,* Gotthofred. *in d. l. 1. C. de curiosis, lib. 12. litt. P.* quorũ facultas non nisi ad perscrutãdũ mala, & de eis Superiores certiorãdũ se extẽdebat; Irenar-
6 charum verò usque ad carcerationem, qua peracta fortiati, una, cum relatione causæ ad superiores remitti debebantur, *ex juribus, & DD. proximè laudatis;* quibus tamen tanquam non idoneis, nec fide dignis, fides non præstabatur integrè ad carceratos, denunciatosve damnandos, prout, Divi Adriani rescripto attento, determinavit Marcianus I.C. *in l. di-*

Digitized by Google

7 *l.divus,6.ff.de cuſtod.reorum ;* quoniam principale Principis onus eſt Rempublicam in quiete,& tranquillitate ſervare, ac ſubditos,vaſalloſq; finè calumnia cuſtodire, & liberare á violentiis , perturbationibus,latrociniis , & ſimilibus moleſtiis,ac damnis , quæ ex his inferri poſſunt, & ad ſubditorum utilitates, & commoda invigilare;ita quod totus ſtatus incorruptus perſiſtat,& ſingulorum intereſſe illæſum conſervetur , ut declaraverunt Imperatores Fridericus *in cap. unico,in princip. de pace tenenda , & in cap. unico,in princip.de prohib. feud. alienat.per Fridericum*,& Iuſtinianus *in authent.de hæredib.& falcid. in princip. in authent.de armis, & in Auth. de quæſtore,utrobique,in princip.* Paulus I.C. *in l. nam ſalutem,3.ff. de offic. Præfecti vigilum*,ac Summus Pontifex *in cap. benè*,§. *ſancta Synodus, 96.diſtinct.* Gaill *de pace publica,cap.* 1.*à nu.* 1.*uſque ad 6.* Cevall. *de cognitione per viam violentiæ , part.* 1. *gloſſ.*5. *à num.*23. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſs.par.1.cap.*13.*nu.*9. & ſignanter itinerum ſecuritas,Reg.Moles *deciſ. R.C.N.*14.*quæſt.*4.*num.*28.*&* 29. Chriſtoph.Peller.*ad Gaſparem Klock.de ara-*
8 *rio,lib.*2.*cap.*76. *num.*1. igitur cùm in locis timoroſis , & de latronibus ſuſpectis,tam quo ad diſſolvendas ſilvas , ex quibus magis erant latrones in tuto, quàm,quo ad ædificia in dictis locis peragenda ad majorem tranſeuntium , & perſonarum pro cuſtodia deſtinatarum commoditatē, earunque mercede, fuit, & cum juſtitia , introductum , attento hoc beneficio, quod habent ſecuritatis, & commoditatis,aliquid eſſe perſolvendum à tranſeuntibus per dicta loca , Reg.Moles *d.*§. 14. Capiblanc. *de Baron.in pragm.*8.*p.*2.*num.*40.41. *lib.*1.*& in pragm.*19.*cap.*96.*num.*13. *lib.*2. & ab Andrea, Rituum prædictorum compilatore, *in cap. unico , quæ ſint regalia* ,
9 *in verb. ripatica*, hęc jura *ſervagia* appellantur: ex eo quia illud exigentes ſervant in illis locis pro ſecuritate tranſeuntium , ubi Liparulus *in litt.L* ſub
10 aliis vocabulis refert ab eodem Andrea hæc jura eſſe nuncupata, ſcilicet *quidagia*,quia ipſi guidant, & aſſecurāt,
11 & *ſalviana* : cùm ſalvi reddantur in illo itinere, ope illius ſolutionis , *Rit.* 3. *hujus rubricæ* R. Moles *d.quæſt.*4.*n.*26.
12 itaque in multis hujus Regni partibus hoc exigitur ſecuritatis jus , ne dum á Regia Curia, quia de Regalibus;verùm etiam à particularibus , & Baronibus, quia ex conceſſione , & immemorabili præſcriptione, acquiri, poſſiderique poteſt,Reg.Moles *d.*§.14. *quæſt.*1. *à n.*10.
13 at cur nolverit R.C. determinare , an poſſint adſtringi hujus juris paſſuum poſſeſſores, ad tranſeuntibus damna,ob non ſervatā ſecuritatem,paſſa,reficiēdū, habetur apud ipsū R.Moles *in eodem* §. 14. *q.*4. *à n.*27.Capibl.*in d.prag.*8. *loc. cit.n.*42.dum ex multis juribus, rationibuſque adſtringendos eſſe docuere laudati ab eodem Reg.Moles *ubi ſupra,nu.* 26.& ſubſtinuit Klock. *de ærario, lib.*2. *cap.*76.*nu.*2.*& cap.*77.*à n.*8. Chriſtoph. Peller.*in dicto cap.*76.*num.*3.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RUBRICA DECIMAQUINTA

De Iure Cambii, quod novum jus eſt.

RITVS I.

IVs Cambii ,A, novum eſt. Non debet quis Campſor eſſe, niſi de voluntate Curiæ; & Secreti,gabelloti ad extaleum, vel ad credentiam, locum cambiorum in multis partibus concedunt, pro parte Curiæ; & de hoc ſibi ſolvunt;vel ſi in alio loco quis cõcordat ſe cum Curia, & officialibus, ſolvendo certũ quid, ut poſſit illo anno cambiare,& campſor eſſe. Si cambiat abſque voluntate Curiæ, eſt in pœna:cùm delinquat faciendo contra mandatum, quod eſt, ut nullus cambiet ſinè Curię volũtate;& quia pœna nõ eſt ſtatuta, erit arbitraria; arbitriũ debet eſſe,ut puniatur in quo deliquit, ut ſcilicet perdat merces, ſeu pecuniam, quã cambiavit, & ſuper quibus inivit cambiando cõmercium prohibitum cõtra Curiæ voluntatem. Dictũ eſt enim, quod dominus Regni Monarcha poteſt, & potuit rei ſuæ in Regno ſuo conſtituere poſitiva, & quæ non ſunt contra jus naturale.

RITVS II.

IN aliis juribus antiquis ſicut eſt Dohana, eſt hæc pœna: quia qui fugit Dohanam, & Platiam,fugiendo, ut non ſolvat id jus,perdit merces,de quibus ſolvere debuit, ut ſupra dictum eſt. Ius Dohanæ eſt antiquum, jus Cambii eſt novum.

RITVS III.

PRæconizatur quotidiè per Secretos,& alios officiales, ut nullus cambiet ,B, ſinè Curiæ voluntate ad certam pœnam; Pœnam certam poteſt REX per litteras ſuas ponere, cùm poſſit novas leges facere,ſicut fecit de Sycla,ut nullus in commerciis exigeret, vel nominaret unciã ad aurum, ut ſolveretur in auro, ſed ad argentum: ſtatuens ſexaginta carolenos argenti per unciam; & qui renueret, vel plus vellet,perderet merces, & id,quod ſuper exigeret; Alii officiales non poſſunt ultra modũ legis multare: quod enim dicitur in commiſſione eorum *Pœnas,& bannarata habebimus, & faciemus à tranſgreſſoribus in-*

inremissibiliter extorqueri, exprimitur *quæritè duxeritis imponenda*: *Ritè* ideſt *non excedendo legem ſcriptam*: quia cõtenti debemus eſſe pœnis legibus comprehenſis; vel *Ritè*, *ſecundùm Ritum, & morem*, ut ſi conſtaret, quod ſemper ſic fuit ſervatum à tempore, quo eſſet præſcriptum, & conſuetudo inducta, ut cambians ſinè licentia puniatur pœna illa certa contenta in præconizatione. Magiſtri Rationales quãdo imponunt in his pœnas, faciunt inde litteras Regias, & ſic Rex ſtatuit, non ipſi; aliàs ſinè Regiis litteris non poſſunt, niſi ut dictum eſt. Hæc pœna ſatis eſt æqua, communis, & juſta, quæ punit in quo deliquit: quia eſt modica in modico delicto: quãdo enim modicum cambiat, illud modicum perdet; & eſt magna, quando magni valoris eſt, quod cambiatur; ſemper pœna debet proportionari culpæ: pro quantitate peccati debet eſſe plagarum modus; ſimilis ratio redditur in *conſtitutione Regni*, * in contumace, ut perdat tertiam partem mobilium; & prodeſt hæc ſcire in omnibus ſimilibus, ut pœnæ nõ indicantur de burſa, & voluntate officialium, nõ habentium de hoc poteſtatem ſpecialem, & certam; ſervet quilibet limites jurisdictionis ſibi conceſsæ; pœna, quæ rationabiliter imponitur, valet, & debet exigi: quia lex eſt omne, quod ratione conſiſtit. *

* Partem terciam.

* *l. 2. Cod. quæ ſit lõga cõſuetudo.*

*A. Bannum Regiæ Cameræ ſuper hoc emanatum, fuit reaſſumptum à dicto *Ritu*, quo obſtante fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum: *Die ultimo menſis Iunii 1554. in cauſa Magnifici Ioannis Antonii Villant, Regii officialis offici Banci Juſtitiæ, cum bancherottis in Civitate Neapolis, in, & ſuper contraventione banni emanati ad ejus inſtantiam per Regiam Cameram, & petitione certa quantitatis pecuniæ, & aliis, ut ex actis: Viſis actis, & decreto per dictam Regiam Cameram lato olim die ultimo Ianuarii 1504. ac Ritu ipſius ſub rubrica de jure Cambii, per Magnificum Petrum Naſturſium Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, ac de eiſdem factâ relatione in Regia Camera Excellentis D. Franciſco Revertorio Locumtenenti, & aliis Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per Cameram ipſam conſenſum proviſum, & decretum, quod dictus Magnificus Antonius Villant manuteneatur in poſſeſſione exigendi ducatum unum à quolibet dictorum bancherottorum Civitatis Neapolis in principio cujuslibet anni juxta ſolitum, & conſuetum, prout præſenti decreto exigi debere decernitur, & providetur, hoc ſumm. &c. Petrus Naſturſius, cõſenſu Martinus Coſcolus.*

Et in dicto anno *ſub* 10. *Octobris, aliàs Decembris* fuit expeditũ aliud Bannum cum inſerta forma prædicti decreti, & publicatũ dicto menſe, regiſtratum in regeſto Curiæ.

*B. Nota quod *Ritus* iſte non comprehendit bancã, ſeu Bancherios magnos ordinarios, ſed Bancherottos, ponderantes, & cambiantes monetam, & non aliosiqui per dictum Bancum Juſtitiæ nullatenus moleſtari poſſunt, neque ad aliquid ſolvendum, prout expreſsè proviſum apparet *per litteras Regias, expeditas ſub die 18. Maii 1496. regiſtratas in regeſt. litterar. Curiæ, 5 fol. 86. in Regia Camera.*

RVBRICA XV.

De Iure Cambii, quod novum jus eſt.

SUMMARIUM.

Officialis non poteſt concedere licentiam cambiandi ultra annum abſque voluntate Curiæ. n. 1.

Pœna contra cambiantes abſque Curiæ licentia ab officiali exigi hand valet. num. 2.

Jura poſitiva à Rege in Regno conſtituta non ſunt contra jus naturale, neque divinum. num. 3.

Pontifex mutando univerſalem ſtatum in certis particularibus caſibus valet conſtituere jura poſitiva. num. 4.

Magiſtri Rationales, de his, quæ mandant, poſſunt facere litteras, cum talem habeant facultatem à Rege conceſſam. num. 5.

Ritus hujus rubricæ *loquitur de arte campſoria. num. 6.*

Pœna quando ſtatuta non invenitur à lege, vel ſtatuto, arbitraria eſt. num. 7. habita ratione ad qualitatem delicti, caſus, & perſonæ. num. 8.

Pœna amiſſionis mercium, remiſſivè. num. 9.

Digitized by Google

1 EX hoc *Ritu* haberi videtur, quod officialis non poteſt
2 concedere cambiandi licentiam ultra annum abſque voluntate Curiæ. Habetur ſecundò pœna contra cambiantes abſq; ipſius Curiæ voluntate, ex ipſo *Ritu*, cui ſtandum eſt tanquam legi municipali, authoritate Principis confirmatæ. Et
3 dicit *Ritus*, qu od hæc jura poſitiva à Rege in Regno conſtituta non ſunt contra jus naturale; Di eas, quod nec etiam ſunt contra jus divinum; & Papa mutando univerſalem ſtatum, in
4 certis tamen particularib. caſib. poſſet, de quo dic, ut habetur per *Gloſſ.* & *Doctores in cap. propoſuit, de præbendis*, & dic de poteſtate Regis, ut hic dixi *in una magna gloſſa, ſupra in rubrica* 1. *de incantibus*, & certam habent poteſtatem eis conceſſam ab antiquis Regibus. Item
5 ex hoc *Ritu* habes quod Magiſtri Rationales de his, quæ ordinant, & faciunt, poſſunt facere litteras nomine Regis, & valent, ac ſi Rex feciſſet.

6 Et nota, quod hic *Ritus* loquitur de arte campſoria, quæ non videtur ſecundùm naturã eſſe, nam ſecundùm *Philoſoph.* 1. *polyticor.* Naturæ opus eſt cibum genitis exhibere: omne enim (ſupple ex quo fit cibus) eſt propter naturam pecuniativam omnibus ex fructibus, & animalibus: quaſi dicat, quod ex fructibus, & animalibus debet fieri pecunia, non autem ex pecunia, pecunia. Duplici autem exiſtente ipſa, ſcilicet pecuniativa quemadmodum diximus, & hanc quidem eam eſſe perſonam, quæ acquirit pecuniam ex pecuniis; hanc autem œconomicã, ſcilicet quæ acquirit pecuniam ex rebus naturalibus, puta ex fructibus, animalibus, & ſimilibus; & hæc, ſcilicet œconomica, neceſſaria quidem eſt, & laudata; hæc autem, ideſt campſoria, quia transit ex neceſſariis naturæ ad ſuperfluitatem, juſtè vituperata ac rationabiliſſimo odio habita, ſecundum *Philoſoph. loco prealegato poſt quinque ferè cartas*, ibi: *Naturæ enim eſt opus.*

7 Item dicitur in hoc *Ritu*, quod ubi pœna non eſt ſtatuta, erit arbitraria: quia hoc ſemper de jure eſt, ubi non ſtatuitur pœna à lege, relinquitur arbitrio judicis, *extra, de offic. delegat. in cap. de cauſis*, & *ff. de jur. deliber. l.* 1. §. 1. & ibi
8 *Bart.* ut qualitates delicti, caſus, & perſonæ inſpiciantur, *extra, de homicidio, cap. ſiquid dignũ*,
9 & ubi dicit, quod perdit merces, dic ut plenè dictum eſt *ſupra in rub.* 3. *de fundico fragelli in Ritu* 7. & quod ibi dictum eſt, hic potes repetere.

ADDITIO

SVMMARIVM.

Pecunia omnibus rebus, in quacunque conſiſtentibus ſpecie, æſtimationem præſtat. num. 1. *ſi ſtrictè intelligatur: nam, ſi largo modo, omnibus iis, quæ in ponderе, numero, & menſura conſiſtunt, & largiori rebus etiã in patrimonio exiſtentib. num.* 2.

Pecunia aliquid in ſe eſt propter materiã in qua conſiſtit, & à qua non mutatur ob formam publicam ei datam ex publico, aut Regio ſigno. nu. 3.

Pecunia permutari poteſt cum aliis rebus. num. 4. *vel cum alia pecunia. num.* 7.

Pecuniæ uſus, non ad aliud, niſi ad rerum venditionem, emptionemque, deſtinatus videtur. num. 5.

Permutatio quid nam ſit? & quando practicetur? num. 6.

Cambiare pecuniam cum alia, quid nam ſit? & an neceſſarium? num. 8.

Cambiare pecuniam cum alia, de quo in hac rubrica, *fieri haud poteſt, niſi licentia præcedente: quia vetitum eſt privatis, propter lucrum, quod habetur. num.* 9.

Lucrum, quod pervenit ex cambio monetarum, licitum, & permiſſum eſt. nu. 10.

Monetarum cambiatio vulgò dicitur in hac civitate fieri per li bancherotti, *prævia licentia obtenta à R. C. S. num.* 11.

Præmia in bonos exercere, Reipublicæ intereſt, num. 12.

Malorũ punitio Reip. utilitatem affert. n. 13.

Reipublicæ ſicuti perniciоſum eſt dignos præmiis non honorare, ita, & pravos non punire. num. 14.

Delicta impunita relinquere perniciоſiſſimũ eſt. num. 15.

Delictorum punitio, maximam Reipulicæ utilitatem affert. num. 16.

Pœnæ dividuntur in ordinarias, & extraordinarias? quænam ordinariæ ſint, quæque extraordinariæ: num. 17. *inde judicis remittitur arbitrio illarum inflictio, circunſpecta tamen perſonarum conditione, maleficiorum qualitate, & cæteris circunſtantiis. num.* 18.

Pœnæ aliquando ex circunſtantiis, leviores, graviореſque effici poſſunt. num. 19.

Pœna ex circunſtantiis à judice extendi poteſt

Digitized by Google

poteſt uſque ad mortem. nu. 20. *ſi agitur coram judice ſuperiore, vel Principe conſulto. num.* 21.

Delicta nõ ſemper æqualia ſunt, inde ex circunſtantiis ſicut diminui, ita, & gravari poſſunt. num. 22.

Pœnæ debent correſpondere ſceleribus, & proportionaliter irrogari, remota omni incongrua punitione, et gravatione. num. 23.

1 SPecies aptæ non ſunt ad æxtimationem aliquam inducendam, prout pecunia, per quam omnibus rebus, in quibuſcunque ſpeciebus conſiſtant, æxtimatio præſtatur, *l. ſi ita fide juſſorem*, 43. *ff. de fide juſſ. l. prope modum*, 88. *l. hæc* 2 *enunciatio*, 232. *ff. de verb. ſignif.* ſub ſtricta ejus ſignificatione recepta; nam largo modo deſumpta, intelligi poteſt pro omnibus iis, quæ in Pondere, Numero, & Menſura conſiſtunt: & largiori, pro rebus in patrimonio exiſtentibus Gloſs. *in l. receptitia*, 2. §. *ſi enim, verb. pecunia, Cod.* 3 *de conſtit. pecun.* nam aliquid in ſe eſt propter quandam rem, quæ eſt, attenta ejus materia, & ab ea non mutatur ob formam publicam ei datam ex publico, aut Regio ſigno; inde quaſi res, & corpus accipi, & haberi valet à pretio diſtincta, 4 atque cæterarum rerum menſura; Itaq; diſſonum haud eſt, permutationi advenire poſſe, prout de omnibus aliis rebus permiſſum eſt, Honor. Leotard. *de uſur.* 5 *quæſt.* 25. *num.* 8. etſi proprius ejus uſus, non ad aliud deſtinatus eſſe colligatur, niſi ad venditionis, emptioniſque actus perfectionem, tanquam pretium omnium cæterarum rerum, *l.* 1. *ff. de* 6 *contrah. empt.* & proprius, ac ſpecialis permutationis actus, & contractus eſt quouſque res cum alia permutatur, ſpecies cum alia conſimili, aut diverſi generis, ut frumentum cum vino, rus cum domo, & ſimilia, ex vulgatis jurib, allegatis à Reg. Conſ. Arias de Meſe *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 5. Leotard. *d. quæſt.* 7 25. *num.* 2. ita ut validè poſſit pecunia cũ alia cambiari, ſive permutari, Genua *de ſcript. priv. lib.* 2. *quæſt.* 35. *de litteris cãbii, n.* 3. 4. propter eandẽ vocis ſignificationem, Laganar. *ad Reg. Rovit. ſuper pragm. in rubr. de lit. camb. lit. A.* Tholoſan. *ſyntagm. jur. lib.* 6. *cap.* 1. *nu.* 12. Chriſtophor. Peller. *ad Klockium de ærario, lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 10. Card. Mantica *dec. Rot. Rom.* 77. *num.* 2. Gibalin. *de uſur. lib.* 5. *cap.* 1. *tom.* 2. comprehenſa ſub illo genere denotato per Paulum I. C. *in dicta l.* 1. *ff. de contrah. empt.* ſcilicet, do, ut des, 8 permutando unam pecuniarum ſpeciem cum eadem, aut cum altera pretioſioris, aut vilioris materiæ, ut auream, cum argentea, vel argenteã, cum ærea, maximã Reipublicæ utilitatem adducendo: quoniam illud, quod erat inutile apud aliquem, auream habentem pecuniam, utile effectum eſt ex cambio in argẽteã, vel argenteam cum minuto ære pro majori commoditate, ac faciliori pecuniarum uſu, etiam quò ad expenſas erogandas, quod proprium eſt *cambire*, ſive *cambiare* unã cũ alia majori, aut minori, vel in minutim, Covarr. *in collat. veter. numiſmatum, &c. cap.* 7. *num.* 4. *tom.* 1. Card. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 25. *tit.* 3. *num.* 14. *verſ. ſed negari*, Leotard. *de uſur. dicta quæſt.* 25. *num.* 12. Tholoſ. *ſyntagm. jur. dicto lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 12. 9 & de iis in hac *rubrica* contentis, non ab alijs, niſi ab illis, qui licentiam habent à Curia, hoc cambiandi exercitiũ fieri valet: quia veritum eſt privatis, hac permutatione, & manuali cambio publicè uti, Covarr. *dicto cap.* 7. *num.* 4. *verſ. præſertim conſtat*, Card. Mantica *dicto tit.* 3. *num.* 14. *in d. verſ. ſed negari*, & 10 hoc lucradi cauſa; ad quod lucrum pervenire omni jure permiſſum eſt, etſi ex pecunia perveniat, quæ apta, & habilis non eſt ad aliam gignendam pecuniam, abſque uſurariæ pravitatis labe, *cap. plerique*; 14. *quæſt.* 3. ex eo enim, quia pro laboribus, perſonarunque ad id ſpecialiter deputatarum, & paratarum induſtria in redigenda, ſpectanda, & numerãda pecunia, ac tot ſubſtinẽdis periculis, in recipiendis monetis argenteis, earum falſitatis cauſa; proinde correſpectivã, non autem exceſſivam mercedem reportare juſtum eſſe, ex communi omnium ſententia docuerunt Covarr. *loco cit. nu.* 4. Mantica *dicto num.* 14. *verſ. ſed negari*,

ri, Leotard. *dicta quæst.* 25. *num.* 12. præter alias rationes, adductas per Gibal,
11 *dicto lib.* 5. *cap.* 1. *art.* 2. *tom.* 2. prout sunt *Bancherotti* in hac nostra Civitate, qui à Regia Camera habent facultatem dicti usus cambii monetæ æreæ cum argentea, vel aurea, ob quod solvunt aliquid quolibet mense Regiæ Curiæ, ratione, & intuitu dictæ facultatis, & ipsi habēt lucrum alagii dictæ monetæ, causa cambii.

Ad num. 6. 7.

12 NEcessarium quidem est pro bono Reipublicæ, præmia in bo-
13 nos exercere, prout æqua lance pœnas in malos: cùm eadem sit disciplina, tam
14 pœnarum, quàm præmiorū: nam, sicuti pernicioſum est reipublicæ; bonos, ac dignos præmiis non honorare, ita, & pessimas personas impunes relinquere, *l.* 1. *ff. de justitia, & jure*, Christoph. Besold. *discurs. polyt. dissert.* 2. *cap.* 3. *par.* 4. Petr. Gilken. *super Cod. in lib.* 1. *tit.* 1. *de summa Trinitate, & fide Catholica, l.* 1. *num.* 115. *vers. & homines, tom.* 1. Solorzan. *de parricidii crimine, lib.* 1. *cap.* 1.
15 ac pernicioſissimum est, maleficia impunita relinquere, Petr. Gilken. *in loco alleg. num.* 116. etiam ob ansam, quæ daretur delinquendi, Bened. Carpzou *prax.*
16 *crim. part.* 3. *quæst.* 101. *num.* 12. pro ut è contra, quando plectuntur crimina, ex quo actu, ne dum delinquentes punitioni submittuntur, & vindictæ, ac patrati facinoris emendationi, ex propria pœnę ethymologia, *l. aliud est fraus,* 131. *ff. de verb. signif.* Ant. Mattheus *de criminibus, in lib.* 48. *ffff. tit.* 18. *de pœnis, num.* 1. verùm etiam, ut cæteri à timore, pœnarunque formidine perterriti, aliorum exemplo, à malo se abstineant, & boni efficiantur, *l. si quis fortè,* 6. §. *quis enim, l. si pœnæ,* 20. *l. capitaliū,* 28. §. *famosos, ff. de pœnis,* Reg. Consil. Carol. Ant. de Rosa *prax. crim. cap. fin. num.* 1. Scoppa *ad Sarnum Praxi Crim. part.* 1. *cap.* 15. *nu.* 4. D. Laurent. Mattheu *de re crim. contr.* 67. *num.* 23. Petrus Gilken. *in allato loco, num.* 116. Ant. Faber *in suo Cod. lib.* 9. *tit.* 7. *ad leg. jul. de adult. defin.* 2. *num.* 5. *in addit.* Solorzan. *de Indiarum jure, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 56. 57. *tom.* 1. Carpzou *prax. crim. par.* 1. *quæst.* 7. *n.* 35. *quæst.* 23. *num.* 65. *part.* 2. *quæst.* 53. *num.* 9. *& part.* 3. *quæst.* 128. *num.* 3. cum multis aliis, laudatis á R. Consl. D. Petro Ant. de Chavarri, & Eguia jurisprudentia, ac nobilitate pręclaro *didascal. multip. par.* 2. *cap.* 15. *n.* 2. *tom.* 1. ac magnam Reipublicæ vtilitatem afferre probavit *in quæst.* 101. *à num.* 10. *cum multis se-*
17 *quentibus*: Quæ quidem pœna in duas species dividitur, sive nomina, & *ordinaria* dicitur una, nempe quæ in legibus, vel statutis reperitur expressa, *extra ordinem* altera, sive *extraordinaria*, si sub legali, aut statuta dispositione determinata nō invenitur, ex laudatis per Bened. Carpzou in *prax. cim. quæst.* 102. *num.* 17. *part.* 3. quo in casu sub judicum arbitrio residet pœnarum emanatio, & sic *arbitrariæ* appellantur, *l.* 1. §. *expilatores, vers. quibus nulla, ff. de effractor. & expilatorib.* & ex argumēto, quod desumitur ex *l.* 1. §. *ait Prætor, cum* §. *sequenti, ff. de jure delib.* Goffredus noster *hic nu.* 7. Foller. *in prax. crim. rubr. pœnis debitis ferientur, num.* 60. Tasson. *de antefat. vers.* 12. *observ.* 2. *num.* 1. Reg. Consil. Prat. *resp. crim.* 49. *num.* 17. Eliseus Danza *de pugna Doctor. tom.* 1. *de de official. in genere, cap.* 3. *num.* 15. 16. Peguer. *decis.* 1. *num.* 3. Ioseph. Ricc. *de public. judic. in genere, quæst.* 28. *num.* 2. & 40. Giurba *cons.* 69. *num.* 2. Conciol. *resol. crim. in verb. pœna. resol.* 12. *à num.* 2. Fermosin. *tract. crim. par.* 1. *ad cap. super his,* 16. *de accusat. n.* 4. 5. Godofred. ab Auo *prax. & theor. crim. lib.* 2. §. *fuga carceribus effractis, nu.* 43. Ioann. Coppen *pract. observat.* 77, *num.* 9. *lib.* 2. Carpzou *in prax. crim. part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 8. *quæst.* 27. *num.* 26. *quæst.* 39. *num.* 34. *quæst.* 43. *num.* 28. *quæst.* 46. *num.* 44. *par.* 2. *quæst.* 66. *num.* 20. *p.* 3. *quæst.* 133. *num.* 12. 13. *& proc. jur. tit.* 5. *art.* 7. §. 5. *nu.* 47. Berlich *pract. concl.* 57. *num.* 25. *part.* 1. Mattheu *de re crimin. contr.* 21. *num.* 39. *contr.* 24. *à num.* 13. *& contr.* 55. *nu.* 28.
18 benè perpensa personarum conditione, & maleficiorum qualitate, ac cir-
19 cunstantiis in eis concurrentibus, quarum ope leviores, & graviores effici possunt, ne durior, aut mitior pœna infligatur

tur *l. Pedius*, 4. §. *Divus Pius*, *verſ. & omnino*, *ff. de incendio*, *ruina*, *&c.* Goffred. noſter *hic num.* 8. Reg. Sanfelic. *deciſ.* 337. *num.* 73. Carpzou *in prax. crim. par.* 3. *dicta quæſt.* 133. *à num.* 4. *& 9. prope finem*; ita quod his attentis, animadverſiones, ac pœnæ, minui, augerique valēt, Carpzou *part.* 1. *dicta quæſt.* 7. *num.* 36. *par.* 3. *dicta quæſt.* 133. *à num.* 10. *cum ſeqq. & quæſt.* 143. *num.* 44. *cum tribus ſequentibus*, Giurba *conſ. crim.* 14. *nu.* 15. Cruſius *de indiciis*, *par.* 3. *cap.* 19. *nu.* 20.
20 & extendi uſque ad mortem, delictorū gravitate, locique obſervantia attenta, Reg. Conſil. Prat. *reſp. fiſc.* 46. *num.* 8. Reg. Conſil. Petra *in comment. ad Rit. M. C. V.* 274. *num.* 79. *tom.* 3. Ayllon *ad Gomez*, *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *num.* 9. Carpzou *in prax crim. p.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 15. *part.* 2. *quæſt.* 62. *num.* 15. *part.* 3. *quæſt.* 119. *num.* 16. 17. *dicta quæſt.* 133. *à num.* 21. Giurba *conſ. crim.* 73. *num.* 5. Berlich *practicab. concl.* 36.
21 *n.* 19. 20. 21. *p.* 4. ſi verò à Superiore judice agitur, vel Principe conſulto, Giurba
22 *dicto conſ.* 73. *num.* 18. nam facinora nō ſemper æqualia ſunt; & cùm ex circunſtantiis diminuantur, aut aggraventur; meritò pœnæ diverſificantur, & cum delictis, juxta eorum qualitates, & circun-
23 ſtantias commenſurantur: cùm ipſis ſceleribus correſpondere debeant, ut proportionabiliter irrogentur, ac omne gravamen, aut incongrua punitio removeatur, *Auth. omnes peregrini*, *§. fin. in fine*, *Cod. cōmunia de ſucceſſionibus*, Sarn. *prax. crim. par.* 2. *formul.* 59. *num.* 2. cum aliis cōcordantibus, allegatis à Giurba *conſ. crim.* 53. *num.* 34. *conſ.* 71. *num.* 5. *& conſ.* 83. *num.* 8. Solorzan. *de parricidii crimine*, *lib.* 1. *cap.* 2. *verſ. quid mirum*, Bened. Carpzou *in prax. crim. par.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 5. *quæſt.* 39. *num.* 35. *quæſt.* 46. *num.* 45. *part.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 40. *&* 61. *par.* 3. *quæſt.* 102. *n.* 1. *quæſt.* 142. *n.* 29. *& proc. jur. tit.* 8. *art.* 2. *num.* 16. *tit.* 13. *art.* 1. §. 8. *n.* 123. *& tit.* 15. *art.* 3. §. 2. *num.* 10.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA DECIMASEXTA

De Iure Affidaturæ Herbagii, Pascuorum, Glandium, & Similium

RITVS I.

HÆc sunt de veteribus *juribus*, & sunt nova ,A, jura , & communia, tam in terris demanii, quã Comitum, & Baronum. Pro quolibet ipsorum jurium solvitur certo modo, sicut est conconsuetum; sed quando exceditur inexigendo, mandatur per Curiam, ut servetur, quod solitum est; & est notandum, quod nullus cogitur affidare ,B, in solo suo, aut herbagia, vel pascua, glandes, & similia vendere justo etiam pretio: quia unicuique committuntur res suæ gerendæ, prout vult, * rei quidem suæ quilibet dicit legẽ, quam vult, etsi vendo isti, & illi, & tibi nolo vendere, non cogor, * cùm & illi, qui publicè negotiantur, ut stabularii, habeãt in potestate, ne quem libet recipiant, * & quo dicitur * scilicet, quod stabularius non potest repellere iter agẽtes, dicit * *potest* ideſt *debet*: quia potest si vult, pro quo est * ubi dominus prohibet certis personis, ut nõ cõtrahant cum servo, & certo generi negotiatorũ, negotiari interdicit; alii dicunt, quod, si tenet publicè rem venalẽ, & omnibus vendit, & mihi non, tenetur injuriarum, & hoc si animo injuriandi faciat: nam ex affectu æxtimatur injuria, * tamen rem suam non tenetur vendere mihi, si non vult, aut si sum odiosus ei, & hoc est durum dicere, quod tenetur injuriarum, qui convicium verbo nõ dixit, nec in corpus aliquid intulit pulsãdo, verberando, adducendo comitem, vel attentando pudicitiam * aliud est enim contumeliam facere; aliud verò non pati, ut quis honorẽ habeat * alioquin quicunq; nõ facit, quod debet facere, teneretur injuriarũ, quod esset absurdũ, & sic sufficit dare instantiam * unde si non reddo debitum, nõ teneor injuriarum: quia non facio; sed, si non permitto, te uti re tua, tunc infero molestiam, & facio, per quod non potes uti ea, * licèt

* *Cod. de judæis, & cælicolis l. nemo.*

* *Cod. de jure emphit. l. fin. §. si autẽ, vers. iis tamẽ per sonis.*

* *ff. naut. caup. stabul. l. 1.*

* *ff. de furt. adver. nav. caup. stab l. 1. §. caupo autẽ.*

* *Glossa in dicto §. caupo autem, verb. vadorum.*

* *ff. de instor. actio. l. sed, & si pupillus, item si cũ plures vers. sed etsi denunciavit, & l. si quis mancipia §. proculus ait.*

* *ff. de injur l. illud.*

* *ff. de injur. l. 1. §. 1.*

* *ff. eod. l. injuriarũ actio 13. §. si quis in honoribus*

* *1. q. 1. cap. sicut urgeri.*

* *dicta l. injuriarum actio §. si quis non prohibet.*

Digitized by Google

licèt non facere, sit facere, unde qui non alit, necat * longè minus est omittere, quàm committere * immo, si esset à publico deputatus, ut banco faceret carnes, qui omnibus venderet, & mihi nollet vendere, cogeretur tunc ministerium sibi injunctum implere, * sed rem suã vendere non; * injuriarum vero non tenetur: quia nec verbo, nec facto convicium dixit, aut contumeliam fecit.

* ff. de lib. inf. agnos. l. necare, ian. pasce, diffin. 86.

* Gloss. in l. 2. ff. ad Silan.

* ff. de muner. & honor. l. si quis magistratus.

* Cod. de jure deliber. l. nec vmere.

RITVS II.

IN victualibus tamen fit assisia, & cogitur, ut statim vendat, nec tenetur tunc injuriarũ, si non obediat Magistratui, imponenti assisiam, sed ad pœnã, in assisia comprehensam; quãdo ergo apparet injuria facta verbo, convicio, aut facto, tunc debet extimari, & censeri, quod affectu fit: * quia hic non est injuria illata verbo, vel facto incorpus inferendo quidquam.

* dicta l. illud,

RITVS III.

VErùm si Titius Baro dominus unius Castri, omni anno, à tempore, cujus non est memoria, affidavit vicinos alterius Castri, poterunt dicere, quod promisit hoc Titius, & quod tenetur affidare ex pro-missione, quam probabunt ex diuturnitate tẽporis * & tunc si Titius diceret: volo herbagia Castri mei pro me, & vasallis meis indigentibus, quæ nõ sufficerent aliis extraneis, si affidarentur; benè diceret, si verum esset: quia hæc affidata, & concessa ob hãc causam revocaret; * & jura, quæ dicunt, quod prima charitas incipit à se ipso, intelliguntur, *ne forte non sufficiat nobis, et vobis: ite potiùs ad vendentes, & emite vobis,* * in victualibus secus, ubi statuitur pro communi utilitate justum pretium *. Item, si uno anno sint modicæ glandes, vel herbæ, cariùs vendet si erit sterelitas. Idem, si dicerent vicini Titii, pascua territoriorum Castri sui, & Castri vicini fuisse semper communia, & aliud rationabile in contrarium non obstaret. Contra malitias foresteriorum providit *constitutio Regni.** * ff. de usuris l. cùm de invẽ vers. fo. * Cod. locat. l. 3. * Matthæi 25. vers. 9. * ff. ad leg. juliã de annona, l. 3. * oũ pro partes Apulea.

,A, Cũ circa hoc in Camera, & successive in Collaterali Consilio fuisset habita larga discussio super infrascripta provisione expedienda, resistentibus *l. 1. Cod. de pasc. publ. vel priv. lib. 11. & Regia Prag. Regis Ferdinandi I.* inde super emanata *sub die 8. Martii 1470. in Regesto litter. 3. fol. 56.* fuit me exclamente in effectu expedita; *cum litteris domini Proregis sub die 21. Martii 1556.* tenoris sequentis videlicet *si ordina, che da tutti li locati, & padroni di pecore, & di bestiami della dohana minuti, & grossi, tanto di regnicoli, come di forastieri, etiã di quelli saranno extra locationem, si efigga per l'avvenire la fida all'infrascritte ragioni, cioè, quelli, che solevano pagare scudi otto il centinaro, ne paghino dodici; & quelli che solevano pagare scudi ses il centinaro, ne paghino nove; & quelli che pagano scudi quattro, ne paghino sei, & sic de singulis,* quę provisio fuit expedita *sub die 26. Martii 1556.* cum in serta forma prædictarum litterarum domini Proregis *in Regesto Curiæ 5. fol. 94.*

,B, *Decreto Cameræ* fuit provisum, quod pecudes non solitæ accedere ad dohanam, nec ad territorium dohanæ, non teneantur ad solutionem juris, seu Regiæ fidæ dohanæ, *in libro notament. Camera. 1476 fol. 9.*

Et quando pecudes non faciunt lanam, nec caseum, aut parum, & non pareunt fœtus; non debetur de eis Curiæ fida, juxta numerum ipsarum; ad quam materiam vide, *pulchram consulta-*

Digitized by Google

vionem Camera sub die 28. aliàs 29. Ianuarii 1474. in litter. clauſ. 6. fol. 107.

Ritus iſtæ, cùm loquatur, & dicat *de veteribus juribus, quæ ſunt nova*, quæritur hic per quantum tempus foreſta dicatur antiqua; & an ſufficiat tempus quatraginta annorum, vel requiratur immemorabile? & in hoc vide *Afflict. in conſtit. authoritatem, quæſt. 3. num. 3. 9. 10.*

Et an in foreſtis, & paſcuis antiquis ſtetur antiquitati? *Afflict. ibidem.*

Id, quod antiquitas temporis induxit, ſemper eſt obſervandum, *Afflict. ibidem*, dum magna eſt antiquitatis authoritas, cui etiam reverentia debetur, *ibidem.*

Unde in factis antiquis plus creditur inſtrumentis, quàm teſtibus, ſecundùm dictum *Afflicti; in conſtit. juris peritorum.*

Circa illud, quod *Ritus* iſte dicit in primo, ne recipiatur ultra illud, quod ſolitum eſt. Scias quod R. C. conſuevit facere mandata pœnalia, ne ratione paſcuorum, & herbagiorum ultra illud ſolitum, recipiatur, quod ſi non ſervetur, poterit pœna exigi, *Afflict. in conſtit. cùm per partes Apulèæ, in 4. notab. num. 7.* ubi habetur etiam, quod ſi animalia aliena dederint damnum in defenſa Baronis, domini animalium non tenentur niſi ad emandam damni: etſi inter duo Caſtra eſt communitas antiquiſſima herbarum, & aquarum, unum poſtea Caſtrum eſt inhabitatum, an dominus Caſtri habitati poſſit ritè rumpere dictam communionem? *ibidem habes in 4. quæſt. num. 10.* Si duo Caſtra habeant ad invicem communitatem herbarum, & aquarum, & unus de illo Caſtro damnum det in fructibus territorii alterius Caſtri, an dominus Caſtri illius loci, ubi damnum datum eſt, poſſit declinari, ſi ei petatur, quod faciat reſarcire damnum datum vel judex domicilii damnificantis in hoc habeat juriſdictionem? & contra iſtum de domicilio concludit *Afflict. in quæſt. 5. num. 11.*

Et quid ſi inter duo Caſtra ſit communio territoriorum, & unus particularis de uno illorum Caſtrorum habeat multa animalia, & velit cum illis uti dicta communitate, & alterum Caſtrum non permittat, dicendo, quod communio eſt cum tota univerſitate, & unus non eſt univerſitas? quod unus particularis poſſit gaudere beneficio communionis cum tot animalibus, ac ſi eſſet univerſitas, *Afflict. ibidem in 6. quæſt.* ubi etiam invenies, quod in paſcuis, & herbis pro animalibus, ſtandum eſt antiquitati, *in 7. not. num. 8.*

Sic etiam ſi duo, vel tres homines alicujus Caſtri per longiſſima tempora cum eorum animalibus paſcularunt territorii alterius Caſtri, utrum univerſitas hujus Caſtri poſſit dicere, quod habet jus paſculandi in dicto territorio? differit idem *Author dicta quæſt. 7. num. 13.*

Hic nota, quod jus fidæ pro animalibus debet ſolvi prout ſolitum eſt à convicinis, & nihil plus, etſi plus ſolvatur, dicitur injuſtum, ex eodem *Afflicto dicta not. 7. num. 13.*

Ad materiam, & praxim iſtius *Ritus*, Vide *litter. Regis Ferdinandi I. & bannum emanatum ſub die 7. Martii 1470. in Regeſto litter. Regiarũ 3. fol. 63. 65. alias litteras ejuſdem ſub die 14. Auguſti 1478. & alias dicti Regis ſub die 10. Octobris 1483. in regeſto Cancellariæ fol. 103.* nec non pulchram *pragmaticam latam per eundem ſuper iſta materia, reaſſumptam ab iſto Ritu, ſub data 8. Martii 1450. in regeſto litter. Cur. 3. fol. 56.* quia *Ritus* videtur judicio meo traxiſſe originem à *l. 1. Cod. de paſc. publicis, vel privat. lib. 11.* ubi *Gloſſ. Gottofr. Bart. Lucas de Penna, Iacob. & Rebuff.* quibus rebus adde *DD.* regnicolas antiquos, & modernos *in dicta conſtit. cùm per partes Apulea.*

RVBRICA XVI.

De Iure Affidaturæ Herbagii, Paſcuorum, Glandium, & ſimilium.

SUMMARIUM.

Diſpoſita in Ritu *habentur penes* Andreã de Iſernia in loco hic notato. *num. 1.*

Paſcua conceduntur in herbis naſcentibus in terra, non in arboribus, in quibus damna inferri poſſunt. num. 2

Viator, an, quando, & quomodo poſſit equum ſuum paſculari facere in terris, vel ſilvis de via? num. 3. 7.

Quod aliis non nocet, fieri permittitur. num. 4.

Arbore pendenti in via, vel in fundo vicini, poſſunt colligi frondes, & fructus, ſi nullum damnum domino inferatur. nu. 5.

Arbor pendens in via publica, ſi illam impedit, incidi poteſt. num. 6.

Animalia tranſeuntia poſſunt per unum diem, & noctem unam paſtulare in terris alienis, modo damnum non inferant. num 8. & quid obſervetur in pecudibus tranſeuntibus quando in Apuleam aſcendunt? num. 12.

Lex per ſolum non uſum haud tollitur. num. 9.

Aſſiſia poſita, cogitur lanio carnes vendere juxta eam. num. 10.

Rex in Apulea cogit dominos paſcuorum paſcua vendere pro pretio à ſemetipſo impoſito, pro paſcuo pecudum, quas ipſe aſtringit venire in Apuleam. num. 11.

Paſtores in Apulea coguntur accipere, ſive emere panem à Curia. nu. 13.

Baro in terra ſua debet ponere aſſiſiam quo ad venditionem omnium vectigalium. num. 14.

Vendens ultra aſſiſiam, punitur tanquam violator pacis; ſed raro. num. 15.

Pœna vendentis contra aſſiſiam, quæ nam ſit? nu. 16.

Baro, qui habet juriſdictionem in terra ſua, prædictas pœnas ſuas facit. num. 17.

Aſſiſia victualium, quæ nam ſit? num. 18.

Emptores rerum de annona in groſſo, ut vendant ad minutum, nõ valent emere, niſi certa hora, ab illis de regimine ſtatuta. num. 19.

Aſſiſia valor debet eſſe juſtus, attentis omnibus circunſtantiis, & temporis qualitate. num. 20.

Conſuetudo lex municipalis eſt. num. 21. & perpetua lex eſt. num. 22.

Domum, vel fundũ pro beneficio, & utilitate publica coguntur vendere domini, juſto pretio ſoluto. num. 23.

1 NOta de eo quod dicitur in hoc *Ritu* de ſumentibus paſcua, quod plenè examinat *D. And. de Iſern. in conſtit. cùm per partes Apulea, lib. 3. circa finem*, & dicas ea, quæ ibi dicit, ultra hunc *Ritũ*, & jungas principium hujus *Ritus* cum fine ipſius, & quaſi habebis totum, quod dicit ibi *D. Andr.* ubi concludit, quod *Conſtitutio* illa non ſit localis, immo veriùs videtur quod ubique Regni ſervari debet, ut una die, & una nocte paſcua ſumant; quod videtur magna æquitas de paſcuis modico tempore unius diei, & unius noctis; quod verum eſt de herbis naſcentibus in terrã, nõ de arboribus, & fructibus, ne detur dãnum: quia tunc dominus animalium tenetur, & quandocunque dominus Caſtri habet defenſam antiquam, ſervabitur ei.

2

3 Item pono etiã, quod habetur in *cap. unico, §. quicunque per terram, fin. de pace tenenda*, ubi ſi quis

Digitized by Google

si quis vadat per viam equester, & velit equum suum pabulare herba, restutia, vel alio tali, si stat propre viam terræ propinquam, potest extendere se, vel arborem pendentem supra terram amplecti, pro refectione, & reparatione equi sui, & ipsi licet de herba, frondibus, & silva viridi, prope viam existenti colligere; multò plus si in via sint, & nõ faciat damnũ illi, cujus est silva, vel arbor, vel herba, pro commoditate
4 sua, & equi sui usu, conceditur quod alii non nocet, & ipsi prodest, *ff. de evictio. l. in creditore*,
5 38. vel fortè, ut dictum est, arbor vicini pendebat super viam publicam, & sicut colligi possunt frondes, quæ non nocent vicino, ita poterit etiam quilibet fructus colligere ejus, quod supra viam pendet, sicut si penderet in meo fundo tua arbor, *ff. de arbor. cæd. l. 1. 2. & de*
6 *grande legenda, l. unica*: nam quilibet posset agere interdicto pro cædenda arbore super viam pendente, quæ est impedimento itineris, *ff. ne quid in loco publico, l. 2. §. si ex suo fundo*.
7 Sed non intelligas, quod posset equum immittere ad pascendum in fundo alienò, existenti secus viam, *ff. ad leg. Aquiliam, l. Quintus Mu-*
8 *tius, & l. quanvis*; sed in Regno Siciliæ Imper. Fredericus fecit optimam constitutionem, quã malè servant foresterii defensarum Civium, & Comitum, seu Baronum, ut per unum diem, & unam noctem possint animalia transeuntia de una cõtrata ad aliam, pascua sumere in terris alienis, si non dederint damnum frugibus,
9 ut in *const. cùm per partes Apuleæ*, etsi non servent, tamen servare debent: quia non tollitur lex solùm per non usum, pro hoc facit, quod notat *Jo: Andr. in cap. jus naturale, circa finem*, ubi dicit: *contrarium observatur*; sed debet *dici: & malè*.

10 Item de eo, quod dicitur, teneri lanionem vendere carnes, & quando est posita assisia cogi ad vendendum cuilibet in utensilibus, dic, ut plenissimè *D. Andr. in const. omnes nostri, in versic. vel restringeretur, & in cap. unico, in tit. de pace juram. firm. §. injuria*: & de assisia dic etiam, ut idem Andr. *in tit. de pace tenenda, §. post natalem*; & ex omnibus prædi-
11 ctis collige, quod, dum Rex in Regno Siciliæ cogit dominos pascuorum in Apulea vendere pascua, & ponit pretium, quod sibi Regi videtur, propter pecudes, quas etiam ipse cogit ve-
12 nire in Apuleam, hoc est contra prædicta; & est aliud pejus, quod pecudes, venientes in Apuleam, transeunt per pascua aliorum dominorum, & stant una die, aut una nocte, & aliquando minùs, & volunt domini, quod solvãt certum quid, contra *d. const. cùm per partes*
13 *Apuleæ*; & sic etiam damnum, quod fit in dicta dohana pecudum, quia coguntur pastores emere panem à Curia, quod fortè levius portari posset, quando non esset præcisa coactio, quia gravius esset fortè pastoribus facere panem.

14 Item de eo, quod dicitur de assisia, videas plenè *D. Andr. in dicto §. post natalẽ, de pace tenen. num. 25.* ubi dicit: *Comes in terra sua debet ponere assisiam circa venditionem victualium, & annona in Nativitate Beatæ Mariæ: tunc enim ubiq; sunt recolletta victualia; & ideo cẽvocare de-*
bet post Nativitatẽ ipsã septẽ de qualibet Terra, ut Provincia pro Terra accipiatur: quia una Terra, Provincia plus abundat, quàm alia; vel ideo dicit
15 *septem: quia de qualibet Terra habebit aliquos, vel aliquem, qui sciat conditionem proprii incolatus, & cum eis sagaciter disponat, quanto pretio*
sit annona vendenda: & qui contra fecerit, vendendo intra annum plùs, scilicet carius, aut altiùs, quod sit statutum per Comitem, punitur sicut pacis violator, ideſt status pacifici; ut dictum
16 *est supra; in hac pacis violatione datur pœna, quod pro quolibet modio, seu mensura vendita carius, & altiùs, de quo convincitur, solvet triginta libras* (beneverum est, quod *littera tex.* dicit *viginti libras*, nõ *triginta*, ut dicit Andreas) *Co-*
demnationes istæ sunt Comitis; ut hic innuitur,
17 *Comes ergo habet jurisditionem in terra sua: nã ponere rebus utensilibus pretia pertinet ad Præ-*
fectum Urbi, ff. de off. Præf. urb. l. 1. §. cura carnis;
18 *& ponitur hic quid dicitur assisia in victualibus, scilicet annona, ut ff. ad leg. jul. de annona, l. fin. & de extraord. crim. l. annonam, in primo*
19 *responso, & circa fructus: ut contra turculos emptores, in dicta l. annonam vocantur Dardanarii, qui emunt in grosso, ut minutatim carius vendant, & inde lucrentur; contra quos statuitur, ut non emant, nisi ad certam horam, notatur, ff. de nundinis, l. 1. Cod. eod. l 1. Cod. de episcopali audientia l. 1. & hoc pro communi utilitate statuunt Rectores universitatum singularum: quia, & Castra, & Villæ dicuntur habere rem publicam eorum, Cod. de divers. rescript. l. fin. in fin.*
20 *de offic. ejus, l. prima. Pretium autem non erit vilius, quàm sit justũ; & hoc est, quod hic dicitur sagaciter disponat, secundùm qualitatem temporis: quia uno anno est plus de frumento, & vino, quàm in alio; sic est intelligenda dicta l. fin. ad leg. jul. de annon. in princ. ff. ad municipalem, l. nõ debere, ff. de administr. rer. ad civ. pert. l. decuriones, aliàs ad voluntatem non ad justitiam posito pretio, non cogetur vendere; & sic etiam posset intelligi l. nemo* (scilicet *Cod. de judæis*, allegata etiam *hic in Ritu*) *ordinata charitas incipit à se ipso in authent. de triente, & semisse*, §. 1. (prope finem) ibi: *& natura primò curata, ad extraneas largitates accedere: sitientibus enim agris tuis, & c. Cod. de servit. & aqua, l. Præses Provin-*
cia, & l. si alterius (dic *l. altiùs*) *Matth. 25.* (*vers.* 9.) *ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potiùs ad vendẽtes, & emite. Itẽ in omnibus negotiationibus potest poni pretium justum, patet, ff. commu-*
21 *nia prædior. l. venditor, §. si constat, quæ dicit de consuetudine municipali: quę; & statutum Civitatis lex municipalis est, ff. quod cujusque univer.*
22 *nom. l. item eorum, in princ. ibi: lex municipalis, & consuetudo perpetua*, (sed ibi verè dicitur: *lex*

Digitized by Google

municipii, vel perpetua cõsuetudo prohibeat) dicit 23 *Glossa, &, pro .i. sic, Cod. de emancip. liberor. l. 1.* (quę verba per lipar. in lit. T. explicãtur) *ltẽ, & domos, & prædia plerunque cogimur vendere, ff. de religios, & sumpt. funer. l. si quis sepulchrum; regulariter non, ut in dicta l. nemo; ubicunque ob publicam utilitatem quis cogitur distrahere, datur ei justum pretium, Cod. in quib. caus. primi. pro* (tu dic *in quibus causis servi pro præmio libert. accipiunt*) *. l. 1. glossa licèt, ff. quẽadmod. servit. amit. l. si locus, §. cùm via publica, dicat sed contrarium observatur, debet dici: & malè argumento ff. ad syllan. l. Cornelia, §. ultimo; iniqua statuta civitatum Innocent. vocat monopolia extr. de constit. cap. cùm accessissent.*

ADDITIO

SVMMARIVM.

Dominium juris tanti roboris, & efficaciæ est, ut ne dum in tota re, verùm etiam in qualibet parte influatur. num. 1.

Vendicandi jus in rei parte exerceri potest, & illi competere. n. 2.

Herbæ domino soli cedunt, & sub illius dominio sunt. num. 3.

Herbæ sub fructum nomine veniunt, & ad soli, sive fundi usufructuarium pertinent. num. 4.

Hẽrbæ cum fundi venditione in emptoris beneficium transeunt: quia sub emptione comprehenduntur, nisi aliter sit conventum. num. 5.

Animalia ne ingrediantur, immittanturque in fundum privatum, possessor, & fundi dominus prohibere potest. num. 6.

Prohibitio, ne animalia immittantur in fundũ privati, à domino duobus modis fieri potest, voce scilicet, & signo. num. 7. *sed quid bannis emanatis? num.* 8.

Animalium domini ad quid teneantur pro damnis datis in arboribus, uitibus, & seminatoriis, aut pasculatoriis, vel secatis segetibus? num. 9.

Fidæ solutio pro damnis passis in pasculatoriis, vel secatis segetibus, territoriorum dominis fieri debet. num. 10.

Possessio territorii penes illum esse dignoscitur, cui fidæ solutio fit. num. 11.

Fida solvi debet juxta consuetum, & vicinorum morem. num. 12.

Diffida ad Baronem spectat, & quare? num. 13.

Diffida non potest excedere fidæ quantitatẽ. num. 14.

Fida ad Baronem spectat de territoris feudalibus, & feudi demanialibus. nu. 15.

Exteri haud possunt in demanialibus feudi, & universitatis pasculare absque fidæ, & diffidæ solutione. nu. 16. *etiansi sint clerici. num.* 26.

Cives jus habent pasculandi in demanialibus Baronis, etiam quo ad animalia, quæ habent ad societatem, non obstante ampla concessione feudi à Barone perhabita. num. 17.

Clerici in demanialibus feudi jus pascendi, ut cæteri cives habent. num. 18. 20. *etiansi forenses sint, domicilium habentes causa beneficii, & similium. num.* 21. 23.

Clerici inter cives connumerantur. num. 19.

Clerici habitantes causa beneficii, residentiã requirentis, gaudent omnibus privilegiis, & prærogativis, ut clerici originarii. num. 22. *aliter secus. num.* 26.

Monachi, ac Monasteria in loco existentia, quò ad animalia propria, jus pascendi habent in territoriis feudi demanialibus, non autem ultra locum eorum residentiæ. num. 24. *præter ea animalia nenessaria ad culturam, & industriam propriorum territoriorum extra locum residentiæ sitorum. num.* 25.

Clerici, ut ecclesiastici, non habent privilegiũ fruendi, & pascendi in territoriis alienis, absque fidæ solutione. num. 27.

Animalia, Clericorum, pascua sumentia, retineri possunt pro fidæ solutione. num. 28. *ac etiam diffidæ, quod tamen in praxi non servatur. num.* 29.

Animalia, an retineri possint quousque non appareat de certo damno, vel quid debeatur pro fida, aut diffida, et si, vel ne ad id sit adstrictus dominus animaliũ? num. 30

Barones in demanialibus propriis, & universitatis fidare non valent ex eorum arbitrio, sed cum moderamine absque prejudicio civium, quò ad eorum animalia. num. 31.

Barones, uti primi Cives non valent immittere eorum animalia ut pascua fumant in totum, nec pro majori parte, ob magnum numerum animalium in Civium perniciem. num. 32.

Barones, an, & quando possint eorum animalia pasci facere, & exteros fidare in terri-

Digitized by Google

territoriis patronatis, fructibus recollectis, ſegetibuſque ſecatis? num. 32. 35. 37.

Barones in Provincia Hydruntina habent jus paſcendi, & fidandi in territoriis privatis, ſecatis ſegetibus. num. 34.

Servitus ut acquiri valeat, tempus immemorabile requiritur, & abſque ulla interruptione. num. 36.

Adminiſtratio mala, uti miſeriæ mater, ad devaſtationem devenire facit, nedum domus, ſed Civitates, & Regna. nu. 38.

Iudices, œconomici eſſe debent in alimentorū pupillorum, & minorum taxatione. num. 39.

Pretia taxare, & fortiùs in rebus utensilibus, & conſiſtentibus in numero, & mēſura, valde reipublicæ intereſt. n. 40.

Vendentes ultra quantitatem taxatam, in pœnam contra aſſiſiam incidunt. n. 41.

Iudices in delictis commiſſis contra aſſiſiam qui nam ſint? num. 42.

Vniverſitatum Decuriones in contra aſſiſias procedere non valent, & quare? n. 43.

Barones, eorunque officiales, quare procedere poſſunt in contra aſſiſias delictis? n. 44.

Vniverſitatum onus eſt perquirere, & curare de neceſſariis Civium, eorunque victu, & abundantia, & ne in pretiis rerum graventur invigilare. nu. 45.

Aſſiſiæ impoſitio ex generali conſuetudine ad illos de regimine Vniverſitatis, & contra aſſiſias pœnas exigere ſpectat. num. 46. 48. 50.

Barones, eorunque officiales ſe intromittere non poſſunt in aſſiſiæ impoſitione, num. 47. niſi ſolùm in caſu gravaminum. num. 49.

Electi Civitatis Neapolis ponunt aſſiſias, & procedunt cōtra fraudantes, & in gradu appellationis ad Præfectum annonæ recurritur. num. 51.

Dardenarii in mercatis civitatum emere nō poſſunt, niſi aliquibus horis tranſcurſis, & determinato tempore. num. 52. & interdici poteſt eorum illicita negotiatio. num. 55.

Dardenarii, quaſi perturbatores publicæ utilitatis, pacis, & quietis, de jure communi, & municipali puniendi ſunt, quando contraveniunt. num. 53. atque expelli, & evelli debent. num. 54.

Pretium à Principe taxari poteſt frumento, & cæteris victualibus tempore neceſſitatis, juxta quam taxam vendi debēt, & non aliter. num. 56.

Clerici, Eccleſia, Eccleſiaſticæque perſonæ frumenta, cæteraque victualia tempore neceſſitatis, & penuriæ, vendere debent ad rationem pretii taxati à Principe, & quare? num. 57. & in caſu renitentiæ quid fieri poteſt á poteſtate laicali, & quomodo, & quando cogendi per Iudicem Eccleſiaſticum? num. 58.

1 IVris dominium tanti roboris, & efficaciæ eſt, ut ſufficiat, nedum ad totam rem efficiendam, verùm etiam in quaslibet, & ſingulas ipſius partes etiam diviſibiles, influendum, & penetrandum, ob illam concurrentem rationem, quæ una eſſe non poteſt in toto, diverſa in parte, ad evitandū abſurdum, ne ſcilicet ex diverſo jure una eadenque res intelligatur, Iabol. *in* 2 *l. eum, qui ædes, 23. ff. de uſucap.* ita quod non mirum ſi rei partem vendicandi jus domino competere, Celſus determinavit in *l. ſolùm partem, 50. §. meum eſſe,* 3 *ff. de rei vendic.* & omnes herbæ in fundo, aut ipſius parte ſponte naſcentes, vel ex induſtria, laboribuſque ſoli ipſius, in quo ſtant earum radices, & ex quo alimentum recipiunt cedūt, & domino acquiruntur, ex ratione adducta à Cajo in *l. adeo, 7. §. his conveniens eſt, ff. de acquir. rer. dom.* & ab aliis II. CC. in *l. pratum, 31. ff. de verb. ſignif. l. unica, ff. de glande legenda, l. aquam, 4. Cod. de ſervitut.* Preſ. de Franch. *dec. 301. num. 1.* ubi Amend. *in principio* multos concordantes DD. laudat, Freccia *de ſubfeud. lib. 2. de autho. Baron. author. 46. num. 8.* Anna *alleg. 108.* Reg. Rovit. *in pragm. 1. de offic. Bajuli, num. 13. verſ. in prima,* ubi Laganar. *verſ. hoc antiquiſſimum, in medio,* Capiblanc. *de Baron. in pragm. 11. num. 29.* Novar. *quæſt. forenſ. 110. num. 8. & 12. part. 1. & quæſt. 12. part. 2.* etianſi à non domino ſeminatæ, aut plantatæ ſint, *l. qua ratione, 9. ff. de acquir. rer. dom.* §. 4 *cùm in ſuo ſolo, Inſtit. de rer. diviſ.* & ſub nomine fructuum veniunt, ac ad uſufructuarios pertinent, *l. idem, ſi fundi, 10. &*

l. ar-

Digitized by Google

l. arbores, 66. §. *quicquid*, *ff. de usufr. & quemad. quis utatur*, & sub fundi emptio
5 ne comprehenduntur, ex quo cũ fundo, sub emptoris dominio transferuntur, nisi aliter, speciali reservationis pacto cõveniatur, in venditoris beneficium, *l. qui fundum*, 40. §. *fundi venditor*, *ff. de con-*
6 *trah. empt.* Anna, & Novar. *ubi sup.* qua de causa juridicè prohibere valet dominus, ne quis in suum fundum animalia inmittat ad pascendum, ipso invito, *l. quod enim*, 3. §. *planè*, *ff. de acquir. rer. dom.* §. *feræ igitur bestiæ*, *in medio*, *Institut. de rer. divis.* Anna *dicta alleg.* 108. Ioan. de Amic. *cons.* 8. *nu.* 55. 56. Molfes. *super consuet. Neap. part.* 18. *de glande legenda*, *quæst.* 9. *num.* 8. *tom.* 3. Cancer. *var. res.*
7 *lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 71. *tom.* 2. sub duobus modis, voce scilicet, & signo, & prima vocalis palam esse dignoscitur ex locutione, expresse prohibitionem, & domini voluntatem declarante; secunda ex omnibus signis ingressum vetantibus, prout de limitibus, foveis, & similibus, Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib.* 3. *cap.* 15.
8 *num.* 5. ita quod si publicè vetitum sit bannis emanatis ad dominorũ, aut Baronis petitionem, quo ad sua territoria, & in quibus jus habent pascendi, quo ad exteros, attenta hujus Regni *constitut.*
9 incipiẽte *cùm per partes Apuleæ* semoto aliquo particulari damno in arboribus, vitibus, aut seminatoriis, quo in casu dominus animalium ad totum illud tenetur, juxta extimationem faciendam; sed si tantum in pasculatoriis, aut secatis segetibus pascua animalia sumpserint, tenetur tantùm ad fidæ solutionem, uti jus in herbagiis contingens, herbagiorunque pretium, atque venditio, ex Loffred. *cons.* 44. cõcludit Reg. Revert. *in lo-*
10 *co mox laudando*, itaque in beneficium domini pasculati territorii cedit, tan-
11 quam dominii sequela; adeo quod penes illum arguitur esse dominium, in cujus beneficium cedit juris fidæ solutio, Reg. de Ponte *cons.* 97. *nu.* 2. *lib.* 1. Paul. Staiban. Senior *cons.* 10. *n.* 19. Reg. Mar-
12 cian. *disp. forens.* 24. *num.* 20. *lib.* 1. juxta morem, & solitam quantitatem, sub qua solitum erat fidare, aut convicini fidant;
13 diffida verò ad Baronem jurisdictione fruentem: cùm solvatur in pœnam con-
14 traventionis edictorum, quæ tamen fidæ quantitatem nequit excedere, Loffred. *cons.* 29. de Bottis *in alleg. constit. Regni cùm per partes Apuleæ*, Reg. Revert. *dec.* 472. Laganar. *ad Reg. Rovit. in prag.* 1. *de offic. Bajuli*, *littera* A. Montan. *controv.*
15 *foren.* 26. *num.* 1. Ac etiam fida, quousque ageretur de territoriis ad feudum pertinentibus, & intrà ejus fines, utili domino, tanquam de demanialibus feudi competit, Minad. *dec.* 32. ubi Monach. *num.* 18. Molfes. *super consuetud. Neap. part.* 18. *de glande legẽda*, *d. quæst.* 9. *num.* 14. *tom.* 3. Reg. Cons. Rocc. *resp.*
16 *decis.* 5. *à num.* 2. *tom.* 2. in quibus exteri non habent jus, neque facultatem pasculandi absque fidæ, aut diffidæ solu-
17 tione, prout vasalli, ac feudi cives pasculantes cum animalibus propriis, aut aliorum concivium (non tamen exterorum, licèt ad societatem, sive ad partem illa teneant) nil obstante, quod in feudi concessione sit dictum: *cum montaneis*, *silvis*, *nemoribus*, *& similibus*, *liberè*, *& absque ulla servitute*: ex quo non intelligitur de hoc jure, universitati, & civib. spectanti, ex natura rei, naturali victu, & sociali actu, ac promiscuo in demanialibus, ita ut cùm sit intrinsecum jus, territoriis annexum, & necessariò civibus competens, sinè ipsorum præjudicio concessio desumatur, Freccia *de subfeud. dicta author.* 46. *num.* 4. Anna *alleg.* 48. Staiban. Sen. *cons.* 87. *num.* 1. Novar. *de gravam. vasallor. gravam.* 32. *tom.* 1. *&* 147. *tom.* 2. Reg. de Marin. *res. jur. cap.* 220. *num.* 3. 4. 5. *tom.* 1. Molfes. *loco cit. quæst.* 11. *à num.* 12. *cum multis sequen-*
18 *tibus tom.* 3. nemine quo ad cives exclu-
19 so, etiansi clerici sint, cùm inter cives connumerẽtur, ex congectis per Nos *in observat. ad Io. Vinc. de Anna observ.* 13.
20 *num.* 18. nil obstante, quod nullum subeant onus, & Civitatis munus quo ad temporalia, licèt à spiritualibus non exhimuntur, Reg. de Marin *d. cap.* 220. *nu.* 2. Marta *de jurisdictione*, *part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 8. *num.* 4. Larath. *cons.* 95. *num.* 1. Novar. *de gravam. vasallor. gravam.* 72. *tom.* 3. Oterus *de pascuis*, *& jur. pascendi*
21 *cap.* 8. etiansi clerici prædicti forenses sint, quia in illo loco non nati, vel oriundi, sed domicilium transtulerint ratione,

Digitized by Google

tione, & causa beneficii residentiam re-
22 quirentis, propter quam beneficii collationem cum residentia, pro civibus habentur, ac omnibus gaudent juribus, privilegiis, & prærogativis, pro ut cæteri clerici originarii Cives, ob domiciliũ, quod desumitur translatũ, itant pro clericis loci residentiæ habeantur, R. Consil. Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 3. num. 145. tom. 1.* Salgad. *de suplic. ad Sanctiss. & retention. Bullar. 2. par.*
23 *cap. 5. §. 3. num. 14. 15.* & signanter gaudent prædicto jure pascendi, Reg. de Marin. *dicto cap. 220.* ubi Rodoerius
24 Novar. *dicto gravam. 72. num. 3. 4.* Eodenque modo Monachi Monasteriorũ, in Civitatibus, earunque territoriis, & districtu existentium, Oterus *dicto cap. 8.* secus verò si alibi animalia habeãt, quo loci monachi hoc jure pascendi gaudere
25 nequeunt, nisi tantùm pro animalibus ad culturam necessariis: nam in eo loco, in quo tantummodò domus culturæ pro majori commoditate industriarum, & territoriorum sit destinata, pro civibus non habentur, Oter. *d. cap. 8. à num. 15.*
26 prout Clerici exteri, & illi beneficiati forenses, & in locis beneficiorum non residentes, qui omnes ad fidæ, & diffidæ solutionem tenentur, Reg. de Marin. *dicap. 220. num. 11.* Novar. *dicto gravam. 72. num. 12. 13.* quia ad omnia prædicta veniunt adstricti, prout cæteri forenses laici, Reg. Rovit. *in rubr. de pascuis, n. 6.*
27 Novar. *loco cit. num. 26.* nam uti Ecclesiastici privilegium non habent fruendi territoriis alienis absque solutione fidę, scilicet herbarũ pretii, in domini per-
28 niciem, Novar. *ubi supra, num. 7.* & pœnis omnibus indictis contra pascua sumentes, & introeuntes aliena territoria, subjacent, dũmodo exequantur super animalib. pascua sumentibus, nõ autẽ super aliis eorum bonis, aut personis: ex quo edicta eorum habent effectum, & pœnæ imponutur directè contra animalia, ipsaque afficiunt, non autem dominorum personas, aut alia bona, eò fortiùs, quod in his, de quibus agitur causis, de damni refectione, pœnarunque solutione in contemptum judicialis edicti, summariissimè, & absque judicii figura proceditur, incipiendo á pignorum captione contra repertos in fraganti, damnum dantes, ac judicis ordinem violantes, & ab eodem inde est procedendum, & animalia retinentur, donec de omnibus prædictis sint partes satisfactę; nempæ dominus territorii, quo ad damnum, habito respectu ad fidam, juxta quam, damnum passum est reficiendum quando territoria pàsculata solita sunt fidari, aut convicina fidantur, attenta dispositione *constitut. Regn. cùm per partes Apuleæ,* & Curia respectu pœnæ, diffidam non excedentis: cum ex proximè exaratis justificetur edictum pro justo, æquo, atque bono publico, publicaque utilitate, etiam ad finem, ut violentiæ, imperia, & discordiæ auferãtur, & unusquisque de suo sit dominus: nam aliàs eo invito, alii fruerentur, contra omne jus Divinum, Pontificium, ac Cæsareũ, & sic animalium domini non arctantur ad aliquid indebitum, & à jure non approbatum, Afflict. *in constit. Regni in prælud. quæst. 6. num. 7. in fine, & in dicta cõstitut. cùm per partes Apuleæ, num. 9.* de Nigris *in addit. ad clement. de vita, & honest. Cleric. num. 175.* Monach. *ad Regium Consiliar. Minad. dicta decis. 32. num. 30.* Reg. Rovit. *in dicta pragm. 1. de offic. Bajuli, num. 12.* Reg. de Marin. *dicto cap. 220. num. 11. in fine,* Bovadilla latè examinato articulo *in Polytic. lib. 2. cap. 18. num. 143. cum duob. sequentibus tom. 1.* Parlad. *quotid. differ. 9. §. 4. num. 14. tom. 2.* Avend. *de exeq. mandatis, par. 1. cap. 13. num. 7.* Cevall. *com. contr. com. quæst. 897. à num. 620. usque ad 623. & in tract. de cognit. per viam violentiæ, quæst. 11. à num. 41. & par. 2. quæst. 23. num. 18. 19.* Pereira *de manu Regia cap. 39. part. 2.* Oter. *ubi supra cap. 8. à num. 7. usque ad 15. & cap. 13. num. 31.* Reg. Consil. Carleval. *loco cit. ex num. 155.* qui, ultra determinationes allatas per Cevall. & Oter. *in adnotatis locis,* plures alias refert, *num. 157.* quibus in casibus in nihilo desumitur coarctata, nec directè, nec indirectè, libertas Ecclesiastica, inqua se fundant contrarii, relati à Novar. *dicto gravam. 72. à num. 49.* Matta *in alleg. casu. 8.* Duard. *in Bulla Cœnæ Domini, lib. 2. can. 15. quæst. 27.* & Reg.
29 de Marin. *in dicto cap. 220. num. 11. in medio*

medio de praxi hujus Regni teſtatur, juxta quam permittitur captio, & retentio animalium penes laicos judices, uſque ad damni refectionem, qua perfecta, reſtituuntur abſque ulla alia pœnæ ſolutione, & ita eſſe tenendum affirmat; hæc obſervantia, deſumpta eſt á quadã æquitate, & reverentia, Eccleſiæ, ac Eccleſiaſticis debita, quàm valde in Regno ſtricto juris rigore obſervamus.

30 Pro prædictarum ſolutione pœnarũ, ac refectione damni obtinenda, licito jure animalium retentio permittitur, modò fidæ, aut diffidæ debitum certum ſit, & liquidandum in continenti, ſive de proximo, juxta formam præſtitam per *Regiam Pragm. 1. de officio Bajuli*, aut alio modo pro juſtificatione intentionis damnum paſſi: nam ſecus, ſi non conſtaret de titulo, & bono jure fidæ, aut diffidæ, vel in quãtum aſcenderet damnum, vel ſi ad ipſius refectionem teneretur animalium dominus, ex aliquibus circunſtantiis, quæ evenire poſſunt, vel aliis rationibus, animum judicis incertum reddentibus, relaxanda ſunt domino, cũ cautione de ſolvendo omne totum, & quicquid judicatum fuerit, Capyc. *deciſ.* 45. Reg. Rovit. *in dicta pragm. 1. de offic. Bajul. num.* 4. Maxill. *in conſuet. Barienſ. in rubr. ſi anim. in hom. vel in aliud. dam. §. cùm animal, nu.* 7. Monach. *ad Minad. dicta deciſ. 32. num. 27. Thor. compend. deciſ. verb. animalia damnum dantia*, Molfeſ. *ſup. conſuet. Neap. dicta parte* 18. *quæſt. 9. nu.* 8. *in fine, tom.* 3. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. dec. 159. num.* 6. 7. 8. Reg. Conſ. Rocc. *dicto reſp. deciſ. 5. num.* 23. *tom.* 2. Oter. *in d. tract. de paſc. & jure paſcendi cap.* 13. *à num.* 13. *cum ſeqq.*

31 Illud quidem à Baronibus prætẽſum, in demanialibus bonis feudi, vel univerſitatis, & aliorum, in quibus jus paſcendi habent, atque fidandi; valere ſcilicet ad eorum libitum fidare, nunquã viſum fuit juri conſonum, & fieri permiſſum, niſi cum moderamine, ut ad fidandum non perveniant, niſi pro illo ſuperfluo, de quo paſcua territoriorum ſunt capacia, ultra civium animalibus neceſſarium, nullo modo reſtringendo herbarum paſcua, pro civium uſu requiſita, attento eorum animalium numero, & qualitate: nam aliàs privarentur cives eorum jure, & fundata intentione, quã habent ex ipſius juris præſumptione, paſcendi in demanialib. privativè quo ad alios, Molfeſ. *ſuper cõſuet. Neap. part.* 13. *quæſt.* 3. *num.* 8. *tom.* 3. Monach. *ad dictam Minad. dec.* 32. *num.* 3. Novar. *de gravam. vaſall.* 38. *par.* 1. Taſſon. *de antef. verſ.* 3. *obſerv.* 4. *nu.* 37. Reg. Conſ. Rocc. *dicto reſp. deciſ.* 5. *nu.* 32. de Luca *ad de Franch. dec.* 301. *nu.* 5. Larrea *alleg.* 110. *n.* 18. *par.* 2. Covarr. *pract. quæſt. d. quæſt.* 37. *num.* 1. & decreviſſe S.C. refert Borrell. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 33.

32 ob cujus identitatem rationis, etſi Baronibus minimè permittatur, uti primis civibus, ad eorum libitum ipſorum animalia paſci in demanialibus univerſitatum, in tali numero aſcendentia, quæ ſi non in totum, pro majori ſaltem parte herbam abſorberent, in civium, ſive vaſallorũ perniciẽ, eorũ traſcẽdẽdo uſum, paſcendique facultatem, ita quod moderari debeat, ne excedant in quantitate, quæ à duobus ex ditioribus univerſitatis immittitur, niſi ex ipſo animalium numero, licèt tali modo reſtricto, idem ſequatur inconveniens, ex quo accidere poteſt, quod duo ex ditioribus ita magnum animalium numerum habeant, ut cum Barone totam, vel majorem abſorberent paſculorum commoditatem, in cæterorum civium damnum, habita per expertos paſcuorum æxtimatione capacitatis, qualitatis, & quantitatis, atque his omnibus per judicem attentis, conſideratiſque, inter cives paſcua dividi, & tot animalia per quenlibet immitti, ut pro omnibus cõmoditas ſufficiat, determinaſſe S.R.C. ex deductis, per Præſid. de Franchis *deciſ.* 301. *n.* 9. & 10. Anna *ſing.* 80. Capiblanc. *de Baronibus in pragm.* 12. *num.* 28. 29. *in fine* & ſubſtinuiſſe Camill. de Medicis *conſil.* 146. Covarr. *in dicta quæſt.* 37. *n.* 1. *in medio, & verſ. eſt denique.*

33 Eodenque modo, illud aliquando prætẽſum, valere exteros fidare in territoriis patronatis, ac eorum animalia paſci ad minus fructibus recollectis, ſegetibuſque ſecatis, quo ad herbas in eis ſponte naſcentes, eò fortiùs ſi nullum dominis inferatur damnum, aut præjudicium,

Digitized by Google

dicium, ex quo pro suis, vel pro aliorum à domino causam habentium animalibus, titulo venditionis, aut locationis, pascenda non sunt, vel territoria tunc temporis: cultura non indigent nam attentis rationibus desuper exaratis, non esse permissum à jure, in aliena ingredi territoria invitis dominis, & existentes herbas depascere, nisi in continenti appareret Barones intentionẽ habere fundatam ex valido titulo, aut possessione, vel quasi, fidam, diffidanquæ exigẽdi legitimè præscriptam, nulla tamen indigentes probatione. Nam si de allegata possessione probatio requiratur, nulli dubium est, quod pendẽte lite super hujusmodi probatione, se abstinere debẽt propter juris resistẽtiam contra ipsos, & in beneficiũ particulariũ urgentem, ac existentem, ad vulgatã dispositionẽ *cap. cùm personæ, de privileg. in 6.* & attentis præmissis, sepè sepiùs judicasse S.C. testatur Freccia *dicta author. 46. num. 7. 8.* Capyc. *decis. 45.* Reg. Capyc. latr. *consult. forens. 83. in fine, lib. 2.* Thor. *compend. decis. p. 1. verb. Baro an possit, & tom. 2. eodem verbo*, juxta communiorem, receptanque sententiam, Nigr. *in cap. Regni gravamina, num. 72. vers. quæro juxta prædicta*, Paul. Staiban. sen. *cons. 91.* Borrell. *de magistr. lib. 4. cap. 6. num. 40.* Capiblanc. *de Baronibus, in pragm. 11. à num. 28.* Montan. *dicta controv. 26. num. 2.* Laganar. *ad Reg. Rovit. in dicta pragm. 1. de offic. Bajuli, à vers. Baro autem habet*, Tasson. *de antef. vers. 3. observ. 4. num. 73. & vers. 4. observ. 5. num. 24.* Amend. *ad Præs. de Franch. dec. 301.* Molfes. *in consuet. Neap. par. 13. de servitut. quæst. 3. num. 7. tom. 3.* Monach. *ad Minad. dicta dec. 32. num. 20.* Novar. *de gravam. vasall. part. 1. gravam. 37. & in quæst. for. lib. 1. quæst. 109. & lib. 2. quæst. 12.* Reg. de Marin. *ad R. Revert. decis. 472. n. 1. 2. 3. tom. 2.* Reg. Consil. Rocc. *d. resp. 5. à n. 7.* Covarr. *quæst. 37. in princ. & var. resol. lib. 1. cap. 17. n. 11.* ubi de Faria *à num. 120.* Carpan. *in stat. Mediol. cap. 363. vers. ad pascendum*; aut constaret de inveterata, & indubitabili locorum consuetudine pascendi, fidandi, & diffidandi in patronatis territoriis, quæ vim tituli inducit, & pro titulo habetur,

34 DD. proximè allegati; prout in Hydruntina Provincia, in qua de hac vigente consuetudine non dubitatur in Baronum beneficium secatis segetibus, Freccia *in dicta author. 46. à num. 5.* Reg. Rovit. *in dicta pragm. 1. nu. 13. in fine*, Reg. Marcian. *disp. forens. 24. nu. 21.* Monach. *ad Minad. loco cit. num. 20.* Reg. Consil.

35 Rocc. *dicto resp. 5. nu. 9.* nil obstantibus rationibus in contrarium adductis per Reg. Rovit. *in dicta pragm. 1. de offic. Bajuli, à n. 13.* ope, & causa dispositionis *Regiæ Pragmaticæ 1. §. & cùm nec Comitibus, de salar. eorum, &c.* vetantis, nè valeant domini aperta, & indefensa territoria claudere, in eisque defensas facere, ab eis repellendo animalia in illis pascentia; modo quo si expellere haud licet, in eis, etsi patronatis, aliorum animalia introire, & pascere possunt: ex eo quia tam dicta *Regia pragm. in allato §, & cùm nec Comitibus*, quám Regentis Roviti doctrina intelligendæ sunt prout sonant, & secundùm cantat dispositio *Regiæ Pragmaticæ*, sub qua fundatur, prout de territoriis, in quibus cives habent jus pascendi, per ea, quæ desumuntur ex verbis *dicti §. & cùm nec Comitibus, ibi: ita ut, sit liber in illis usus quibus antea competebat*, & paulo post: *quominus jure suo uterentur hi, quibus in illis jus antea competebat*; & intellectus datus à Capibl. *de Baronib. cap. 74. num. 11. lib. 2.* ita quod, cessante hoc jure in Civibus, rectè etiam post dictam *Pragmaticam* domini territoria aperta claudere poterunt, & ab eis animalia introeuntia, nedum expellere, sed capi facere pro damnorum refectione, aut fidæ solutione, Capibl. *ubi supra*, Sesse *decis. Arag. 74.* Surd. *decis. 236. in fine:* nam ex quo sunt aperta territoria, non potest optimum deduci consequens, esse subjecta pascu-

36 lo, ejusque servituti, ad quam acquirendam (cùm sit realis, Lanar. *dicto cons. 32. num. 2.* Monach. *ad Minad. d. decis. 32. num. 32. in fine*, & habeat causam incontinuam) per necesse cursus temporis requiritur, ad immemorabilem inducendam requisitus, vel minus centum annorum, attenta alia æquiori opinione, si modo nulla hoc interim sit sequuta cõtradictio, cujus ope interrumpitur talis præscriptio, Anna *Singul. 295.* referens,

Digitized by Google

ita determinasse Regiam Cameram, & tenuerunt pro communi Lanar. *conf.* 35. Loffred. *conf.* 25. Molfes. *super consuet. Neap. dicta part.* 13. *quæst.* 12. *nu.* 25. 26. *tom.* 3. Monach. *ad dictam Minad. decis.* 32. *num.* 32. Covarr. *var. res. cap.* 17. *num.* 11. *lib.* 1. Vvessembec. *conf.* 18. *lib.* 1. Honded. *conf.* 79. Avend. *de exequ. mand.*
37 *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 10. tempore quo legislator in præfata *Regia Pragmatica* non aliud in bonum sensum mandare intellexit, nisi habentibus pascendi jus conservare, *l.* 2. §. *merito, ff. ne quid in loco publ.* non autem aliud inducere, & præstare, invitis dominis, ut pati debeant eorum pasci facere territoria, & pascua, absque pretii herbarum solutione, Capibl. *in dicta Pragm.* 11. *num.* 30. Novar. *dicta quæst.* 12. *num.* 8.

Ad num. 14.

38 REipublicæ machinam, si recto, bonoq; regimini minimè substinetur, in totum devastari, nemo unquam dubitavit: quoniam inordinata, sive imprudens, ineptaque rerum publicarum, ac universalium administratio, inopiæ, miseriæque mater esse dignoscitur; propter quod, ne dum domus, verũ etiam Civitates, & Regna, depauperatione demoliuntur, *l.* 1. *circa finem*, *Cod. de frumento urbis Constantinop. lib.* 11. Muta *super consuet. Panorm. cap.* 61. *num.* 1. 2. cum aliis, allegatis à Severino *ad Reg. Sanfel. dec.* 329. *vers. hæc debet esse*,
39 *lib.* 3. ex qua, & non ex alia ratione, Vlpianus modum æconomiæ jussit, qua judices uterentur in taxatione alimentorum pupillis, ac minoribus, ut *in l. jus alimentorum*, 3. *ff. ubi pupill. educ. deb.*
40 nam qui se gerit cum rerum æxtimatione, cautè procedit, & magis justificatè; modo quo multùm sit vigilandum, ut pretia demandentur, & signanter in rebus comestilibus, & utensilibus, quæ sub pondere, numero, & mensura continentur, & venduntur, quas non aliter, nisi juxta tariffam mercari licitum est, absque civium, & populorum gravamine, & reipublicæ præjudicio, Io. Paul. Montanar. *in pragm.* 2. *de administr. univers. num.* 69. Novar. *de grauam. vasall. gravam.* 117. & *in pragm.* 3. *de annona num.* 2. 3. Danza *de pugna DD. tit. de annona, & grassia, cap. unico, num.* 15. *tom.* 1. Bovad. *polyt. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 63. 64. *tom.* 2. Cabed. *dec. Lusit.* 92. *lib.* 2. Paul. Christineus *dec. Belgic.* 98. *num.* 5. *lib.* 3. Gaspar Klock. *de erario, lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 3. 4. restricta libertate unicuique competente rem propriam vendendi pro illa quantitate, & pretio, quod vult, & invenire valet, remota omni coactione vendendi præter suum arbitrium, *l. invitum*, 11. *Cod. de contrab. empt.* cum aliis, relatis á Cabed. *loco cit. num.* 2. Covarr. *var. res. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 1. *tom.* 2. quoniam hoc privatum interesse limitatur, atque restringitur ratione publicæ utilitatis, quæ omnibus præfertur, Covarr. *dicto cap.* 14. *num.* 1. & 3. Bovadill. & Cabed.
41 *in locis laudatis*, aliàs in pœnam contra assisiam inciderent, de qua in *l.* 1. & 2. *ff. ad leg. jul. de annona, l. annonã*, 7. *ff. de extraord. crimin.* Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de annona, num.* 2. Capiblanc. *de Baron. in prag.* 1. *num.* 245. quanque irremissibiliter exequendam Rex Gulielmus mandavit in *constit. Regn. ad officium Bajulorum*, Novar. *in dicta pragm.* 3. *n.* 4.
42 & omnia prædicta spectant ordinaria loci jurisdictione fruenti: ex eo quia, etsi hęc pretii determinatio tendit ad omniũ utilitatem, etiam ne gravetur annona; non tamen fieri voluerunt Romani, nisi à Præfecturæ Ministris, & universale jus dicentibus: quoniam assisiæ impositio, non nisi urbis Præfecto in Civitate, & extra eam Provinciæ Præsidi, Ordinarioque Iudici commiserunt, prout *in l.* 1. §. *cura carnis, ff. de offic. Præfecti Vrb.* & *in rescripto Proconsulis, emanatò in lib.* 8. *Vlpiani de offic. Proconsul.* transcripto in *l. annonam*, 6. *ff. de extraord. crim.* Gaspar Klock. *de ærario, lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 5. & in Regno Magistris Camerariis ex *constit. Regis Gulielmi* incipiente *Magistros*
43 *Camerarios*; qua de causa non competit universitatibus, earunque decurionibus hoc jus assisiæ, & pretii taxatio, ac impositio, uti nulla jurisdictione fruentibus, *l. Imperatores*, 3. §. *item rescripse-*
44 *runt*, *ff. ad leg. jul. de annona*, nisi ipsis tantùm, quibus à Rege concessum esse appareret jurisdictionis exercitiũ; prout de

Digitized by Google

de quolibet Barone in oppido, Castroq; sibi concesso, cum mero, mistoque imperio, *cap. unico, §. post Natalem S. M. de pace tenenda*, ubi Isernia *num.* 26. Reg. de Ponte *cons.* 105. *tom.* 2. Reg. Sanfelic. *decis.* 329. *num.* 1. 2. Capibl. *de Baron. in pragm.* 1. *num.* 150. *in fine*, *& in pragm.* 10. *num.* 104. Anna *alleg.* 52. *num.* 78. *&*
45 *singul.* 60. sub discrimine tamen esse nõ potest, non nisi ad onus administratorum vniversitatum spectare inter cætera curam quo ad omnia, quæ sunt civibus necessaria, eorunque victum, & abundãtiam, & in ipsorum pretia, ne graventur, invigilare, DD. in *l. decuriones, 6. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.* Capibl. *in dicta pragm.* 10. *num.* 104. *vers. etsi contra*, Ansald. *de jurisdictione, par.* 3. *tit. unico, cap.* 19. *num.* 1. 2. Romaguera *ad Conciolum super statutis Eugubii, lib.* 1. *rub.* 30.
46 *num.* 17. inde suborta generalis consuetudo, non ad alios, nisi ad universitates ipsas, earunque Decuriones, hoc jus imponendi assisiam competere; præter, & ultra quam, licèt ad minutum, contractare non liceat, & hoc tam in Civitatibus, & Terris, existentibus sub gubernio Regiorum Officialium, quàm demanialibus, & Baronalibus, in quibus
47 nec Barones ipsi, nec eorum Officiales,
48 se intromittere possunt; sed in omnibus parere debent assisiæ, ab administratoribus prædictis, vel Officialibus eorum ad id specialiter deputatis, impositæ, non semel decidisse S. R. C. Præsid. de Franch. *decis.* 511. *in princ.* & esse communem laudant, Reg. Tapia *super Regni jure, in dicta constit. Magistros Camerarios, nu.* 1. *lib.* 2. *& in rubr. ad tit. de offic. & author. Baron. num.* 2. *pag. mihi* 431. *tom.* 2. Montanar. *in pragm.* 2. *de administr. univers. num.* 69. Reg. Sanfel. *dicta decis.* 329. *à num.* 4. ubi Severinus *vers. ad electionem*, Viscont. *concl. jur. decis. verb. Barones, à vers. ponere assisiam*, Reg. Rovit. *in dicta pragm.* 1. *de annona, num.* 8. Caput. *de regim. reipub. cap.* 7. §. 14. *nu.* 1. Præsid. Ganav. *decis. Reg. Cam.* 16. *num.* 13. Capibl. *de Baron. in dicta pragm.* 1. *num.* 147. 148. 151. *& in pragm.* 10. *num.* 103. *&* 104. Novar. *de gravam. vasall. gravam.* 120. *part.* 1. Danza *de pugna Doctor. de annona, & grassia, à num.* 21. *tom.* 1. de Luca *ad Præsid. de Franch. dicta decis.* 511. *n.* 1. 2. Gabed. *dec. Lusit.* 74.
49 *à num.* 3. *& decis.* 141. *part.* 1. nisi solùm in casu gravaminum, & appellationis, ex cumulatis per Danzam *in loco allato à num.* 31. & pluries decidisse S. C. habetur penes Præsid. de Franch. *dicta dec.* 511. *in principio*; & licèt in fine in causa, de qua in decisione disceptabatur, Baro succubuit in remissione petita; ex rationibus per eundem Præsidem deductis *in num.* 6. colligitur ad hoc deveniisse ipsum S. R. C. ob interesse, quod in ea habebat Baro; propter quod fuit dubitatum de recta administratione justitiæ ejus officialium in secunda instantia, nisi ex consuetudine inveterata contrarium servatum esse appareret, tam
50 quo ad appellationem, quám quo ad pœnarum contra assisias exactionem, ac incorporationem in beneficium universitatum, ob Bajulationes, quas habent, Reg. de Ponte *d. cons.* 105. *num.* 2. de Luca *ad Franch. dicta decis.* 511. *num.* 2.
51 *vers. pœnam*, & servatur in hac Civitate, per ejus decuriones vigore privilegiorum eis concessorum per Reges Ladislaum die 25. Februarii 1400. *pag. mihi* 2. *in lib. privileg. & capitul. Regni* & Ferdinandum Primum anno 1486. die ultimo Februarii *pag.* 19. & habetur in Sententia anni 1510. *pag.* 74. inter eadem capitula *cap.* 34. *& seqq. pag.* 17. Tason. *de antefato, vers. ic.* 3. *obser.* 3. *num.* 231. Præsid. Ganaver. *dicta decis. R. C. S.* 16. *num.* 11. 12. 13. Reg. Consil. Rocc. *de officiis, rub.* 17. §. 6. *in princ. & à n.* 12. cum interventu Regii Præfecti annonæ, qui est unus ex Regentibus Regii Collateralis Consilii Status, aut Iustitiæ, ad quem in casu gravaminum appellatur, Reg. Sanfel. *dicta decis.* 329. prout in Regno Valentiæ Mattheu *de regim. dicti Regni, cap.* 4. §. 3. *à num.* 34. *usque ad* 40.
52 Itaque particulariter vigilare hos administratores oportet, ut sub eorum cura, nedũ Civitas comestilibus abũdet, verùm etiam, ut eorum pretia nõ augeãtur; qua ratione prohibere in diebus illis particularibus, quando ad certos determinatos locos (sicuti in hac nostra Civitate in foro magno, quò accedunt mul-

Digitized by Google

ti ad vendendum) ne dardanarii, seu revenditores, quos vulgò *Ricattieri* appellamus, possint emere sub pœnis, nisi aliquo temporis spatio elapso, horis destinatis, ut interim valeant cives emere, & abundantia gaudere, Goffred. noster *hic num.* 19. Andr. de Isernia *in dicto* §. *post Natalem S. M. num.* 26. ibi: *vocantur Dardanarii qui emunt in grosso, ut minutatim cariùs vendant, & inde lucrẽtur: contra quos statuitur, ut non emant usque ad certam horam; & hoc pro communi utilitate statuunt rectores universitatum singularum*, Capibl. *de Baronib. in dicta pragm.* 10. *num.* 104. *ante vers. solùm permitteretur*, Caput. *de regim. reipub. cap.* 7. §. 14. *n.* 42. Borrell. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 101. Ioan. Marquardus *de jure mercatorũ lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 12. *tom.* 1. ex Avendano, & aliis Cõciol. *super statutis Eugubii, dicto lib.* 1. *rub.* 30. *n.* 7. & servatur in hac Civitate in omnibus diebus, in quibus in Foro Magno fit publicum cõmercium statutis diebus lunæ, & veneris cujuslibet hæbdomadæ; ob quod hi dardanarii pessimæ conditionis, & famæ sunt, & tales efficiuntur: quoniam omnia emendo contractant, ut demum quando bona sub ipsis paucis reducta sunt, cariùs vendant, in grave damnum, & rei-
53 publicæ præjudicium; ita quod uti perturbatores publicæ utilitatis, pacis, & quietis, ultra pœnas, in quas incidunt de jure communi, ex reassumptis per Reg. Revert. *in loco mox alleg.* & Regni hujus
54 in laudandis juribus, expellendi sunt,
55 atq; evellendi, interdicendo hanc illicitam, & pernicioſam negotiationem, tot vicibus in hoc Regno prohibitam, per *capit. Regni pro publici* (238. secundũ ordinem Nigri compilatoris) & *Regias Pragmaticas sub tit. de annona*, Reg. Revert. *decis.* 217. *par.* 1. ubi Reg. de Marinis Reg. Rovit. *decis.* 17. ubi Altim. Severin. *ad* Reg. Sanfel. *dicta dec.* 329. *vers. habent cognitionẽ in revẽditores*, & tamen etiam hoc grave, & pessimum Regni damnum adhuc perdurat in Regno.

56 Quod publicum beneficium tanti roboris est, ut tempore penuriæ, ac inopię, urgente necessitate, justè á Principe cogi possint particulares, ad frumentum, hordeum, & cætera victualia vendendum, pretio, per eum taxato, quod uti determinatũ á Principe, & in dicto necessitatis tempore, pro justo habendum est, ita-
57 ut ab ea taxatione nemo excludatur, vel eximatur ob justam causam, communemque utilitatem, etsi Ecclesia, sive clerici, aut Ecclesiasticæ essent personæ: quia ad id nõ adstringuntur principaliter ope laicalis ordinis, sed ex vi, & jurium dispositionibus, facultatem Principi conferentibus in hujusmodi necessitatibus pretia statuendi, Reg. Tapia *in loco mox laudando, num.* 1. 2. 3. Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit.* 2. *de abund. civit. num.* 2. Reg. Revert. *dicta dec.* 217. ubi Reg. de Marin. *n.* 6. Novar. *ad Præs. de Franch. in decis.* 9. Tolosan. *syntagm. jur. lib.* 36. *cap.* 30. *num.* 14. Amaya *super Cod. in l. unica, Cod. ut nemini liceat, lib.* 10. *à n.* 15. Klock. *de ærario, lib.* 2. *cap.* 81. *nu.* 20. nam cùm agitur de universali reipublicæ bono, ac salutę; ad secularem Principem spectat provisio, *DD. ubi supra, & inferius laudandi*, & in consimilibus substinuerunt Reg. Rovit. *in prag.* 1. *n.* 6. *de salubrit. aeris*, Caput. *de regimine reipub. cap.* 7. §. 17. *num.* 3. *in fine*, & colligitur ex emanatione *Regiæ Pragm.* 33. *eod. tit. de salub. aeris*: meritò, juxta dictam taxã, & pretii moderationem, frumenta, & victualia sunt vendenda, & præstanda; aliter venirent contra justitiam; quam ex omni jure, tam naturali, quàm divino observare tenentur; & contra charitatis regulam, dum tendit in beneficium universalis ordinis reipublicæ, & cõmunis utilitatis, ad cõservandam pacẽ, ac æqualitatem servãdam: cùm haud desint, immo plures sint illi clerici, ecclesiasticæque personę, ac religiosi, qui ex pretii taxatione cõmodum sentiunt, quàm qui subijciũtur, vẽditionis causa, ipsi taxationi, currẽtis ope necessitatis; cujus intuitu, ac publicę, & communis utilitatis, ejusq; favore, receditur ab omni juris rigore, & multa admittuntur, & permittuntur, quæ aliis temporibus sunt prohibita, Reg. Revert. *decis.* 222. *vers. tertiò confirmatur, lib.* 1. Reg. Consil. Prat. *discept. forens. cap.* 27. *à num.* 6. *tom.* 2. Novar. *ad dictum Præsid. de Franch. dec.* 9. Covarr. *part.* 2. *selectar. cap. possessor, de reg. jur. in* 6. §. 4. *num.* 8. *tom.* 1. Castill. Sottomayor *controv. jur. cap.* 9. *à num.* 23. *tom.* 7. D. Francis. Ramos *ad leges juliam, & Papiã, lib.*

Digitized by Google

4 Civitates Imperii hæc occupant hodie, ut Civitas Pisarum, Insula Helbæ de vena ferri, si non habet inde privilegium, publica sunt; & concessio exercitii metallorum, ut quærantur metalla, quæ sunt subtus terram, pertinet ad Principem

5 ratione publicæ utilitatis, quia Princeps habebit inde duas decimas, aliam decimam dominus prædii: quia eo invito quæruntur sua prædia ratione publicæ utilitatis, si non sit damnum ipsi domino, *d. l. cuncti*; & hoc in prædio Cæsaris, scilicet quod habet duas decimas: quia, si esset in prædio privati, haberet unã decimam Fiscus, & scropulas, de quibus *in d. l. 1. C. de metallis*; & ideo quæritur, quid si in prædio meo sint ferri, argenti, vel auri fodinæ.

RITVS II.

ITem pro ammassando sale, & trahendo de Pantanis ad Terram, ut ammassetur, pro singulis centum salmis tareni decem solvuntur. Item servientibus pro custodiendo sale cuilibet per mensem tareni decem. Item Notario Credenzerio tareni duodecim. Hæc omnia facit de suo Gabellotus, qui emit; Si verò sit Procurator ad credentiã, imputantur Curiæ; & post gabellam finitam etiam expensas servientium solvit Curia pro sale assignato Curiæ per illum, qui dimittit gabellam. Numerus verò servientium ponitur pro quantitate salis, quod debet custodiri. Capitulum Papæ Honorii reduxit Salinas ad jus commune, ut sal sit Patronorum Salinarum, nec per Curiam prohibeantur Patroni vendere sal, de suis Salinis proveniens.

RI-

Digitized by Google

RITVS III.

MAgiſter ſalis in capite Gabellotus ad extaleum, vel credentiam vendet, & vendi faciet ſal, ſecundum pretium ſtatutum Curiæ in fundicis ordinatis, & ſtatutis per Curiam; Novos autem fundicos facere non poteſt, & ideo non poteſt mittere ſal per Provinciam ad aliquam Terram, ubi non ſit ſtatutus ſalis fundicus, vendendum ibidem per ſe, aut per alios, quibus vendere vult in groſsũ: quia hoc eſſet alium fundicum ordinare, ut ſi vendat centum ſalmas ſalis portandi de Barolo Quaratum, vel ipſe portari faciat, ut ibi in groſſo aliis vendatur, uni decem, alii viginti, & alii quadraginta ſalmas. Sed ſi Quarati velit ipſe, vel emptor ſuus ad minutum vendere poteſt. Vult Curia ut ſubiecti vadant ad fundicos ſtatutos pro ſale emendo, ubi vendatur ad ſtatutum à Curia pretium, nec plus, nec minus; Si ubilibet poſſet vendi per Terras juriſdictionis ſuæ, non poſſet vendi ad ſtatutum pretium, & quantò ſtrictiùs ſervatur ſtatutum, ut non vendatur ſal minori pretio, tantò citiùs licitabitur gabella, & plus perveniet Curiæ, ſi ad ſtatutum vendatur, nec vult ultra plus vendi pro commodo ſubiectorum. Hoc moderamen non poſſet ſervari ſi paſſim, & indiſtinctè ubilibet vẽderetur.

RITVS IV.

SEd, ſi vellet portare vendendũ ad minutum per Terras ſubiectas fundicis, de quibus ſal extrahit (nam de illis tantum debet portare, ut non confundatur, quod eſt debitum fundici uniuſcuiuſque) hoc eſt commodum ſubiectorum invenire ſal in Terris eorũ, vel in propinquis, & non ire ad Terras fundicorũ fortè diſtantes; & tunc addet venditioni, & pretio ſalis ad minutum vendendi quantum cõſtabit portatura ad illa loca: nã ſubiecti ementes ad minutum quantum ſcilicet ſufficit eis in anno plus expenderent eundo ad fundicos diſtantes, quam ſit, id quod propterea eſt additum.

RITVS V.

IDem eſt, ſi de mandato Curiæ portetur aliò vendendum in groſſum, ſicut de Ferro, Azzaro, & Pice ſuper quo in litteris Regiis commiſſionis ſecretorum Aprutii continetur Capitulum in hæc verba.

Et

Digitized by Google

Et ne fideles noſtri ipſarum partiũ, pauperes maximè, ad emendum ferrum, azzarum, & picem ad prædictas Terras, ubi ſunt Fundici ordinati, diſtantes ab eis, diſpendiosè ire cogantur, contingeret utique plus in longo itinere ipſos expendere, quàm valeat emptum ferrum, prænominati Secreti noviter noſtræ Curię obtulerunt deferre, & deferri facere de dictis fundicis noſtris Aprutii in ſufficienti quantitate ferrum, azzarum, ęs, & picem, Aquilam, Sulmonem, Teramum, Lancianum, Civitatem Theatinam, & Guaſtum Aimonis; in quibus quidem Terris fideles noſtri de prædictis ferro, azzaro, ære, & pice, ut sũptus, & onera itineris longi non ſubeant, invenient quantum ſibi ſufficiet ad emendum; Volentes itaque ad beneplacitum noſtrum ſervandum, ut empta de prædictis rebus in prænominatis Terris per fideles noſtros, maximè pauperes, delatis ad ipſa prædicta loca, de ſtatutis noſtris fundicis per Secretos præfatos, aut Nuntios eorumdem, proinde habeantur, ac ſi ea emiſſent in fundicis ordinatis. Datæ litteræ ſunt Neap. Anno Domini 1314. die 20. Septembris 13. Indictionis.

RITVS VI.

HAbet ſal, & ſalis gabella hunc morem, quod finito anno, quo emptus eſt ſal, novus Gabellotus anni ſequentis interdicit, ut nullus mercator vendat ſal aliquod, nec in groſſum, nec ad minutum, niſi ſit de ſale temporis ſui; aliud ſal prohibebit vẽdi tempore ſuo, cùm diſtinguatur per ſua certa limitata tempora gabella ſalis; quilibet ſui temporis ſal habet vendere, & vendi facere, & contra facientes perdunt ſal, & merces; ſed ſale empto à ſalinis pro uſu eorum, poterunt ſubiecti Regii uti ſequenti anno, ſicut placet eis, dummodo non ineant inde commercium. Sic de ferro, azzaro, pice, & ſimilibus.

6 Et Princeps concedet, ut me invito quærantur; non videtur, quod hoc poſsit in prædiis privatorum: cùm, & privatis liceat eas poſsidere, *ff. ſoluto matrim. l. devortio, § ſi vir, cum ſimil.*

7 Unde intelligũtur hæ leges, quando erant metalla publica, ut in prædiis Cæſaris, vel prædiis privatorum, & pertinebant ad Principem, puta dedit Rex Caſtrum reſervatis ſibi fodinis, &

8 mineis, habebit etiam Dominus prædii decimam pro damno fortè, quod fit in prædium, dum tamen non ſit damnum grave; *d. l. cuncti*, ſi enim eßet grave damnum, non poſſet domino invito fieri; vel erat conſuetudo, ſic ut dicũ dictæ leges, argumento *ff. communia prædiorum, l. venditor, §. ſi conſtat*, nam non videtur dicendũ per has leges corrigi prædictas: quia id expreſsim non dicitur: & quia promptum eſt concordare jura juribus; ſed conſuetudo tollit legem

9 ubi eſt. Item in proprio fundo poſſum quærere Theſaurum labore meo, & arte non magica, vel ſcelerata, *C. de theſauris; l. 1 lib. 10. & inſtitut. de rer. divis, §. Theſauros*, & eadem ratio eſt, ſi

in

in prædio meo sint lapidimiæ marmoreæ, vel auri fodinæ, vel argenti mineræ, & hujusmodi, & ubi eadem ratio ibi idem jus, & ubi ratio diversitatis reddi non potest, & sic deberet dici, vel leges illæ sint justæ, sicut esse debent. *cap. erit autem lex, dist.* 4. quia non debet poni lex privato commodo ponentis, sed rebus communibus, quia non est lex, quæ justa non est, sed legis abusio, secundùm *Aug. lib.* 1. *de libero arbitrio*, alii simpliciter dicunt, ut *littera jacet*, & respondet ad dictum, §. *thesauros*, quod illud est de fortuna, & de dono Dei; sed hæc de labore, *d. l. cuncti*, sed certè labore, & opera non scelerata, licet in suo, ut dictum est, & ideo leges illæ fuerunt Imperatorum Orientalium, non jurisconsultorum: nam Imperatores ipsi fecerunt leges iniquas, ut in multis titulis est videre.

10 Hanc iniquitatem sequuta est *Constitutio Regni Siciliæ*, quæ dicit, omnes inventiones esse Curiæ, & thesaurum, ut habetur in *capitulo Regni* edito per ipsum Regem; Sed in thesauro correxit inclytus Rex Carolus II. *in cap. Regni*, quod incipit, *quia non decet* (& est cap. 160. secundùm ordinem, *de Nigris*) ibi: *Thesaurum inventum commodis inventoris in solo proprio reperientis illum accrescere, cujus medietas Fisco nostro, quando in loco publico, vel Fiscali, & Domino loci, quando in alieno, non suo, quis thesaurum invenerit absque sceleratis puniendis magicis artibus, juxta dispositionem juris veteris, applicetur; nulla inventori ob id per Curiam nostrã ingerenda calumnia, nulla subditis inferatur afflictio, sicut consuevit hactenus per abusum; non tamen auri, argenti, caterorunque metallorum fodinas, aut salinas, & jus, quod in eisdem fodinis, salinisque Curiæ nostræ competit, & ab antiquo competiit, annumerari volumus thesauri vocabulo; nec putamus; quæ sicut in nomine discrepant, non participant in effectu.* Cujus ratio habet locum si dicatur, illas leges fuisse correctas, quia non debet Princeps esse cupidus, & ava-
11 rus, cùm avaritia sit ligitimis ictibus ferienda, *C. de inoff. testam. l. si quis in suo*. Ex prædictis rationibus videtur debere dici, quod in *tit. quæ*
12 *sint regalia* non corrigantur dictæ leges; Fiscales verò in Regno dicũt quod sic, saltẽ quod corrigat tanquam posterior per *d. Regni Constitutionem*; sed amantibus Deum non est hoc di-
13 cendum: quia in dubiis contra Fiscum resolvi-
14 tur, *ff. de jur. Fisc. l. non puto*, & quando Rex donat terram excipiat, sicut excipit, multa alia loca, de quibus sal trahit, &c. qua excepta firmant, ut omnia concesserit, quę non exceptavit, *Auth. de non alienan.* §. *ut autem*: quia donat cum omnibus juribus, & pertinentiis; & facit, quia statim *in cap. quæ sint regalia* (ponit de
15 thesauro sicut de jure Romano) quod habeat medietatem in loco Cæsaris, vel sacro, & per subsequentia determinavit procedentia de argentariis inventis in loco Cæsaris, & loco sacro; pro hoc *ff. de vino, tritico, & oleo legato, l. fin.*
16 *& d. penu. leg. l. nam quod* 4. *in fin.* Palatia in Civitatibus domus Principis sunt, ubi consuevit hæc habere; sed quia tanto tempore non fuit Rex Romanorum in Italia, novum jugum vi-
17 dentur gentes respuere, tendentes ad liberta-
18 tem, quæ est res inæstimabilis; Nec dicitur præscriptum, quam Vicario Imperatoris obedierunt, & responderunt, nec in his publicis procedit præscriptio, *Cod. de oper. publ. l. præscriptio*; sicut nec jus obedientiale, *extra de præscript. cap. cùm non liceat, in fin. & Cod. de Sacros. Ecclesiis, l. fin.*

19 In eo, quod dicitur *hic in Ritu* de ferro, azzario, & pice, intellige, quod qui habet ferrum, azzarium, & picem, quæ reposita fuerunt anno præcedenti sub illius temporis Gabelloto, & remanserunt usque ad sequentem annum in eodem fundico, tenetur vendere novo Gabelloto, & non potest aliis vendere sine ipsius
20 licentia; sed potest portare ad aliud fundicum, & ibi vendere; nec solvet iterum jus Curiæ, si illud solvit primo Gabelloto, nec etiam solvet
21 in secundo fundico, ad quod portavit. Sin autem non solvisset primo Gabelloto jus debitum Curiæ, tunc solvet ipsi secundo Gabel-
22 loto, qui successit primo, & in hoc videtur esse speciale, quod possit extrahere de primo fundico ad aliud fundicum: dum de jure *Ritus* est; quod ferrum non possit portari de una Provincia ad aliam, etiansi fuerit fundicatum, quod habetur *supra Rub.* 3. *de fundico flagelli Rit.* 8. ubi dicitur: *Idem si esset ferrum, vel merces, quæ non possunt in aliam Provinciam immitti quanquam essent fundicatæ*; & tamen in *hoc Rit.* expresè conceditur, quod possit portare ad aliud fundicum; etiam præsuppositio, quod fuerint fundicatæ, ut dictum est: quia solutum fuit primo Gabelloto jus Curiæ; & hoc ideo, quia Gabellotus hic secundus non vult dare licentiam ipsi mercatori, ut vendat, unde æquum fuit, & sanctum, quod mercator ipse non perdat merces suas, sed possit vendere in alia Provincia; & sic limitatur, quod dicitur in *d. rubr. de fund. flag.* scilicet, quod dictæ merces non possint portari in aliam Provinciam, etiãsi fuerint fundicatæ, ut intelligatur, nisi Gabellotus novus impediat venditionem in casu hujus *Ritus*: quia tunc posset mercator in aliam Provinciam immittere; & ideo hic *Ritus* dixit de novo Gabelloto, qui non recepit jus Curiæ: nam primus Gabellotus non poset prohibere venditionem, cum receperit suum jus, ut clarũ est; & sic dicimus de sale, in quo non debemus extendere, an emptor salis solverit jus Curiæ: quia satis solvit, & in grolsum, ut quia Curia emit per modico, puta pro gravis decem, aut quindecim, & vendidit pro tarenis duobus, & granis duodecim. Sic & ille, qui emit ferrum, picem, & azzarium, dicitur solvisse jus Curiæ,

cùm

Digitized by Google

cùm groſsiori modo emat; unde neceſſe habes intelligere *Ritum*, ut etiam procedat in mercatore, qui prædictas merces habet, & apportavit, ut dicatur, quod aut ſolvit jus Curiæ preſenti Gabelloto, & poteſt vẽdere, aut ſubſequatur alius Gabellotus, qui non habuit jus Curiæ; & tunc, aut concedit, quod mercator poſſit vẽdere, & non eſt dubium; aut prohibet, & tunc mercator, ſi vult, portabit ad aliam Provinciã,
23 & non ſolvet dictũ jus. Si verò Gabellotus vult emere merces pro Curia, emat pretio competẽti, & juxta tempus venditionis, ſecundùm quod pretia rerum æxtimantur, ut in *l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* Vel meliùs concordentur adinvicem, prout in aliis caſibus dicitur in *conſtit. Comitibus, lib.* 3. & quod dicitur hic de ferro, azzario, & pice concordat cum *Rit.* 10. *præſentis Rubr. circa finem.*

RITVS VII.

POſſet tamen tunc habens iſtas merces dicere novo Gabelloto: Volo ire, & cavere deferre has merces ad Terras fũdici; hoc non poſſet prohibere novus Gabellotus ſicut in ſimili dictum eſt ſupra* nõ enim poſſet novus Gabellotus emere dictum ferrum, & merces; & imputet ſibi habens eas, quod non providit ſibimet de eis ante quàm novus Gabellotus intraret; ſed ire ad Terram aliam habentem fundicum cum cautione, prohiberi non poteſt. In his ſtatur conſuetudini, & ſolito* ſicut Neap. de ſalatoribus carnium ementibus ſal in Iulio, & Auguſto, & macinantibus pro ſalando in hyeme, compertum eſt, quod ſic ſunt uſi communiter, nec fuerunt inde unquam moleſtati, vel prohibiti per Magiſtros ſalis, niſi tempore magiſtratus unius Magiſtri ſalis; & habentes proinde recurſum ad Magiſtros Rationales, correxerunt inde Magiſtrum ſalis, revocando proceſſum ejus, mandantes, ut contra conſueta non faceret.

*In rubr. § de fundico flagelli Rit. 7.

*Vt ff. de publican. & vectig. l. ſi publicanus, §. ſi nab.

RITVS VIII.

ITem ſuper exfrido ſalis, quod coagulatum liqueſcit, multa, diverſa, & varia detrimenta, & excomputa proponuntur, ſuper quo aſſeritur per nonnullos hujus rei conſcios, quod ſal confectum ſi ammaſſatur in maſſam, conſuevit fieri, & fit larga menſura de eo, quando in maſſa ponitur, ferè tres tumulis pro duobus; & ideo ipſo anno non poteſt decreſcere, immo pluries repertum eſt inde plus in maſſa; ſed, ſi probaretur, quod in ammaſſando fuit menſuratum ſal, non tres tumuli pro duobus, ſed duo pro duobus, decreſcit ſal ipſo primo anno in quarta, vel in quinta parte, aut circa, videlicet viginti ſalmas, aut viginti-quinque pro centenario ſalmarum in ſecundo anno: quia ſal in ſuperficie facit cruſtam, conſuevit decreſcere circa ſalmas quinque pro centenario; in tertio, tres ſalmas, & non ulterius ſequentibus annis: eoquod cruſta

salis, desuper facta, est indurata, tanquam lapis; sed si rumpatur massa, ut vendatur sal, & per magnum tempus duret venditio salis totius ipsius massæ, ita quod interim pluat, faciendum est excomputum de decremẽto secundùm quantitatem pluviarum, & temporis parvi, aut magni, quo duravit vẽditio; unde de hoc incumbit probatio illi, qui decrementum, seu excõputum exfridi proponit; item si forsitan fuit tempestas aquarũ insolita, maximè si mare, vel lacus propinquus salinis inundasset, & aqua fluctuum maris, aut lacus, massas, seu loca, ubi sunt massæ ipsæ, occupasset; & probetur, quot diebus steterit aqua ipsa inundata in massis, ita quod appareat, massas ipsas ex prædicta aqua diminutas; fiet excompotum, seu mancamentum, & exfridum juxta merita probatorum, habito consilio expertorum. In talibus cauti sint Gabelloti, quod oculata fide faciant hoc videri per Iudicem, Notarium, & testes, qui cõficiant exinde instrumentum.

RITVS IX.

COnsueverunt abuti mali officiales salis, capiendo carnes, caseum, & coria salita, donec ostendatur fuisse salita de sale temporis eorum. Hoc est prohibitum, ut dicitur supra. * quod hic repetendum non est.

* In constr. 3. de jure fundici Rit. 21.

RITVS X.

DE extra Regnum, vel alia Provincia, non potest sal immitti: quia amittitur sal hic, & cedit lucro Gabelloti capientis, tam sal, quàm animalia; sicut, & ferrum, & azzarum taliter immissum; &, si per mare immittatur, Vassellum, & sal est Gabelloti capientis; Personæ captæ in eo, debent Curiæ assignagnari, ad Curiæ beneplacitum puniendæ. Hoc plenius dicitur in commissionibus gabellotorum salis.

24 Reperitur in *lib. antiquo in margine*, ubi dicitur sic: *In terra Laboris, & Principatu emitur per Curiam ad rationem de tumulis tribus per tarenum*, & sequitur *in littera* scilicet, *& petitur*, credo, quod vult dicere: *& venditur per Curiam ad rationem de tareno uno, & grano uno per tumulum, & in salinis Aprutii*, quia sunt privatorum, *habet Curia decimam, præterquam in ter-*
25 *ris, & salinis Ecclesiarum. In salinis Aprutii olim tempore Caroli Primi, nulla distinctione habita, utrũ intra, vel extra Regnũ, sal venderetur, vendebatur tumulus ad rationem de granis decem, & ultra illud, quod solvebatur in expensis, remanebant ipsi Curiæ grana decem, & pro sale, quod fiebat in salinis Curiæ, debebatur ad rationem de uncia una, & tarenis decem pro singulis centum salmis.* Sed hodie, ut videmus, aliter statutum est per Curiam, & sic observatur, quod fieri potest, maximè cujus temporis non est memoria, & dic, ut dixi supra secundum *Dom. Andr. de Isernia.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Sal nedum utilis, verum etiam necessarius est. num. 1.

Homines sine sale, & sole vivere non posse, sub proverbio est; & quare. n. 2.

Sa-

Digitized by Google

Salis nomine multa continentur. n.3.
Sal aliud intellectuale, materiale aliud. num.4.
Sal intellectuale quarè sic dictum sit? n.5.
Sal intellectuale in illud scientiæ, & justitiæ subdividitur. n.6.
judex debet esse nedum scientificus, sed etiã bonæ conscientiæ. n.7.9.
judex sinè scientia est insipidus, sinè conscientia diabolus. n.8.
Præstat Reipublicæ, judicem habere bonę conscientiæ, & ignarum, quàm malæ, & doctum. n.10. contrarium. n.12. sed primum verius. n.14.
Officialium in electione, quæ qualitates considerandæ? n.11.
Ad officia non sunt promovendi petentes, sed merentes. n.13.
Sal materialis in duas subdividitur species. num.15.17.
Salinę Tarẽti nedum antiquæ, sed aliis præcellentiores sunt. n.16.
Sal materialis ex lapidibus, & montibus, dividitur ab illo ex aqua manufacto, licèt in substantia sit idem. n.18.
Sal ex aqua confectum, & in candore, & in sapore alterum præcellit. n.19.
Salinę in territoriis privatorum esse possunt, ac ab eisdem possideri ex communi jure. nu.20. decima tantùm Fisco debita. num.21.
Redditus salinarum, quinam erat antiquitus? num.22.
Salinæ, in publico, vel fiscali loco existentes, ad Regem pertinent. n.23.
Salinæ ex generali consuetudine, licèt sint in privatis locis, ad Regem spectant, & de regalibus sunt. n.24.
Sal neque fieri, neque vendi potest, nisi à Curia, vel ab ejus conductoribus, & publicanis. n.25.
Monopolia prohibita sunt sub pœnis à jure expressis; & quęnam sint monopolia? num.26.
Monopolia à Iudicibus dissimulari haud possunt, aliter puniuntur. n.27.
Monopolia à Principibus, aliisque, Superiorem non recognoscentibus, fieri possunt, & quare? n.28.
Salinas de regalibus esse, Reipublicæ nedum non obest, sed etiam prodest, & interest. num.29.
Salem ab extra immittens, nonnisi Regię Curiæ, vel ejus jura repræsentantibus vendere debet. n.30.
Pretia determinare, minuere, vel augere, non nisi ad Regem spectat. n.31.
Salis vectigal vetustissimum est in Regum beneficium. n.32.
Salis vectigal ante Romanorum Imperium introductum. n.33. & Romæ á quo? nu.34. & in aliis Orbis partibus. n.35.
Salis vectigal quandoque sublatum fuit, & quare? n.36.
Salinarum jura, & loca, regalia sunt. n.37.
Salinæ à privatis possideri haud possunt absque speciali Regis concessione. n.38.
Functiones fiscales in Regno ante Regem Alphonsum I. exigebantur per collectas. n.39. & introductæ per Imperatorem Fridericum ad rationem carolenorum decẽ pro quolibet foculari. n.41.
Collectæ tempore Romanorum, sub Fiscalibus functionibus solvebantur. n.40.
Universitatibus, attentis eorum focularibus tot consignabantur tumuli salis, sed gratis, & quare? n.42.
Functiones fiscales à Rege Ferdinãdo sublatæ fuerunt, & quare? n.43. sed per Regem Fridericum II. restitutæ, & auctæ usque ad carolenos quindecim, & grana duo, scilicet caroleni decem pro antiqua præstatione, & reliqui pro pretio tumuli salis; confirmatæ á Rege Catholico anno 1505. n.44.
Salis ultra quantitatem à Regia Curia Universitatibus præstitam iuxta focularium numerationem, si pluris indigebant, immitti poterat. n.45.
Salis præstatio in generali parlamento, edito in Regno anno 1607. in beneficium Regiæ Curiæ remissa fuit. n.46.
Sal ab alio neque vendi, neque emi posse in Regno, nisi à Regia Curia anno 1608. mandatum fuit. nu.47. cum præfixione pretii carolenorum octo pro quolibet tumulo; & quare continuatis temporibus auctum sit usque ad carolenos quindecim? n.48.
Superindicta quænam sint? n.49.
Superindicta à Regibus, & Principibus imponi possunt, quousque causa concurrente indicta non sufficiunt. n.50.
Illicita, & impermissibilia, necessitatis, publicęque utilitatis ope, licita, ac permissibilia fiunt. n.51.

Digitized by Google

Pretia, à Principe taxata, pro justis habentur, & secundùm ejus taxationem ab omnibus, nemine excluso, quovis privilegio fruatur, contractari debet. n. 52.

Publica, & universalis utilitas approbare potest omnia, à naturali, vel alio quocunque jure reprobata, & è contra à dictis juribus approbata, improbare. n. 53.

Conductores reddituum, super quibus superindictum impositum est, conductione pendente, contractuum resolutiones prætendunt, ad finem obtinendi excomputa, ob status rei mutationem, & similia. num. 54. 55.

Conductores arrendamentorum semper, ut solutiones retardent, ac obtineant excomputa, quæstiones, ac lites movere cogitant. num. 56.

Princeps, justa concurrente causa, publicaque utilitatis ratione, ex sua potestate venire, & aliquid contra legem statuere valet. num. 57.

Rex potest concessa in præmium servitiorum, & ipsorum remunerationem, revocare, si ipsa servitia per stipendiarios, aut subditos præstita sint. nu. 58. 61. etiansi aliquid persolutum sit, dummodo concessis non æquivaleat. num. 59. secus si à non subdito, & absque ullo stipendio servitia sint præstita. n. 60.

Bonorum distinctio, quare per jus genitum, naturali suadente, introducta? n. 62.

Dominium rerum sub nullius existentium, occupantis est. n. 63.

Dominia rerum ex ipsarum traditione, cum justa, ac rationabili causa acquiruntur, & transferuntur. n. 64.

Thesaurorum dominii acquisitio per DD. nũquam audita. n. 65.

Thesauri cum sub nullius dominio sistant, inveneri per occupationem acquiruntur. num. 66.

Thesauri dicuntur res illæ, vel pecuniæ vetustiores absconditæ, & propter temporis vetustatem nullius effectæ. num. 67. nam secus, non habentur pro thesauris, etsi dominus rerum, ac pecuniarum nesciatur. n. 68.

Pecuniarum, & rerum non vetustiorum absconditarum inventor non efficitur dominus; & furti pœna tenetur, si à loco amoverit. n. 69. 76.

Pecunia, aut res non vetustiores, inventæ inventori nõ acquiruntur, sed quia dominus nescitur, fisco competunt. num. 70. secus domino notitioso effecto. n. 75.

Thesaurus, in proprio fundo, inventus, inventori spectat, & acquiritur. n. 71.

Thesaurus superstitiosa, ac magica arte inventus, licèt in proprio privati fundo, fisco acquiritur. n. 72.

Thesaurus, in alieno fundo inventus, pro medietate inventori, pro altera domino fundi spectat. nu. 73. à quo avocari potest civiliter agendo. n. 75. ac etiam criminaliter. n. 76.

Thesaurus, inventus in loco publico, fiscali, vel Universitatis, eodem modo dividitur. nu. 74. à quibus contra inventorem intentari potest avocationis judicium civiliter agendo. n. 75.

Thesaurus, inventus in fundo emphiteutico, cui nam, utili, scilicet, an verò directo domino spectet? in fundo vendito, emptori, an venditori? in fundo debitoris, ipsi, an ejus creditoribus? in fundo usufructuarii, ipsi, an proprietario? in fundo dotali, marito, an uxori? n. 77.

Thesauri, Dei, & fortunæ dona esse dicuntur. nu. 78.

Thesauri, quocunque modo inventi, & in quocunque loco, tam publico, quàm private, uti de regalibus, ad fiscum spectant. n. 79. & talis in toto Orbe inducta est consuetudo. n. 80.

Rex potest prohibere acquisitionem rerum, quæ sub dominio nullius sunt, cujus ope, etsi privati occupant, dominium tamen non acquirunt. n. 81.

Thesaurus, in loco religioso, & sacro inventus, cui nam spectet? n. 82.

Thesaurorum inventores quomodo debeant esse cauti? & quæ facere debeant, ne molestari valeant à Regio Fisco? n. 83.

Thesaurorum inventores, si aliquid occultãt, ad quid teneãtur, tam si civiliter, quàm si criminaliter à Regio Fisco conveniuntur? num. 84.

Thesaurorũ inventores, quando sint pœna coercendi, & quando illa judici arbitraria? n. 85.

Tortura contra thesaurorum inventores an habeat locum? n. 86. etiam quo ad verificationem quantitatis inventæ? n. 87.

Thesaurorum inventores an de facto carcerari possint? n. 88.

Æquis

Digitized by Google

1 SEquis ex rationibus, propter ejus excellentiam, ſal, ne dum utilis, verum etiam neceſſarius, ab omnibus eſt dejudicatus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 179. *à num.* 43. *tom.* 1. Lasrea *alleg. fiſcal.* 77. *à num.* 1. *tom.* 2. Klockius *de erario, lib.* 2. 2 *cap.* 9. *num.* 1. 2. 3. ita quod à veteriſſimis temporibus, ejus utilitatibus, ac effectibus attentis, in proverbium deductum eſſe dignoſcitur, Nequaquam hominem ſine ſale, & ſole vivere poſſe, juxta Plinii loquutionem *lib.* 31. *natur. hiſtor. cap.* 9. Iſidor. *lib.* 16. *orig. cap.* 2. *pag. mihi* 1208. cum aliis, laudatis à Gaſpar. 3 Klock. *de contrib. cap.* 1. *n.* 117. & *in dicto tract. de erar. cap.* 9. *nu.* 1. ac multa ſunt, quæ metaphoricè, ac allegoricè ſub ejus nomine continentur, tam in Sacris, Diviniſq; ſcripturis, antiqui, ac novi teſtamenti, quàm apud hiſtoricos, & ſcriptores, quorum denumerationē, cùm ſint ferè innumer, prætermittimus, etiā quia penes laudatos DD. & alios inferiùs li- 4 cèt ſeparatim, reperiuntur; ſed omiſſis aliis, alium intellectualem, aliū materia- 5 lem dignoſcimus; & *Intellectualis*, ſic dictus: quia in intellectu, aut in mente per- 6 manere, & eſſe debet, ut omnia bonè, ac optimè fieri poſſint, à jus dicentibus, juſtitianq; adminiſtrantibus; in ſalem ſciētiæ ſubdividitur, & ſalem bonæ, rectæq; 7 conſcientiæ, quæ copulativè in judice requiruntur, ut bonus, ſive optimus ſit, 8 qualis eſſe debet: Nam ſinè ſcientia eſt inſipidus, ſinè conſcientia Diabolus, juxta Baldi phraſim *in l.* 2. *num.* 10. *verſ. ſcias tamen, Cod. de ſentent. ex peric. recitand.* ex Iuliano Imperatore *in l. magiſtros*, 7. ibi: *excellere opertet moribus primùm, deinde facundia, Cod. de profeſſorib. & Medicis, lib.* 10. ubi Gl. *in verb. moribus*, & aliis *in l.* 1. ex illis verbis: *ad iſtud autem negotium, arbitratu, ac judicio tuo nobilis, prudens, fidelis, optimè ſibi conſcius pro integritate mentis apponatur cuſtos, Cod. de condit. in public. horr. lib.* 10. Seneca *epiſt.* 59. ibi: *Sapiens nunquam ſinè gaudio eſt; gaudium hoc non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientia*, & Caſſiodor. *var. lib.* 10. adnotavit *neceſſarium Reipublica eſt, perſonas dignitatibus aptas eligere, ut cùm juſtitia committitur, malis moribus non gravetur, alioqui inefficax eſt ab homine exigere, quod agnoſcitur non habere; contra confidenter quæritur, quod ineſſe ſentitur*, Silva nupt. *lib.* 5. *num.* 90. Frecc. *de ſubfeud. de origin. Baron. nu.* 54. *lib.* 1. Reg. Rovit. *ſup. pragm. in rubr. de ſale vendendo, num.* 6. Capibl. *de Baron. in prag.* 3. *num.* 130. Boer. *dec.* 153. *num.* 31. Velaſc. *de judic. perfect. rubr.* 14. *annot.* 2. *nu.* 14. *& rubr.* 15. *annot.* 1. *num.* 5. *prope finem*, Reg. Conſ. Vargas Machuca *de ſyndic. p.* 6. *conſid.* 13. *à nu.* 31. *& à nu.* 46. *tom.* 2. D. Laur. Mattheu *de regim. Regni Valent. cap.* 2. §. 2. *à n.* 88. *lib.* 1.

10 Quæ quidem comitantia cum rarò accidat, cauſam dedit, ut in quæſtionem deduceretur, quid Reipublicè magis interſit, judicem habere indoctum, ſed puriſſimæ conſcientiæ, an è contra? de qua Reg. Rovit. *in loco alleg. à num.* 7. relativè memoratus à Capiblanc. *loco cit. nu.* 131. prima facie ex Andrea in pluribus locis apparet inclinare sētētiæ, melius eſſe habere judicem, Conſultorenq; potiùs Dei timore ornatum, quàm ſcientia, ex quo adhibendo alterius peritioris conſilium, defectum hunc ſupplere poteſt, cum minori Reipublicæ damno; quod non ita, ſi perdoctus foret omnium temporalium ſcientiarum, Dei tamen amore, ac timo- re orbus, ob irreparabilia mala, quæ 11 qualitas hæc inducere valet; quapropter enimè ſtuduerunt DD. ponderando omnia, quæ concurrere debent in Officialium electione, Reg. Conſ. Vargas, vir tam ſtudioſus, quàm optimæ vitæ, ac timoratæ conſcientiæ, *in d. conſiderat.* 13. *per totam*, Bovad. *polyt. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Mattheu *d.* §. 2. *à nu.* 73. *uſq; ad finem*, Velaſc. *de judic. perfecte, rubr.* 7. *annot.* 1. 12 licèt demum colligatur aliam amplecti ſententiam, reſolvendo doctrinas Andreæ de Iſernia, ut eorum habere debeant intellectum, caſu quo imperitus ille judex non ſollicitaverit in ſui perſonam proviſionē, ſed ex motu proprio Principis pro- 13 ceſſerit, prout omnes fieri debent, ut juridicè fiant: nam procuratæ, nunquam cadūt in eorum perſonas, qui ex meritis, ob ſtudia, & labores honorari, & remunerari debent, & Reipublicæ nimiùm

miùm intereſt, ut omnes libenti animo ſtudiis vacent, ac laboribus, ſub ſpe dignitates obtinendi (cùm regulariter nemo, niſi præmiis ſtimulatus, ſudet, & algeat) attenta ejus bona conſcientia, adhibendo peritioris conſilium, ad aliquid
14 non teneri, etiam apud Deum; quæ tamen conſiderata per dictum Andream (ſalva pace tanti eminentiſſimi viri) locum habere non æxtimamus; ſed abſolutè ſentimus, quod quoties hæ duæ qualitates copulativè non reperiuntur in judice, melius eſt, bona uti conſcientia, & Deum præ oculis habere, vt verè pro non ignaro judice juſtitiam adminiſtrante, ac tribuente, dejudicetur, ac habeatur, Velaſc. *d. annot.* 1. *nu.* 12. quoniam ab aliis conſilia capere non inducit grave damnum, aut inconveniens in Reipublicæ detrimẽtũ: quia licèt hoc faciat jure peritus, nedum malè non agit, verùm è contra, benè, & laudabiliter, nihil de ſe præſumens, & ſic omnia ſemper prævidẽtur, & fieri debent, Bovad. *d. cap.* 5. *num.* 11. 12. ita quod cùm hæc concurrant, juris imperiti judices dari poſſunt, Io: Ant. Bellon. *in tract. de mandata juriſdict. cap.* 6. *quæſt.* 5. Hottoman *quæſt. ill.* 28.

15 Materialis itidem in duas ſubdividitur ſpecies, quarum una lapidea, & ſic generativa, cùm ex terræ viſceribus gignatur, & producatur in montibus, ſuper qua in Regno fundatur Arrendamentũ ſub *ſalium montium Calabriæ* nomine; ex aqua maris altera, & ſic manufacta, arte ſcilicet operante; & de hac in pluribus Regni partibus, ut in eadem regione Calabriæ, qui ad differentiam illorum de
16 montibus, nuncupantur *ſales maris*; ac Tarenti, de cujus ſalinarum antiquitate meminit Plinius *de natural. hiſtor. lib.* 3. *cap.* 7. quæque omnibus præferuntur in candore, & ſuavitate, Reg. Moles *deciſ. R. C. S.* §. 20. *de juribus, quę habet Rex, nu.* 21. *verſ. item expenſas,* Novar. *in pragm.* 2. *de ſale vendendo, num.* 2. & in aliis marinarum partibus, Mele ad Reg. Conſ. Gizzarell. *dec.* 34. *num.* 69.

17 Huic ſimillimus eſt puteorum ſal, quos in pluribus Regni locis habemus, quorum ſcilicet aquæ, itidem, ut infra de aqua maris, fixantur in ſalem. Et licèt ſales manufactus, & naturalis lapidici-
18 neæ ſpeciei, idem ſint in ſubſtantia, attamen quò ad aliquid diſtinguuntur: dum ſal naturalis lapidicineæ ſpeciei, quia ex terræ viſceribus, & fodinis, in albedine, & ſalſedine non eſt æqualis alteri manufacto, qui verè manu conficitur, quia fit hominum induſtria ex maris aqua in foveas ad effectum prædictum in littore maris confectas, tempore æſtivo reducta, vt ſub ſolaris radii calore exiccari poſ-
19 ſit; inde nedum candore, & ſalſedine, antecedenti prævalet, attenta materia, verùm etiam in ſapore, & aptitudine ad æpularum condimentum, Reg. Moles *d.* §. 20. Reg. Rovit. *in pragm.* 2. *ſub rubr. de ſale vendend. num.* 4. 5. Barbat. *de diviſ. fructuum p.* 1. *cap.* 17. *num.* 52. 53. Novar. *in d. pragm.* 2. *num.* 1. 2. Sixtin. *de regalib. p.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. *prope finem* Acacius Ripoll. *de regalib. cap.* 16. *n.* 58. Klockius *de erar. d. cap.* 9. *num.* 8. uterque tamen ſub ſalinarum appellatione comprehenditur, Reg. Rovit. *in d. rubr. nu.* 5.
20 Barbat. *d. cap.* 17. *nu.* 54. ac jure communi attento, uterque ſub privatorum dominio, & poſſeſſione eſſe permittitur, dũmodo in eorum territoriis fiat, fierique valeat, aut inveniatur, per ea, quæ colliguntur diſpoſita á II. CC. quæ aliter inutilia forent, *in l. generaliter,* 32. §. *uxori,* ibi: *item uſumfructum fundorum, & ſalinarum, ff. de uſu, & uſufr. legato, in l. ſed etſi pecunia,* 3. §. *ſi lapidicinas, & l. quod tamen,* 4. & magis expreſsè *in l. magis puto,* 5. ibi: *ſed etſi ſalinas habeat pupillus, idem erit dicendum, ff. de rebus eorum, qui ſub tutore, & in l. forma,* 4. §. *ſalinæ, ff. de cenſibus,* Andr. de Iſernia *de feud. in rubr. quæ ſint regalia, nu.* 8. *verſ. quædam ſunt diſputata, & nu.* 70. Reg. Moles *d.* §. 20. *nu.* 4. Reg. Rovit. *in alleg. rubr. nu.* 1. *in princip.* Capibl. *de Baronib. in pragm.* 8. *p.* 2. *n.* 56. Vrſill. ad Afflict. *dec.* 321. *nu.* 1. Barbat. *d. cap.* 17. *nu.* 56. Mele ad Gizzarell. *in d. dec.* 34. *nu.* 68. Barboſ. *in l. divortio,* 8. §. *ſi vir, num.* 27. *verſ. iuxta hæc, & nu.* 28. Gabed. *dec. Luſit.* 53. *n.* 3. *p.* 2. Larrea *alleg. fiſc.* 77. *nu.* 20. *in princip. & alleg.* 80. *num.* 15. *verſ. poſſe ſalinas, p.* 2. Ripoll. *d. cap.* 16. *nu.* 61. Petr. Gregor. *ſyntagm. jur. civil. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 5. Sixtin. *de regalibus, d. cap.* 19. *nu.* 1. Conciol. *ſuper*

Digitized by Google

per ſtatutis Eugubii, lib. 1. rub. 46. nu. 2. in medio, Carpzou *def. for. p. 2. conſt. 33. def. 2. nu. 6.* Klock. *de erario, d. cap. 9. n. 17. 18.*

21 *in medio*, decima tantùm Fiſco debita, juxta expreſſam Imper. Grat., Valen. & Theod. declarationem *in l. cunctis, 3. C. de metallariis, & metallis*, & ponderata per Iſerniam *in loco laud. n. 70.* Afflict. *deciſ. 321.* Capiblanc. *in d. prag. 8. p. 2. nu. 56. in*

22 *medio*, de quo redditu, ſalinarum cauſa, fiſco debito diſpoſuit Vlpian. *in vulgata l. interpublica, 17. §. 1. ff. de verb. & rer. ſignif.* ex quo eo tempore in privatis ſalinis aliud jus Fiſco non competebat, niſi dictarum decimarum præſtatio, ſub regalibus demum adnumerata per Imperatorem Fridericum I. *in cap. unico, quæ ſint regalia*, qui ſub reddituum appellatione ipſam adſcripſit, ibi: *piſcationum reddi-tus, & ſalinarum*, Afflict. *d. dec. 321. nu. 4.* Barboſ. *in d. §. ſi vir, num. 29.* itaque per prædictum capitulum non ſunt correctæ prædictæ leges, in privatorum favorem rendentes, Iſernia *ſuper eod. cap. uni-*

23 *co, nu. 71.* & non eſt intelligendum de aliis ſalinis, niſi de in publico, & fiſcali loco exiſtentibus, quæ revera ſpectant ad Regem, Barboſ. *loco cit. n. 56.* Larrea *alleg. 77. nu. 20.* Ripoll. *d. cap. 16. num. 60.* Klock. *d. c. 9. n. 18. ante verſ. quod ſi obiicias*; & arrendantur, & à conductoribus, ſive publicanis annuus redditus Regiæ Curiæ præſtatur, Barboſ. *in d. §. ſi vir, nu.*

24 *29. verſic. ſed non recedendo*; ſed quia Reges, ac Potentes non benè receperunt declarationem prædictam, ex generali conſuetudine ſalinas omnes, etiam in privatorum locis exiſtentes, tanquam de regalia, ad ſui beneficium applicaverũt, Andr. de Iſernia *in d. num. 72.* Reg. Moles *d. §. 20. num. 5.* Reg. Rovit. *in d. rubr. nu. 1. in medio*, Capibl. *de Baronib. in d. pragmat. 8. par. 2. n. 56. in fine*, Barbat. *d. cap. 17. nu. 57.* Mele *ad Reg. Conſil. Gizzarell. deciſ. 34. nu. 67.* Epiſcop. Rocca *diſput. jur. ſelect. cap. 69. nu. 13. & 30. lib. 1.* Barboſ. *in d. §. ſi vir, nu. 28. verſ. ſed utiq;* Queſada *controv. forenſ. cap. 2. nu. 4.* Conciol. *ſup. ſtatutis Eugubii, lib. 1. d. rub. 46. nu. 2. 3.* ubi Romaguera *n. 5.* cum aliis, in-

25 fra laudatis, prohibendo graviſſimis ſub pœnis, nedum ſalium immiſſionem ab aliis partibus, verùm etiam eorum re-

collectionem in montibus, & confectionem in maritimis locis, etiam privatorũ, itaut nec emi, nec vendi poſſit, niſi ab ipſiſmet, eorunq; publicanis, & conductoribus, Epiſcop. Rocca *d. cap. 69. nu. 31. 40.* Conciol. & Romaguera *in laudatis locis*, & alii, infra allegandi, ex arrogatis in eorummet beneficium, monopolium, ſeu negotiationem, atque rerum aggre-

26 gationem faciendo, licèt aliis prohibi-

27 ta, & pœnalia ſint, atque à judice diſſimulari haud debeant, aliàs mulctantur, *l. unica, Cod. de monopol.* Andreas de Iſernia *in proemio conſtit. regni in princ. verſ. quare iniqua ſtatuta, & de feudis, in cap. unico, §. poſt natalem. Sanctæ Mariæ, de pace tenenda, n. 26. in fine*, ubi Lipar. *litter. C.* Afflict. *de feud. in eod. cap. unico, §. ſi ruſticus, nu. 2.* Goffred. noſter *in rub. 16. nu. 23. in fine*, Alex. Trentacinque *var. reſol. lib. 1. tit. de verb. ſignif. reſol. 1. num. 7.* Viſcont. *concluſ. deciſ. verb. monopolium*, Gaitus *de credito, cap. 2. tit. 7. q. 9.* Caput. *de regimine reip. cap. 7. num. 52.* Thor. *ſuplem. compend. deciſ. verb. monopolium*, P. Leonardus Duard. *in cap. omnis utriuſque ſexus, diſput. 26. ſect. 6.* Severin. *ad Reg. Sanfelic. deciſ. 329. verſ. debet etiam, prope finem, & verſ. quantum ſit, tom. 3.* Altimar. *ad Reg. Rovit. des. 17. verſ. quem modum, & num. 8.* Paul. Chriſtinæus *dec. Belgic. 98. vol. 3.* Adam Keller. *de offic. jur. polyt. cap. 18.* Conciol. *reſol. crimin. verb. monopolium, reſol. 1. & 2. ac ſuper ſtatutis Eugubii, lib. 5. rub. 21.* ubi Romaguera, Berber. *aur. viat. utriuſque juris, rub. 28.* Damhoud. *prax. crim. cap. 134. de monopoliis*, Chriſtoph. Cruſius *de indiciis delictor. par. 3. cap. 25. nu. 18. 19.* Beſold. *theſau. pract. lit. M. nu. 99. verb. monopolium, pag. 662. & lit. V. n. 79. pag. 975. tom. 2.* Gaſpar Klock. *de erario, lib. 2. cap. 26.* ubi Chriſtoph. Peller. David Mevius *commen. in jus lubecenſe, lib. 3. tit. 5. artic. 12. ad nu. 4. verſ. quæ circa monopolia, tom. 3.* Io. Marquardus *de mercator. & commerc. jure, lib. 4. cap. 6.*

28 *tom. 1.* Principibus tamen, & cæteris Superiores non recognoſcentibus, conceſſum eſt, ut fiſci augeantur redditus, ut expreſsè *in l. ſi quis, 11. Cod. de vectig. & commiſſ.* Reg. Moles *d. §. 20. d. n. 5.* P. Leonard. Duard. *in laudato loco, nu. 1. 4. cum ſeqq.*

seqq. Reg. Rovit. *loc. cit. nu. 3. vers. sed nuperrimè*, Reg. Galeot. *resp. fiscal. 10. à nu. 28. & 39.* Capibl. *de Baron. in pragm. 1. nu. 164. in fine*, Consil. de Rosa *consult. forens. 70. à nu. 12.* Barbat. *d. cap. 17. nu. 58.* Barbos. *ubi supra, nu. 29. vers. sed non recedendo*, Gabed. *decis. Lusitan. 81. num. 2. par. 2.* Larrea *d. alleg. 77. nu. 17. & alleg. 80. num. 16. tom. 2.* Christoph. Crusius *d. par. 3. cap. 26. num. 43. 44.* Gaspar Klock, *de contrib. d. cap. 1. nu. 117. prope finem, num. 339. vers. gabella salis, & in tract. de erario, d. cap. 9. nu. 12. & 18. vers. quod si obiicias, & allato cap. 26. à nu. 9. usque ad 13.* Carpzou. *respons. jur. elector. lib. 1. tit. 5. respons. 42. nu. 11.* Marquardus *d. lib.*

29 *4. cap. 7.* cò fortiùs, quod aut nullum, aut parvum reipublicæ prejudicium inducit, privatorunq; jura parum diminuuntur; data etiam consideratione, salinas, eorunque jura regalia esse, quibus attentis, vectigal hoc leve, & commodũ populis judicatur, propter salis necessitatem, atque excellentiam: etiam quia causa est, ne aliis á Principibus graventur redditibus, & tributis, Barbos. *in d. §. si vir, nu. 30.* Larrea *d. alleg. 77. nu. 33.* Carpzou. *d. resp. 42. nu. 12.* Klock. *de contribut. d. cap. 1. nu. 117. & in tract. de era-*

30 *rio, d. cap. 9. nu. 7.* itaquod salem ex aliis regionibus deferentes, illum non aliter, nisi in favorem Regiæ Curiæ, ejusque publicanorum, & conductorum, immittere possunt, ac vendere: quoniam ex fiscalibus privilegiis, omnibus emptoribus Regia Curia præfertur, ipsiusque jura representantes, ut conductores, Novar. *in d. pragmat. 2. nu. 4.* Barbos. *loc. cit.* Solorzan. *de Indiarum jure, lib. 5. cap. 1. n. 33.*

31 *tom. 2.* etsi viliori velit emere pretio, ut demum cariori vendat: ex quo non competit, nisi Regi pretia determinare, minuere, vel augere juxta ejus placitum, & occurrentem necessitatem; quæ pretii á Rege facta determinatio pro justa habetur, atque juridica, ex multis Larrea *alleg. fiscal. 25. nu. 7. alleg. 31. num. 3. 19. &*

32 *per totam, & alleg. 56. nu. 11. par. 1.* & observabatur priscis temporibus, per ea, quæ habentur in sacris litteris, in quibus Rex Demetrius inter alia, quæ judæis indulsit, salis pretia fuerunt, ejusque vectigal, *Macchabeor. lib. 1. cap. 10. vers. 29. & cap. 11. vers. 35.* qua de causa vetustissimũ est hoc vectigal in Regum favorem, Reg. de Ponte *in loco mox laudando*, Episcop. Rocca *ubi supra nu. 5. 6.* Barbos. *in d. §. si vir, num. 28. in fin.* Larrea *d. alleg. 77. n. 7.*

33 & ante Romanorũ imperium introductum, ac institutum ab Anco Marcio Rege, ut adnotavit Plinius *lib. 33. natural. histor. cap. 7.* Gæddeus *in l. inter publica,*

34 *17. ff. de verbor. signif.* demum Romæ auctum à M. Livio, & C. Claudio Censoribus; quamobrem Livius salinator nuncupatus fuit, ex Livio *lib. 9. decad. 3.* Marta *de jurisdict. par. 1. cap. 45. nu. 3.* Episc. Rocca *d. cap. 69. nu. 7.* Larrea *d. alleg. 31. num. 1. & d. alleg. 77. n. 34.* Petr. Gregor. *syntag. juris d. cap. 10. nu. 1.* Sixtin. *d. cap. 19. n. 4.* Klock. *de contrib. d. cap. 1. n. 116.*

35 *& de erario d. cap. 9. nu. 7.* prout in cæterisOrbis partibus per alios, adnumeratos à Larrea *d. alleg. 31. num. 2.* & Klock.

36 *d. nu. 7.* licèt aliquando ob injustitiam, salinæ statim exaruerunt, & ad salis perfectionem nõ devenerũt, nisi sublato vectigali, sive tributo, ut evenit Athenis, quod per Lisimacum Regem tributum fuit super salinis impositum: dum illæ statim exaruerunt, & nunquam redierunt ad pristinum, nisi postquam tributũ fuit sublatum, juxta Athenæi attestatum *lib. 3. Deipnosodiæ, cap. 1.* & de modernis meminerunt Cujac. *observ. lib. 3. cap. 31.* Pancir. *Thesar. var. lection. lib. 3. cap. 31. pag. mihi 371.* Solorz. *de Indiar. jure, lib. 1. cap. 16. num. 13. tom. 2.* Larr. *d. alleg. 77. num. 34. in fine*, Klock. *de ærario, d. n. 7. in princ.* ubi Pellerus *nu. 30.* ultra alios casus, & consimiles, enarratos ab eodem Pellero *n. 31.* & Solorz. *d. cap. 16. à n. 10.*

37 itaut inter eorum regalia adnumeranda sunt jura, & loci salinarum, Reg. Moles *d. §. 20.* Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. 4. de regal. impositio. §. 8. nu. 36.* Reg. Rovit. *loco cit. nu. 1.* Novar. *in rubr. de sale vendendo, nu. 2. & in pragm. 2. num. 3.* Capiblanc. *de Baron. d. prag. 8. p. 2. n. 55. 56. & in prag. 10. nu. 14.* Barbat. *d. cap. 17. nu. 55. 57.* Mele *ad Reg. Cons. Gizzarell. d. dec. 34. num. 66.* Barbos. *in d. l. divortio, 8. §. si vir, nu. 28.* Solorzan. *d. lib. 5. cap. 1. num. 34. tom. 2.* Castill. *contr. jur. cap. 41. nu. 116. tom. 7.* Larrea *d. alleg. 31. num. 3. tom. 1. & alleg. 77. num. 7. & 20. alleg. 80. num.*

Digitized by Google

num. 15. *to.* 2. *Queſada in laud. loco*, D. Didacus-anton. Fajard. *d. alleg. fiſcal.* 31. *n.* 2449. Sixtin. *de regalibus*, *d. cap.* 19. *nu.* 2. 3. 7. *verſ. præterea*, *& nu.* 12. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10. *à num.* 305. *tom.* 1. Carpzou. *d. def.* 2. *nu.* 1. 2. Klock. *de contrib. d. num.* 117. *& in tract. de ærario*, *d. cap.* 9. *nu.* 5. *verſ. non omnia*, *& nu.* 7. *in medio*, *num.* 18. *verſ. quod ſi obiicias*, ubi
38 Chriſtophor. Peller. *n.* 37. cum aliis, ſupra laudatis *in nu.* 24. ita quod à privatis poſſideri, & haberi haud poſſunt ſinè ſpeciali licentia Regum, & conceſſione: quia generalis non ſufficit, cùm de illis ſint, quæ ſpeciali indigent conceſſione, Larr. *d. alleg.* 77. *num.* 8. 9. *to.* 2. Salgad. *de ſupplic. ad Sanctiſſim. p.* 1. *cap.* 4. *nu.* 38. 39. Fajardus *alleg. fiſc.* 33. *n.* 2450. Sixtin. *d. cap.* 19. *nu.* 16. Carpzou. *def. forenſ. p.* 2. *d. conſtit.* 53. *def.* 2. Klock. *de ærario*, *d. cap.* 9. *num.* 7. *prope finem.*

39 Itaque, tempore quo in hoc Regno Rex Alphonſus I. ſucceſſit, cùm functiones fiſcales, per anteceſſores inſtitutæ,
40 exigerentur per collectas: nam etſi tempore Romanorum ſub functionum fiſcalium nomine ſolvebantur, *l. ſi pendentes*, *§. ſi quid*, *ff. de uſufructu*, *l. ſi minor*, *Cod. de actionibus empti*, *l. ſi functiones*, *Cod. de donationibus*, *l. cõperit*, 6. *Cod. de præſcriptionibus* 30. *vel* 40. *annorum*, Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *nu.* 1. *de juribus*, *& exactionibus fiſcalibus*, ubi Laganar. *litt. A.* No-
41 varius *in rubr. dicti tituli num.* 2. in Regno tamen introductæ fuerunt per collectas ab Imperatore Friderico uſque ad tempus dicti Regis Alphonſi, qui voluit, ac ſtatuit exigi à focularibus juxta eorum numerum, de Anna *conſ.* 60. *n.* 10. 11. *p.* 1. Reg. Lanar. *conſ.* 31. *nu.* 5. *& conſ.* 95. Reg. Conſ. de Georg. *repet. feud. cap.* 57. *nu.* 11. & alii, *proximè laudandi*, eas ſituando ad rationem carolenorum de-
42 cem pro quolibet fumante; qua numeratione attenta, Regni univerſitatibus tot erant gratis præſtanda tumula ſalis, qui à Regiis ſalinis per Regem percipiebatur, quot erant fumantes, DD. infra *in num.* 44. *prope finem*; quibus univerſitatibus, caſu, quo non fieret conſignatio per Regiam Curiam ſtatutis temporibus, excomputabatur ad rationem carolenorum quinque, & granorum duorum, prout in *capitulis Regni* 4. *&* 6. editis per prædictum Alphonſum I. *anno* 1442. *fol. mihi* 5. *à tergo*, *&* 6. & aſſeritur per Regẽ Ferdinãdum I. *in prag.* 1. *de ſale vendẽdo*, per ipſum emanatam anno 1479., ſed hoc, uſque ad annum 1481. 7. mẽſis No-
43 vembris: quia tunc Rex Ferdinandus has ſolutiones, & præſtationes ſuſpendit, & alias earum vice graviores ſub-
44 ſtituit; benè verum eſt, quod hoc per paucos duravit annos: quoniam tempore Regis Friderici II. *ut ex capit. editis ſub die* 26. *Octobris* 1496. precisè *in* 27. *fol. mihi* 24. apparet, reductum fuit Regnum ad priſtinam ſolutionem faciendam; verùm carolenorum quindecim, & granorũ duorũ, decẽ ſcilicet pro antiqua præſtatione, & quinque, & gran. 2. pro tumulo ſalis pro quolibet fumante, quod poſtea fuit confirmatum anno 1505. per Regem Catholicum *in cap.* 45. *fol. mihi* 45. qui has functiones exigi mandavit, ut habetur penes Reg. Moles *dec. R. C. S. §.* 1. *à nu.* 45. *cum ſequentibus*, *& dicto §.* 20. *à num.* 14. Afflict. *ſup. conſtit. Regn. Magiſtros fundicarios*, *nu.* 7. Reg. Tapia *de conſtit. Princip. cap.* 4. *n.* 54. Reg. Capyc. latro *dec.* 116. *à num.* 4. *tom.* 1. Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de jurib. & exact. fiſcal. num.* 65. & de hac ſalium diſtributione meminerunt Reg. de Ponte *in loco ſupracit.* Reg. Rovit. *in d. rubr. de ſale venden. num.* 3. Novar. *in prag.* 1. *eodem tit. num.* 1. Capiblanc. *de Baron. in d. prag.* 10. *nu.* 11. 12. 13. 14. Epiſcop. Rocca *d. cap.* 69. *nu.* 8. 9. *& à num.* 32.

45 Quod ſi majori indigebant ſalis quãtitate, liberum erat emere, & immittere á quavis parte, etiam ab extra Regnum, juxta annotationem Io. Antonii Batii *ad Afflict. in loco proximè cit. in litt. D. verb.*
46 *Regnum.* Sed quia in generali Parlamẽto anni 1607. in Regiæ Curiæ beneficium hæc ſalis præſtatio remiſſa fuit;
47 cauſam dedit, ut in anno 1608. die 26. Ianuarii ſtatueretur inter cætera, non poſſe ab alio emi, ac vendi ſalem, niſi à Regia Curia, per *prag.* 2. *de ſale vend.* præfixunque fuit pretium carolenorum
48 octo pro ſingulis ſalis tumulis; quod anno 1635. ob imminentes bellorum neceſſitates, fuit auctum ad carolenos decem, & anno 1637. ad duodecim, Reg.

Digitized by Google

Tapia *jur. Regn. lib. 6. tit. 3. de solut. funtion. fiscal. in comment. ad cap. 2. in princ. vers. sed in ejus locum, pag. mihi 43. tom. 6.* Reg. Capyc. latro *d. dec. 116. num. 7.* sed anno 1684. die 5. Augusti, Regiæ vigore pragmaticæ, addita fuerunt alia grana quindecim pro quolibet salis tumulo ob novam construendam, cudendaque monetam, damnaque reficienda, quæ ex abolitione veteris proveniret, cùm certè per tonsionem excessivè reperiretur pondere diminuta; & demum anno 1686. die 9. mensis Decẽbris cùm prima grana quindecim damnorũ Regiæ Syclæ reparationi haud sufficerent, alia fuerunt grana quindecim superaddita pretio salis; quæ
49 ab Imperatoribus Arcadio, & Honorio superindicta appellantur *in l. 3. Cod. Theod. de collat. fund. pat.* & ab aliis *in l. 1. de indiction. lib. 10. in l. unica, Cod. de superindicto, lib. eodẽ, l. evidenter, 16. Cod. de excusat. muner. dicto lib. 10. l. 1. & fin. Cod. de privileg. domus Augustæ, &c. lib. 11. l. decurionibus, 3. Cod. de silentiariis, & decurionib. eorum, lib. 12.* Reg. Cons. de Georg. *repet. feud. d. cap. 57. nu. 4.* Sixtin.
50 *de regalibus, lib. 2. cap. 14. n. 6. 7.* ad quod devenire possunt Principes, quoties indicta, necessitatibus noviter supervenientibus, haud sufficiũt, ut ipsis, vel publicæ utilitati subveniatur; itaquod causa superindictionis justa, & juridica redditur, & propter ejus concurrentiam, nedum indictiones, verùm etiam superindictiones justificantur, ex multis Reg. Cons. de Georg. *in d. cap. 57. à nu. 19.* Amaya *super Cod. in l. omnes pensitare, 3. de annon. & tribut. lib. 10. à n. 33.* Reg. Valẽz. *cons. 99.*
51 *num. 51.* cùm ope necessitatis, & publicæ utilitatis, aliàs de jure prohibita, ac illicita permittuntur, & fiunt licita, ex Bovadil. Cevall. Molin. Borrell. Castill. & aliis, Amaya *loc. cit. nu. 36.* & Nos
52 *supra in Rub. 16. n. 58. vers. idcircò.* Quadere tam attenta ratione, quod est in Principis facultate pretia statuere, quám universali totius Regni utilitate, juxta dictum præfixum pretium, uti justum, & juridicum, solvi debet ab omnibus, quibusvis immunitatum privilegiis non obstantibus; aliter tali fruentes privilegio, cum aliena jactura locupletarentur; benè verum est, quod in aliquibus particularibus casibus connivetur, quando forsan necessitas non est tam præcisa, ac urgens, & utilitas non tam universalis, ut ex juribus Pontificiis, & Cæsareis, allegatis ab Amaya *ubi supra n. 36. in princip.* Altim. *ad Reg. Revit. in consul. in materia donativi, post cons. 100. to. 1. nu. 26.* & in propriis terminis Reg. Cons. Rocc. *de officiis, rubr. 14. §. 4. n. 31. 32.* & fusè in consimilibus Nos fũdavimus *in observationibus ad allegation. 13. Io: Vinc. de Anna.*

53 Quæ quidem publica, & universalis utilitas derogare potest, & approbare omnia, à naturali, vel alio quocunq; jure è contra statuta, vel reprobata; quapropter pro suprema lege haberi, non immeritò dixit Cicer. *in lib. 3. de legib.* expresè præcipienti, alias non servari leges, D. Thom. *de reg. Princ. cap. 11.* Reg. Valenz. *d. cons. 99. nu. 15. vol. 1.* & ex Loffredo, Cacherano, & aliis, Reg. Capyc. latr. *dec. 188. à nu. 74. to. 2.*

54 Et has rationes superindictam impositionẽ justificare, validanq; reddere plenè valere proculdubio est; efficere tamen haud possunt, ne per cõductores primarũ indictionum insisti queat pro resolutione contractus afflictus, ob status mutationẽ ex facto locatoris, aut tertii, cui resisti nõ potest, etiam attenta utilitate, & justa causa superindicti, idem operantis, ac si ab eodem locatore dependeret, de Leon *dec. Valent. 174. tom. 2.* ob maximum, quod inducitur, conductori prejudicium exactionis faciendæ jurium conductorũ: cùm ob novum superindictum gravamen in pretio gabellæ, nedum fraudes augẽtur, verùm etiam multa, quæ deferuntũr, extrahuntur, aut emuntur, ut deferantur, extrahi, vel emi prætermittũtur, si non in totũ, adminus in partem, itaut gabellarum jura potiùs decrescant, quám augeantur ex superindictionibus, & præcedentes locationum contractus resolvi possunt per conductores, ne valeãt adstringi, nisi ad id, quod gabellæ, sive arrendamenta fructuum darent, deductis expensis; aut ipsis refici omne totum, & quicquid damni pati possunt, ac interesse: cùm post locationes in nihilo status vectigalium mutari possit, ea augendo, vel diminuendo, conductoribus minimè con-

Digitized by Google

consensientibus, ex ponderatis per Reg. Capyc.latr.*in dec.*188.*à num.*77.*& dec.* 194.*per totam*,Reg.Capyc.Galeot. *resp. fisc.*17.*nu.*51.apud quos multoties fuisse decisum habes in conductorum favorem pro damnorum refectione, ut penes eundem Reg.Capyc.latr.*in dec.*171.*nu.* 49.*vers.tandem*,*& num.*50. de qua *in d. dec.*188. *num.*79. *& in d.dec.*194. & d. Reg. Galeot. *in decisionibus prætermissis in fine respons.fiscal.in d.resp.* 17. præter aliam, relatam à Manfrell. *in observ. ad Reg.Capyc.latr.in d.dec.*171.*n.*12.

55 Inde, cùm ante emanationem dicti Regii edicti quoad supradictam superindictionem primorum granorum 15. pro quolibet salis tumulo, de ventum fuisset ad affictum arrendamenti quatuor fundicorum salium hujus Civitatis,tempore, quo de hac superimpositione facienda murmurabatur, conductores in oblatione specificè in pactum deduxerunt, contractus affictus resolutionem, ne demũ ipsis imputaretur de sciẽtia,etsi dubitativè, dũ de superindictione solummodò loqueretur,Reg.Capyc.latr.*d.dec.* 194.*n.*24.quod pactũ in discussione oblationis fuit acclaratum, cum moderatione, quod superindictione adveniente,declarare deberẽt infra certũ terminum, si
56 intenderent cõtinuare,aut resolvere; sed hoc pactum appositum potiùs desumitur, ut ex eo valerent sub aliquo prætextu lites, ac quæstiones intentare ad finem obtinendi, non contractus resolutionem, sed aliquod excomputum, ad quod habent reflexum, ante quam ad oblationis actum perveniant,investigando subtiliter,ac studendo,quomodo verba,& pacta sint componenda,ut valeant excomputum petere, ita quod quando creditur,quod veniant parati ad solutionem extalei, veniunt ad lites proponendas,ac solutionem dilatandam;cum adeò sit aucta publicanorum malitia, ut cum eis tractari cum fidelitate penitus nequeat,Reg.Capyc. latr. *d. dec.*194. *in princ.*Reg.Fab.Capyc.Galeot.*d.resp.fisc.* 17.*nu.*1.Manfrell.*ad Reg. Capyc. latr. in d.dec.*171.*num.*3.& hoc propter spem, quam habent semper aliquid obtinendi, ad minus transactionis causa, ad quam Consignatarii adveniunt eximendi causa arrẽdamentũ à litibus, seu potiùs injustis vexationibus,& ut reliquum consequantur,& sic publicani injustum retinent; sicuti arrẽdatoribus prædictis,etiã hac attenta ratione, excomputum factum fuit.

57 Et quidem Principi,justa concurrente causa,ac publica utilitate,contra legem venire non est prohibitum: ea itidem ratione,quia de sua potestate est, leges cõdere,restringere,aut revocare, ex laudatis à Reg.Valenz.*d.cons.99. num.* 36. eò fortiùs,causa justificata,propter quam interdum etiam contra naturalem æquitatem statuere valet,Reg. Valenz. *loco cit.*
58 *nu.*34.35.meritò ea, quæ ex sui mera liberalitate,& benevolentiæ actu confecta sunt, & elargita in remunerationem servitiorum,revocare, vel pro parte suspendere potest, omni distinctione remota, si concessa excedunt in magna, aut parva servitiorum quãtitate,aut servitiis æquiparẽtur,si per stipendiarios præstita sunt, aut per subditos, qui omninò Regibus inservire coguntur,Reg. Rovit. *d. consul, in materia donat.post cons.* 100. *tom.* 1. Reg.Valenz.*d.cons.99. à num.* 29. *usque ad* 39.*inclusivè*: quia dicitur quædam elargita gratitudo,& liberalitas,non autem vera,& perfecta donatio in remune-
59 rationem servitiorum; etiansi per concessionarios aliqua pecuniariũ quantitas fuerit soluta, si ea concessis non æquivaleat: ex eo quia per concessiones revocabiliter acquiruntur, Reg. Capyc. Galeota *resp.fisc.*23.*vers.quinimmo*,Reg.de Marin.*ad Reg.Revert.dec.*330.*nu.*2.Lar-
60 rea *alleg.fiscal.*77.*nu.*24.*to.*2.,prout foret quando á non subdito, vel absque ullo stipendio præstita fuerunt servitia, modo quo pareant actionem, saltem judicis officio contra remunerantẽ: quoniam taliter dando, quasi lege cogente, pro vera donatione remuneratoria dejudicatur,quæ nedum irrevocabilis est,cùm vim contractus habeat,prout ex Baldi doctrina *in l.qui se patris,post num.* 10.*vers. sed Nicolaus*, *Cod. unde liberi*, Reg.Revert.*dec.*241.*vers. nec obstare dicebatur,& d.dec.*330.*vers. at cũ Ioannes Fabritius*,ubi Reg.de Marin.*n.*1. verùm etiam de evictione agi valet, Reg. Revert.*d.dec.*241.ibique ex multis per Reg. de Marin.laudatis,Cabed.*dec. Lusit.* 36.

Digitized by Google

61 *p.*2. ex quibus quidem rationibus non semel tẽporibus noſtris vidimus per Auſtriacum Monarcham noſtrum ſuſpendi conceſſiones prædictas ex gratia, & mera liberalitate largitas in remunerationẽ ſervitiorum, licèt aliqua non æquivalenti pecunia ſoluta, ſi non in totum, ad minus in partem, & pro aliquo certo tempore.

Ad n. 3. 11. 12. 14. 17.

62 VT evitaretur confuſio, quæ oriri poterat ab univerſali bonorum communione (cùm proprium nihil eſſet, alienum nihil) auctis numero hominibus, auctis improbitate, itaut ſimul permanere, atque conſervari non poſſent; per vetuſtum jus Gentium, jure naturali ſuadente, bonorũ diſtinctio introducta fuit, ut ſic proprium ab alieno dignoſceretur.

63 Hinc factum eſt, quod, id quod commune à natura erat, quia ſub nullius dominio, ac poſſeſſione, uti induſtriæ præmiũ, & Dei donum, fortunæque elargitio, occupanti ſit concedendum, & ſub ejuſdem transferendum dominio, *l.* 1. *&* 3. *ff. de acquir. rer. dom. l. ex hoc jure*, 5. *ff. de juſtit. & jure*, ubi Gloſ. *in verb. dominia diſtincta*, §. *feræ igitur, verſ. quod enim inſtitut. de rerum diviſ.* Valent. *illuſtr. jur. tract. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *nu.* 4. *in fine*, Pichard. *ſuper Inſtitut. lib.* 2. *tit.* 1. *in rubr. de rerũ diviſ. n.* 3. 4. Harpprecht. *ſup. inſtitut. in d.* §. *feræ igitur, nu.* 1. 2. 3. cujus acquiſitio cùm à prava hominum cupiditate, ac avaritia dependeret, dum ab ipſius hominis nativitate ortũ habuit, ita quod in Mundi initio tempore, quo ſolùm duo ſanguine conjuncti exiſterent homines, à tali bonorum communione, ac ſocietate diſceſſerunt, ex collectis à Geneſi *in cap.* 4. notat Valent. *loco cit. nu.* 2. & ita poſt diluvium fuiſſe ſervatum per Noe filios

64 *n.* 3. demum per occupationem, acquiſitione facta, poſſeſſioneque capta, acquiri, & in alios transferri dominium jure valido nequit, niſi intercedente traditione cum valido, juſto, ac permiſſo titulo, ſive cauſa, dum ex ea traditione perficiuntur contractus, & dominia transferuntur, ac acquiruntur, ut Nos in rubr. 1. *à n.* 171. Valent. *d. cap.* 4. *num.* 4. *in ſive*, & *à num.* 22.

65 Inde non mirum, ſi à DD. modus acquirendi dominium in theſaurorum inventione nunquam auditus, viſuſque fuit de facto accidere, Prax. Papienſ. *in forma libelli in actione reali, verb. jure dominii, nu.* 12. Sixtin. *de Regalibus, cap.* 21.

66 *num.* 1. *lib.* 2. qui quidem theſauri ubicuncunque inveniantur, cùm ſub nullius dominio adſint, invenientium, atque capientium, & primò occupantium, efficiuntur, tanquam de genere earum rerũ, quæ nedum inveniri, verumetiam occupari oportet, ut eorum dominium acquiratur, nil obſtante, quod cum tali ſcientia ab alio fũdus poſſideatur, aut ab eodem theſaurus viſus ſit, ſed non occupatus, nec à ſuo loco amotus, *l. naturalem*, 5. §. *illud, ff. de acquir. rer. dom. l. poſſideri*, 3. §. *Neratius, ff. de acquir. poſſeſſ. l. unica, C. de theſaur. lib.* 10. Gomez *ad ll. thauri* 45. *n.* 47. Barboſa *in l.* 8. §. *ſi fundum, à n.* 3. *ff. ſoluto matrim.* Cevall. *comm. contra comm. quæſt.* 514. Sixtin. *d. cap.* 21. *à n.* 58. Amaya *ſuper lib.* 10. *Cod. in d. l. unica, à n.* 34. Pichard. *ubi ſup.* §. *item lapilli, num.* 1. *verſ. ſed obſtat*, Harpprecht. *ſuper Inſtitut. in* §. *Theſauros, n.* 3. *de rer. diviſ.* Caſtill. *in loco infra laud. nu.* 109. Bened. Carpzou. *defin. forenſ. Elector. p.* 3. *conſtit.* 53. *def.* 7. *num.* 2. Gaſpar Klock. *de ærario, cap.* 116. *n.* 6. *&* 30. *verſ. apprehenſione, lib.* 2. Ber-

67 lich. *practic. concluſ.* 66. *nu.* 23. *p.* 2. nam uti res, vel pecunia depoſitę, vel abſconditę à tempore, cujus non extat memoria, à deponentis dominio exierunt, & nullius effectæ ſunt, ob earum domini ignorantiam, ab ipſa temporis vetuſtate dependentem, *l. nunquam*, 31. §. *theſaurus, ff. de acquir. rer. dom.* ibi: *Theſaurus eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cujus nũ extat memoria, ut jam dominum non habeat: ſic enim fit ejus, qui invenit: quia non alterius ſit, d. l. unica, C. de theſaur. lib.* 10. ibi: *Theſaurum (ideſt condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia) quærere*, Reg. Moles *dec. R. C. S.* §. 18. *num.* 8. Reg. Tapia *infra alleg. verſ. utique*, Reg. Sanfel. *dec.* 394. *nu.* 9. *to.* 2. ubi Severin. *verſ. eſt itaque theſaurus, & verſ. duo requiruntur*, Larath. *theatr. feud. p.* 11. *dilucidat.* 69. *nu.* 4. 5. Capiblanc. *de Baron. in pragm.* 8. *p.* 2. *à nu.* 58. Covarruv. *relect. in cap. peccatum, de reg. jur. in* 6. *p.* 3. §. 2. *n.* 1.

Amaya

Amaya *in d.l.unica, à n.2. cũ ſequentibus, & à nu.6.* Garſia Toletan. *ſuper trib. libr. Cod. in d. l.unica, de theſaur. lib.10. nu.2.* Sixtin. *d.cap.21. num.3. cum multis ſeqq.* Harpprecht. *in d.§. theſauros, n.1.* ubi etiã Pacius *in princip.* & Bachou. *nu.1.* Klock. *d.cap.116. nu.5.* Berlich. *d. concluſ.66. num.24.25.26.* Struvius *mox allegand. in nu.53. verſ. eſt autem,* Bened. Carpzou. *d.def.7. nu.3.4. & def.10. à n.6.* Conciol. *ſuper ſtatutis Eugubii, lib.4. rub.70. nu.1.*

68 Nam, ſi vetus haud eſt pecunia, ſive res, ſed potiùs abſcondita metus, cuſtodiæ, vel lucri cauſa, nil obſtante, quod illius dominus ignoretur, non habetur pro

69 theſauro, & inventori non acquiritur, *d.l.nunquã, 31. §. theſaurus,* & Imperatores *in d.l.unica, l. theſaurus, 15. ff. ad exhibendum, l. à Tutore, 68. ff. de reivindicat.* Reg. Sanfel. *d.dec.394.* ubi Severin. *verſ. & pecunia inventa,* Capiblanc. *in loco alleg. nu.59.* Sixtin. *d.cap.21. à n.13.* Berlich. *d.concluſ.66. nu.7.* immo, ſi occupaverit, & à loco amoverit, pœna furti tenebitur, *d.§. theſaurus, in finalibus verbis,* & per Regem Gulielmum *in conſtitut. Regn. pecuniam,* & per priùs *in conſtitus. Dobana*: quia furtum committit auferendo pecuniam, aut bona, invito domino, ex quo uti de recentioribus, dominium illorum non eſt ſublatum, ſed ſolummodo quis eorum ſit dominus ignoratur, Reg. Sanfel. *loc. cit.* ubi Sever. *d. verſ. & pecunia inventa,* Capiblanc. *ubi ſup.* Sixtin. *d.cap.21. num.7. & 14.* Amaya *loc.cit.n.5.* Harpprecht. *in d.§. theſauros, n.1.* Klock. *d.cap.116. nu.4.* Garſia

70 Toletan. *d. n.2.* propter quam ignorantiam fiſco applicantur, dominis, aut eorũ hæredibus non liquidatis, cujus probatio ab allegãtibus fieri debet infra annũ, à die, quo in manus Regiæ Curiæ omnia inventa pervenerunt, *ut in d.conſtitut. pecuniam,* §. *pietas enim,* & ex juris communis diſpoſitione, ex Garzia *de expenſis,* Barb. & aliis, probat Amaya *in in laud. loco, n.10.* Struvius *infra laudan. verſ. hæc enim,* Benedict. Carpzou. *d. conſtitut.53. def.10. à nu.7. tom.1.*

71 Itaque ſi de vetuſtiori pecunia, aut re inventio fit, qua de ratione pro theſauro habetur; ſi in proprio invenitur fundo, domino fundi inventori, & occupanti in totum cedit, prout attenta Hadriani ſententia, naturalem ſequendo æquitatem, Imperator Iuſtinianus determinavit *in §. theſauros, Inſtitut. de rerum diviſ.* & Leo Imperator *in d.l.unica, l. ſi is, qui, 63. ff. de acquir. rer. domin.* Andr. de Iſern. *in in cap. unico, quæ ſunt regalia, à n.90.* Reg. Moles *loco cit. nu.11.* Reg. Tapia *infra laud. in Regni cap. quia nõ decet, verſ. primus caſus,* Sever. *in d. deciſ. Reg. Sanfel. 394. verſ. & licèt de jure,* Larath. *theatr. feudal. p.11. dilucidat.34. num.1.* Prax. Papienſ. *ubi ſupra,* Sixtin. *d. cap.21. nu.20.* Klock. *in allato loco, n.13.* Pichard. *in §. theſauros, nu.1. Inſtitut. de rer. diviſ.* Amaya *in d.l.unica, n.11.* Berlich. *d.concluſ.66. n.1.* Garſ. Toletan. *loco cit. à n.4.* Gomez *in d.l.45. Thauri nu.51.* Caſtill. *contr. forenſ. cap.41. num.107. tom.7.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib.3. cap.10. num.319. tom.1.* Georgius Adamus Struvius *ſyntagm. jur. civil. exerc.41. lib.41. tit.1. nu.53. tom.2.* Conciol. *d. rub.70. num.3.* & ita deciſũ refert Ripolla *de regalibus, cap.16.*

72 *num.41.* ſi fortuitò, aut omni illicito modo, ut ſuperſtitionibus, magiciſq; artibus non intervenientibus, ſit inventus: nam, ſi ſecus, nedum inventor punitur ob uſum illicitarum, prohibitarunque rerum, uti de genere prohibitorum, verùm etiam toto privatur theſauro, & fiſco applicatur, ut Imperatores *in allatis juribus, & in l. artem geometriæ, 2. Cod. de maleſic. & mathemat.* Iſernia *ubi ſupra,* Reg. Moles *ubi ſupra, nu.12.* Reg. Tapia *ubi ſupra, verſ. ſecundus caſus,* Covarr. *in d.§.2. nu.2.* Caſtill. *ubi ſupra, num.106.* Pichard. *n.1.* Amaya *in alleg. loco à n.11. cum ſeqq.* & præcisè *nu.17.* Gomez *loco cit.* Ripolla *d.cap.16. nu.40.* Toletan. *ubi ſupra, à nu.4.* Sixtinus *d.cap.21., nu.33.* Maſtrill. *ubi ſupra, n.325.* Harpprecht. *in d.§. theſauros, nu.4.* Klock. *in d. cap. 116. num.33. verſ. quarta propoſitio, & nu.28.* Beſold. *diſſert. de regalibus, cap.9. num.4. verſ. ubicunque verò, in fine, tom.2. the-*

73 *ſaur. pract.* Conciol. *ubi ſup. n.2.* ſicuti his non intervenientibus, & nulla concurrente opera, ſed caſualiter in fundo alieno inventum, inter inventorem, & dominum fundi eſſe dividendum, præfata imperialia jura ſtatuerunt, Reg. Moles *d.§.18. num.13.* Reg. Tapia *verſ. tertius ca-*

Digitized by Google

casus est, & *vers. quartus casus est*, Larath. *ubi supra*, Covaruv. *d. num.* 2. Sixtin. *à nu.* 22. 26. 27. 28. Castill. *loco cit. n.* 108. Amaya *in d. l. unica, n.* 1. ubi multa cõcordantia jura laudat, & *nu.* 36. 37. Gomez *in allato loco, num.* 51. Ripolla *d. cap.* 16. *num.* 43. 49. & 51. Toletan. *loco cit.* Romaguera *ad Conciol. super statutis Eugubii, in d. rub.* 70. *n.* 6. Harpprecht. *ubi supr. nu.* 5. 6. Berlich. *d. conclus.* 66. *à nu.* 9. Struvius *loco cit. n.* 53. Benedict. Carpzou. *d. cõstit.* 53. *def.* 5. & *def.* 10. *n.* 3. 4. 5. Klock.

74 *d. cap.* 116. *nu.* 19. Sed si in loco publico, fiscali, aut universitatis, dividendum erit eodem modo, & forma inter inventorem, fiscũ, vel universitatẽ, respectivè, *ex juribus laudatis*, Reg. Tapia *ubi sup. vers. undecimus*, Capiblãc. *in d. loc. n.* 57. Ripoll. *d. cap.* 16. *nu.* 50. Berlich. *ubi sup. à nu.* 13. Gomez *in d. l.* 45. *n.* 52. Castill. *d. c.* 41. *n.* 110. Mastrill. *in all. loc. n.* 322. Besold. *in laud. loc. n.* 4. *vers. sic & dimidiũ thesauri.*

75 Qua apprehensione per inventorem facta in omnibus præmissis casibus de vetustiori pecunia, rebusque, de quibus propriè dicitur thesaurus; aut de recentioribus, quæ impropriè sub hoc comprehenduntur vocabulo, cùm potiùs depositio, quàm thesaurus appellari deberent, habita scientia domini, vel suorum hæredum, sicuti facile esse potest: quoniam semper in his depositis pro futura cautela, notula, & descriptio deponitur; prout etiam in veris thesauris de quibus, haud præstita, restitutaque per inventorem portione domino fundi, Fisco, Civitative, in casibus desuper præmissis, respectivè spectante, potest civiliter conveniri ad exhibenda depositа inventa, vel ad partem, ad quam teneretur, disjunctivè loquendo; quæ actio præparatoria est reivindicationi, *l.* 1. *in ff.* & *Cod. ad exhibendum*, quæ jure merito in de qua agitur actione competit tam in primo, quàm in secundo casu: nam in illo, domino verificato, de dominio conveniri potest: ex eo quia nunquam depositа dominium amittunt; in secundo verò ob apprehensionem, occupationenque ab inventore factam, conditione ex juribus prædictis orta, atque acquisita fuit actio, sive dominium ex jure jam acquisito domino fundi, Fisco, aut Civitati in mediate eis debita, & ab inventore iniustè detenta, Sixtin. *d. cap.* 21. *nu.* 67. meritò ad ejus exhibitionem, reivindicationis judicio conveniri potest, *l. in rem*, 23. *ff. de reivindic.* Gloss. *in d. l. unica*, C. *de thesaur. lib.* 10. *verb. partiatur*, & *in* §. *thesauros*, *Institut. de rerum divis.* & *acquir. ipsar. dom.* Sixtin. *d. cap.* 21. *nu.* 8. & *à num.* 68. Harpprecht. *in d.* §. *thesauros*, *n.* 41. 42.

76 Amaya *in d. l. unica*, *n.* 52. Atque etiam criminaliter ex furti actione, cùm inventori permissum minimè sit de thesauro, quod ad alium spectat, retinere, dum omne fit contra voluntatem domini, ad quem pertinet; itaque, cùm contra ejus voluntatem auferatur, adest furti requisitum, Amaya *ubi supra*, Romaguera *in laudato loco*, *n.* 7. 8.

77 Sed quid sit de his, & aliis, quò ad thesaurorum acquisitionem? scilicet de inventis in fundis emphiteusis? Tapia *ubi supra*, *vers. quintus casus*, Larath. *loco alleg. num.* 4. 5. Amaya *in d. l. unica*, *n.* 24. Sixtin. *cit. c.* 21. *n.* 48. Harpprecht. *in d.* §. *thesauros*, *nu.* 21. Bachov. *in eod.* §. *thesauros*, *nu.* 5. Klock. *in eod. cap.* 116. *nu.* 17. & 18. Reg. Moles *d.* §. 18. ubi contra dominum directum, & Fiscum decisum refert, *in num.* 4. 5. & in re dotali, an in mariti, vel uxoris, cedat beneficium? Reg. Tapia *vers. octavus casus*, Larath. *d. loc. num.* 7. *Sixtin. nu.* 49. Klock. *nu.* 20. Georg. Adamus Struvius *syntagm. jur. civil. exerc.* 30. *lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 13. *vers. hic si thesaurus*, *tom.* 2. Vsufructuario scilicet, an verò proprietario? Reg. Tapia *vers. septimus* Amaya *in loc. laud. à n.* 22. Harpprecht. *n.* 16. & 23. Sixtin. *n.* 50. Georgius Adam. Struv. *ubi supra*, *exerc.* 12. *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 15. *vers. cæterum*, *tom.* 1. Benedict. Carpzou, *d. constitut.* 53. *def.* 6. Emptori, an fundi venditori? Amaya *n.* 29. Sixtin. *à num.* 43. Henricus Hahnius *ad Vuessembec. in parat. ad lib.* 17. *de contrah. empt. tit.* 1. *ad n.* 8. *verb. quæ terra*, *vers. thesaurum*, *to.* 1. Harpprecht. *n.* 10. Klock. *n.* 14. 15. *in allatis locis*, Georg. Adam. Struv. *ubi supr. exerc.* 23. *lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 103. *vers. non verò*, Conciol. *d. rub.* 70. *nu.* 5. & quid si non sit thesaurus? Benedict. Carpzou. *d. def.* 10. *per totam*; Creditoribus, an domino fundi debitori? Reg. Tapia *vers. nonus casus*, Larath. *d. n.* 7. Sixtin. *ubi supra nu.* 55.

Ve-

Digitized by Google

78 Verùm enim verò haud diſputandum dejudicamus de omnibus,& cæteris,quę occurrere poſſunt, quamquam indubitata ſit, & apud omnes pro communi habita ſententia, quod ſi omnibus illicitis modis,atque artibus ceſſantibus, omnique hominis induſtria deficiente, inveniantur theſauri, Altiſſimi,fortunæque dona eſſent cenſendi,inventori elargita ex Divini beneficii provenientia, *d.l.unica*,ibi: *& invẽto uti liberam tribuimus facultatem, ne ulteriùs Dei beneficium invidioſa calumnia perſequatur, & d.l.ſi is,qui*,63.§.*ſi communis*, ibi: *Quia, & theſaurus donum fortunę creditur*; Andr. de Iſernia *in c. unico,quæ ſint regalia,n.*94.*in princ.* ubi Gloſſ. *litt.C. & D.* Barboſa *ſolut.matrim.in l. divortio*,8. §.*ſi fundum, nu.*41.Molina *de Hiſpan.primogen.lib.*1.*cap.*23.*nu.*5. Larrea *dec.Granat.* 44.*nu.*36.*tom.*1.Pacius *in d.*§.*theſauros*, Struvius *loco cit.exerc.*41.*lib.*41.*tit.*1.*nu.* 53.*tom.*2.Sixtin.*in d.cap.*21. *nu.*5. Amaya *in d.l.unica, nu.*7. Gomez *in d. n.* 51. Harpprecht.*in d.*§.*theſauros,n.*28.Klock. *d.cap.* 116. *nu.*6. ubi Pellerus *ad num.* 7.

79 nam indifferenter ad Regium Fiſcum ſpectant,uti de regalibus, juxta Friderici Imperatoris declarationem *in cap.unico, quę ſint regalia*, Larath. *d.theatr. feud. p.*11.*d.dilucidat.*69.Severin. *ad Reg. Sãfel.d.dec.*394.*verſ.theſauri ſunt*, Cabed. *dec.Luſit.* 56. *p.*2. cum aliis, relatis ab Amaya *in d.l.unican.*51.*in fin.*Io:Solorzan.*de Indiar.jure lib.*5.*cap.*1.*n.*36.*to.*2. Bachou.*ſup.Inſtitut.in d.*§.*theſaurus*,*n.*4. Caſtill.*in laud.cap.*41.*nu.*104. Larrea *d. dec.*44.*nu.*37.Maſtrill.*d.cap.*10.*nu.*316.

80 ac in toto terrarum Orbe inductam eſſe conſuetudinem, nulla diſtinctione facta, ſi in proprio, aut alieno fundo; caſu,aut data opera, inveniantur, non niſi ad Regem competere, & proinde ſuo regali patrimonio applicandos, Reg.de Ponte *de poteſt.Proreg. tit.* 10. *de diverſ. proviſ.in verb.de theſauris,nu.*3. Taſſon. *de antef.verſ.*5.*obſerv.*3.*nu.*28. Sever.*in loco cit.verſ.de jure Regni*,Covarr.*in d.*§. 2.*nu.*4.Pichard.*nu.*2. Cevall. *comm. contra comm. d.quæſt.*514.*verſ.hodie autem*, Caſtill.Sottomajor *d.cap.* 41. *num.* 114. Barboſ.*in loc.prealleg.nu.* 49. Amaya *in d.l.unica,nu.*51.Larrea *d. dec.*44. *nu.*37. Garſ.Toletan.*in d.l.unica,n.*7.*in fin.*Cõciol.*d.rub.*70.*n.*4.Struv.*d. exerc.* 41. *lib.* 41.*tit.*1.*n.*54.*to.*2. Berlich.*d. concluſ.*66.

81 *num.*18.Klock.*in laud.loc. nu.* 10. cujus vi, legis vim habentis, jure licito Reges, theſauros perhabere in totum poſſunt, in quolibet ſint inventi loco, inventoribus excluſis, niſi per prius convenerint de aliquid lucrando: quoniam lege permittente, Reges validè prohibere valent, ne particularibus acquirantur, quæ ſub nullius bonis, ac poſſeſſione ſunt; quapropter, attenta hac prohibitione, inventores, etſi occupent, & apprehendant, etiam cum mutatione de loco ad locum,eis non acquiruntur:quia non sũt nullius, cùm ex lege diſponente, prohibente,ac declarante cui debeãtur,certus dominus præfigatur; unde ſi ab aliquo auferuntur,furtum committitur,Covarr. *in laud loc. nu.*4. approbatus communiter ab omnibus ob validiſſimas rationes adductas, Reg. Tapia *in loc. infra laudand.*Taſſon.*in alleg.loco,nu.*27. Guttierez *practic.quæſt.*36.*nu.*56. *lib.*4. Caſtill. *d.cap.*41.*nu.*114.Barb.*ſolut.matrim.in d.l.divortio*,8.§.*ſi ſecundum,à n.*48. Molina *in* 2.*p.ſumma,tract.* 12. *tit. de contract.cap.*3.*nu.*71.72.Maſtrill. *d. cap.* 10. *nu.*316. *prope finem*, nam,ſi attenderetur jus commune Romanorum in prænarratis legibus, hoc nequaquam ſub tali diſpoſitione invenitur, ſed ſub contraria, attenta formali acquiſitione deſuper in caſibus reſpectivè diſpoſitis, á quibus non videtur diſcedere Cæſarea conſtitutio *in d.cap.unico,quæ ſint regalia:* quia ſuis conſideratis verbis, non ita in genere ſub regalibus declarat eſſe theſauros; ſed id, quod ex his Imperiali Cameræ ſpectat, ſcilicet quod à jure Romano erat diſpoſitum, ibi: *Et dimidium theſauri in loco Cæſaris inventi non data opera, vel loco religioſo; ſi data opera totũ ad eum pertineat*;quæ diſpoſitio, etſi appareat alterata fuiſſe in hoc Regno per Regem Gulielmum I. ſub Mali appellatione ſiſtentem *in d. conſtitut. debanæ*, & Carolum I.*in cap.prędicti magiſtri*,vigore quorum, integri ad Regiam Curiam applicabantur; quod cùm viſum fuit tẽpore religioſiſſimi Regis Caroli II. eſſe nedum contra naturale jus, atque æqui-

ta-

tatem, omniunque legum disposítiones, auferre á subditis donum à fortuna eis elargitum, expresè mandavit esse observandum, quod in jure (ut ex præmissis) erat expressum, prout in *cap. quia non decet*, 160. sicuti etiam *in capitulo Papæ Honorii*, quod incipit *circa personas*, omnia reducendo, ut à jure communi reperiebantur dispósita, Andr. de Isernia *in d. cap. unico, quæ sũt regalia, in verb. & bona committentium, n.* 94. ubi Gloss. *litt. V.* Afflict. *in d. constitut. dohanæ, num.* 1. Reg. Tapia *in jure Regni, sub rubr.* 8. *de thesauris, ad d. cap. quia non decet, in princ. lib. 6. pag. mihi* 80. ita quod cùm enarratæ antedictæ leges generales hujus Regni, per præfata posteriora capitula erant correctæ, jure communi attento; cùm casus contigisset, Regia Camera decrevit referente Reg. Moles *in suis decisionibus in allato* §. 18. *n.* 4. 5. & subsținent Afflict. *in constit. dohanæ secreti, nu.* 1. Reg. Tapia *in jure Regni, lib.* 2. *in tit. de offic. Proc. Cæsar. in eademmet constit. dohanæ secreti, fol. mihi* 179. *& lib.* 6. *tit.* 8. *de thesauris, in d. cap. quia non decet, fol. mihi* 80. vigore dictæ generalis cõsuetudinis in quocũq; loco, quovis modo licito, aut illicito inveniantur, ad Regem spectare, & applicari debere; & hoc utitur jure.

82 Sed quid si thesaurus in loco religioso, vel sacro sit inventus? Magna cum ratione DD. inter se dissentiunt, ob dissentientes jurium disposítiones, quæ prima facie videntur dispares esse, prout per illud ff. ff. jus, ex Callistrati disposítione, & Marci Aurelii, & Ælii Veri, Divorum fratrum sententia attenta, *in l. non intelligitur, 3.* §. *si in locis, penul. ff. de jure fisci*, statuente bipartiẽdum esse inter fiscum, cui applicantur omnia, quæ uti bona vacantia habentur, reputanturque, & inventorem; quapropter portio illa ad dominum fundi spectans, uti vacans ratione religiositatis, non nisi ad Regium Fiscum pertinere; per aliud verò novissimũ Iustineaneum, naturalem Hadrianeam æquitatem sequendo, *in d.* §. *thesauros*, in totum inventori tribuendum esse, uti captum, ac inventum non aliter in proprio, vel alieno, aut vacante loco, sive fũdo, sed nullius, §. *nullius, Institut. de rerum divis.* primo occupanti esse concedendũ, in qua posteriori disposítione denegari haud potest voluisse Imperatorem recedere à Divorũ fratrum placito, á Callistrato amplexo *in d.* §. *si in locis*, ut omnibus resolutis objectionibus, concludit Covarr. *in d.* §. 2. *num.* 3. Pichard. *loco cit. vers. sed contra*, Amaya *in d. l. unica, n.* 41. 42. 43. 44. Genuens. *pract. quæst.* 545. *n.* 2. Verùm, cùm religiosi, sacrique loci, atq; res, non ita largè accipiantur, sicuti antiquis dictarum legum temporibus à jurium conditoribus accipiebantur, ex quo non nisi per Summos Pontifices, & Episcopos in eorum diœcesibus, consecratione efficiebantur, non autem privatorum authoritate, uti ab eis sublata ex juribus, allegatis ab Amaya *d. loco n.* 45. & capaces sunt de bonorum possessione, dominio, & acquisitione, *l. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles.* itaquod de quo sub suis locis possident, dominium habent; iniquum inde foret, pejoris conditionis, quám privati domini esse; quapropter medietas, quam ad fundi dominum cõpetere jura statuerunt, ex introducta hac consuetudine, una cum alia, ad inventorem pertinente, ad Fiscum Regium transfusa, Ecclesiæ, Dominæ loci spectet, modo quod inter eam, & Fiscum dividitur, uti non ligata, neq; adstricta ad hanc observandam consuetudinem, Ecclesias nõ comprehendentem, etsi generaliter cum ea loquatur: nam includi non valet ex defectu jusdicentium, & ipsam inducentium, & determinatum in Collaterali Consilio, licèt effectus (ut in his rebus solitum est) evanuerit, refert Reg. de Ponte, perpensatis juribus, rationibusq; præmissis, *in tract. de potest. Proreg. in d. tit.* 10. *de divers. provis. in verb. de thesauris, à nu.* 4. *usque ad finem*, & subsținent Reg. Moles *in d.* §. 18. *à num.* 21. Reg. de Marin. *in calce arrest. R. C. per eum recoll.* 625. Thor. *ad Reg. de Ponte, in loco prælleg.* Capiblanc. *in d. pragm.* 8. *p.* 2. *nu.* 57. *in fine*, Genuens. *d. quæst.* 545. Prax. Papiens. *d. loco alleg. nu.* 12. Covarr. *d.* §. 2. *nu.* 3. *vers. sed apud nos*, Barbos. *ubi supra, nu.* 46. Ripolla *d. cap.* 16. *à num.* 53. Castill. Sottomajor *d. cap.* 41. *num.* 111. Amaya *in d. l. unica, à nu.* 45. Mastrill. *d. c.* 10. *n.* 327. Harpprecht. *in d.* §. *thesauros, nu.* 7. Sixtin. *d. cap.* 21. *nu.* 32. 38. Berlich. *d. concluf.*

Digitized by Google

*d.concluſ.66.à num.*14. Gaſpar Klock.*d. cap.*116.*à nu.*22.Beſold.*d.cap.9.n.*4.*in fine.* Verùm hæc medietas, Eccleſiæ cõpetens,non ejus Prælato,vel Rectori,ſed ipſi proprietariæ Eccleſiæ acquiritur, Genuenſ.*pract.queſt.* 394. Novar.*ſchol. in trib.libr.C.in d.l.unica,de theſaur.ante n.*1.attamen cùm hujus theſaurorum juris acquiſiti o inter regalia connumeretur, & Curia Eccleſiaſtica, ejuſque Camera Apoſtolica Fiſcum etiam habeat, *cap.ſi quis,*17.*queſt.*4.Ripoll. *de regalib. loc.laud.à nu.*55.ad ipsũ attinet;& colligitur ex deciſione relata per Reg.de Põte *d.loc.n.*10.quia nõ ſe cõcordarunt Regius Fiſcus, & Monaſteriũ Divæ Mariæ Mõtis Virginis, ubi ſupponebatur adeſſe Theſaurum; ſed Regius, & Eccleſiaſticus fiſcales.

83 Qui quidem inventores in multo debent eſſe cauti, ne illud fortunæ donum, magnum ſit infortunium, ob dãna, perſecutiones,& diſpendia, quæ eis obvenire certò certiùs poſſunt: nam ſi ex opera ſunt inveniendi, prævenire debẽt, & ſe cum Regio Fiſco convenire, etiam ante quàm fodere incipiant in ſuppoſito loco, ita ut non ſolùm de toto notitiam, & ſcientiam Regius Fiſcus, ejuſque Tribunal R.C.habeat; verùm etiam perſonam eligat ejus nomine interveniẽtem: quia ſic poſſunt aliquid quietè habere juxta concordias aliàs factas, *ſicuti in arreſt.general.*R.C.recoll. per Reg. de Marin.*625.& 644.* ſi verò fortuito reperiantur; illicò Regio Fiſco, Regiçque Cameræ tribunali omne totum, & quomodo invenerint,denuncient: nam,ſi occultaverint, & poſteá conveniantur ad reſtitutionem inventi theſauri, non ſolũ amittunt quod in donum à Regio Fiſco
84 perhabere poſſent, verùm etiam in pœnam, ad duplum adſtringuntur, attenta Calliſtrati determinatione *in d.l.non intelligitur*, 3.§. *deferre*, *ff. de jure fiſci*, Sixtin. *d.cap.* 21. *nu.*36. ſed hoc dejudicamus,ſi ſimpliciter,& civili modo cõtra ipſos ageretur:nam, ſi ultra hanc pœnam amiſſionis inventi cum duplo,cumularetur criminalis actio furti, ob retentionẽ, occultationenque rei, de qua jam ſcitur dominus, ut ad Regium Fiſcum ſpectãtis, & occultator, ſive animo lucrandi ſubripiens,furti crimen cõmittit,*ut ſupra in n.*69.75,76. notavimvs,& habetur *in l.falſus creditor*,43. §.*qui alienum*, *ff. de*
85 *furtis*; Furti inde pœna judici arbitraria puniendi, cohercendique veniunt, Bened.Carpzou.*prax. crim. p.* 2. *queſt.* 86.*ſicuti,& in def.for.Elector.p.*3.*conſtit.* 53.*def.*7.*num.*5.6.*tom.*1. Georg. Adam. Struv.*ſyntagm.jur.civil.d.exerc.*41.*num.* 54.*in princ.* & poſſunt judicantes extendere ultra relegationem, atque ad ma-
86 jorem dicti criminis verificationem, legitimis tamen concurrentibus indiciis, ad torturam devenire,inconveniens non eſt,Reg.Salernit.*deciſ.*57.*nu.*3.Reg. Tapia *in d. loco alleg. ad conſtitut. dohanæ*
87 *ſecreti*, & alii, mox laudandi; etianſi certa quantitas inventa ſit verificanda, de qua non poſſit ſtari juramento inventoris de perjurio ſuſpecti,Berlich. *d. concluſ.66.à num.*33. Carpzou.*d. queſt.*86. *à num.*21.,*& def.for.d.p.*3. *conſtitut.* 53. *def.*8. *nu.* 3.4. penes quos ita decreviſſe Senatus habetur, practicatunque in Regno colligitur:quia, cùm ita ex abrupto per Magiſtros Procuratores, ſive Portulanos contra inventores ad torturam
88 procedebatur, per Carolum I. Regem fuit mandatum, adverſus prædictos minimè procedi de facto ad eorum carcerationem, niſi priùs de inventione convicti fuerint, aut legitimè indiciati; at ad torturam haud procedi,ejus reſcripto non precedente, prout *in d. cap. prædicti magiſtri procuratores*, & non parva quidem cum ratione:cùm ut plurimum ſint cavillationes, quæ à malevolentibus, & dicentibus imponuntur ad finem defatigandi in bonis, & de perſona prætenſos delinquentes.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA VIGESIMAPRIMA

De Iure Tumuli.

RITVS I.

TIVs tumuli, quod eſt de antiquis, & veteribus juribus, conſiſtit in hoc, quia nullus exterus, vel ſtabularius in Civitate, ſeu Terra aliqua, poteſt menſurare merces, & victualia, niſi cum tumulo ferrato, ſeu ſignato merco Curiæ, ne in menſuratione per tumulum fraus aliqua fiat; pro qua ſignatione, ſeu ſigno in tumulo poſito, habet Curia pro quolibet tumulo grana decem, & pro medio tumulo ſic ſignato grana quinque.

RITVS II.

ISTud jus habet Secretus exigere, ſive ſit ad extaleum, ſive ad credentiam. Omnia hæc exiguntur ſecundùm morem; alia que venalia, ſicut panni, habent pro menſuratura aliud jus, de quo dicitur ſupra.* *In rubrica 8. de jure menſuraturæ.

RVBRICA XXI.

De Iure Tumuli.

SVMMARIVM.

Declaratio materiæ hujus rubricæ remiſſivè. nu. 1.

1 PRo clariori intelligentia hujus rubricæ, vide quæ dixi *ſupra in rub.* 8. *de jure menſuraturæ, à nu.* 2. *cum ſequentib.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

De hac materia relativè. num. 1.

UT Authoris veſtigia ſectemur, oportet nos etiã remittere ad *rubr.* 8. *de jure menſuraturæ*, tanto magis quod ibi per nos ſatis de hac materia actum eſt; igitur ne alibi dicta repetere videamur, illùc, amice lector, oculos cõverte, & præcisè *à n.* 16.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA VIGESIMASECUNDA

De Iure Piſcariæ,& Portus.

RITVS I.

HÆc jura ſunt vetera, quia redditus Portus, & Piſcariarum, in Terris habentibus Portus, & Piſcarias, nominantur inter publica jura.*

* ff.de verbor. ſignificat. l.inter publica.

RITVS II.

ILlud tamen, quod ſupra additum eſt per Fridericum Imperatorem,aut in piſcibus, qui devehuntur de loco ad locum,per mare,vel per terram; & tunc ſi pro paſſagio exigitur pro piſcibus, ſeu ſalmis piſcium tranſeũtibus, erit de jure paſſagii; aut in aliis mercibus ad portum aliquem delatis ad vendendum, eſt de novis ſtatutis, ſicut Bucciaria, quæ habet de veteri, & de novo. Quilibet portus habet in hoc ſuas leges, & certos mores in exigendo,& recipiendo : Hic Neapoli jus Piſcariæ dicitur ſexantinum, quaſi de ſexaginta piſcibus,vel ſexaginta denariis valoris piſcium, unus debeatur Curiæ. Continetur in dicto regeſto Imperatoris, quod Piſani conqueſti fuerunt ei,quod pro lignis, & vegetibus emptis per eos Neapoli,conſueverunt ſolvere ſexantinum tãtùm, & Officiales Neapoli cõpellunt eos ad decimum; mandavit Imperator, ut ſi eſt ita nõ compellantur ad decimum, dũmodo novis ſtatutis ſuis, & juribus Curiæ non obſiſtant. Sub hoc jure portus ſecundùm diverſa loca ſunt jura aliqua, certis nominibus deſignata, ſicut eſt conſuetum,& in vulgari denominatum, ut Neapoli Falanga,jus, quod debetur pro vaſſello trium,aut duarum gabiarum ultra ancoragium.

RVBRICA XXII.

De Iure Piſcariæ,& Portus.

SVMMARIVM.

Piſcationes de jure communi,communes ſunt.n.1.
Jus piſcandi per privatum acquiri poteſt per præſcriptionem.num.2.
Piſcatio prohiberi poteſt in fluminibus per Barones, & dominos.num.3.

1 INtellige ubi conſuevit habere jus piſcationum: quia de jure communi hæ ſunt communes in mari & fluminibus,*ff.de rer.diviſ.l.2.* 2 *& l.nemo*; poteſt etiam privatus præſcribere, ſi ſolus ſit piſcatus quadraginta annis,*ff.de diver.& temp.præſcript. l.ſi quis.*

Digitized by Google

3 Consueverunt domini terrarum habere certa loca in fluminibus, in quibus quis non potest piscari, nisi ipse dominus; hæc sunt secũdùm morem, ut dicit idem *Andr. ubi proximè.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Hominibus ab Omnipotente, à Mundi creatione, super omnibus animalibus potestas tributa fuit. n. 1.

Animalia, quæ sub nullius dominio sunt, primo occupanti conceduntur, & sub illius dominio transeunt. n. 2.

Homines libertatis usu super animalibus liberè existentibus privari haud possunt. nũ. 3.

Piscatio in mari, flumineque publico prohiberi haud potest. n. 4.

Injuriarum actione convenire valet privatus, vetans communem piscandi usum in mari, vel flumine publico. n. 5.

Piscatio prohiberi potest à privata in loco illo maris, vel fluminis in quo nactus est jus ex consuetudine, longevaque præscriptione, & immemorabili, solus piscandi. n. 6. 8. *secus possessione, præscriptioneque interrupta. n.* 7.

Injuriarum actio locum habet contra piscantem in loco à privato occupato. n. 9.

Furti actio haud locũ obtinet contra piscantem in loco à privato occupato, & quare? n. 10. 13.

Pisces in mare, vel flumine publico semper in libertate, & sub nullius existunt dominio, & si piscantur in loco ab aliquo præoccupato, piscatori acquirũtur. n. 11.

Piscatio, sive pistium captura, minimè sub prohibitione comprehenditur, sed tantùm accessio ad locum, privatum effectum. n. 12. *etiamsi à judice prohibitio sit facta ad privati instantiam. n.* 14.

Animalia capta in loco, cujus ingressus vetatur, capienti acquiruntur. n. 15.

Bona hostium supra mare capta ab inimico, capientis fiunt. n. 16: *sed quæ concurrere debeant? n.* 17.

Bona hostium capta in mare communis amici, nequaquam capientium fiunt. n. 18. 21. 23. 24.

Rex, & vel Princeps defendere debet facere immunes, qui sub sua reperiantur jurisdictione, etiam per transitum, quousque tamen sunt in territorio, mare, & aut littore sua jurisdictionis. num. 19. 20.

Animalia, in aliquo circunclusa loco, ab illo auferri nequeunt, etiam causa venandi, quia sub particulari, non autem nullius dominio sunt. nu. 22.

Piscationis redditus, non autem piscatio ipsa, inter regalia connumeratur. nu. 25. *& de quibus loquantur Ritus hujus Rubricæ? num.* 26.

Venatio quarè à Principibus prohiberi queat? num. 27.

Venationis jus regale est. n. 28.

Barones an, & quando prohibere possint venationes, & quomodo hoc jus acquirere valeant? num. 29.

1 MOrtalibus ab ipsorum, totiusque Orbis creatione, ab Omnipotente, potestas, atque dominium super omnibus animalibus, nedum terrestribus, verũ etiam maritimis, & volatilibus, nemine excepto, nec aliqua separatione facta de in dignitate constitutis, vel superiores recognoscentibus, aut non, sed omnibus in genere tributa fuit, sicuti habetur in sacris paginis *in Genesi cap.* 1. *vers.* 26. ibi: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis universæq; terræ, omnique reptili, quod movetur in terra*; & in *vers.* 28. ibi: *Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animantibus, quæ moventur super terram*; & Ecclesiastic. *cap.* 17. *à vers.* 1. *usq; ad* 4., & repetitum fuit post diluviũ *in eadem Genesi cap.* 9. *vers.* 2. ibi: *Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum universis, quæ moventur super terram: omnes pisces maris manui vestræ*
2 *traditi sunt*. Quo Divino jure attento, illud Gẽtium advenit, quod omnia prædicta, & similia, communia essent, si sub nullius particulari dominio existerent, primò occupanti acquirerẽtur, & de suo ef-

Digitized by Google

efficeretur dominio, à dicta cõmunitate ſeparata, & illius facta, in cujus poteſtatẽ pervenirent, ex eorũ ſequuta apprehenſione, & occupatione, *l.* 1. §. *omnia*, *l. quod in littore*, 14. *ff. de acquir. rer. domin. l.* 1. §. *dominiumque*, *ff. de acquir. poſſeſſ. l. quædam*, 2. *l. nemo igitur*, 4. *l. riparum*, 5. §. *in mari*, *ff. de rer. diviſ.* Valentia *illuſtr. jur. tract. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 28. Carpzou. & alii, mox laudandi; quapropter
3 nullo jure hujus libertatis publicus, & communis uſus vitari hominibus poteſt,
4 nec in mari, publicoque flumine piſcatio prohiberi, per ea, quæ habentur *in laudatis juribus, & in* § *flumina*, *Inſtitut. de rer. diviſ. h. injuriarum*, 13. §. *ſi quem*, *ff. de injuriis*, *l. venditor*, 14. *ff. commun. prædior. l. Prætor ait*, 2. §. *adverſus eum*, & §. *ſi quis in mari*, *ff. ne quid in loco publico*, Gloſſ. *in l. Divus Pius*, 16. *ff. de ſervitut. ruſtic. præd. cap. jus naturale*, 7. *diſtinct.* 1. de Nigris *in cap. Regn. gravamina*, 23. *nu.* 115. Capiblanc. *de Baronib. in prag.* 14. *nu.* 41. *tom.* 1. & *cap.* 87. *nu.* 1. *to.* 2. Amaya *ſuper Cod. in l. unica*, *de venatione ferarum*, *nu.* 39. *in medio*, *poſt l.* 6. *de excuſat. muner. lib.* 10. Guid. Papa *dec.* 514. ubi Ferrerius, Sixtin. *de regalibus*, *lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 11. Berlich. *practic. concluſ.* 51. *nu.* 2. *p.* 5. Benedict. Carpzou. *prax. crim. p.* 2. *quæſt.* 84. *num.* 2. & 80. Georg. Adam. Struv. *ſyntag. jur. civil. exerc.* 41. *num.* 14. *tom.* 2. Gaſpar Klock.
5 *de erario lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 72. ita quod adverſus privatum prohibentem, licito jure agi poſſe iniuriarum actione, non ſemel determinavit Vlpian. *in d. l. prætor ait*, 2. §. *ſi quis in mari*, & *in l. injuriarum*, 13. §. *ſi quis me prohibeat*, *ff. de injuriis*, Berlich. Sixtin. Carpzou. & alii *ubi ſupra*, Harpprecht. *ſuper Inſtitut. in* §. *flumina*, *num.* 4. *de rer. diviſ. & acquir. ear. dom.*
6 miſi prohibens jus haberet acquiſitum, nactuſve eſſet ex conſuetudine, ſive longæva, ac immemorabili præſcriptione, ſufficienti ad obtinenda etiam quæ de jure naturæ, atque gentium communia ſunt: cùm propter eam, pro juſtè occupatis, acquiſitiſque habeantur, & ipſi uti primò occupanti, & apprehenſori ceſſa; ſi in dicta maris parte, vel publici fluminis divertículo, pro dicto tempore, non alius miſi ipſe, & ab eo cauſam habentes piſcati eſſent, abſque ulla derelictione, itaut dici poſſet in priſtinam fuiſſe libertatem, communitatemque reverſa, ut ab aliis, nedum piſcandi uſus exerceri poſſet, verum etiam, & occupari, attenta Marciani deciſione *in l. ſi quiſquam*, 7. *ff. de diverſ. tempor. præſcript.* ita quod mare, vel flumen illud, quo ad illam partem privatum factum eſt, *l. ſanè*, *ſi maris*, 4. *ff. de iniuriis*, ubi Gloſſ. *in verb. pertineat*, quæ ad explanationem illius dictionis *pertineat*, inquit: *per privilegium*, *aut per longam conſuetudinem*, de Nigris *ubi ſupra* Covarruv. *in relect. in cap. peccatum*, *p.* 2. §. 8. *nu.* 10. Cepolla *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 42. *ante nu.* 4. *verſ. ſexto*, Avendan. *de exequend. mand. cap.* 12. *nu.* 11. *verſ. quarta concluſio*, Sixtin. *de regalib. d. cap.* 18. *à num.* 16. Pichard. *ſuper Inſtitut. in* §. *flumina*, *de rer. diviſ. & acquir. ear. dom. nu.* 1. & 13. Solorzan. *de Indiar. jure lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 62. & *nu.* 67. *verſ. quam interpretationem*, *tom.* 1. Amaya *ſuper Cod. in loc. alleg. à num.* 57. & *num.* 63. Harpprecht. *ubi ſupra*, *nu.* 5. *prope finem*, Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 2. *n.* 13. cui cõcluſioni minimè obſtat Papiniani determinatio *in l. fin. ff. de uſucap.* quæ dignoſcitur ex diametro contraria laudatæ Marcianæ: quoniam
7 expreſsè determinat, haud concedendam eſſe in præmiſſis præſcriptionem: ex quo nõ ita abſolutè intelligẽdus eſt Papinianus, ſed in caſu, de quo loquitur, & juxta tenorem d. legis; colligiturque caſuum diverſitas: quia ibi acquiſitum jus ex longa, & inveterata poſſeſſione, ejuſque piſcandi exercitium per occupationem illius partis maris, fluminiſque diverticuli, ex poſt facto quis amiſit, dereliquitque per non uſum, ob piſcationis intermiſſionem, cùm deſiiſſet in eo piſcari, ac dictum ſolitum jus, exercitiumque exercere; quapropter locus ille, qui priùs effectus erat privatus, ad priſtinam libertatem, ac communitatem rediit, in primævam relicendo cauſam; & cùm effectus ſit publicus, omnes illo uti, frui, ac jure optimo occupare poſſunt, juxta ipſiuſmet Papiniani reſponſum *in d. l. fin. in* §. *quod ita præcedit*; & atteſtationem ejuſdem

Mar-

Marciani *in l. in tantum, 6. ff. de rer. divis.* & Neratii *in l. quod in littore, per totam,*
8 *ff. de acquir. rer. dom.* Et Marcianus *in laudata l. si quisquam, 7.* loquutus fuit in casu illo, quo per possidentem, & præscribentem, nunquam prętermissus fuit usus, & piscandi juris exercitium, nulla concurrente interruptione, vel derelictione, ita quod semper locus occupatus extiterit, Sixtin. *de regalib. in d. cap. 18. à nu. 18.* Fachin. *controv. jur. lib. 11. cap. 1.* Pichard. *ubi supra, num. 3.* Solorzan. *in laud. loco, num. 65. 66. 67.* Amaya *in d. alleg. loco, à num. 58. usque ad 62.* quapropter ne alius ad piscandum in dicto loco accedat, prohibere valet, immo adversus prædictum, quatenus in di-
9 cto privato loco piscatus esset, actio injuriarum domino illius loci competit, *d. l. injuriarum, 13. §. si quem,* Gloss. *in l. Divus Pius, 16. ff. de servit. rustic. præd.*
10 *verb. Divus Pius aucupibus, in fine;* non autem furti actio; ex eo quia illud, quod est prohibitum, nō aliud est, nisi accessio, vel ingressio, actusq; piscationis in dicto
11 loco, jam effecto privato; nō aliter pisces extracti ex piscatione DD. *mox laudādi* quia nō sūt sub dominio privati prohibē-tis; proindè minimè dici posset rei alienæ fraudolosa contractatio, sive apprehensio, domino invito, quoniam in mari semper persistunt, manent, ac gaudēt eo-
12 rum naturali libertate; taliter quod eorum captura, ejusque actus comprehendi nequit sub prohibitione, quæ haud fieri potest in his rebus publicis, communibus, & sub nullius dominio, atque possessione existentibus, sub qua haud venirent, etsi existētes in dicta parte maris, vel fluminis à prohibente possessa, quæ tantùm sub prohibitione cōprehē-
13 ditur, *ut sup. nu. 10.* meritò in eis minimè dari potest furtum, dū nullius sunt, & ipsius capientis fiunt: cùm indubitatum in jure sit, privati prohibitionem non esse validam ad impediendam dominii translationem, & acquisitionem, *l. si ita quis, 135. §. ea lege, ff. de verb. obligat. l. ea lege, 3. Cod. de condit. ob causam,* Bart. *in l. absente, 10. ff. de donat.* Cepolla *de servit. rustic. præd. cap. 21. nu. 2. vers. sed dicit,* Vuessembec. *in paratit. ff. de acquir. rer. dom. num. 7. prope finem, vers. &*

sanè, cùm feræ; itaque ad ipsorum restitutionē quis nō tenentur, *l. quod enim, 3. §. planè, & l. naturalem, 5. §. illud quæsitum, ff. de acquir. rer. dom. l. possideri, 3. §. item feras, ff. de acquir. vel amitt. possess.* Gloss. *in d. §. planè, in verb. prohiberi, & in §. apum, Institut. de rer. divis. in verb. prævideris,* Vivius *comm. opin. 1010. n. 2. 3.* Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. 11. de triremibus, nu. 18.* Reg. Constant. *in l. unica, Cod. de classicis lib. 11. n. 120.* Reg. Rovit. *in pragm. 1. de aucupibus, num. 6.* Reg. Cons. Rocc. *de officiis, rubr. 16. §. 2. à nu. 107. & à n. 113.* Roland. à Valle *cons. 9. à num. 19. usq; ad finem, lib. 2.* Covarr. *loc. cit. à num. 5.* Cassaneus *in alleg. rubr. 13. §. 7. num. 5.* Cepolla *de servit. rustic. præd. dicto cap. 21. num. 2.* Franc. Marc. *dec. Delphin. 529. num. 14. & 532. num. 3.* Berlich. *d. conclus. 51. à num. 5.* Carpz. *d. quæst. 84. à num. 27.* Pichard. & Bachov. *super Institut. lib. 2. de rer. divis. & acquir. ipsar. domin. in §. & quidem naturali jure, num. 4.* Henricus Hahnius *observat. ad Vuessembec. in parat. lib. 40. tit. 1. de acquir. rer. dom. in vers. piscari non item, tom. 2.* Ioan. Harpprecht. *super Institut. in §. feræ igitur, de rer. divis. à num. 18.*
14 *usque ad 45. inclusivè tom. 2.* etiam si ingressus, ad partis, sive possessoris instanstantiam, per judicē sit prohibitus: quia judex non potest impedire, quæ à lege permittuntur, & acquiri mandantur, adversus quam legalem permissionem judicis prohibitio non est impeditiva dominii acquisitionis: cùm sit in rebus sub nullius dominio existentibus, licèt ob contemptum incidatur in pœnā in mandato, aut lege præfixam, ut confusis contrariis, substinet Gratian. *discept. forens. cap. 139. tom. 1.* Reg. Constant. *ubi supra, num. 121. & 123.* Natta *cons. 375. nu. 6. vers. nam respondetur,* Covatr. *in loco alleg. num. 4.* Surd. *cons. 161. præcisè à nu. 6. vers. & non obstat,* de Luca *ad Gratian. d. cap. 139.* quibus non adversantur notata, & decisio relata per Capiblanc. *de Baronib. in allato cap. 87. à num. 15. vers. insuper,* quod fuerit confirmatum mandatum emanatum per Regiam Audientiam de non ingrediendo ad venandum; quod fieri potest, ne dum à fundi domino, ac possessore, verùm etiam à judice,

ad

Digitized by Google

15 ad partis petitionem; ſed non inde habetur, quod animalia capta in loco prohibito,nõ ſunt capienti acquiſita,& proindè domino fundi reſtituenda, cum hoc decidi haud poterat ob juris, & communis DD.ſententiæ reſiſtentiam.

16 Ex præmiſſis alia videtur quæſtio reſolvi, capientium ſcilicet fieri omnia, quamquam in mari communis regnantis amici capiantur, de capientium inimicis, ob juſtum bellum inter eos vertens, cujus hoſtilitatis exiſtẽtia,cũ eorũ bona ſub nullius dominio eſſe deſumantur, ſufficiens eſt ad acquirendum per capientes eorum dominia, ob æquiparationem, quam habent, quò ad ipſorum acquiſitionem cum omnibus ferè animalibus in eorum naturali libertate exiſtentibus, etſi in alieno, & invito fundi domino capiantur, qui ad ipſorum reſtitutionem agere minimè valet, licèt injuriarum actione, qua capientes inquirere poteſt, proviſus ſit á juribus ſupra laudatis,& à Iuſtiniano in §.*item ea,quæ,Inſtitut.de rer.diviſ.*& in propriis de quibus loquimur terminis,ſcripſerunt Reg. Conſtant. *in d.l.unica,à n.*119. Reg.de Ponte *in d. tit.*11.*de triremibus,à nu.*17. Reg.Lanar. *conſ.*84.Reg.Conſ.Rocc.*d.*§.2. *à n.* 105. *cum multis ſeqq.* Io: Marquardus *de mercatorum,& commerciorum jure,lib.* 1. *cap.*15.*n.*42.*tom.*1.

17 Attamen in de qua agitur quæſtione, in aliam inclinaremus ſententia, ut ſcilicet acquiri hoſtium bonorum dominiũ poſſit,duo principaliùs requiri, & conſideranda eſſe: Tempus nempe, in quo fit præda, & Locus,ubi prædatur.Tempus: quoniam non in alio tempore fieri poteſt niſi bello vigente, nil obſtante quod in alia parte, quàm in illa belli, captura

18 fiat. Locus,ubi predatur: qui aut debet eſſe proprius bellantis, vel hoſtium, aut non ſubjectorum communis amici juriſdictioni,& dominio,ubi hoſtes ſub quadam eſſent protectione, & ſecuritate, ex qua ab omni hoſtilitate removentur,per ea, quæ habentur in Pauli declaratione *in l.poſtliminium*,19. §.*poſtliminio*, ex illis verbis: *cum fines noſtros intraverit: ſicut ubi fines noſtros exceſſit, amittitur: ſed ſi in Civitatem ſociam amicamve, vel ad Regem ſocium,vel amicum venerit, ff.de captiv. & poſtlim. reverſ.* & deſumitur á pari ratione in Imperiali cõſtitutione *in l.præſẽti lege decernimus,final.Cod.de his, qui ad Eccleſ.confug.* DD.*infra laudandi*:

19 nam quouſque ſunt in mari,ejuſque littore communis amici, ſub ejus dicuntur eſſe juriſdictione,& protectione, Freccia *de ſubfeud.lib.*2.*de orig.Marchionum, &*

20 *quis dicatur Marchio,nu.*4.ut omne dãnum, quod eis inferri poteſt, auferatur, & eximatur, & ut cæteros ſubditos, & habitatores terrarum ſub ſuo dominio, & juriſdictione exiſtentes defendat, & in tuto reddat, ne dum pro bono publico, verùm etiam ad tuendum proprium jus, Regi ſpectans in ſignum ſupremæ poteſtatis,quod eſt tueri omnes, qui ſub ſe ſunt,& in ejus territorio,juriſdictione, & dominio reperiuntur, etianſi de alterius vaſallagio ſint, Cevall.*de cognit. per viam violent.ad gloſſ.*1. *num.*10. *& gloſſ.* 5.*à num.*21.Salgad.*de reg.protect. par.*1. *cap.*2. *num.* 32. *& de ſupplic. ad Sanctis. & retent.bullar.p.*1.*cap.*1.*nu.*72-79. *cum multis ſeqq.& cap.*13.*à num.*7. Io: Mar-

21 quardus *d.cap.* 15. *num.* 37. ex vi cujus ſecuritatis habentur,ac ſi forent ſub ejus ſalvo conducto,Creſpi á Valdaura *d. ob-*

22 *ſerv.*15.*num.* 236. *&* 239. cujus ope ſicuti animalia ſub nullius exiſtentia dominio, quouſque circuncluduntur in aliquo particulari loco;propter quod nõ ampliùs eſſent in eorum priſtina libertate, ſed ſub dominio circuncludentis, á quo auferri haud poſſunt eo invito, & ad eundem revertere debent, uti ad verum dominum,Capiblanc.*de Baron. in in pragm.*14.*n.*39.Covarr.*in d.*§.8. *n.*14.

23 eodem modo ob exiſtentiam ſub juriſdictione, & protectione maris dominantis,ac ſi forent circuncluſæ,marique vallatæ, minimè permiſſum eſt naves capi, ac deprædari à communibus amicis, licèt inter prædantem, & prædatum inimicitia, bellunque vertat,Soccin. *in l.*1. *ff.de acquir.poſſeſſ.* ampleſſus à Ripa *in eodem loco,num.*6.& Alciat.*n.*12. Angel. *in diſput.ſive ſua quæſtione incipiente, renovata guerra,verſ.circa prædicta*, quos ità eſſe intelligẽdos,tenuerũt.Reg.Lanar. *conſ.*84.*á num.*3.*&* 6. & explicato Marchione Corleti,D.Chriſtophor.Creſpi à Valdaura *d.obſerv.illuſtr.*15.*à num.*228. *uſq;*

Digitized by Google

usq; ad 242. Reg. Conf. Rocc. *de officiis, d. rubr.* 16. §. 2. *à num.* 99. *usq; ad* 131. Io: Marquardus *in laudat. cap.* 15. *num.* 29. *& 36. cum seqq.* cum quibus concurrit determinatio supremi Senatus Aragonensis, relat a per Gelsum Hugonem *in suo famigerato consilio* 65.

24 Quibus de rationibus jura Bartholomæi Castinelli Galli substinebamus adversus Raphaelem Calcagnum Ianuensem, qui tempore belli à Gallorũ Rege moti contra Ianuensem Rempublicam, dum ab Apulea Neapolim versus veniebat cum quodam navigo frumentis onerato, invenit prædictum Bartolomæum, in maribus Civitatis Messanæ, ejusque regionis, & propriè in principio Phari cum sua tartana, quam in insula Ischæ vino oneraverat, ipsanq; apprehendit, & suam asserebat factam esse tanquam hostilem; at quia præfatus Bartholomæus tempore capturæ dictæ tartanæ, fugam arripuit, Neapolim se contulit, & instetit domino Proregi pro restitutione tartanę, tanquam captæ in mari Hispanæ Monarchiæ, & sic communis amici prædantis, & prædati: & remisso per S. Excell. negotio Regio Collaterali Consilio, de ordine ejusdem supremi Tribunalis fuit dicta tartana sequestrata, & dictus Raphael relaxatus cum mandato; demunque commissa causa spectabili domino meo Regenti D. Lucæ de Iacca y Niño, utraque pars instabat pro consignatione tartanę sibi respective facienda sublato sequestro; & licèt pro parte prædantis asserebatur, prædationem non fuisse peractam in mari Hispanæ Monarchiæ; attamen ex fidibus per eundem productis, non tamen verificatis, ad quod nũquam ipse venire voluit, de justitia Bartholomæi indicabatur; quapropter ne cæptum iter impediretur, & ne vini mercatura deperderetur extimatis omnibus, & facto deposito de valore tartanæ cum omni vini quantitate, ordine dicti spectabilis Regentis fuit dicto Bartholomæo consignata; & cùm ex parte prædati instaretur pro termino ad verificandam loci capturam; contraria pars, aliqua modica quantitate accepta, á lite discessit, & depositum fuit depositanti restitutũ, prout penes magnificum Dominicum Mastellone, Regium a Mandatis Scribam.

25 Quapropter magna cum ratione inter regalia haud adnumeratur piscatio, aut ipsius piscationis jus, sicuti redditus ab ipsa piscatione dependens, itaquod taliter in regalium adnumeratione facta per Fridericum Imperatorem adscriptus fuit *in cap. unico, sub tit. quæ sint regalia*, ibi: *Piscationũ redditus*, & Cajũ I. C. *in l. inter publica*, 17. §. *publica vectigalia, in fine, ff. de verb. signif.* Marta *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 57. *nu.* 16. Bellon. *cons.* 14. *num.* 60. Regnerus Sixtin. *de regalibus, d. cap.* 18. *nu.* 8. 34. *&* 37. Gaspar Klock. *de arario lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 70. 71. 72. per quem multi laudantur, & Christophor. Peller. *in d. loc. nu.* 31. concordando præfata loca Gasparis e jus Authoris, nostrã amplexatur concludendo sententiam, ibi: *Hoc ipsum tamen assertum mox Klockius noster, ipsemet sibi contrarius, nu.* 72. *negat expressè, dicendo: jus verò piscationum regalibus non adnumeratur; Verùm contrarietas facilè conciliari poterit, si sic illa explicetur, quod in num.* 70. *Author noster per piscationem intellexerit piscationum redditus, qui per cap. unicum, quę sint regalia* 2. *feud.* 56. *ad exemplum aliorum reddituum regalibus minoribus, seu juribus fiscalibus annumerantur; in n.* 72. *verò de ipso jure piscandi, quod aliud planè à priori est, & rectè inter regalia haud refertur, sermonem instituerit; quæ correctio, & summariis horum numerorum pla-*

26 *nè conformis est*; & de hoc loquuntur *Ritus hujus rubricæ*: quoniam benè potest Rex, justa concurrente ratione, ac causa, aliquod jus in redditu imponere super piscatione facta venundandi causa, & solvendum tempore immissionis in locis ejus jurisdictionis, prout est gabella piscium, quæ non solvitur causa piscationis, sed pro piscibus, & quantitate, quæ immittitur, cum datii distinctione, quæ respicit piscium qualitatem, non autem piscationem.

27 Venationis, & aucupii exercitium, ususque, etsi videatur tanquam à naturali jure dependens, per Principis potestatem prohiberi non posse; quia tamen per præfatum naturale, ac gentium jus reperitur præceptum, quod vitari non pos-

sit,

Digitized by Google

ſit, ſed tantùm licita ipſa venatio declaratur,omnibuſque permiſſa, ſi modo nõ prætermittantur ejuſdemmet juris termini; quadere juſtis ex cauſis validè poteſt Princeps Superiorem non recognoſcens illam interdicere, juxta caſuum occurrentias, & qualitates, per eundem conſideratas; ideoque aliquando indifferenter prohibetur in totum, & omnibus, & aliquando quò ad certas perſonas,genus,inſtrumenta,vel animalia, aut ſingulares locorum partes prohibitio dirigitur; quibus attentis haud dici poteſt, à jure naturali recedi, ope facultatis in tali Principe reſidentis,de reducendo, ac transferendo,quæ communia,& ſub nullius ſunt dominio, in privatum, Gloſſ. *in cap.qui venatoribus*, 86. *diſtinct.* Præſid. de Franch.*dec.*158.*num.*1.Vivius *comm. d.opin.*1010.*nu.*8.*p.*3. Novar. *de gravaminibus vaſallor. gravam.*71.*n.*2.*tom.*1. Marta *d.caſ.*57.*nu.*10.*&* 11. Capiblanc. *de Baronib.in pragm.*14.*num.*36. *practicar.quæſt.cap.*87. *num.*2. Covarr. *in cap. peccatum,p.*2.*relect.*§.8.*num.*1.amplexus à Fachin. *contr.for.lib.*1. *cap.* 1. Bovad. *polytic.lib.*2.*cap.*16.*nu.*138.*tom.*1.Solorzan.*de Indiar.jure,lib.*3.*cap.*4. *num.* 69. *tom.*1. Amaya.*in d.l.unica,de venat. fetur.lib.*10.*à nu.*42.*cum multis ſeqq.*Cancer.*var. reſ. cap.* 2. *de juriſdict.omn.jud. num.*82.*p.*2.*tom.*1.Caſtill.Sottom. *contr. forenſ.cap.*41.*nu.*118. *tom.*7. Maſtrill. *de Magiſtrat.lib.*3.*cap.* 10.*à nu.*173. *tom.*1. Theſaur.*quæſt.for.*22.*num.*1.*lib.*2. Benedict.Carpzou.*prax.crim.p.*2. *queſt.* 84. *à nu.*12.*&* 18.*in reſp.jur. Electior.tit.*5.*de jur.& ſervit.reſp.*44.*à num.*10.*tom.*1.*& & def.for.p.*3.*conſtitut.*32.*def.* 17. *nu.* 4. *tom.* 2. Secus tamen eſt in Principibus ſuperiorem habentibus,ac recognoſcen-
28 tibus; meritò inter jura regalia adnumerari, docẽt communiter laudati DD. ac etiam Sixtin.*de Regalib. d.cap.* 18.*à num.*45. Amaya *ubi proximè, in fine*, Benedict.Carpzou *in d. quæſt.*84.*n.* 23.*dec. Ill.Saxon.* 109. *n.*10.11.*& dec.*287.*n.*1. *&* 2.*d.reſp.*44. *à num.* 13. *& in allata*
29 *def.*17.*nu.*6. Vnde à Baronibus minimè prohiberi poteſt, niſi ſpecialiter à Rege hoc illis conceſſum fuerit: cùm ſit de illis juribus, quæ particularem conceſſionem requirunt, Carpzou. *dec.illuſtr.Saxon. d. dec.* 109. aut ex præſcriptione acquiſitũ medio emanationis publicorum pœnalium proclamatum venationes prohibẽtium,ſi illi de univerſitatibus non opponunt,aut verbis, ab ipſorum publicatione appellando,ipſiſque non adhærendo, in petendo veniam venandi; aut factis, venationes exercendo, prohibitione publicata non obſtante, juxta cautelas, à DD. traditas,ne Dominus, ſive Baro in hac prohibendi quaſi poſſeſſione conſtituatur;demũque præſcribi ex lapſu temporis,ita quod hominis non ſit memoria in contrarium, ſi ex prædictis non interrumpitur,Gramm.*dec.*67.Anna *alleg.*59. de Nigris *ſuper cap. Regni gravamina*, 23.*num.*114.Præſ.de Franch.*d.dec.*158. Capiblanc.*in d.pragm.*14.*à nu.* 38. Reg. Rovit.*in d.pragm.*1.*de aucupibus, & venationibus,num.*4. ubi Laganarius *litt.B. verſ.quæri tantummodo poteſt*, Novar. *d. gravam.*71. de Mari ad Gramm. *d.dec.* 67.*nu.*10.de Luca ad Præſid. de Franch. *in d.dec.*158.Bovadill.*ubi ſupra*, Cancer. *in allato cap.*2.*à nu.*83.*uſque ad* 92. Caſtill.*d.nu.*118.Surd.*conſ.*445.*n.*14. *vol.*3. Roland.à Valle *d.conſ.*9.*à n.*13. Caſſan. *in conſuetud.Burgund.rubr.*13.§.7. *verſ. cautela etiam*,Maſtrillus *d.cap.*10.*n.*176. 177.Theſaurus *dicta quæſt.* 22. Sixtinus *dicto cap.*18.*nu.*55.Carpz.*reſp. juris Electior.d.reſp.*44.*n.*18.*& def.forenſ.p.*2.*conſtitut.*3.*defin.*25.*tom.*1.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA VIGESIMATERTIA

De Iure Baliſtarum.

RITVS I.

HOc jus novum eſt ,A,per Fridericum Imperatorem impoſitum , vaſſellis navigantibus ultra mare,ut ſi ſit de tribus gabiis,debeat portare in reditu Baliſtas tres Curiæ , unam de Turno,unam de leva,& aliã bonam ad unum pedem , ut valeant unciis quinque , & de hoc dantur fidejuſſores ; quas ſi in receſſu non defert,exigit Curia ab eis , aut à fidejuſſoribus, uncias auri quinque . Si ſit duarum gabiarum, Baliſtas duas; ſi unius gabiæ,Baliſtam unam; nõ debetur tamen , niſi à vaſſellis ad partes ultra mare euntibus, & ſic continetur in regeſto Imperatoris, quod eſt in Archivo de vaſſellis regnicolarum, ubi mandat,hoc obſervari,licèt ſubditi murmurent , per quod ſatis patet , quod ipſe impoſuit hoc.

,A, Jus hoc Baliſtæ non exigitur , licèt anno 1468. exigeretur , ut legitur *in proviſionibus Cameræ ſub die* 10. *Novembris* 1468. *in Curia*, 6. *fol.* 229.

RITVS II.

HOdie Magiſtri *Rationales* ſervant,quod ſi vaſſellum portat vegetes tricentas , & infra, ſolvat uncias tres;ſi verò portat à trecentis vegetibus ultra , ſolvat uncias quinque,pro juribus Baliſtarum ; & à centum vegetibus infra,unciam unam, & tarenos quindecim.

RVBRICA XXIII.

De Iure Baliſtarum.

SUMMARIUM.

*Regeſtum enarratum, non eſt neceſſe,quod exhibeatur,& producatur.n.*1.
*Jus baliſtarũ, malè exigitur à vaſſellis tam exterorum,quàm regnicularum,& quare? num.*2.*& quid eſſet obſervandum? n.*4.
*Ritus,& gabellæ non poſſunt extendi, ſed ſtrictè obſervãdę sũt,in caſibus,in quibus loquũtur.n.*3.
*Exactum à tempore immemorabili,quia præſcriptũ, tali præſcriptione privilegio æquiparatæ , deinceps obſervari debetur.n.*5.

1 DIc, quod hoc regeſtum non eſt neceſſe , quod exhibeatur , & producatur : quia hoc non ſtat conditionaliter, ſed cauſaliter, & videas ut dixi *in Rubrica 6.de*
2 *jure exituræ*; Et adverte quod hoc male ſervatur : quia à quibuſcunque vaſſellis exigitur , ſive extraneorum , ſive Regnicolarum, quod non
3 videtur benè factum:quia Ritus, & gabellæ nõ debent extendi, ſed in caſibus ſuis debent tantùm obſervari , ut in pluribus *Rubricis ſuprà* dixi, & maximè *de jure exiturę*, & quod habe-
4 tur in *proximæ ſuperiori Rubrica*, ubi de impoſitis per Fridericum, quæ non extenduntur ad alios caſus;& ſic, cùm ſit contra jus,& contra ſenſum *Ritus*,non valet,nec debet ab aliis vaſſellis extraneorum exigi ; Et, ſi dicatur , quod ſint uſi tantò tempore ; reſponde , quod tantò duriori ſunt peccato conſtricti , quantum diutius obſervaverunt: *cùm tantò ſint graviora peccą-*

Digitized by Google

cata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, ut dicitur *in cap. fin. de conſuetud.*

5 Verùm videtur contra id, quod *ſupra* dictum eſt, videlicet, quod ſi exactum eſt, à tempore, cujus non eſt memoria, videretur à jure eſſe conceſſum: cùm talis præſcriptio æquiparetur privilegio, & juri comuni, ut in *cap.* 1. *de præſcript. in* 6.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Referens cùm copulatur cum relato in quod convertitur cum omnibus ſuis qualitatibus, juxta idem exequitur, & ejus intelligitur diſpoſitio non fictè, ſed verè, & realiter. nu. 1.

Referens non probat, neque fidem facit, de relato non conſtito. n. 2. *& quare? n.* 3.

Referens, ſi quid certum, & explicitum contineat, etſi de relato non appareat, fidē, ac probationem facit. n. 4. *& quare? n.* 5.

Lex, ſtatutū, privilegium, vel conceſſio valida redditur, etſi non exhibeatur relatum, ſi ejus ſubſtantia in referente ipſo enarrata ſit, & quomodo? nu. 6.

Confeſſio de receepto facta per medium Banci, confitenti nocet. n. 7. *ſi de contrario non appareat, & quomodò hęc negativa probari poſſit, etianſi de credito dotali ageretur? num.* 8.

Referens an probet conſtito de relato, à quo diverſificatur? n. 9.

Depoſitio principalis ſuper poſitionibus fieri haud poteſt dubitativè, vel cum ambiguitate, ſed per verbum credo, *aut* non *affirmativè, vel negative. n.* 10.

Dèponens ut principalis valet ad aliquam ſcripturam ſe remittere, ſi de ea conſtaret in actis, vel expreſsè facta fuerit mentio in poſitionibus, vel à deponente producatur, & quare? num. 11. *ſecus ſi ſcriptura ſit nulla, & invalida. n.* 12.

Depoſitio principalis reiterari an poſſit, & principalis deponere debeat ſuper novis poſitionibus? n. 13.

Termini in cauſa dati, curſus ſuperſeditur pendente depoſitione facienda per partem ſuper poſitionibus præſentatis per aliam partem, & quare? nu. 14. *etianſi cauſa ſit ſummaria. n.* 15.

Termini curſus, etſi ſummariè ſit impartitus, impeditur per exceptionum dilatoriarum oppoſitionem, & ad ulteriora procedi nequit, niſi ipſis adimpletis. n. 16.

Exceptionibus dilatoriis adimpletis, termi-nus, etſi ſummariè datus, ut currere valeat, aliud requiritur decretū, quod currat ab hodie ſtantibus adimpletis. n. 17.

Cautio expenſarum inter exceptiones dilatorias adnumeratur. nu. 18. *& ad merita non poteſt reſervari, ſed in continenti adimpleri. n.* 20.

Exceptiones dilatoriæ taliter nuncupantur, quia dilatant curſum termini, & proceſſum ad ulteriora. nu. 19. *& ita deciſum. n.* 22.

Teſtium examen, ut validè fiat, etianſi in termino ſummario recipiendi, & examinandi ſunt, examinatoris requiſitoria requiritur ad alteram partem perquirendam ad videndum juramenta teſtium. n. 21 *deciſum. n.* 22.

1 REferēs licèt nihil certum in ſe contineat, quapropter futilis redderetur; quia tamen copulatur cum relato, quod in ipſo referente convertitur cū omnibus ſuis qualitatibus; certitudine induitur, ita ut exequi valeat juxta contenta in relato, ex quo vim recipit referens, & ipſius intelligitur diſpoſitio, & ſecundùm ejus naturam, & conditionē regulatur; & ſic non per fictionem relatum in referente eſt, ſed verè, propriè, ac naturaliter, *l. ait prætor*, 5. §. *ſi judex*, *l. in ſumma*, 59. *ff. de re judic. l. aſſe toto*, 77. *ff. de hæred. inſtit. l. inſtitutio talis*, 10. *ff. de condit. inſtitut. l. ſi ita ſcripſero*, 38. *ff. de condit. & demonſtr.* Argel. *de legitim. contrad. quæſt.* 10. *art.* 6. *num.* 87. Simon de Petris *de interpret. ultim. volunt. lib.* 2. *interpr.* 4. *dubit.* 2. *ſolut.* 2. *num.* 188. *&* 232. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1163. *num.* 102. *vol.* 3. Scaccia *de commerc. & camb.* §. 7. *gloſſ.* 13. *n.* 28. Conciol. *alleg.* 6. *n.* 33. *alleg.* 45. *num.* 34. *& alleg.* 66. *num.* 23. Cevall. *comm. contra comm. quæſt.* 905. *n.* 13. 14. *tom.* 4. Bovadil. *polyt. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 22. *verſ. porque*, *tom.* 1. Robles *de repræſent. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 33. *cap.* 26. *n.* 45. *verſ. unde, cùm verba illa*, Caſtill. Sottomajor *contr. jur. cap.* 16. *num.* 60. *tom.* 2. *& cap.* 43. *nu.* 12. *& à nu.* 18. *tom.* 4. Barboſ.

Digitized by Google

boſ. *tract. var. axiom. jur. uſufrequen.* 201. Cammarata *reſp. legal. 3. art. 2. n. 41. tom. 2.* Bellon. *conſ. 46. num. 1. & conſ. 76.*
2 *nu. 29.* ita quod, ſi de relato non conſtaret, referens nullam fidem, ac probationẽ faceret, attenta Iuſtineanea determinatione *in §. & hoc inſuper, Authent. ut ſponſalitia largitas*, ex qua deſumpta eſt *Auth. ſi quis in aliquo documento, Cod. de edendo*, Cenſal. *ad Peregrin. de fideicom. art. 16. ad nu. 111.* de Angelis *in prat. ſuper Cod. in d. auth. ſi quis in aliquo documento*, Covarr. *pract. quæſt. cap. 21. num. 2. verſ. quod ſi fiat, tom. 2.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 18. p. 2. num. 22. tom. 1.* Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. & retent. bullar. 2. p. cap. 26. num. 61. 62.* Pareja *de inſtrum. edit. tit. 4. reſol. unica, nu. 42. tom. 1. & tit. 7. reſol. 9. num. 2. tom. 2.*
3 Caſtill. Sottomajor *d. cap. 43. num. 24.* uti per ſe haud ſufficiens ad verificandum illud, quod per ſe non explicatur, nec in
4 ſe continetur; ſed, ſi quid certum, & explicitè contineat, licèt de eo ad relatum ſe referat, probationem, ac fidem faciat, nil obſtante, quod de relato nõ appareat:
5 nam juxta illud certum, in referente cõtentum, contrahentium, ac loquentium voluntas adfuiſſe deſumitur actũ perfectionandi; & per illud incertum, quod nõ invenitur, vitiari non permittitur: quoniã relatum potiùs colligitur ſtare, & in referente contentum cauſativè, nempe demonſtrativè per modum cauſæ, quàm reſtrictive, relativè, ac diſpoſitivè, ſive conditionaliter, Afflict. *dec. 273. num. 2.* Reg. Revert. *dec. 11. verſ. primus eſt*, ubi Reg. de Marin. *nu. 1. 2.* Reg. Conſ. Fabius de Anna *conſ. 51. num. 6. lib. 1.* Cenſal. *ad Peregr. loc. cit. verſ. & ad limitationem*, Antonin. de Amato *var. reſol. 42. nu. 12. 13. tom. 1.* Boer. *dec. 16. & dec. 281. num. 5.* Simon de Petris *loco cit. n. 239. 240.* Mattienſ. *in com. ad leg. Hiſp. in lib. 5. tit. 4. l. 2. gloſs. 9. à num. 11.* Caſanat. *conſ. 43. n. 90. 91.* Cancer. *var. reſ. cap. 3. à num. 218. p. 3. to. 2.* Fontanel. *d. clauſ. 4. gloſſ. 18. p. 2. num. 28. tom. 1.* Caſtill. *d. cap. 43. nu. 1. 30. 31. & cap. 5. à nu. 5. lib. 7.* Pareja *ubi ſup. reſol. 9. num. 20. 23. cum ſeqq. & num. 28.*
6 *tom. 2.* meritò valida redditur, atque robur habet lex, ſtatutum, privilegium, vel conceſſio, licèt non exhibeatur relatum, ſi ejus ſubſtantia enarrata ſit, inducens in referente certitudinem de quo, & ſuper quo diſponere intendit: quoniam habentes facultatem faciendi, ſive diſponendi, principaliter, & de per ſe diſponunt, & ab eis relatum non conditionaliter, & diſpoſitivè, ſed cauſaliter enarratum præſumitur, Gloſſ. *in cap. ſi Romanorum, diſtinct. 19. verb. deſunt, & in cap. Abbate, 25. verb. fiat fides, de verbor. ſignificat.* Goffred. noſter *hic num. 1.* Boerius *deciſ. 247. num. 3.* Gomez *ad ll. Thauri 1. num. 11.* ubi etiam Cervantes *nu. 33.* ibi: *cæterùm in ſecundo caſu, quando lex cauſaliter, alterius legis mentionẽ facit, tunc lex referens valida erit, & ligabit, licèt de lege relata, non apparuerit, dum tamen incerta non reddatur diſpoſitio legis referentis, ex eo quod lex relata non appareat*, Georg. de Cabedo *deciſ. Luſit. 95. num. 9. in fine, p. 2.* Cancer. *var. reſ. p. 3. cap. 3. de privileg. & reſcriptis, nu. 219. tom. 2.* Caſtill. Sottomajor *d. cap. 43. num. 32.* Pareja *de inſtrum. edit. d. reſol. 9.*
7 *num. 35.* quaderè confeſſio de pecuniæ receptione ſequuta per medium Banci ex certa enarrata cauſa, diſpoſitionem de per ſe inducente, cofitenti noceret: nã relatio illa non niſi cauſativè, ſive demonſtrativè ad tabulæ partitam cõfecta eſſe colligitur, ex quacõfeſſione creditor ſuã habet intentionẽ fundatã; etiam quia debitor dictæ ejus confeſſioni acquieſcere debet, attentis diſpoſitis per l. C. Vlpianum *in l. ſi ſic, 78. §. ſi mihi, ff. de leg. 1.* eò fortiùs, ſi lapſa ſint tẽpora, hanc non numeratæ pecuniæ exceptionem, actionenque proponendi, de Luca *ad Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 289. nu. 2. 3. tom. 2.* Antonin. de Amato *d. reſol. 42. nu. 10. 12. 13.* Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 3. à num. 225. tom. 2.* Fontanell. *de pact. nuptial. d. clauſ. 4. gloſſ. 18. p. 2. n. 25. cũ ſeqq.*
8 *tom. 2.* ſi de contrario non appareat; quapropter habeatur confeſſio illa pro confecta ſub errore, aut ſpe futuræ numerationis, non aduc perfectionatæ; ob cujus adimplementum non ſequutum ex creditoris parte, confeſſio redditur nulla, & nulla per conſequẽs obligatio, quæ confecta fuit correſpectivè ad cauſam in dicta confeſſione contentam, ſi modo per officialem Banci atteſtetur, minimè ap-

pa-

Digitized by Google

parere in eorum libris de hac ſolutionis partita, ut verificari per debitorem negativa poſſit, *l. ſi litterarum, 23. Cod. de ſolut. & liber.* Camill. Larath. *conſ. 38. nu. 1. 2. 3. & 4.* Reg. Capyc. Latr. *conſult. for. 150. à num. 9. tom. 2.* Scoppa *ad Gratian. dec. 224. num. 23.* de Luca *in allato loco num. 3. verſ. inde fit,* Petr. Gregor. *de cenſib. quæſt. 9. num. 5. 6.* ibi: *ſecundò infero, quod non ſufficit etiam allegare ſolutionẽ cenſus factam per bancum talis bancherii, ſi in banco talis partita, ſeu ſolutio, non reperiatur; non obſtante quod in contractu ſit clauſula renunciationis non numeratæ pecuniæ: quia talis ſolutio dicitur confeſſata per relationem ad alium, ſub tacita conditione, ſi talis ſolutio in banco reperiatur,* ubi Maſtrill. *in cap. 5. nu.* 180. ibi: *Tu dicas, quod aut in inſtrumento venditor cõfitetur pretium habuiſſe per Bancũ, vel per aliud inſtrumentum, & tunc precedunt deciſiones præallegatæ, ſecundùm quas ego judicavi pro Barone Careni contra D. Angelam del Boſco in anno 1598. quia de relato debet conſtare; & ideo, ex quo pretium ibi erat confeſſatum per Bãcum, & non conſtabat de ſolutione facta in Banco; judicavi, quod oppoſitiones ſtarent,* Amatus *d. reſol. 42. num. 4. verſ. ubi quod ſolutio, nu. 9. &* 18. Muta *deciſ. Sicil. 67. nu. 19.* ibi: *opponebatur, & tertiò, quod non fuerat ſolutum, dum non demonſtrabatur partita Bãci, per quem aſſerebatur, quod erat facta ſolutio, vel per tabulam, ſi v. g. non reperiatur,* Fõtanella *d. laudato loco à num. 21. & num. 28. prope finem, verſ. vera eſt igitur, & clauſ. 14. gloſs. unica, p. 1. à num. 16. & nu. 22.* ibi: *quod practicatur in his, eſt, quod vix in Senatu admittuntur iſtæ confeſſiones relativæ ad aliquam partitam tabulæ, niſi illa ſimul oſtendatur; quod vidimus in infinitis caſibus practicatum.* Et ſequitur *num. 24. & in omni caſu, quo creditor non docet de partita tabulæ, vel Banci, licitum eſt debitori probare pecuniam non receptam, quod præſtabit habita certificatoria ex libris, quod inibi non eſt talis partita; & ſic ſecurus manebit debitor, & eſt iſte bonus modus tollendi difficultates,* Cancer. *d. cap. 3. nu. 226. verſ. & ſic conſului,* ibi: *& ſic conſului, quod, ſi quis confeſſus ſit recepiſſe centum per tabulam, vel Bancum, quod creditor ex illa confeſſione habet ſuam intentionem fundatam; eſſe tamen verum, quod ſi confitens doceret, in dicta tabula, ſive banco, per relationem adminiſtratorum, aut aliàs, dictam partitam non eſſe in libris dictæ tabulæ, aut banci, de dicta confeſſione nullam eſſe habendam rationem,* Bellon. *conſ. 92. præciſè in num. 14. verſ. ſecundò de vera,* Mangil. *de eviction. quæſt. 84. num. 17. 18. 19.* Scaccia *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 1. num. 233.* ibi: *Cujus vigore vera ſolutio poſtea ſequitur,* Cenc. *de cenſib. quæſt. 50. aliàs p. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 7. nu. 19. verſ. debet tamen,* Duardus *de cenſibus, §. 2. quæſt. 1. num. 48. tom. 1.* Leotardus *de uſuris, quæſt. 59. num. 40.* de Graſſis *de exception. except. 13. nu. 23.* Cravett. *conſ. 157. num. 16. ad finem,* etianſi de dotis confeſſione ageretur, Fontanell. *d. clauſ. 14. à d. num. 16.*

9 Si verò relatum appareret, attamen adeſſet inter relatum ipſum, & referentem diſcrimen aliquod, ſive diverſificatio, ita quod plus foret in referente dictum, quàm in relato contentum, ex eo quia relatum ex dictis *ſupra nu.* 1. cum omnibus ſuis qualitatibus ex vi relativæ intelligitur eſſe in referente; conſtito de eo, ad ipſius terminos reſtringitur, & modificatur, licèt in referente certa, & determinata enarrata ſint: quoniam illud plus, vel minus differens à relato, non diſpoſitivè, ſed ex errore enarratum eſſe intelligitur, & ad relatum facta relatio; niſi conſtaret expreſsè, aliter diſponentẽ, diſponere intellexiſſe, quàm in relato continebatur; aut ad relatum referens diſpoſitio relata, ampliandi, non autem reſtringendi cauſa, quouſque illa referẽs gratioſa ſit, Peregr. *de fideicomm. art.* 16. *num.* 111. *verſ. tertius caſus eſt,* ubi Cenſal. *verſ. ſecundò obſervo,* Marta *de clauſ. p. 2. clauſ. 52. num. 2.* de Luca *ad Gratian. d. cap. 289. num. 4. verſ. referens, & nu. 5.* Antonin. de Amato *d. reſol. 42. num.* 14. 15. 16. Caſanat. *conſ. 43. num. 91. verſ. & quod diſpoſitio,* Fontanell. *ubi ſupra, clauſ. 14. gloſſ. unica, p. 1. à nu. 25. tom. 2.* Caſtill. Sottomajor *contr. jur. cap. 15. nu. 39. 40. 41. lib. 3. & d. cap. 43. à num. 36. cum multis ſeqq. lib. 4. & cap. 5. n. 8. lib. 7.* Cancer. *d. cap. 3. num. 232.* Pareja *de inſtrum. edit. d. re-*

d. resol. 9. num. 30. tom. 2. Carroc. *in addit. ad Dec. in cons. 25. n. 16.*

10 Inde est, quod licèt verum sit, deponentem super positionibus clarè respondere debere affirmativè, vel negativè per verbum *credo*, aut *non*, *Reg. Pragm. 8. de ordine judicior.* omni ambiguitatis nebula remota, cùm dubitativè respondere non possit: quoniam non relevaretur pars ab onere probandi, ad cujus finem talis depositio adinventa est, & à juribus fieri demandata, *l. eum, qui, in princip. ff. de jur. jurando, l. 1. §. interrogatoriis, & l. 2. 3. 4. & 22. ff. de interrogator. action. cap. 1. de confess. in 6.* Reg. Cons. Gizzarell. *dec. 63. num. 2. ubi* Mele *nu. 4.* Reg. Cons. Hodierna *ad Surd. dec. 17. n. 1.* Carpan. *super*

11 *statut. Mediol. in rubr. cap. 83. n. 3.* valet tamen deponens ad aliquam scripturam, ac instrumentum se referre, si de eo in actis constet, aut in positionibus facta sit mentio, sive á deponente producatur: ex eo quia ejus depositio pro affirmativa, vel negativa habetur, sicuti continetur in instrumento, aut scriptura, ad quam refertur: cùm aliquid nominatim, & per relationem exprimere, æquiparentur, *l. ait prætor, 5. §. si judex. ff. de re judic. l. fin. Cod. de falsa causa adjecta leg. vel fideic.* & communem omnium Tribunalium praxim, ac secundùm eam judicatum, dicit Guid. Papa *decis. 334.* ubi Ranchin. *vers. an sufficiat dicere*, Surd. *dec. 291. nu. 16. 17.* Gaill. *pract. observ. 82. à num. 24. lib. 1.* Minsinger. *singul. observ. 86. centur. 1. & observ. 81. centur. 6.* Michalor. *de position. cap. 55. num. 13. & 18. cum seq.* & decisum refert *num. 27. in fine*, Mascard.

12 *de probation. cõclus. 385. tom. 1.* quapropter data nullitate instrumenti, & scripturæ, ad quam refertur, nulla, & inefficax remanet confessio, ejusque probatio, ex Ludov. Rom. *cons. 294.* subst inuerunt Michalor. *in d. cap. 55. num. 20.* & Mascard. *d. conclus. 385. num. 2.* ultra alios, ab eis laudatos.

13 Deponens verò excusari haud potest de non iterum deponendo, etsi aliàs ad iteratam depositionẽ adstringi nequeat, ex ponderatis per Ruginell. *pract. quæst. 16.* Carpan. *super statut. Mediol. d. cap. 83. num. 25.* Michalor. *de position. cap. 51.* si ex causa, vel super aliis positionum capitibus præsentatis, infra tamen peremptorium terminum trium dierum, post depositionem super primis positionibus notificatam, petatur, Gloss. *in auth. principales personæ, §. quod observari, in verb. existimat, vers. item videtur, quod de negativa, Cod. de jure jurando, propter calumn. dãdo*, Anna *singul. 407.* Capyc. *dec. 15. à num. 3.* Reg. Rovit. *super pragm. 8. de ord. judic. num. 28.* Altim. *ad Reg. Rovit. in dec. 34. nu. 33.* Mutill. *prax. S. R. C. de gradu citationis testium, num. 33.* Carpan. *in loco cit. num. 24.* Surd. *dec. 17. nu. 8.* Ruginell. *ubi supra, nu. 2.* Michalor. *d. cap. 51. nu. 2.* & statuitur in hoc Regno per d. Regiam Pragmaticam 8. *de ord. judic.* ibi: *possintque partes ipsæ, vel altera ex eis infra alios tres dies post dictam copiam datam* (quæ hodie practicatur ex notificatione) *continuè sequentes peremptorias, alias positiones, vel articulos producere*; & & practicavimus in S. R. C. in causa patrimonii V. I. D. Ioannis-baptistæ Constantino, adversus V. I. D. Antonium Vi-

14 gnapiano, in banca de Fusco. Quibus depositionibus pendentibus, terminus datus in causa nequaquam currit, ex eo etiam quia attendendæ sunt depositiones prædictæ, ex quibus pars petens relevanda præsumitur ab onere probandi; aliter, si transcurreret terminus, excluderetur à tuitione suorum jurium probandorum, dum hoc interim deliberare non valuit, an aliquid sibi verificandum remaneat, Præs. de Franch. *dec. 220. num. 7.* Reg. Cons. Gizzarell. *d. decis. 63. nu. 8. 9.* Reg. Rovit. *in d. pragm. 8. num. 27.* Gallupp. *prax. S. C. p. 2. cap. 19. nu. 1. 2. 3.* Mele *ad Reg. Cons. Gizzarell. d. dec. 63. n. 11.* Altim. *de nullit. rubr. 13. quæst. 2. nu. 167. vers. præsertim*, Michalor. *d. tract. de po-*

15 *sitionibus, cap. 36.* etiansi causa sit summaria, in eaque executivè procedatur, terminusque summariè sit impartitus, sicuti exfractationis domus, & similium, prout determinasse S. C. refert Anna *singul. 405. prope finem*, Reg. Rovit. *ubi supra, num. 27. in finalibus verbis*, Mele *loco*

16 *laudato*; Cujus etiam cursus legitimè impeditur per oppositionem exceptionum dilatoriarum; ita quod, etsi in ejus cal-

Digitized by Google

calce oblata reperiatur depoſitio per partẽ notificantẽ, exceptionibus dilatoriis per notificatum oppoſitis, ad ulteriora procedi nequit, niſi ipſis adimpletis, Reg. Conſ. Petra *in ritu M. C. V.* 129. *præcisè in num.*4. Altim. *d. quæſt.* 2. *n.* 167.
17 *verſ. niſi ubi;* cum promulgatione alterius decreti, quod terminus ſummariè ſub tali die datus, currat, & currere intelligatur ab hodie ſtantibus adimpletis, & deciſum per S. C. refert Thorus *in compend. deciſ. p.* 1. *verb. terminus in cauſa datus,* & eſſe communem ſententiam, & in praxi receptam, ait Caravit. *in ritu* 69. *num.* 5. *propè finem*, Muſcatell. *in prax. S. C. lib.* 1. *p.* 5. *gloſſ. defendendum*, *num.* 9. 10. Petra *ad Capyc. dec.* 82. *verſ. item explico*, Vivius *dec.* 286. *num.* 17. Reg. Sanfel. *prax. judic. ſect.* 47. *num.* 8. *verſ. quartò limita*, Reg. Cõſ. Petra *in ritu M. C. V.* 69. *num.* 10. 11. Mutillus *in prax. S. C. de gradu termini, num.* 12. ibi: *octavò adverte, quod, ſi fuerit datus terminus, & in calce ipſius fuerit oppoſita aliqua exceptio dilatoria, eaque adimpleta, aut non, iterũ erit ordinandum, quod terminus datus currat: priùs enim currere nõ potuit propter impedimentum exceptionis oppoſitæ.*
18 Inter quas dilatorias exceptiones, ſic
19 nuncupatas, cùm dilatent curſum termini, & proceſſum ad ulteriora, Reg. Conſ. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 5.
20 *num.* 1. *tom.* 2. & alii, infra laudandi, illa cautionis expenſarum connumeratur, quæ ad merita reſervari non valet: quia incontinenti adimpleri poteſt, & nullam requirit indaginem, ob expreſſam juris diſpoſitionem in *Auth. generaliter*, *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* deſumpta *ex novella* 112. §. 2. aliter quod conficitur, à nullitatis vitio minimè eximitur; Muſcatell. *in prax. S. C. p.* 3. *gloſſ.* 1. *in textu*, ibi: *Reus poteſt opponere alias exceptiones dilatorias, quæ ſunt carentia, & incompetentia actionis, legitimatio perſonæ comparentis, cautio de expenſis, &c.* Idem *in p.* 3. *gloſſ. expenſis, num.* 7. Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de expenſ. num.* 1. Gallupp. *in prax. S. C. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 47. Mutill. *in prax. S. C. de gradu citationis, num.* 58. & 122. Scoppa *ad Gratian. deciſ.* 202. *nu.* 1. 2. Zanger. *de exception. cap.* 21. *p.* 2. *nu.* 1. Vueſſembec. *parat. ſuper Cod. in tit. de exception. num.* 4. *verſ. item uſitatiſſimè*, Coler. *deciſ.* 105. *num.* 12. Brunnemann. *proc. jur. civil. cap.* 8. Benedict. Carpzou. *proc. jur. tit.* 9. *artic.* 5. §. 1. & determinaſſe Rotam Marchię, refert Gratian. *d. deciſ.* 202. ex quo, etſi per ſtatutum illius loci ab interlocutoriis denegetur appellatio; attamen, cùm conſtaret evidenter de illius nullitate, ob defectus adimplementi dilatoriæ exceptionis, cautionis expenſarum, ad quarum refectionem etiam tenebatur victus ex altero ſtatuti mandato (ſicuti in Regno *ex pragm.* 1. *de expenſ.*) admiſſa fuit appellatio; & habitum pro vero, quod in prædicto ſtatuto, appellationem ab interlocutoriis denegante, non comprehenditur caſus nullitatis, ex eiſdem actis apparens.
21 Prout etiam, ut per examinatorem validè procedatur ad examen teſtium in eodem termino ſummario habitorum pro citatis, fieri debet, prævia ejus requiſitoria, expedienda ad partis inſtantiam, pro qua ad examen eſt procedendum, altera, contra quam teſtes recipiuntur, requiſita ad ipſorum juramenta videndum: cùm per declarationem illam per judicem factam, eſſe teſtes pro citatis habendos, actus citationis teſtium tantùm ſuppletur, ut pro ſpontaneis non habeantur, prout dignoſcitur ex vi eorundem verborum, *teſtes habeantur pro citatis;* non autem dicitur *pars habeatur pro requiſita ad teſtium juramenta videndum;* quæ partis requiſitio de jure requiritur, ut probationem faciat examẽ ergà alterã partẽ requiſitã, *l. ſi quando, C. de teſtibus, cap.* 2. *eod. tit.* Vivius *com. opin.* 966. & alii mox laudandi; itaut omni diſtinctione, judicii ordinarii, aut ſummarii remota; hæc requiratur requiſitoria, ne in nullitatem incidatur, etſi agatur coram judice, vel in tribunali, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta, & ſublatis omnibus actis ordinatoriis, Reg. Rovit. *in pragm.* 9. *de ord. judic. num.* 17. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. deciſ.* 122. *num.* 13. Reg. Conſ. Petra *in ritu* 145. Altim. *de nullitatib. rubr.* 12. *quæſt.* 21. *num.* 65. 66. & 82. Scoppa *ad Gratian. deciſ.* 231. *num.* 1. 2. 3. Cardin. Mantica *deciſ. Rotæ Romanæ* 206. Buratt. *deciſ.* 156. *num.* 11.
22 Quadere non prætermittendum cenſe-

ſemus, quod in cauſa vertente coram ſpettabili, & Domino meo Reg. D. Luca de Iacca, y Niño ſuper nullitate electionis gubernii Vniverſitatis Caſalis Sancti Anaſtaſii Terræ Summæ, propoſita per Carolum Aviglianum, cùm fuerit impartitus terminus ſummarius, & non obſtantibus exceptionibus dilatoriis oppoſitis in ejus calce, cum expreſſa proteſtatione, quod, eis non adimpletis, terminus non curreret, fuerit proceſſum, abſq; præſtatione cautionis expẽſarũ, & requiſitoria ad teſtium examen; propoſitis per me nullitatibus, ipſiſque diſcuſſis ſub die 19. Auguſti 1684. fuit mandatum *nullitates obſtare, ac proinde terminus aliàs datus, currat ab hodie*, penes Magnificum Ioſeph Lombardum, Regium à Mandatis Scribam.

Caſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI

RUBRICA VIGESIMAQUARTA

De Iure Lignaminum Marenariæ, & Regalium.

RITVS I.

HÆc jura nova ſunt, impoſita per Fridericum Imperatorem in Calabria, & Sicilia; in Sicilia dicunt eſſe ſublata per aliam impoſitionem: Sicilia mater tyrannorum (dicit Oriſius) diligit nova, & novitates imponit Terris, ſeu Vniverſitatibus, maximè feudis; ut tale feudum debeat tot ligna, fuſtes, ſeu arbores; ligna, fuſtes, ſeu arbores, quæ debebantur, converſa ſunt in pecuniam, ut pro quolibet ligno debeantur Curiæ octo, aut novem tareni; novem in Terra Iordanæ, octo in valle Cratis. Marenaria debita per Vniverſitatem Terrarum, & Locorum quælibet eſt unciarum 23. & tareni decem; unde continetur in regeſto prædicti Imperatoris, quod Terra Aydonæ de Sicilia debet Curiæ anno quolibet pro Marenaria uncias tricentas. Debent etiam regales, ſeu regalia, ſive pro regalibus juribus, quilibet regales duos, aut plures, pro quolibet regali, debent tarenos novem.

Digitized by Google

RUBRICA VIGESIMAQUINTA

Qualiter Præceſſor debeat ſucceſſori reſpondere licitata gabella, utrum ad credentiam, vel ad Extaleum?

RITVS I.

LIcitata gabella ante triduum ſupradictum, ſucceſſori licitanti tenetur Præceſſor amotus reſpondere ad credentiam, ut omnia reſtituat, quæ percepit, niſi ea, quæ de pacto lucratus foret, ut ſupra dictum eſt: Nam ante hoc triduum, non eſt Dominus exercitii gabellæ, quæ ſubhaſtanda eſt, nec laboravit in ea; & ideo non habet quartam augmenti, ut prædicitur, ſecundùm Ritum, niſi aliud conveniat per illum, qui poteſt, ut ſupra dicitur. Subhaſtatio etiam fieri debet congruo loco, & tempore, poſt quam videlicet incipit tẽpus, quo emit, & conduxit gabellam, ſicut à primo Septembris, vel à primo junii. In gabella ſalis ante tempus hæc ſubhaſtatio nimis properè fit: ut ſi in Auguſto anni primæ indictionis emo gabellam pro anno ſecundæ proximæ indictionis, incipientis à primo Septembris, non ſufficit ſubhaſtari in Auguſto: quia non dum ceſſit, nec venit dies, ſcilicet primus Septembris, à quo in antea gabella futura eſt mea; & debet innoteſcere cunctis, gabellam eſſe vendendã eo tempore, quo ſolent Gabelloti accedere ad emẽdum, quod eſt in tempore, quo exercitium gabellæ aſſignatur, & aſſignari poteſt, niſi ſpecialis conventio facta ſit ſuper hoc ab iis, qui poſſunt, ſicut eſt Regia Curia, Magiſtri Rationales, vel de eorum mandato, ut ſupra dictum eſt.

RITVS II.

POſt triduum ſubhaſtationis augmentata gabella, reſpondebitur ad extaleum, vel ad credentiam, prout eliget Præceſſor amotus, & hoc de Ritu diutius ſic ſervato, non de jure communi; & ſi eliget ad credentiã, fiet inquiſitio contra eum, ut ſi inveniatur plus percepiſſe, quã ponit, de eo condemnetur, & privatur, ut moris eſt.

RI-

Digitized by Google

RITVS III.

ET hæc electio erit, quando gabella conſiſtit in proventibus,& fructibus,qui omni tempore percipiuntur; ſed, ſi certo tempore pro toto anno, ut ſal, quod fit in duobus, vel tribus menſibus anni; tunc ſemper reſpondetur ad credentiam ſcilicet de omnibus perceptis:quia, ſi percepiſſet in quatuor menſibus totum ſal de ſalinis, & pro illis quatuor menſibus vellet reſpondere pro rata ad extaleum ſucceſſori,nihil haberet ſucceſſor, qui in ſequentibus octo mẽſibus nihil percipit : quia tunc non conficitur ſal.

RITVS IV.

ITem ſi gabella haberet certitudinem in percipiendo fructus, & redditus, puta èmi, ſeu conduxi Syclam, ut faciam, & cudam in ea per annum libras argenti mille, ita quod de qualibet libra dem Curiæ unum tarenum,vel certum quid; ſi alius augmentet, ut cudat argenti duo librarum millia, vel ut per libram det duos tarenos; hic nõ poteſt dicere, ut reſpondeam ad extaleum pro rata, ut pro quolibet menſe tenear ad uſuram debitæ partis illorum mille pro rata:quia gravarer in hoc, nam ſi minus cudi in uno menſe, in alio potuiſſem plus cudere: quia plus forſitan inveniſſem de argento. Sed ſi vellem pro rata temporis ad extaleum reſpondere,audiri debeo, cùm in favorem meum,quod eſt inductum, juri poſſim renunciare. Sed, ſi elapſo anno, non cuderim totã quantitatem conventam, tunc ceſſat prædicta ratio, & tenebor ad totum id, quod nõ cudi; hoc ergo caſu, etſi inſit mihi primo emptori electio, de neceſſitate oportebit eligere ad credentiam, ſi volo; & oportet ſtari fidei meæ cum inquiſitione, maximè cum hic non poſſit dicere: Cudiſti plus: quia Curia habet Credenzerium ſuum in Sycla,& alios officiales; niſi poſſem argui, quod plus potuerim cudere, & nolui: quia habui argentum,& fabros operarios;vel potui habere, ſed nolui; & hoc conſtito juſtè perdam electionẽ illam, & dabitur ſucceſſori per Curiam ad quem convertitur, & converti de jure debet electio; qui eliget, ſi volet, ut ad extaleum ſibi reſpondeam de tempore, quo exercui; fallit ergo hæc regula, idem eſt de toto, & de parte: nam de toto anno teneor ad id, quod non cudi, juxta conventum; de parte

Digitized by Google

anni non teneor ad id, quod cederet cudendum in illa parte anni de tota quantitate conventa, nisi expresè actum fuisset, quod quolibet mense cudã debitam partem, & ratam de tota quantitate promissa ad cudendum. Hic junge, quæ dicentur, & declarabuntur circa hoc* Adde etiam, quæ dicentur*

* In Rubr. sequenti Rit. 1.

* Infra in Rubrica 35. de exceptis Rit. finali.

RVBRICA XXV.

Qualiter Præcessor debeat successori respondere licitata gabella, utrum ad credentiam, vel ad extaleum.

SVMMARIVM.

Reincantus, seu quarta augmenti, non lucratur per oblatorem ante triduum, nisi aliter sit conventum cum facultatem habentibus. num. 1. & de aliis ad materiam, remissive. nu. 2.

Gabellotus, sive præcessor conductor, gabella licitata ante triduum, tenetur respondere successori licitanti, ut ponat rationem. nu. 3.

Gabellotus præcessor, gabella licitata post triduum, potest respondere ad extaleum, vel ad credentiam. num. 4.

Pœna de qua in Rit. 2. nonupli est. nu. 5.

1 IT dic ut supra *in Rubric. de Incãtibus*, & hoc dicit per ea, quæ sequuntur: quia quando incantatur ante triduũ, non lucratur quartã augmenti, nisi aliud conveniatur per eos, qui potestatem habent,
2 ut per Magistros Rationales; & qualiter lucretur augmentum, & qualiter subhastétur; & de Magistris Rationalibus, qui habent potestatem concedendi plus; & qualiter Curia læsa
3 restituatur, videas in *d. Rubric. de Incantibus*; & habes etiam ex hoc *Ritu*, quod, licitata gabella ante triduum, tenetur præcessor respondere successori licitanti ad credentiam: & ponit rationem, quia nondum factus fuerat dominus
4 gabellæ præcessor; ergo secus, si licitata gabella fuit post triduum: quia tunc habebit electionem respondere ad extaleum, vel ad cre-
5 dentiam ut sequitur in eodem *Ritu*, hæc pœna communiter est nonupli juxta *Regni capitula*, & hos *Ritus*, ut de quo *in Rubrica* 33. *de nõ positis, & subtractis*, & *dic, ut ibi plenè allegatur.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Mutare, quod per diutinum tempus observatum fuit, ita quod in consuetudinem, & stylum reductum esse dignoscatur, Reipublicæ non interest. nu. 1.

Novitates fieri circa id, quod à majoribus nostris pro bono, atque majori Reipublicæ utilitate introductum est, permittendum haud est. n. 2. 34.

Novitates evitandæ, atque fugiendæ sunt. num. 3.

Novitates diabolo arrident. nu. 4.

Novitates odiosæ sunt, & ab omni jure improbatæ. nu. 5.

Novitates non carent suspectione, & fraude. num. 6.

Novitates violant laudabilem vetustatem, ipsanque in subversionem inducunt. num. 7.

Novitates nonnisi violentiæ, & abusus sunt. nu. 8.

Variationes ob speciem, quam habent novitatum, & abusus, odiosæ sunt, atque effugiendæ. num. 9.

Hæredi scripto denegatur variatio à directa ad fideicommissariam ex vi clausulæ codicillaris. nu. 10.

Clausula codicillaris verificat, testatoris voluntatem adfuisse, suam dispositionem, si non ut testamentum, veluti, codicillũ valere; & hæres abintestato gravatus de restituenda hæreditate hæredi scripto, retenta tamen legitima, si de descendentibus sit, & hoc etiansi veniret testamentaria dispositio annullanda ex capite præteritionis. n. 11.

Testamentum haud redditur nullum ex capite præteritionis, si testator descendentium, in sua potestate manentium, existentiam ignoraverit. n. 12.

Testamentum haud rumpitur ob posthumi ignorantiam. n. 13. etiansi deinde natus sit testatore vivente, & testamentum non revocante, minimè refragante clausula codicillari. nu. 14. & 18. confirmatione non sequuta adminus coram quinque testibus. nu. 17.

Clausulam codicillarem adiicere, & codicillos condere, æquiparationem habent. num. 15.

Co-

Digitized by Google

Codicillus, qui ex clauſula codicillari deſumitur eſſe in teſtamento, cum eodem rumpitur vitio præteritionis.n.16.

*Clauſula codicillaris ſalvat defectus nullitatis teſtamenti, non autem voluntatis. num.*18.

*Clauſula codicillaris adjecta deſumitur ex formulario Notariorum.n.*19.

*Hæres ſcriptus, agens vigore teſtamenti, variare minimè valet, & ad clauſulam codicillarem redire.n.*20.

*Hæres ſcriptus ſimpliciter agendo pro præambuli interpoſitione, non videtur, ſe præjudicaſſe variatione, & uti poteſt clauſula codicillari, & quare? n.*21.

*Creditor pro ſui crediti conſequutione, ſi judicium intentaverit ordinarium, in quo lis conteſtata fuerit, ad executivum tranſire valet, & quomodò? n.*22.26.

Clauſula omni meliori modo, *ut creditor variare valeat, quid operetur? n.*23.

Clauſula jus, & juſtitiam adminiſtrari, *quid operetur? num.*24.

*Expenſæ, à reo erogatæ in judicio, à quo variatur per creditorem, an eidem debitori ſint reſciendæ? n.*25.

*Creditori, uno remedio, & modo agendi electo, ad alium recurrere licet, & quare? num.*27.

*Creditor poteſt etiam poſt ſententiam diſcedere à re ſuper qua obtinuit, & in aliâ recurrere pro ſui crediti ſatisfactione obtinenda.num.*28.

*Creditor, nedum valet cogere debitorẽ de perſona cum ejus carceratione, verùm etiã, unico actu, & in bonis, quouſque de utroque remedio uti valeat.n.*29.

Creditoris arbitrium refrenari non poteſt.nu. 30. *quæ regula in aliquibus limitatur caſibus.num.*31.

*Creditor, habens obligata feudalia, & allodialia bona, refrenatur quo ad feudalia, ſi ſuper burgenſaticis ſatisfieri valeat. nu.*32. *& hoc nedum, quandò agitur inter creditorem, & debitorem, verum etiam inter creditores cum aſſenſu, & alios, qui feuda non habent obligata.num.*33.

*Requiſita, modus, tempora, &c. quæ uſitata, & obſervata ſunt pro præterito in locationibus gabellarum, arrendamentorum, rerunque fiſcalium, & Vniverſitatum, prætermitti haud poſſunt; ut nullitas evitetur, & omnis mala fides tollatur.num.*35.

*Subhaſtationes pro locatione harum rerum, nedum fieri debent, ſed in ſolito loco, & conſueto tempore. quod prætermittendũ haud eſt.nu.*36.38.

Clauſula congruo loco, & tempore, *quid requirat pro actus validitate? nu.*37.

*Executivè agitur contra conductores, affictatoreſq; rerum fiſcalium, Vniverſitatum, arrendamentorum, & gabellarum, etſi nulla intervenerit eorum obligatio penes acta, aut per inſtrumenta, & quare? nu.*39. *& hoc tam quo ad eorũ perſonas, quàm quoad bona.n.*40.

*Debitores ex cauſa affictus rerum fiſcalium, vel Vniverſitatum, aut arrendamentorum, & gabellarum in fortiis exiſtẽtes, non ſunt ſub fideijuſſoribus relaxandi. num.*41.

*Caratarii in affictibus arrendamentorum, gabellarum, rerunque fiſcalium, & Vniverſitatum, etſi principaliter cum locatore non contraxerunt, pro ratis caratarum cum affictatore contractatis, in beneficium locatoris tenentur, & executivè, & de perſonis adſtringi poſſunt. num.*42.

*Caratariis nominatis, & à Regia Camera, vel alio judice, ad quem ſpectat, admiſſis, nedum executivè contra eos agi poteſt, verùm etiam de perſona, & in bonis. num.*43.

1 QVod per nimiam diuturnitatem, obſervata fuit, itaquod in conſuetudinem, ſtylunque redactum eſſe dignoſcatur, non parum intereſt Reipublicæ, non perverti; quadere Paulus I. C. ad ipſius mutationem adveniri prohibuit *in l. minimè*, 23. *ff. de legibus*; & illud eſſe obſervandum, Imperatores determinarunt *in l. teſtamenta omnia*, 18. ibi: *Mos nanque retinendus eſt fideliſſimę vetuſtatis*, *Cod. de teſtam.* Larrea *alleg. fiſc.* 51. *num.* 35. *tom.* 1. Ant. Fab. *in rational. in d. l. minimè*, Menoch. *de præſumption. lib.* 5. *præſumpt.* 34. *num.* 1. *tom.* 2. Bened. Carpzou. *def.*
2 *Eccleſ. lib.* 2. *tit.* 1. *def.* 10. *num.* 10. quoniã nihil eſt publico ſtatui perniciosius, quã con-

Digitized by Google

Digitized by Google

illa non addit verbis aliquid, quod inducat præsumptam novationem: quia verba naturali-
18 ter prolata sunt; & sic innuit, quod, quando lex, vel statutum, vult aliquid naturaliter fieri, non sufficit illud fieri per actus præsumptionē inducentes, secundùm *Bald.* facit ad hoc *l.* 3. *§.hac verba, ff. de neg. gest.* & dicit etiam *Bart. in l. cùm delanionis, §. asinam ff. de fund. instr.* quod statuta debent intelligi; secundùm propriam significationem, quod pro hoc recurrendum
19 est ad communem usum loquendi, & pro hoc etiam vide ibi quando debet solvi gabella pro bestia, an habeat locum in bestia mortua?

20 Item, dum hic *Ritus* dicit *ex utroque agi*, & allegat *l. qui bis idem, ff. de verb. oblig.* dicas, *ut in d. l. fin. in glos. Cod. de novat. verb. naturalibus*, ibi: *& remanet efficax utraque*, contra *Bart.* opinionem de eo, qui bis stipulatus est idem: quia, si non est stipulatus animo novandi, ex utraque stipulatione actio oritur; & iste punctus examinatur in *d. l. qui bis idem*; & per hoc declara, quod dicitur in hoc *Ritu* quando agatur ex utraque: quia aut est facta animo novādi, aut non, ut supra, & notat *tex. in d. l. fin. & Glos.* dum dicit *quid enim si multas cautiones*, videtur, quod propter multitudinem cautionum præsumatur, quod ultima animo novandi sit facta; & ideo ex prioribus agi non potest cum effectu: quia obstat exceptio tacitæ novationis; secus autem si non tacitè manavit, ut *d. l. qui*
21 *bis idem*; & in hac materia novationum plura sunt *jura*: jus antiquissimum, scilicet ante jus Digestorum, de quo facit mentionem *d. l. fin.* & juxta illius dispositionem fiebat novatio ipso jure, cùm secunda causa cōtinebat aliquid plus, vel minus, principaliter, vel accessoriè, ut in *d. l. fin. in princ.* Deinde emanavit, secunda juris providentia, jus videlicet Digestorum, secundùm quam, si in ultima cautione addebatur tāquandem, vel minus, non fiebat novatio, sicut consuevit jus antiquissimum, de quo habes *in l. 2. ff. eod. & ff. de verb. oblig. l. qui usumfructum*, & licèt non fiebat novatio ipso jure, fiebat tamen ope exceptionis. Tertia *juris* providentia est, de qua loquitur finis *dictę legis fin.* secundùm quam hodie novatio non fit, nisi agatur expressè; sed ubicunque olim novatio fiebat ipso jure, hodie fit ope exceptionis; adde etiam, quod olim jure antiquo non fiebat novatio, nisi hoc ageretur expressè, ut in casu *l. si servum*, 91. *§. novari, ff. de verb. oblig.* & adde quæ notantur per *Bar. in allata l. Valerianus*, & adde similiter limitationem, quam ponit *Bar. in l. prædia, ff. de act. empt.* ubi de eo, quod dicitur, hodie non fieri novationem, nisi hoc agatur expressè *per d. l. fin.* dicit ipse, salva
22 reverentia, quod hodie nihil est innovatum novationi, quę fiebat olim per stipulationem pœnalem subsequutam: quia *d. l. ultima*, & *§. præterea*, loquuntur de novatione, quę fit per stipulationem æquè principalem, sicut actio prima; non autem loquuntur de stipulatione pœnali, quæ venit accessoriè; & ideo dicit ipse utrum per stipulationē pœnalem novetur prima obligatio? dic distinguendo, quod, aut stipulatio præcedens fuit liberatoria, & non novatur, *l. rescriptum, §. si pacto, ff. de pact.* aut fuit obligatoria; & tunc aut pœna ponitur loco cōtemptus, aut loco interesse, primo casu non novatur, *l. si rem, ff. de arbitris*, secundo casu, aut pœna ponitur loco particularis interesse, aut loco totalis; & tunc, aut procedit conventio ex causa lucratoria, aut ex causa onerosa, ut dicit ipse *in allata l. prædia*, & plenius *in l. ita stipulatus, de verb. oglig.* ubicunque autem, dixi, per stipulationem pœnalem non novari præcedentem; intellige, nisi in contrarium
23 actum sit, *d. l. ita stipulatus*, item ubicunque esset juratum, *l. si quis major*, *Cod. de transact.* quæ lex debet intelligi in contractu sponte facto: si enim aliquis contraheret necessitate sibi imposita per judicē, dispositio *d. l. si quis major*, nō haberet locū, cùm dicat: *nullo cogēte imperio.*

24 Item in eo, quod hic *Ritus* dicit, *perpetuò teneri fidejussores*, vide *l. Lucius, ff. mandati*, ubi ponit casus, in quibus fidejussor potest petere se liberari, licèt non solverit, vide etiam *Cod. mandati, l. pro ea*, ubi ponitur, an fidejussor, qui datus est pro evictione alicujus rei, possit
25 agere, ut liberetur, & ibi videas *Cynum.* sed *Ritus* iste videtur in hoc corrigere omnia prædicta jura, & simpliciter dicit, *ex quo semel fidejussor se obligavit, perpetuò tenebitur, etiansi postea renunciaret expressè*; & sic determinavimus in quadam quæstione in Camera Summarię, in causa Domini Francisci de Padua decretorum Doctoris, qui fidejusserat pro quodā Ærario, sive Camerario Provinciæ Basilicatæ, & cū dictus Officialis non benè posuisset compotū, & pendebat discussio rationis; petebat ipse fidejussor se absolvi, allegando leges prædictas, quia diusteterat in obligatione, & ille officialis malè faciebat facta sua, & cùm venisset cū magnifico advocato suo, ostendi illis hunc *Ritum*, & advocatus suus acquievit, dicens, *Ego loquor de jure communi; si ergo est aliud in Ritu vestro, nescio.* Et statum fuit *d. Ritui*, neque ampliùs litigatum est.

26 Sed quid in fidejussore de judicio sisti? *Glos. in l. fidejussor, 2. §. si in fidejussorē, ff. qui satisd. cog.* decidit, quod fidejussor de judicio sisti non tenetur, nisi usque ad sententiam, & usque ad tunc tenetur semper, & quod habita sententia non tenetur; sed teneri usque ad sententiam, intellige, quando simpliciter fidejussit, ut *Glos.* ibi dicit; Verùm actor debet causam prosequi, *l. græcè, & §. post litem, ff. de fidejussorib.* sed ubi actor differt prosequi, non tenetur ultra duos
27 menses, nisi obligaverit se in scriptis, aut pro Republica, quo casu tenetur perpetuò secundū
28 quosdam; sed secundùm alios nō tenetur, nisi tanto tempore, quanto potest durare instantia; & hęc videtur vera sententia, & probatur *in l. penultima, junct. a Glos. magna, Cod. de fidejussor.*

Digitized by Google

& idem decidit *Gloss. Inst. de satisd. §. sed hodie*;
29 liberatur etiam talis fidejussor, non solum lata sententia, immo perempta instantia lapsu temporis, *Gloß. ibidem*; nec cogitur talis fidejussor sistere reum in instantia appellationis, *Glos. in*
30 *auth. de iis, qui ingred. ad appellat. in princ.* ubi, si fidejussor se obligavit ad tempus, lapso tempore, non liberatur ipso jure, sed exceptionis ope, ut *dicto §. & post litem*: quia tempus non est modus, *l. obligationum fere, §. placet, ff. de act.*
31 *& oblig.* & quod fidejussor de judicio sisti in causa civili, in quantum non sistat, intelligitur se obligasse ad quantitatem declarandam per Judicem, de quo per *Angel. in d.l. fidejussor, §. in fidejussorem*, junctis *Glos. 1. & pe-*
32 *penult.* & etiã habes *ex d. Glos. penult.* quod, si fidejussor non sistat reũ, & sic succedit obligatio ad interesse cõtra eum, nõ sufficit actori ad cõdemnationẽ dicere quod tantum debet; sed debebit docere tantum sibi deberi: quia etiam in eodem modo debebit docere adversus ipsũ reũ si vult obtinere primum decretum secundum *Angel. ibi*; & hæc faciunt ad fidejussores, qui dantur in Camera Summariæ, & quod notat *Bal. in auth. generaliter, Cod. de Episcop. & Cler.*
33 ubi dicit, quod cautiones judiciales introductæ per jus civile, puta, quod per Constitutionẽ Principum requiruntur fidejussores, quia redactæ sunt ad instar prætoriarum, & sic cautiones in Sũmaria introductę sunt per hoc jus municipale, authoritate Regis, itaquod dicitur jus civile hujus Regni per Regem inductum, qui potuit id agere; & tanquam prætorianæ cautiones obligant perpetuò fidejussores, qui communiter recipiuntur pro judicio sisti, ut procedatur secundùm quod supra dictum est; & quod
34 teneantur ad interesse, maximè cùm sumus in causis fiscalibus, quæ æquiparantur causis criminalibus, *sup. ff. de sepulchr. viol. l. 3. in glos.* Hæc
35 omnia dixi, quia hic *Ritus* intelligitur strictè in casibus, in quibus loquitur, in aliis verò recurrendum est ad jus commune, *ut dixi supra in Rubrica de jure Dohana, & de jure exiture*; & ideo ubi hic *Ritus* non loquetur, supplebitur per *jus* commune, & per ea, quæ supra dixi, poterit supplere, declarare, & addere, secundùm ea, quæ dixi de jure communi.
36 In eo, quod hic *Ritus* dicit, quod tenetur Magistratus, si non sunt idonei fidejussores, dic in legibus, quas allegat, *& in l. 2. de fidejuss.* ubi habes, quando scienter recepit quis non idoneũ, vel ignoranter, ubi vide *Bar.* & quando fidejussor fuit idoneus, & postea desiit esse talis, dic etiam, ut ibi, & dixi *supra in hoc Ritu*, & verum est, quod Magistratus tenetur, & non excusatur, si ignoranter recepit non idoneum: debet enim inquirere etiam nesciente parte, & non citata,
37 aliàs non excusatur: quia qui debet aliquid facere ex officio, debet probare se diligenter feciße, de quo per *Bal. in l. 1. §. si curatores, &* §.
38 *si Magistratus, ff. de mag. conven.* Quod an imputetur Regiæ Curiæ? dic, ut dictum est *supra proximè in hoc eodem Ritu*; & junge quod habes *suprà in Rubrica de Incantibus, in fin.* & vide *Bal. in auth. generaliter, Cod. de Episc. & Cler.* ubi per illud verbum *periculo*, positum in *d. auth.* dicit notandum, quod judices, qui recipiunt malos fidejussores, obligantur ex hoc ad interesse partis, vel Reipublicæ, quando Respublica læditur, & hoc menti tenendum. Circa istum
39 *Ritum* cadit quæstio in Summaria. Ecce: Officialis, qui susscepit officium Ærariatus, seu ad recolligendum gabellas, & jura fiscalia, dedit penes acta fidejusores; modò in computis invenitur, quod officialis ille non posuit totum, quod recollegit, & videtur subtraxisse pecuniã fiscalem, & sic tenetur Curiæ ad pœnam nonupli, an ad istam pœnã teneantur fidejusseres? & breviter, quia longa esset materia, *l. centum Capuæ, & l. fin. ff. de eo, quod cert. loco*, & *Bart. in d. l. fin.* distinguit, quando fidejussores simpliciter accepti, augeant obligationem, & moram rei,
40 & dicit, quod aut loquimur in usuris debitis per stipulationem, aut in usuris debitis per officium judicis, aut interesse: primo casu, aut stipulatio usurarum præcedit obligationem fidejußoris, & tenetur, ut *in l. centum Capuæ*; aut sequitur, & non tenetur, *arg. l. fin. de pact.* Secundò casu, aut mora præcessit, & sic usuræ jam ex officio judicis mercenario debentur, & fidejussor sine dubio tenetur, ut *l. quare, in princ. ff. locati*, secundùm letturam *Azonis*; aut non præcedit, sed sequitur, & tunc tu tene opinionem Jo. & Bar. quod etiam obligatio fidejussoris augeatur: quia tales usuræ veniunt secundùm naturam actionis ex officio judicis, ut *d. l. quæro, & ff. rem pupilli salv. fore, l. si postea*; tertio casu quando quæris de interesse, quod succedit in obligatione propter moram, ut in obligationibus facti, & augetur obligatio fidejussoris, ut *l. cùm filius, §. 1. & ff. de verb. oblig. l. si libertus, ff. de oper. libertor. l. si stipulatus, de fidejuss. & l. si quis pro eo, in princ. eodem tit. & similibus*; aut quæris de interesse, quod venit per officium judicis ratione rei, & tunc idem, ut in *l. mora, ff de verb. oblig. & l. si servum, §. nunc videamus, eod. tit.* aut quæris de interesse ratione affectionis, & dic, ut *Bart. in l. nummis, & in l. in actionibus, ff. de in litem jurando*; aut de interesse ratione loci, & tunc aut fidejussor promisit judicatum solvi, & augetur ejus obligatio ex mora rei, ut in allegata *l. ultima, secundùm ultimã lecturã, & in aliis legibus supra allegatis*; aut fidejussit simpliciter; & tũc aut ante moram, & non augetur ejus obligatio, ut *d. l. centum Capuæ*; aut post moram rei, lite contestata intercessit fidejussor, & idem, & dic secundùm *lecturam Jo.* aut post moram lite contestata, & tunc ex tali præcedenti mora augetur obligatio fidejussoris, & hoc modo posset procedere *lectura Azonis*, posita in *d. l. fin.* & adverte ad membra istius distinctionis, quæ faciunt pro casu ibi, dum dicit: *quia tales usuræ veniunt secundùm naturam actionis, ex officio judicis*,

jun-

Digitized by Google

jungendo, etiam id, quod *Bar.* dicit in *d.l. centũ Capua*, quod quando id, quod petitur per officium judicis ad usuras est principaliter, secundum naturam actionis, & obligationis, pro qua fidejussor interceſsit, non minuitur, & augetur obligatio fidejussoribus ex mora rei.

41 Sic ergo in proposito, cùm ista pœna nonupli veniat ex natura obligationis: quia sic tempore assumpti officii obligatus est Commissa-
42 rius; ergo ad illud tenetur fidejussor: quia videtur habere respectum ad dictam obligationem: quia scire debuit, hoc per judicem judicari posse, *argumento ff. judicatum solvi, l. judicatũ solvi, & l. quæro, in princ. ff. locati*, ibi: *ac si ita fidejussiſset. In quantum illum condemnari, &c.* ut
43 etiam dicit *Bar. in d.l. centum Capua*; & sic dicas, quod, ubi fidejussor promisit judicatum solvi, augetur ejus obligatio ex mora rei, ut in prædicta distinctione; & adverte unum, quod dicit *Bal. in l. fidejussor, super glos. in verb. obligatio, in fin. Cod. de fidejuſs.* ubi notat ex Azone,
44 quod non est differentia inter usuram, & interesse, ideſt pœnam, sed solùm inspiciatur cum usura, vel interesse debeatur ex officio tempore interceſsionis, & tunc simpliciter promittendo obligetur; ad illas autem usuras, & interesse crescentes post obligationem contractam, non teneatur, nisi ad omnem causam fidejusserit, quod placet *Bal.* sed hęc opinio non contradicit distinctioni *Bar.* quia etiam idem dicit *Bar.* quod, si tempore interceſsionis erat contractum interesse, non est dubium, quod tenetur fidejussor; sed ponit aliud membrum, quando non erat contractum tempore interceſsionis, sed veniebat illud interesse ex natura actionis, & obligationis, & tunc dicit, quod tenetur fidejussor: quia hoc scire debuit, ut supra dixi,
45 & sic non contradicit opinioni *Bar.* nam non est dubium, quod, si in omnem causam interceſsit, teneatur; & nota illud verbum, quod dicit *Bal.* scilicet *interesse, ideſt pœna*, & sic ponit pro eodem interesse, & pœnam; quadere ubi dictum est, teneri ad interesse fidejussorem, dicas idem, & ad pœnam, sed aliqui in contrarium allegant *l. fidejussores Magistratuum*, 69. *ff. de fidejussor.* & nota quod *Dom. Angel. in d. l. centum Capuæ*,
46 *in fin.* intelligit *d. legem*, ubi *Bar.* summando dicit, quod, quando intercedit pro officiali simpliciter, non videtur intercedere ad interesse, & ad pœnam ex maleficio impositam; & sic dicas in casu nostro, quod, cùm hæc pœna sit imposita ex maleficio, non teneantur fide-
47 jussores; sed adverte, quia lex illa non loquitur de maleficio, sed subtractatione pecuniæ, sed ubi venit ex maleficio imponenda pœnas criminalis, non pecuniaria: quia fortè mutata est, ex forma statuti in pecuniariam, ut patet per quæstionem, quam ibi ponit *Bar.* & volò illam
48 *legem* tibi declarare, quia facit propriè pro casu nostro, ideſt, quod teneantur fidejussores ad pœnam nonupli, & quod illa *lex* facit differentiam inter officiales, pro quibus positi sunt fidejussores; & Ecce dicit *d. l. fidejussores Magistratuum*, ibi: *fidejussores magistratuum in pœnã, vel mulctam, quam non spopondiſſent, non debere conveniri, Imperator decrevit*, sequitur *in* §. *pro Aurelio*, ibi: *pro Aurelio Romulo conductore vectigalis in centum annua Petronus Thallus, & alii fidejusſerant*; & infra sequitur: *quoniam in sola centum annua se obligaverant, non in omnem conductionem*; *decrevit Imperator fidejussores in usuras non teneri*: Nunc junge *Glos. in hoc* §. *in verb. in usuras*, ibi: *quas non ipsi promiſerant, sed reus sic; aliàs si ipsi promiſiſſent expresse, vel sim-*
49 *pliciter, tenerentur*; ergo sequitur clare, quod, si promisissent simpliciter, tenerentur; & sic lex illa facit differentiam inter officiales, pro qui-
50 bus positi sunt fidejussores: quia aut loquitur in Magistratibus, & procedit principium *legis*, & oportet, quod expresse promiserint in omnem causam; aut loquimur pro conductore vectigalis, & tunc tenentur fidejussores in sortẽ, & in pœnam, seu interesse, etiansi non expresse promisissent, sed simpliciter: quia secundùm hoc intelligitur in omnẽ causam promisisse. Hoc est, quod sentit *Gloss.* ubi dicit per disiunctivam, *vel simpliciter promiſiſſent*; pro hoc videtur facere *tex. ff. de administr. rer. ad Civit. pertinen. l. 2. in* §. *qui fidejusſerunt*, ibi: *qui fidejusſerunt pro conductore vectigalis in universam conductionem, in usuras quoque jure conveniuntur, nisi propriè quid in persona eorum verbis obliga-*
51 *tionis expressum est*. Præterea hoc videtur probari per *l. initio venditionis, cum sua Glos. Cod. de pact. inter empt. & vendit.* ubi dicit *litteras*, quod usuræ, quæ crescunt ex contumacia, transeunt ad fidejusores, ideſt quod fidejusores ad illas tenentur, licèt non debebantur à principio, ibi: *qui in omnem causam empti suam fidẽ adstrinxit, & Gloss. in verb. in omnem, supplet. die idem si simpliciter fidejusſit*, & sic tenetur fidejussor simpliciter interpositus de omni eo, quod crescit ex contumacia, ideſt ex delicto ipsius rei, & ibi; pro hoc facit *l. si mandator, Cod. quod cum eo, circa fin.* ubi dicit, quod fidejußor creditæ pecuniæ si interceſsit, tenetur ex ea obligatione, ubi *Glos.* dicit: *obligaſti: sub audi maxime, nam idem etsi simpliciter acceptus sis, ut ff. lo-*
52 *cati, l. quæro, in fine*; & *Bar.* dicit, quod, qui promisit judicatum solvi, intelligitur, tàm super sorte, quàm super usuris, quod est notandum
53 pro istis, qui tota die fidejubent pro accusatis, & inquisitis, ut non solùm teneantur ad pœnã maleficii, sed ad pœnam, quæ infertur ratione negationis ipsius maleficii, vel etiàm solutionis non factæ infra terminum; & sic faciunt hęc verba ad propositum nostrum, quod si quis fidejussit pro officialibus, denunciatis, vel inquisitis, tenetur ad omnia prædicta.

54 Item ex his habet, quod, quando esset facta fidejussio judicatum solvi, teneretur ad sortem, & ad usuras, & ad interesse, & ad pœnam, ut *in d.l. quæro*, & hoc loquendo generaliter in omni fidejusore pro quocumque debitore, in

quo

Digitized by Google

quo casu habet locum distinctio *supra* facta per
55 *Bar.* quam sequitur *Dom. Angel. in d. l. centum Capue, in fin.* ubi intelligit *d. l. fidejussores Magistratuum*, quando interceßit in sortem tantùm; itaque non tenetur ultra, & in hoc allegat *d. legẽ*; ut videri potest, quicquid sit in aliis fidejusoribus, fallit tamen in causis fiscalibus, & pro juribus etiam fiscalibus secundùm quod dicũt *Doct. in d. l. centum Capue, & l. ultima*, casus sunt, inducendo secundùm quod supra induxi, in *l. fidejussores Magistratuũ, & §. pro Aurelio*, & meliùs *in d. l. 2. §. qui fidejusserunt*, & sic non obstat *d. l. fidejussores Magistratuum in princ.* quia secundùm quod summat *Bar.* illa *lex* habet locum in pœna, quæ venit ratione maleficii, in quo est magna differentia, si accipiatur largè, aut strictè: quia cum *ibi* dicatur de pœna ex maleficio, non habet locum in pœna delicti, & ita notat ibi *Bar.* & habetur *Cod. si adverß. delictum, l. 1.* Item, ut dixi, principium *d. l. fidejussores Magistratuum* loquitur in administrantibus jura fiscalia, quæ majus habent privilegium, quod etiam dic ad omnia, prout *supra* dixi.

56 Et ex isto *Ritu* videntur colligi istæ conclusiones, videlicet, quod in venditione vectigalium, & gabellarum fiscalium tacitè inest, ut possit licitari, & dari alii, qui plus offert; in rebus verò privatorum non inest, nisi expressè agatur. Item dum allegat *ff. de in diem adject. l. 3.* videtur æquiparare istas licitationes, & vẽditiones in adjectionẽ diei factas, faciẽdo differentiã inter fiscũ, & privatũ, ut proximè dixi.

57 Secunda conclusio est, quod, si secundus, quĩ licitat, non dat fidejussores, gabella remanet primo emptori, seu conductori, volente Curia
58 pro primo pretio; sed si secundus dedisset fidejussores, primus, & fidejussores sui sunt penitus liberati.

59 Tertia conclusio est, quod, si postea secundò licitet primus, fidejussores dati in prima emptione, non tenentur in secunda, nisi expressè se obligaverint in ea; sed si ipse idem, qui conduxit primò, & fidejussores dedit, incantet sibi ipsi, re non integra, quod est soluto pretio, vel tradita gabella, vel habita pro tradita secundo conductori: quia mutatio contractus per se non resolvit primum, & ideo fidejussores usque ad quantitatem, pro qua fidejusserant, non sunt liberati, maximè si statim, non ex intervallo, incantavit sibi, secũdum *Jo: in gloßa*, quasi vetus, & prima venditio sit eadem: cùm de jure novo non sit novatio; unde idem, & multò fortiùs, quando primò conduxit, & dedit fidejussores, deinde iterum conduxit pro eadem quantitate, cùm agatur ex prima, & nihilominus fidejussores tenentur, quod dic, & declara, ut supra, & infra dico.

60 Quarta conclusio, quod gabellotus amotus per licitationem sciens, vel quod scire debebat, gabellam debere, aut posse licitari, tenetur ad fructus, quos percepit, secundo conductori, & consumens fructus perceptos de gabella, quĩ non omni tempore percipiuntur, vel sal ultra ratam sui temporis, tenetur successori pro fructibus consumptis ultra ratam suam ad omne interesse, in quo venit non tantùm damnum, sed etiam lucrum, quod potuisset inde habere successor, si sal, & ipsos fructus, habuisset.

61 Quinta conclusio, quod, si fiscus esset læsus in distractione ultra modum solitæ conductionis, habet restitutionem in integrum.

62 Sexta cõclusio, quod si fidejussores non sunt idonei, tenetur Magistratus, qui eos recepit, ut est dictum.

Septima cõclusio, quod si primus, postquã secũdus licitavit, iterũ reincãtet, seu licitet, primi fidejussores nõ tenẽtur in eo, quod plus est, quod declara, *ut supra* dixi, si re integra, vel non integra sibi ipsi incantavit primus; & hoc videtur concludere iste *Ritus*, *usque ad finem*; ubi se multùm involvit de materia novationum, de qua dic, ut *supra*.

63 Item dicit *Ritus* aliud, quod fidejussores ex quo semel se obligaverunt, perpetuò tenentur, etiansi postea reus, aut ipsi renunciaverint eidẽ obligationi; quod intellige quando remanet obligatio, ut quia non fuit novata per sequentẽ obligationem, nisi essent obligati ad tempus: quia pro tempore, pro quo se obligaverunt, tenentur, & in quantitate, in qua se obligaverunt, & non ultra.

64 Item *littera Domini Regis Ludovici, & Domina Regina Joanna Prima* videntur corrigere
65 *Ritum* nostrum *in Rubrica de mercatoribus*, in eo, quod *Ritus* vult, scilicet, quod, si mercator ex toto transferat domicilium in terram illã, ut fiat ibi Civis, bona fide, non in fraudem apertam, fictam, vel præsumptam, ut quia duxit uxorem ibi, in patria, & prætorio uxoris constituit suum domicilium, atque transferat, tunc statim est Civis: quia oportet eum ex tunc subire onera, & functiones cum civibus; & sic non debet duplici onere gravari, ut Civis in functionibus, & muneribus, seu oneribus civilibus, & ut exterus in solvendo Dohanam.

66 Et *litteræ* prædictæ expressè dicunt, quod si Rex aliquem fecerit Civem, non exemptus erit à Dohana, quibuscunq; privilegiis in contra-
67 rium non obstantibus; & mandatur, quod nullus recipiatur in Civem sine licentia Regis; er-
68 go iste *Ritus* tollitur per prædictas *litteras*; cùm privilegium sit privata lex; & si lex hoc potest, ergo, & privilegium Regis, ut in *dec. 4. distinct.*
69 *cap. privilegium*; sed certè videtur contrarium: nam id, quod dicitur in *Ritu*, est etiam de jure communi, & non solùm de jure communi Civis est, qui natus est in loco, sed etiam multis modis efficitur civis, ut in exemplo dicti *Ritus* transferendo domicilium, ut ibi, *& l. 1.* ubi *Bar. ff. ad municip. & l. Cives*, ubi expressè dicitur *Cod. de incolis, lib. 10.* ubi summatim ponit *Bar.*
70 nunc ergo non debemus dicere, quod *litteræ* illæ tollant jus commune: quia non tollitur, nisi

Digitized by Google

nisi expresè dicatur, *l. si quando, Cod. de inoff. te-*
71 *stam.* nec credendum est, Regem uno verbo subvertere voluisse, quod aliàs multis vigiliis
72 excogitatum est, cùm ergo *litteræ* illæ non loquantur de privilegiis, in jure clausis, sed de privilegiis Regum, ut ex ipsarum tenore patet, quæ dicuntur privatæ leges, & non præjudicant *juri* communi, nec tollunt *l. præcipimus, Cod. de appell.* & decet leges legibus con-
73 cordare, *l.* 1. *Cod. de inoff. dot.* & quia volunt *litteræ* istæ, quod nemo recipiatur in Civem sine licentia Regis, non habent locum in eo, qui de
74 *jure* fit Civis, & non tenetur impetrare, cùm frustra impetretur id, quod de *jure* communi
75 conceditur, *l. in causa, in princ. ff. de minor.* & sic, cùm per translationem domicilii quis efficiatur verè Civis, non est necessaria concessio
76 Civitatis, nec Regis; nec obstat argumentum, quod aliud est esse Civem naturaliter, aliud haberi pro Cive: quia primo casu gaudet privilegio Civium, secundo casu non, *l. fin. Cod. de his, qui ven. ætat. impetr.* ubi *Bald.* notabiliter dicit, quod verba debent intelligi naturaliter,
77 & non civiliter in casibus, in quibus potest. Sic etiam dico in casu *Ritus* nostri: quia ille non habetur pro Cive, sed verè Civis est, & sic argumentum illud non obstat; & notat ibi *Bal.*
78 quod, si quis recipit emphiteusim pro se, & suis filiis legitimis, non intelligitur recipere pro illegitimis: quia non sunt naturaliter legitimi,
79 sed privilegio, & fictione; unde sequitur, quod, si quis reliquerit exequutorem Priorem alicujus Ecclesiæ, qui pro tempore erit; & creatus sit Prior ex dispensatione Papæ, cùm aliàs esset inhabilis, nunquid intelligatur de isto Priore? & dicit videri, quod non, *arg. d. l. fin.* sed ipse contrarium tenet: quia esse Priorem non procedit naturaliter, & ideo verba non possùt, nisi civiliter intelligi; & quod, cùm ipse sit Prior, non est curandum de modo, utrum sit ex dispensatione, vel alitèr, sed solùm de effectu beneficii.

80 Sic ergo ex hoc potest dici de Cive, dum non naturaliter tantùm Civis efficitur per nativitatem, sed aliis etiam modis, ex juribus præallegatis, ut in exemplo *Ritus* recipiantur taliter, & propriè de Cive, dum nihil differt, an nascatur in hoc loco, an transferat domicilium, ut in *Ritu.* Hinc est, quod dicere possumus, quod *litteræ illæ Reginales*, si non expresè dicerent, quod non gaudeat privilegio gabellarum, nihilominus Civis ratione sui privilegii non efficitur verè Civis, & propriè, sed potiùs habetur pro Cive, quo casu non gauderet privilegio Civium, *d. l. fin.* attamen satis est, quod in diversis casibus sumus: quia *litteræ* illæ loquuntur de Civibus per privilegium, sive ex electione, & concessione Civium; *Ritus* verò loquitur de iis, qui fiunt, & sunt Cives secundùm leges, & sic gaudent privilegio Civium; unde *Ritus* non tollitur, sed remanet in suis terminis, *d. l. Cives, Cod. de incolis, lib.* 10. *l.* 1. *& l. libertus*, §. *sola de-*
mus, ff. ad munic. & l. senatoris filium, ff. de senator. & de jure canonico cap. ex parte, de for. competent. in antiq.

Litteræ, quod nullus, cujuscunque conditionis existat, admittatur in Civem, nisi ad litteras Regias roboratas, ut decet.

LUdovicus, & Joanna, Dei Gratia Rex, & Regina, Hierusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuleæ, & Principatus Capuæ Provinciæ, & Folcaqueti, ac Pedimontis Comites. Universis præsentis Edicti seriem inspecturis, tam præsentibus, quàm futuris, quod plerunque corrigibile circa indemnitatem fiscalium jurium sub dissimulatione negligitur; resultat exinde inconveniens, quod ulterioribus angetur dispendiis; quo faciendũ est, ut correctio prateriti, consequentia futuri super similibus expediat, auferat, & inconvenientis multiplicandi causam cum ipsorum fiscalium jurium commoditate subducat. Sanè perducta ad Curiæ nostræ notitiam relatione fideli, quod post obitum Clarę memoriæ Domini Regis Roberti Hierusalem, & Siciliæ Regis inclyti, nostrique Regis Patrui, & nostri Reginæ Avi, & Domini Reverendi; (qui rarissimè, & difficillimè, sicut ab effectibus constat, ad hujusmodi receptiones Civium flectebatur, & nunquam condescendebat ad illas, nisi cum indemnitate sua Curiæ, quam volebat in eventu qualibet fore cautam) sub diversis pretextibus, & ad nonnullorum instantias, ac variis quæsitis coloribus, & interdum præsuppositis, ac adinventis, plures facti sunt Cives, tam Civitatis nostræ Neapolis, quàm aliarum Terrarum, & Locorum, ubique per Regnum, gaudentes signanter aliorum Civium privilegio in eorum venditionibus, & emptionibus, ac immissionibus, & extractionibus mercimoniorum, & rerum quarumcunque suarum, ad eorum præcogitatum commodum, & ad gabellarum, jurumque nostrorum evidens detrimentum. Et adeò reperiuntur multiplicati modo excessivo, quod ratione illorum non modica quantitas dirictus, seu juris, debiti Curiæ nostræ, subtrahitur, & eorum commodo per quandam malitiam, & industriam applicatur; & quod censetur deterius, tam consulta reformatio super iis noscitur hucusque sub dissimulatione neglecta, & sub advertentię omissione dilata, quod modicum excrevit in multum, devenit tandem ad augmenti satis inconvenientis excessum. Sicque volentes ejusdem nostrę Curię indemnitati consulere, & hujusmodi consequentias sic præjudiciales, & damnosas nostris gabellis, & juribus in eorum dirictibus remedio utili providere, & quicquid hucusque inadvertentia, & negligentia ad dispendium contulit, per reformationis provisę consilium transire possit in melius, quod multiplicari videbatur in pejus. Presenti hoc nostro edicto, seriè, de certa nostra scientia, omnes, & singulos receptos in Cives, tã in dicta nostra Civitate Neapolis, quàm in aliis Terris, & Locis

per

per Regnum, sicut prædicitur, ubicunque ad quascunque litteras, vel alterius nostrum, seu quorunlibet aliorum, & quibusvis instantiis, considerationibus, causis, prætextibus, rationibus, & motivis, & cujusvis status, gradus, & conditionis, post obitũ Sereniss. Domini Regis Roberti prædicti penitus revocamus, & revocatos ex nunc omnino esse decernimus, volumus, & jubemus, privilegio Neapolitanorum Civium, vel aliorum de Terris, & Locis prædictis Regni de cætero nullatenus gavisuros, nec illorum prærogativis, exemptionibus, & immunitatibus potituros, quatenus in præjudicium, seù diminutionem gabellarum, & quoruncunque fiscalium jurium nostrorum, atq; dirictuum, post ipsorum receptionem in Cives quocunque sensu, vel judicio, aliquatenus emanassent, cum revocatione receptionis in Cives talium prafatorum juxta mentis, & intentionis nostræ propositum pro indemnitate nostræ Curiæ, dictarunque gabellarum, dirictuum, & jurium: Statuentes nihilominus expresè, dictoque præsenti edicto nostro prohibentes, quod nullus deinceps, quicunque fuerit, recipiatur, vel admittatur taliter in Civem gavisurus privilegiis, prærogativis, libertatibus, & exemptionibus, quibus ipsi Neapolitani, & alii Cives potiuntur, & gaudent, ac potiri, & gaudere soliti sunt, & debent, sine nostris specialibus litteris, cum speciali scientia, & expressa nostra notitia exinde concedendis, sub pœna nostro arbitrio reservata, ab eo, qui secus inde sumpserint, irremissibiliter exigenda; Ut autẽ præsens edictum nostrum ad notitiam deveniat singulorum, chartas, sive membranas, illius seriem continentes, postibus Camera Summaria Audientia dicti Regni, necnon Curiæ Magistrorum Rationalium Magnæ Nostræ Curiæ, ac Dohanæ, in Fundicis dicta nostræ Civitatis Neapolis appendi fecimus, & affigi; qua illius seriem omnibus patulo judicio publicabunt: cùm non sit verisimile apud aliquos remanere incognita, quæ tam patenter oculis omnium divulgantur. In cujus rei testimonium præsentis edicti scriptum multiplicatum exinde fieri, & pendentibus sigillis nostris jussimus communiri. Datum Neapoli per manus Domini Sergii Ursonis de Neapoli Militis juris civilis professoris magnę nostræ Curię Magistri Rationalis, Viceprothonotarii Regni Sicilię. Anno Domini 1356. die 5. Octobris decimæ indictionis Regnorum nostri Regis anno nono, nostrę verò Reginę anno 14.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Fidejussionis definitio. num. 1.

Fidejussores, quare ab omni damno, & dispendio eximendi sunt, ac præmiis digni? num. 2.

Fidejussorum obligationes, & promissiones strictè sunt intelligendæ, & secundùm consonantiam verborum, omni interpretatione, & extentione remota. num. 3. 60.

Fidejussiones, re, actione, causa, aut agendi modo, vel via mutata, non extenduntur, neque earum stipulationem esse cõmissam dici potest, sicuti non extenduntur de persona ad personam, nec de tempore ad tempus. n. 4.

Fidejussores ob mutationem status rei, vel principalis, dum ex nova causa superventa ipsum non valent sistere, & præsentare, non tenentur, ut si ob novum crimen patratum aufugerit, aut ad locum immunem se receperit, & quando secus? num. 5.

Cautela, cujus ope potest per judicem vocari fidejussor pro exhibitione principalis ex prima causa. num. 6. sed ab ea est recedendum, uti non tuta, & quare? num. 7.

Fidejussor, obligatus pro causa civili ad debitoris exhibitionem, aut debiti solutionem, haud liberatur ex quavis mutatione debitoris status, ut ad debiti solutionem non teneatur. n. 8.

Fidejussores obligatos esse de præsentando, aut in carceres reducendo debitorem, aut solvendo, non aliud in substantia est, nisi promissio, & obligatio de solvendo. num. 9.

Creditor agere valet contra fidejussorem ad crediti solutionem, etsi paratus sit debitorem in carceres ducere; & quare? num. 10.

Electio in alternativis quando nam debitori, & quando nã creditori spectet? n. 11.

Fidejussores, obligati ad certam quãtitatem, ultra illam non tenentur, etiamsi ab eadem promissa dependeret. n. 12.

Fidejussores, obligati ad sortem, ad interesse, & usuras non sunt adstringendi. n. 13. & quando secus? n. 14.

Fidejussores Magistratuum, officialium, & administratorum, non tenentur ad pœnas principalium. n. 15.

Fidejussores officialium non tenentur pro male gestis, in tempore prorogato. num. 16.

Fidejussores conductorum non tenentur pro tempore prorogato. nu. 17. etiamsi age-

re-

Digitized by Google

retur de rebus locatis fiscalibus, vel Vniversitatum. n. 19.

Locatione, conductioneque prorogata, omnia, in prima conductione contenta pro repetitis habentur, & cum eisdem qualitatibus. num. 18. 21.

Conductor vexari haud valet, & contra eum agi via executiva, vel hypotecaria ex primo contractu afflictus jam terminati, pro quantitatibus inde debitis causa reconductionis. nu. 20. 22.

Tacita hypotheca super bonis invectis, & illatis, si expressa non concurreret, locatori competit in urbanis prædiis; & quid in rusticis? nu. 23.

Prælationis privilegio, an, & quando locator frui possit pro pensione, & afflictu super bonis invectis, & illatis tacitè hypothecatis? num. 24.

Locator pro domus pensione, pro qua haberet tacitam cum prælatione super invectis, & illatis, haud præfertur creditori pro expensis funeralibus, ultimæ infirmitatis, medicorum, medicamentorum, vestium lugubrium, & similium. n. 25.

Creditor pro expensis funeralibus, ultimæ infirmitatis, medicorum, medicamentorum, vestium lugubrium, & similium omnibus creditoribus etiam hypothecariis, Regio fisco, & doti præfertur. n. 26.

Locator impedire, haud valet, ne ex invectis conductoris cadaver sepeliatur, prætendens super eis sibi satisfieri debere de domus pensione. num. 27.

Fidejussores primi, an, & quando per secundorum dationē liberati sint? n. 28. 34.

Novatione à prima fidejussione receditur. nu. 29. & fidejussor liberatur. n. 31.

Novationes haud inducuntur, nisi verbis expressis, novissimo jure attento. n. 30.

Novatio verificari potest præsumptionibus, & vehementibus conjecturis. num. 32. & admittitur exceptionis ope. n. 33.

Clausula renovata cautione *quare per judicem mandetur? nu. 35.*

Fidejussor liberatur, quousque contractus à primo statu, in quo ipse accessit, alteratur, ut si locatio, aut emptio augetur, aut diminuitur in pretio. n. 36.

Licitator primus, ejusque fidejussores ob novam factam licitationem super auctione perventa in nova oblatione, & licitatione facta, liberati sunt. n. 37.

Licitator primus, etsi adimpleverit post candela extinctionem, si denuo licitatur, & ipsi candela extincta sit, denuo adimplere tenetur, & quare? n. 38.

Fidejussor haud liberatur per dilationem, sive prorogationem termini ad solvendum, per creditorem debitori concessam, & quare? num. 39.

Fidejussor minimè liberatur propter status debitoris mutationem eventam post prorogationem à creditore concessam ad debiti solutionem. nu. 40.

Excussioni locus haud datur, quoties fidejussor se obligavit insolidum cum principali debitore. num. 41.

Excussio non habet locum, si à fidejussore ejus beneficio sit renunciatum, & quomodo? num. 42.

Cessionarius contra cedentem agere nequit, nisi nomine debitoris excusso. n. 43.

Cessionarius agere nequit contra cedentem post dilationem concessam, aut debitis diligentiis in tempore opportuno non peractis. num. 44. etsi per cedentem promissa sit exigibilitas nominis cessi. n. 45.

Mulier agere nequit super bonis fideicommisso subjectis, si fuerit in culpa, & negligentia exigendi super bonis liberis. num. 46.

Fidejussor an agere valeat, ut liberetur à fidejussione, ejusque obligatione, & quando? nu. 47. 48. & quid in venditionibus annui introitus, ubi capitale est demortuum? num 49.

Correus debitor agere potest contra correos, ut eum liberent ab obligatione, & quo modo? num. 50.

Fidejussor Clerici coram judice laico haud tenetur, & quare? num. 51. secus si fidejussit extra judicium, ut in contractu, sed conveniendus est coram suo, non autem Ecclesiastico judice. nu. 53.

Clericus, fidejubens pro laico coram laico judice, ad id, quod fidejussit, tenetur, sed conveniendus coram suo judice. n. 52.

Fidejussoris insolidum obligatio subsistit, etsi illa principalis in nullitatem incidat. num. 54. 56.

Mulieris, minoris, filii familias, & similium obligatio, etsi nulla sit ex aliquo defectu; illa tamen fidejussoris insolidum obligati tenet. n. 55.

Fidejussionem per viam expromissionis qua-

Digitized by Google

liter dari mandatur, & qua ratione sustinetur. nu.57.

Fidejussores dati per viam expromissionis, pro fidejussoribus non habentur, sed pro principalibus.nu.58.

Expromissores, non fidejussores appellantur, qui per viam expromissionis accedunt ad se obligandum.n.59.

Fidejussio præstita quò ad actiones, rationesq; per aliquem in judicio deductas, alteri non prodest, neque ea uti potest, & non habent locum disposita per l. cùm unus, 12.ff.de bonis author.judic. possid. & l.fin.Cod.eodem.*n.61.63.*

Sequestrum factum ad instantiam unius creditoris alteri prodest.nu.62.

Fidejussoribus an prosint dilationes, quæ à creditoribus, vel à majori parte eorum debitori conceduntur? num. 64. an moratoria, quæ à Principe eidem elargiũtur? num.65. prout illæ, quæ in visitatione carceratorum à Regentibus regalis cancellariæ dantur? num.66. etiansi insolidum cum principale obligati sint. num.67.

Cautio de in judicio sistẽdo qualiter inventa, & præstari debeat? nu.68. eò fortiùs in criminalibus.nu.70.

Fidejussor de in judicio sistendo ante sententiam conveniri potest ad principalis exhibitionem.nu.69.

Cautio de in judicio sistendo, non ita simpliciter præstatur in civilibus quæstionibus, sed addita clausula de judicatum solvendo.num. 71.

Cautio de in judicio sistendo, judicatumque solvendo, quando præstari debeat, & quæ in ejus præstatione concurrere debeant? num.72. aliàs in nullitatem incidit. nu.75.

Creditoris juramento, an, & quando standum sit de fuga debitoris suspectione, aut suorum bonorum dilapidatione, ut assicuretur creditor de debitoris persona? num.73.76.

Fuga debitoris suspectio constare debet in Regno ex depositione saltem duorum testium.num.74.

Debitoris arrestatio ut fieri valeat, constare debet de ejusdem status mutatione, & non possidere mobilia, vel immobilia ad debiti solutionem sufficientia.n.75.

Creditor, etsi dies solutionis non adhuc cecerit, agere valet pro sui crediti assecuratione, quod arrestetur debitor de fuga suspectus.nu.77.

Debitoris arrestatio ob ejus fugæ suspicionem fieri etiam valet ab incompetenti judice.num.78. taliter quod præstita coram eo cautione de in judicio sistendo, & judicatum solvendo, ad incompetentiæ exceptionem devenire haud potest.num. 79. nisi arrestatus esset Clericus. num.80.

Debitoris arrestatio, ejusque acta fieri valent etiam in die festivo, & Nativitatis, & Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.nu.81.

Debitoris arrestationis acta, & testium examen fiunt absque ejus intimatione, ipsoque inaudito.n.82.

Debitor arrestatus, & coram judice ductus, donec cautionem non præstet de stando juri, & judicatum solvendo, non liberatur, sed in carcere detinetur.n.83.

Cautio juratoria præstari potest à debitore de fuga suspecto, si non invenit, qui pro eo fidejubeat, & quare? nu.84. & quid in aliis casibus, remissive.n.85.

Debitor ad cautionem de in judicio sistendo, judicatumque solvendo minimè adstringi valet, si ejus status penitus non sit mutatus, prout contractus tẽpore. n.86.

Debitor haud est relaxandus præstita cautione de in judicio sistendo, & judicatum solvendo, si debitum fassus sit coram judice, parte præsente, aut de debito constaret ex instrumento, vel scriptura, altiorem non requirente probationem. num.87.

Sententia, contra principalem debitorem promulgata, exequitur contra fidejussorem de judicatum solvendo, absque ullo alio novo processu.nu.88.

Fidejubens de solvendo judicatum per unum judicem, vel Tribunal, an teneatur ad judicatum per alium? num. 89. & quid in casu appellationis? num.90.

Fidejussor de in judicio sistendo an teneatur coram alio judice sistere debitorem, vel in casu appellationis? nu.91. vel instantia peremptæ n.92.

Gra-

Digitized by Google

1 GRatuita illa operatio, (tam pia cùm geritur erga proximum, & amicos, Reipublicæ necessaria ad commercia conservanda) assumendi aliena onera, ad quæ non aliter quis venit adstrictus, nisi ex actu ipso voluntario assumptionis, ac intercessionis; originem trahit à communi hominum societate, propter quam alter alteri subvenire debemus ex pietatis, charitatisque actu erga proximum, *can. sicut*, 8. *dist.* 47. *& can. pasce*, 21. *dist.* 86. ac amicitiæ officio, itaquod non nisi in gratiam mandantis fit, sicuti per Paulum I.C. *in l.* 1. §. *mandatum*, *ff. mandati*, Muscatell. *in prax. fidejuss. proæm. nu.* 1. Alderisius *de simbol. contract. tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. Hering. *de fidejuss. cap.* 1. *à num.* 17. Crespì à Valdaur. *observ. illustr. decis.* 56. *num.* 51. *circa medium*, *p.* 2. Georg. Adam. Struv. *syntagm. jur. civil. exerc.* 47. *lib.* 46. *tit.* 1. *de fidejuss. & mandat. num.* 36. *tom.* 2. Carpzou *def. for. p.* 2. *constitut.* 20. *def.* 8. *num.* 1. *tom.* 1.

2 inde mirum, haud est, si hoc pietatis opus agentes ab omni damno, ac dispendio sunt eximendi, ac præmiis digni reputandi, *cap. pervenit*, 2. ex illis verbis *ne igitur dispendium patiatur*, *unde videtur*

2 *præmium meruisse*, *de fidejuss.* & ipsorū promissiones strictè sunt intelligendæ, & secundùm sonant verba, quibus nulla dari potest interpretatio ultra in stipulatione contentum, & ad quod fuit habitus reflexus; nec ultra extēdi; aut præstari valet intellectus ex vi, tam extensiva, quàm comprehensiva, *l. fidejussores Magistratuum*, 69. *cum* §. *pro Aurelio*, *& l. cū procurator*, 74. *ff. de fidejuss. l. penult. Cod. eodem*, & faciunt dicta per Vlpianum in *l. in conventionalibus*, 52. & Celsum *in l. quicquid adstringendæ*, 99. *ff. de verb. obligat.* Muscatell. *in d. prax. fidejuss. mod.* 7. *num.* 3. Reg. Capyc. Latr. *dec.* 138. *n.* 11. Reg. de Marin. *resol. jur. cap.* 135. *nu.* 3. *& cap.* 137. *num.* 24. ubi Rodoer. *n.* 10. Castillus *decis. Sicil.* 150. *num.* 18. *tom.* 2. Simon de Petris *consil.* 62. *nu.* 27. *centur.* 3. Mevius *in cōmen. in jus lubecen. lib.* 3. *tit.* 5. *art.* 1. *num.* 53. *tom.* 2. D. Anton. Fernandez de Otero *de officialib. Reipubl.*

4 *cap.* 18. *num.* 22. propter quod mutata, seu variata re, actione, causa, sive casu, agendi modo, ac via, non extenditur, neque valet allegari commissam esse stipulationem; sicuti neque de persona ad personam, nec de tempore ad tempus, *l. non à judice*, 64. §. *si quis alio judicio*, *ff. de judiciis*, *l. cùm quærebatur*, 13. §. *si furto*, *ff. judic. solv. l. si unus*, 28. §. *ante omnia*, *ff. de pactis*, *l. si in pignore*, 55. *d. l. fidejussores Magistratuum*, 69. §. *pro Aurelio-romulo*, *ff. de fidejussor.* Gloss. *in d.* §. *si quis alio judicio*, Reg. Capyc. Latr. *consult. for.* 49. *num.* 6. 7. *tom.* 1. *& d. dec.* 138. *nu.* 41. Reg. Conf. Staiban. *in observ. ad resol. for.* 31. *num.* 19. *& ad resol.* 75. *à nu.* 13. *usque ad* 20. *tom.* 1. Reg. Conf. Rocc. *resp. decis.* 62. *num.* 5. 6. *&* 8. *p.* 2. Rodoer. *in laud. loco* Hering. *de fidejuss. cap.* 20. §. 10. *nu.* 45. Surdus *dec.* 212. *num.* 1. Mastrill. *decis. Sicil.* 126. *n.* 6. *& per totam*, Castillus *d. dec. Sicil.* 150. *num.* 20. Giurba *cons. crim.* 35. *num.* 16. Noguerol *alleg.* 21. *num.* 4. Carthar. *dec. Rot. Gen.* 13. *nu.* 7. 8. 9. ita quod,

5 quavis alia causa superveniente, de qua non fuerit cogitatum, & propter quam mutatus sit status rei, haud fit locus stipulationi contra fidejussorem, si demum ex ipsa nova causa, ob novum facinus, nequeat sistere, ac præsentare principalē, qui ob capitalis, vel corporis afflictivæ pœnæ timorem perterritus, aufugerit, aut se receperit in loco immuni, à quo perhaberi minimè possit, aut si ex facto ejusdem judicis, nec etiam sisti posset; quod procedit, etiansi esset accusatione pendente, nulla adhuc sequuta condemnatione, judiciisq; declaratione; nec prædictis obstat, quod adjecta sit fidejussioni clausula *de reū præsentando ad omnem ordinem toties*, *quoties:* ex eo quia intelligitur in casibus facilibus, & possibilibus, & in quibus dolo, & culpa fidejussoris cessante, reus principalis præsentari non potest, ex I.C. dispositione in *l. sed*, *& si quis*, 4. *ff. si quis caution.* etiansi principali offeratur fidantia, & de secundo crimine salvus conductus, Foller. *in prax. crim. in fragm. de fidejuss. num.* 254. ubi de Angelis *ad num.* 252. *usque ad* 256. *vers. sed quod fidejussor*, Muscatell. *in prax. fidejuss. p.* 1. *mod.* 19. *nu.* 16. Reg. Conf. Paschal. *de virib. patr. potest. p.* 1. *c.* 8. *n.* 191.

Digitized by Google

Reg. Capyc. Latr. *consult. for.* 53. *usque ad num.* 14. *tom.* 1. Reg. de Marin. *resol. jur. cap.* 133. *num.* 10. *tom.* 1. Scialoya *de forjudicat. cap.* 15. *num.* 27. *in medio*, Reg. Conſ. Petra *in rit. M. C. V.* 164. *à num.* 4. *tom.* 1. Nicolin. *in prax. judic. crim. num.* 343. ubi Nicol. vincent. Scoppa *nu.* 50. *ad litt. Y. ad Sarnũ in prax. crim. p.* 2. *formul.* 63. *n.* 12. 13. 14. Rodoer. *ad Reg. de Marin. in d. cap.* 133. *á nu.* 9. *& conſ.* 36. *num.* 21. de Luca *ad Præſid. de Franchis dec.* 344. *nu.* 3. *& per totam, & in dec.* 400. *num.* 7. & 8. Barra *pract. obſervat.* 42. *cent.* 5. Iulius Clarus *lib.* 5. *ſententiar.* §. *fin. quaſt.* 46. *num.* 22. Bertazzol. *conſ. crim.* 436. *& conſ.* 500. *num.* 7. *tom.* 2. Giurba *d. conſ. crim.* 35. Hippol. de Marſiliis *de fidejuſſ. num.* 150. *cum ſeqq.* Hering. *in eod. tract. cap.* 20. §. 9. *à n.* 94. Caball. *reſol. crim. caſ.* 190. *tom.* 1. Caſtill. *d. dec.* 150. *num.* 17. *tom.* 2. Maſtrill. *d. dec.* 126. *à n.* 7. *p.* 2. Ruginell. *pract. quaſt. cap.* 26. *nu.* 3. Guazzin. *ad defenſam reorum, defenſ.* 6. *num.* 8. 9. & 10. Conciol. *reſol. crim. verb. cautio de repreſentando, reſol.* 1. *per totam, & reſol.* 5. *& in nu.* 2. Simon de Petris *d. conſil.* 62. *cent.* 3. Coler. *proceſ. execut. p.* 2. *cap.* 3. *à num.* 59. Iuſtus Oldetop. in *prax. crim. tit.* 3. *obſervat.* 20. Cui ſanè concluſioni non contradicunt diſpoſita per Vlpianum *in allata l. ſed, & ſi quis*, 4. *in* §. *illud ſciendum eſt*, quo in loco determinavit, minimè poſſe reo exceptionem de in judicio ſiſtendo competere, ex eo quod reus capitis effectus ſit; ſecus autem, ſi ſit condemnatus: ea quidẽ ratione, quia loquitur de ipſo reo principali, non autem de fidejuſſore; in cujus beneficium, *ex rationibus deſuper laudatis*, ne dum majori cum æquitate proceditur: nam ad alienam obligationem accedit; verùm etiam ſtrictè fidejuſſoria interpretatur ſtipulatio; meritò igitur recedendum eſſe putamus à rigoroſa illa Regentis Sanfelicii *deciſione* 159. etiam quia præfatus Regens ſubſtinet contra fidejuſſorem, innixus doctrinæ Fachinei, quam refert *num.* 3. quando Fachineus ita *ibi* concludit: *Reſpondeo, quæſtionem hanc eſſe accipiendam in terminis habilibus, cùm ſcilicet judex ſibi reum exhiberi petit juſta ex cauſa*, & juſta cauſa explicatur á DD. non aliam eſſe, niſi eam, quæ dependet ex eademmet cauſa, pro qua reus fuit ſub fidejuſſione relaxatus, & ſic ob nova indicia, quæ ſupervenerint, Reg. Conſ. Petra *in laud. loco n.* 9. *ante verſ. ſed*
6 *an licet*; quapropter inventa eſt quædam cautela, ut antequam per judicem ſuper nova inquiſitione procedatur, fidejuſſor interpelletur ad rei præſentationem, ex cauſa, pro qua ſe obligavit principalem præſentare; itaut validè contra eum procedatur, & fidejuſſionis ſtipulatio committatur, Barra *d. obſerv.* 42. *nu.* 2. *cent.* 5. Caſtill. *d. dec.* 150. *nu.* 21. Clarus *d. quæſt.* 46. *num.* 22. *verſ. propterea judex*, ubi Bajard. *num.* 102. Hering. *d. cap.* 20. §. 9. *nu.* 102. Caball. *d. caſ.* 190. *nu.* 2. *prope finem*, cum aliis laudatis à Guazzin. *in d. cap.* 4. *nu.* 11. & Giurba *d. conſ.* 35. *nu.* 16.
51 Vt plurimum, cùm fidejussiones tanquam accessoriæ ad principalis obligationem, propter quod ipsius debent sequi naturã; data ipsius principalis obligationis resolutione, aut nullitate, illa fidejussoris pro nulla, & resoluta habetur; idcirco his rationibus attentis, fidejubẽte laico coram suo, & non clerici principalis judice, ex quo respectu clerici est penitus incompetens, omnia, quæ á clerico coram dicto laico judice conficiuntur, à nullitatis vitio, in quo ipso tũc incurrunt, haud salvantur, etiansi juramento mediante confecta sint: quia contra expressas constitutiones, nedum Cæsaream Friderici Imperatoris, à qua desumpta est *Auth. statuimus, ut nullus, Cod. de Episcop. & Cleric.* verùm etiam Pontificiam Innocentii III. *in cap. si diligenti*, 12. *de foro competenti*, & per consequens de accessoria fidejussoris obligatione nec etiam habenda sit ratio, non existente in suo robore principali, à qua ista, tanquam accessoria, dependet, recipitque vim, & ad cujus observantiam adstringi non potest, *l. si servus*, 9. *& l. quoties servus*, 13. *ff. si quis cautionibus, &c. l. cùm lex*, 47. *ff. de fidejussor.* ubi Glos. *per totam, l. fidejussor*, §. *si quis*, ibi: *si quis his personis, quæ agere non potuerunt, fidejussores judicio sistendi causa dederit: frustra erit datio, ff. qui satisd. cogant.* ubi Gloss. & fuit habitũ pro vero in S. C. penes Præsid. de Franch. *decis.* 400. in Reg. Rouit. *dec.* 19. ubi Altimar. Reg. Cons. Paschal. *de patr. potest. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. ubi Reg. Cons. Prat. Caravita *super Rit. M. C. V.* 200. *num.* 3. 4. Reg. de Marin. *in sua allegat.* 147. *in* 3. *tom. suar. resolut.* Scialoya *de foro compet. cap.* 30. *num.* 14. de Luca ad Præsid. de Franch. *in d. dec.* 400. *n.* 6. Giachar. *ad Clar. lib.* 5.

52 *sentẽt.* §. *fin. quæst.* 46. *n.* 101. quod secus est in clerico fidejubente pro laico corã judice laico, attenta vi, & accessorii natura, per quam principalis laici, validè obligati sequitur obligatione, eodenque modo, & validè ille, qui ad obligationem accedit, obligatus remanet, sed conveniendus coram suo ecclesiastico competenti judice, Reg. Rovit. *d. dec.* 19. *nu.* 13. Scialoya *de foro competenti d. cap.* 30. *nu.* 9. Altim. *ad Reg. Rovit. loco cit. vers. ad num.*

Digitized by Google

nu. 2. *&* 13. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 20. *à num.* 50. quoniam illi, qui expressè substinent, haud posse penes laicales jurisdictiones clericos fidejubendo obligari, intelligendi sunt, prout loquuntur, si coram eodem judice conveniendi forent, Altim. *ubi supra, nu.* 2.

53 Verùm enim verò, si laicorum obligatio pro clerici fidejussione non fieret judicialiter, ut penes acta judicis iudicii moti, propter quod ad hanc fidejussionis præstandæ cautelam advenitur ex judicis mandato, aut Curiæ stylo; sed per cõtractum, stipulationenque confectam per clericum in sui creditoris beneficium, cui accessit fidejussoria laici obligatio; cùm illa confecta per clericum principalem debitorem subsistat, eodem modo accessoria laici, pro qua validè convenire potest coram suo, non autem clerici principalis debitoris judice, ad differentiam judicialis fidejussionis, juxta quam juridicam distinctionẽ conciliantur DD. placita, Vrsill. *ad Afflict. dec.* 206. *num.* 1. Reg. Rovit. *d. dec.* 19. *à num.* 8. cum aliis, laudatis ab Altimar. *in d. loco*, & à Regio Consiliario Petra *in Ritu M. C. V.* 200. *num.* 8. *tom.* 2.

54 Observatur tamen, quod id, quod dicitur, incidente in nullitatem principali obligatione, corruere & illã fidejussoris, intelligitur de meris, & puris intercedentibus, & ad alienam obligationem accedentibus, non aliter de correis, sicuti habetur quando principaliter, & insolidũ cum principali obligantur, quo in casu, cùm omnes, respectu creditoris pro principalibus dejudicentur, nam attenta dicta obligatione cum clausula, *& insolidũ*, dejudicantur potiùs pro eorum proprio interesse, quàm pro alieno accessisse ad obligandum; eorum non destruitur obligatio, etsi illa principalis nulla foret, ex laudatis per Altimar. *ad Reg. Rovit. d. dec.* 19. *ad num.* 10. *vers. alia quæstio est*;

55 quapropter, etsi obligatio mulieris, minoris, vel filii familias, nulla sit ex defectu solemnitatum, aut concurrentia Senatus Cõsulti Vellejani, vel Macedoniani respectivè, illa verò fidejussorum, sive correorum, ope ipsorum insolidum obligationis, & principali nomine confectæ; in sui robore, & firmitate manet, itaquod juridicè conveniri possunt à creditore ad totius quantitatis debitæ solutionem, *l. si Titius, & Seja*, 49. *ff. de fidejussor. l. & si his*, 9. *cum* §. *pignora*, *Cod. de prædiis minorum*, Reg. Consi. Paschal. *de patr. potest. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 17. Reg. Consi. Arias de Mesa *var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 12. Reg. Consi. Staiban. *in observat. ad resol.* 31. *à num.* 26. *tom.* 1. Reg. Consi. Petra *in d. ritu* 200. *nu.* 11. 12. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 122. *à num.* 14. ubi de Luca *à num.* 7. *usque ad finem*, Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 58. *tom.* 1. Fontanella *de pact. nuptial. lib. claus.* 4. *gloss.* 7. *p.* 1. *n.* 42. *vers. nec finaliter*, *tom.* 1. Carpzou. *tract. var. de juribus fœminar. singular. decade* 3. *posit.* 3. *à num.* 13. cui conclusioni contradicunt notata per Præsid. Merlin. *con-*

56 *trov. forens. cap.* 55. *num.* 17. *tom.* 1. perpensis tamen juribus, & DD. laudatis per eum, haud videntur obstare ob casuum diversitatem: quoniam Nos conclusionem fundavimus in fidejussore habito pro principali, & tanquam correo obligato; & disposita per I. C. *in l. si mulier*, 16. §. *si ab ea*, *ff. ad Senat. Consi. Vellejan.* & per Imperatorem *in l. mulierem*, 14. *Cod. eod.* allegata per Præsid. Merlin. cum DD. per eundem relatis, quibus addimus *l. si alius pro muliere*, 2. *ff. quæ res pign. vel hypoth. dat. &c.* loquuntur *in* meris, puris, simplicibusque fidejussoribus, quorum obligationes non sunt habendæ, nisi pro ad principalem accessoriis, quo in casu sublata, annullataque principali obligatione, & ipsæ quoque pro defectis habentur; & si allegetur textus in *l. si ea*, 2. *Cod. de fidejussor. minor.* subintellectus à Præsid. de Franch. *in dec.* 247. *num.* 4. procedere etiansi principali nomine obligatus fidejussor sit, nõ autem accessoriè; nec etiam nostræ conclusioni adversari colligitur: nam, attenta prima parte textus dispositionis, non inspicitur interfuisse dolum ex parte creditoris, dantis causam contractui, & fidejussorem teneri ad observantiam ejus obligationis, ibi: *si ea*, *quæ tibi vendidit possessiones, interposito decreto Præsidis, ætatis tantummodo auxilio juvatur; non est dubium fidejussorem ex persona sua obnoxium esse contractui*: & sic pro creditore, sive emptore facit, contra fidejus-

so-

sorem; in secunda verò fidejussorem liberat ob dolum ex parte emptoris concurrentem, cui nulli dubium est, quod in nihilo proficuum esse debet, & ex omni parte contractus annullatur, etiam respectu fidejussoris, qui si de tali modo procedendi conscius esset, minimè contraxisset, cùm eum non lateret, sibi regressum non competere contra principalem, ut in textu ibi: *verùm, si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse, manifesti juris est, utriq; personæ tam venditricis, quàm fidejussoris consulendum esse,* ubi Gloss. in *verb. utrique*, prout interfuit in *d. dec.* Præsid. de Franch. ob enormissimam læsionem concurrentem, itaq; sicuti explicatur casus dictæ decisionis per Reg. Cons. Staiban. *resol. for.* 28. *à nu.* 46. *tom.* 1. quod viri obligatio in ea cõtẽta ex verborum formalitate, nonnisi quã simplicem fidejusorem, non autem principaliter, in solidum, & tanquam correum illum constituebat, & sic suum principale negotium peragere dici non potest.

57 His itaque perhabitis, cùm istis in casibus, & aliis similibus, in quibus principales haud possunt penes acta se obligare, vel quia clerici, ecclesiasticæque personæ sint, aut si laici, absentes á judicii loco reperiantur, propter quod minimè possunt validè fidejusores se obligare: cùm deficiat cui accedere debent, & sic defectu principalis obligationis, & ipsa quoque fidejussoria corruit; ad id in praxi advenitur, per viam expromissionis, ut fidejusor ad se obligandum, non aliter accedat fidejusorio nomine, sed tanquã principalis, assumendo in se principalem obligationem, ad omne totum, & quicquid principalis obligandus foret, si præsens esset, & validè se obligare posset, remota judicis incompetentia (cujus formula ad differentiam illius fidejussoris extenditur per Caravitam *in loco mox laudando*) quod nedum in jure permissũ est, verùm etiã ita mãdatur per Ritus M. C. V. 194. & 200. ibi: *nec obligat se clericus: quia non potest coram judice seculari, sed alii pro eo obligantur, nõ in modum fidejussorum; sed obligant se voluntariè prædictis*. Caravita *in d. ritu* 200. *num.* 3. Præs. de Franch. *d. dec.* 400. *prope finem, vers. quomodo tamen*, Reg. Rovit. *d. dec.* 19. *num.* 5. 6. Reg. de Marin. *resol. jur. d. cap.* 133. *num.* 23. 24. 25. *tom.* 1. Reg. Cons. Petra *in d. ritu* 200. *à num.* 2.

58 quapropter si personæ sunt ecclesiasticæ, ecclesianque repræsentantes, quæ obligandæ sunt, & mandatur; præstita per eos laicali cautione: qui quidem laici, ut dictum est, principaliter, non autem accessoriè obligantur per viam expromissionis ad id, ad quod ipsi ecclesiastici obligandi erant, sed non obligantur; itaque pro non obligatis promittunt, ad differentiam fidejussoris, qui pro obligato promittit, & in solidũ, vel in subsidium se obligat; si autem principales essent laici, sed absentes, & mandatur per judicem fidejussionem præstari per viam expromissionis, eodem modo exten-

59 ditur, ut in dicto primo casu, assumendo ipse expromissor in se alienam obligationem, ipsanque propriam faciendo, licèt pro non obligato se obliget; ex propria expromissoris ethimologia, qui ita dicitur ex quo promittit id, ad quod non est obligatus, & pro nõ obligato se obligat, *Gloss. in §. si quis igitur, 1. verb. fidejussorem, vers. quid in expromissore, Auth. de fidejussor.* Gloss. *in l. Stichum*, 95. *§. aditio, verb. interceserat, vers. porro, ff. de solution. l. & eleganter*, 7. *§. servus pactionis, ff. de dolo malo*, cum aliis concordantibus, laudatis à Reg. Cons. Paschal. *p.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. *vers. & proinde*, Reg. Rovit. *in laud. dec.* 19. *num.* 6. Reg. de Marin. *d. cap.* 133. *num.* 25. Reg. Cons. Petra *in d. ritu* 200. *num.* 4. Hering. *de fidejussor. cap.* 4. *num.* 28. *& à num.* 41. *cum sequentibus, & cap.* 27. *num.* 84. *cum multis sequentibus*, Hyppolit. de Marsil. *in rubr. de fidejussor. nu.* 4. Gotthofred. *in rubr. de fidejussor. litt. A. vers. expromissor*, Pichard. *super Institut. in rubr. de fidejuss. num.* 4. *vers. expromissor, tom.* 1. ubi etiam Harpprecht. *num.* 5. *tom.* 3. Bachov. *super Instit. in ead. rubr. de fidejuss. in princip.* & latè Carthar. *dec. Rot. Gen.* 51. *à num.* 21. *usque ad finem.*

60 Restringitur, itaque, ut supra fundavimus *nu.* 3. fidejussio, & nullam admittit extensionem de causa ad causam, nec de

61 persona ad personam, itaquod præstita respectu rationum, actionunque deductarũ per aliquem, alteri demum haud

Digitized by Google

prodeſt, etianſi præſtita fuerit de reſtituẽdo, aut exhibendo ad omnem ordinem; nam reſtringitur tam generale mandatũ reſpectu perſonarum, & cauſarum per eaſdem deductarum, quæ huic mandato cauſam dedere, itaque fidejuſſio ad cauſas in eo expreſſas, & ob quas fuit expe-
62 ditum, ſuum habuit reflexum, quo in caſu militare minimè poſſunt diſpoſita per Paulum I.C. in *l. cùm unus*, 12. *ff. de bonis auth. jud. poſſid.* & Imperatorem Iuſtinianum *in l. cùm apud veteres, fin. Cod. eod.* ob rationum diſparitatem, quæ conſideratur in arctato jure in fidejuſſione cõcurrente, non conſiderato in bonorum communis debitoris poſſeſſione, ſive ſequeſtratione, apud cujus acta omnes alii concurrentes creditores, ea uti valent,
63 dum non agitur de tertii præjudicio, qui non aliter venit ad ſe obligandum, niſi pro cauſa illa tantùm expreſſa, & perſona agentis contemplata; extra quam deficeret conſenſus, & per conſequens obligatio; quod non eſt ita in fidejuſſionibus, quæ præſtantur à creditoribus in concurſu ſuper debitoris communis bonis, ob reflexum, qui habetur ad ea, quæ cõtingere demum poſſunt ob alios intereſſe habentes, tunc tamen temporis non concurrentes; quia hæ fidejuſſiones faciunt, ac ſi pecunia extaret, tam in judicio repoſitionis, ſive reſtitutionis, quàm avocationis cauſa; qua univerſalitate ceſſante, extenſioni locus fieri haud poteſt, etianſi fuiſſet in caſu, quo ope fidejuſſionis præſtitæ, pecunia, aut fructus, vel res, ad alicujus petitionem ſequeſtratæ, debitori ſolutæ eſſent, ultra illos creditores, ad quorum inſtantiam ſequeſtratæ fuerunt, fidejuſſio non extenditur, latè diſcuſſo articulo determinavit Regni Siciliæ Cõciſtorium, confirmando determinationem M. R. C. penes Maſtrill. *dec. 126. p. 2.* amplexa à Reg. Conſ. Paſchali *de patr. poteſt. p. 1. cap. 8. num. 194.* Reg. Capyc. Latr. *deciſ. 138. à num. 9. & 37. tom. 2.* cujus tamen deciſio *num. 48. in fine* prædictis non adverſatur: nã obligatio, ſive fidejuſſio erat præſtita per mulierẽ in judicio aſſecurationis dotiũ ſuper viri effectibus, in quibus cauſis fidejuſſiones præſtãtur de exhibendis bonis ſuper quibus aſſecuratur, ad omnem ordinem, non ad alium finem, niſi ut ſi comparverint alii creditores mulierem vincentes, exhibenda ſint bona; meritò igitur ibi mulier, & fidejuſſores ſuccumbuerunt pro bonorum exhibitione, aut eorum pretio pro quantitate crediti concurrentis creditrice anteriori muliere aſſecurata.

64 Extra ordinem haud eſſe videtur adnotare ea, quæ apud DD. non ſinè magno diſcrimine reperiuntur adeſſe; an ſcilicet valeant fidejuſſores uti, ac frui beneficio dilationis à creditoribus omnibus, vel à majori parte debitori cõceſſæ; itaut ſicuti concurrente, moleſtari debitor principalis non valet, eodem modo, & fidejuſſores? & multi multa dixerunt; attamen, ne à ſolita brevitate diſcedamus, magis communis, & juri conſona DD. ſententia eſt affirmativa; Nam, etſi beneficium hoc habeatur pro perſonali, itaquod ſoli debitori competat, cui reperitur conceſſum, nulla facta de fidejuſſoribus mentione; ad ipſos tamen tuendum, nedum quia tenetur illos gratificare ex vi remunerationis, verùm etiam ne ab eiſdem patiatur moleſtiam ſi creditori ſolverint, ob regreſſum quem habent contra ipſum principalem, contra quem per creditorem cedenda ſunt jura fidejuſſoribus, quod fieri haud poteſt ob dilationem ei conceſſam, eo quia efficaciora haud ſunt, itaque, cùm creditor ea cedere nequeat perdurante dilatione, conſequens eſt, ut contra fidejuſſores nõ valeat agere, *d. l. Stichum, 95. §. ſi creditor, penult. ff. de ſolution.* Dilatio enim dejudicatur pro reali, uti reflectens ad res, & obligationem, ac proinde fidejuſſoribus cõpetere à nemine dubitatur, cùm fruantur omnibus illis beneficiis, ac exceptionibus, quæ quò ad prædicta debitori principali concedũtur, & competunt, ex diſpoſitis per II. CC. *in l. ſi alius pro muliere, 2. & l. ſi mulier, 16.* & Imperatores *in laud. l. mulier, 14. de ſuper laudatis num. 56. in l. conſtitutionibus, 20. Cod. de uſuris,* Vrſill. *ad Afflict. dec. 28. num. 1.* Caravita *in ritu M. C. V. 287. nu. 16.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. reſol. 1. de ſolution. num. 25. verſ. in ſecundo dubio,* Lucas-matthæus Apicell. *in tract. de tutam. paup. in tit. 1. de dilatione quinquen-*

Digitized by Google

quennali, num. 81. & Mauritius ejus filius *in addit. ad tit.* 2. *de moratoria Principis, litt. X. num.* 573. Reg. Tapia *in jure Regni, lib.* 4. *de moratoriis, & salvo conducto, nu.* 7. *vers. vigesimo primo,* Reg. Consl. Paschal. *de patr. potest. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 71. Muscatell. *in praxi fidejussor.* per quem multa contraria resolvuntur, *quæst.* 9. *à num.* 17. *usque ad* 29. *inclusivè,* Mauson. *de cauſ. executiv. limit.* 6. *à num.* 75. Reg. Consl. Fabius de Anna *cons.* 82. *nu.* 9. 27. *lib.* 1. Reg. Rovit. *in prag.* 3. *num.* 30. *de cessione bonorum,* Reg. de Marin. *resol. jur. d. cap.* 133. *à num.* 20. *vers. idenque videretur dicendum,* Reg. Consl. Staiban. *resol. forens.* 46. Papar. *prax. civil. & crim. tit.* 2. *de dilat. quinquen. num.* 19. Reg. Consl. Hodierna *ad Surd. dec.* 301. *nu.* 3. de Luca *ad Gratian. disceptat. for. cap.* 12. *tom.* 1. Melo *de induciis debitorum, quæst.* 25. Rodriquez *de privileg. & concursu creditor. p.* 1. *à num.* 18. Barbosa *in l. maritũ,* 13. *num.* 87. *à vers. similiter si debitor, ff. soluto matrim. tom.* 2. Velasc. *de privileg. paup. p.* 1. *quæst.* 44. *num.* 79. 82. Cevall. *comm. contra comm. quæst.* 701. *nu.* 15. 16. *p.* 2. Acosta *de privileg. creditor. regula* 5. *ampliat.* 6. *num.* 3. *vers. declaratur tertiò, in fine,* Salgad. *labyrinth. credit. p.* 2. *cap.* 30. *num.* 74. *tom.* 1. Fermosin. *de foro competent. ad cap. si diligenti,* 12. *quæst.* 3. *nu.* 14. & determinavit S. R. C. apud Io: Baptistã Thor. *compend. decis. par.* 1. *verb. dilatio quinquennalis concessa, pag. mihi* 146. & Senat. Mantuan. penes Surd. *d. dec.* 301. *num.* 7. *vers. verius tamen, & num.* 16. Bo-
65 non. Barz. *dec.* 78. & hoc etiansi agatur de moratoria à Principe debitori concessa: nam, licèt verum sit, quod ab aliquibus impugnatur, & signanter à Salgad. *loco laud. à num.* 26. Acosta *ubi supra,* ac Velasc. *de privileg. paup. d. p.* 1. *quæst.* 44. *à num.* 75. attamen in contrarium est magis tuta sententia, Rodriquez *in allato loco,* Velasc. *d. quæst.* 44. *à nu.* 76. Io: baptista Costa *de portione, sive ratione ratæ, quæst.* 139. *num.* 8. Benedict. Carpzov. *tract. var. asylum debitorum, cap.* 4. *posit.* 60. *à num.* 43. & in praxi servatur Reg. Consl. Paschal. & Muscatell. *in lau-*
66 *dat. loc.* taliter quod, etiam dilationes, quæ in visitatione carceratorũ M. C. V. qualibet Hebdomada debitoribus concedeuntur, ut per menses, juxta quantitates in visitatione taxatas, solvere debeãt ad debiti extinctionem, ad fidejussores extenduntur, & ea pendente molestari haud possunt, Reg. de Marin. *d. cap.* 133.
67 *num.* 20. *vers. & per hanc rationem*; & hoc etiansi fidejussores tanquam principales, & insolidum sint obligati, & habentur ex aliis clausulis, in instrumentis, & obligationum cautelis existentibus, ob quas pro principalibus habentur; ex eo quia prædictæ dilationes, & moratoriæ ad correos se extendunt, aliàs redderentur inanes, ob molestiam, quam debitores ex eis non evitarent, ex regressu, qui contra eos præfatis correis, & insolidum obligatis competit, Reg. Consl. Staiban. *d. resol.* 46. Trentacinq. *ubi supra,* de Luca *in d. cap.* 12. *num.* 6. Velasc. *d. quæst.* 44. *num.* 76. & multi alii ex desuper laudatis *in num.* 64.

Ad num. 26.

68 NE judicia elusoria, & inania efficiantur (quod in jure vetitum est) in actorum perniciem, quousque contra reos obtineant, & ipsi demum non inveniantur, vel quia alienigenæ, aut in fugam missi, perterriti succumbentiæ timore in judiciis, in quibus reperiuntur cõventi; quapropter ad prædicta evitanda, inconveniens haud esse à jure dignoscitur, si reus advena, vel de fuga suspectus, etiam in principio judicii arrestetur, donec cautionem præstet judicii assecurationis, de in illo sistendo, jurique stando, quæ extenditur usque ad sententiam, contra principalem latam, Maranta *in sua praxi p.* 6. *membr.* 8. *de satisdat. num.* 1. 2. 3. Mauson. *de cauſ. executiv. prælud.* 2. *à num.* 10. Muscatell. *prax. fidejuss. mod.* 12. *num.* 1. *& à num.* 15. *vers. quò ad secundum,* de Angelis *ad Reg. Cõs. Gizzarell. dec.* 82. *num.* 2. 3. 11. de Luca *ad Præsid. de Franch. dec.* 344. *nu.* 4. *vers.*
69 *cautio*; quadere ante sententiam convenire potest ad principalis exhibitionem; sed non nisi ad petitionem illius, ad cujus instantiam præstita fuit cautio, non autem alterius, & pro alia causa, ac ratione, pro qua principalis vocatus fuit, neque ab alio judice, & Tribunali: cùm

Digitized by Google

in his fidejussionibus solitum sit dici. de *sistendo principalem in judicio illi moto ad instantiam talis, coram judice talis Tribunalis*, de Luca *in laud. loco*, Ludovic. Roman. *in cons.* 210. Herman. Vltejus *jurisp. Roman. lib.* 2. *cap.* 30. *nu.* 70. Marsil. *in rubr. de fidejussor. nu.* 133. Hering. *in eod. tract. cap.* 16. *à num.* 23. Roland. á Valle *cons.* 58. *à num.* 11. *vol.* 1. Guazzin. *ad defensam reorum, defensa* 6. *cap.* 4. *nu.* 20. *tom.* 1. Cancer. *var. res. lib.* 2. *cap.* 5. *de fidejuss. n.* 128. *tom.* 1. Noguerol *alleg.* 15.

70 *num.* 22. quæ fidejussionis forma, potiùs in criminalibus, quàm civilibus judiciis practicatur: nam in illis assecuratur Cu-

71 ria de principalis exhibitione, sed in quæstionibus inter partes, ex quo earum interest, ne dum quò ad rei principalis exhibitionem cautum esse, verum etiam de crediti satisfactione, eo liquidato, itaque non semper simpliciter præstantur de judicio sisti, nisi addito *& de judicatũ solvendo*, ut decidisse S. C. refert Afflict. *dec.* 170. *num.* 4. ubi Vrsill. *num.* 3. Reg. Cons. Gizzarell. *dec.* 82. ubi de Angelis *num.* 1. de Mele *nu.* 12. & de Mari *nu.* 2. Muscatell. *in laud. loco, à num.* 18. & priùs *in praxi S. R. C. lib.* 1. *p.* 3. *gloss. expensis, nu.* 14. Mauson. *de causis execut. ampliat.* 13. Colerus *process. execut. p.* 2. *cap.* 1. *nu.* 97.

72 & meliùs *p.* 3. *cap.* 11. *num.* 97. 98. 99. si tamen de suspectione fugæ debitor veniret attinctus, aut bonorum dilapidatione, itaquod non valeat creditor habere, quod consequi debet; ad quam fugæ suspectionem, & dilapidationem bonorum, tam attento imminenti periculo,

73 propter quod, si judicialia observanda essent, assecuratio redderetur elusoria, quàm etiã quia agitur de judicii, & crediti assecuratione, qualis qualis sufficeret probatio; & creditoris juramento standũ esse, tenuerunt ex multis Calà *de modo articulandi, gloss. unica*, §. 2. *num.* 606. Anibal Troysius *in Rit. M. C. V.* 170. *nu.* 5. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 10. *de solution. num.* 4. Marcus-antonius de Amatis *dec. Ferrar.* 13. *num.* 10. Berlich. *pract. concluss.* 73. *num.* 43. *&* 45. *p.* 1.

74 Coler. *proc. execut. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 74. à qua opinione receditur in Regno ex dispositis in *Ritu M. C. V.* 170. per quem mãdatur fugæ suspectionẽ constare debere per duorum testium depositiones, & ita servari in praxi testantur Trentacinq. *in laud. loco, vers. nota*, ibi: *Nota, quod in Regno hoc Neapolitano, quando quis dicit adversarium suum post confectionem instrumenti, factum esse fugitivum, debet probare per duos testes*, Calà *in d.* §. 2. *nu.* 610. ibi: *& licèt supra diximus, fugæ suspectionem probari posse per juramentum, attamen dicas tu Regnicola, hoc procedere de jure communi; secus inspecto jure Regni, quo attento, debet suspicio fugæ, probari per duos testes, ut est videre ad Rit. M. C. V. proximè allegatum* 170. *qui incipit item nota quod quando volens*, Martha *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 42. *n.* 23. Reg. Cons. Petra *mox alleg. num.* 9. *in medio*, ibi: *Praxis tamen vigens in Regni Tribunalibus ea est, ut capiatur summaria informatio per duos testes de suspicione fugæ, ad finem illum capiendi, & detinendi in carcere donec cautionem præstiterit*, Reg. Capyc. Latr. *consult. for.* 73. *num.* 39. *lib.* 1. & alii mox laudandi.

75 Requiritur etiam ad hoc, ut debitoris arrestatio practicari possit, illum haud possidere immobilia, & mobilia sufficientia ad debiti solutionem; vel status mutationem esse sequutam post contractum debitum, nam si prædicta omnia non cõstarent, cum crediti ostensione, & ad debitoris arrestationem processum sit, tanquam nulliter, excarcerari debet; & ad præmissam cautionem præstandam de in judicio sisti, & judicatum solvendo, minimè arctari potest: cùm explorati juris sit, in præjudicialibus, sicuti sunt arrestationes, hominunque carcerationes, etiansi summariè agatur, probationem debere esse plenam, scilicet testibus, aut instrumentis (eò fortiùs dum fit debitore inaudito) aut aliis conjecturis, & præsumptionibus, ex quibus judici videbitur, esse creditorem assecurandum, Vrsill. *ad Afflict. d. dec.* 170. *num.* 4. Nuntius Tartaglia *prax. judicial. civil. cap.* 1. *n.* 53. Galter. *de instrum. liquidat.* 3. *p. princip. verb. expediatur citatio, nu.* 14. Caravita *in d. Rit. M. C. V.* 170. præcisè *nu.* 9. Carraba *de syndic. p.* 2. *num.* 160. *vers. & suspicio fugæ*, Mauson. *de caus. execut. d. prælud.* 2. *à num.* 17. Berlich. *d. concluss.* 73. *num.* 41. 42. Reg. Cons. Prat. *ad Muscatell.*

Digitized by Google

tell. prax. judic. lib. 2. cap. 3. gloss. detinebitur, ad num. 15. de Angel. *ad Reg. Conf. Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 4. 5. ubi etiam Mele *num.* 1. & Mari *num.* 1. Menoch. *de arbitr. judic. casu* 87. *à num.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 824. *num.* 1. 2. 3. *vol.* 2. Cevall. *comm. contra comm. quæst.* 133. Velasc. *consult. jur.* 66. *p.* 1. Hevia Bolaños *Curia Philipp. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *Falidos, num.* 23. Berlich. *pract. conclus. p.* 1. *conclus.* 73. Reg. Conf. Petra *in d. Ritu* 170. *num.* 8. & decidisse M.C.V. confirmante S.R.C. refert *num.* 12. & Almam Rotam Ferrariensem, Marcus-antonius de Amatis *in d. dec.* 13. Rot. Rom. Buratt. *decis.* 105. *à num.* 6. & Nos obtinuimus pro nullitate instrumenti confecti à Iosepho Rajola, capto ordine Curiæ Turris Octavæ ad instantiam Notarii Thomæ-anelli Cerillo, tanquam de fuga suspecto; dũ non constabat de fugæ suspicione ex testium examine, de credito, & bonorum stabilium, mobiliunque ad suppositi crediti satisfactionem non sufficientia; quapropter nedum ipsa arrestatio erat nulla, verùm etiam, & ipsum instrumentum obligationis inde confectum, ut libertati restitueretur; & ita decisum per M. C. ad relationem qu. Regii Consiliarii D. Thomæ de Luca, tunc judicis ipsius M.C.V. & causæ Commissarii, in banca de Albano penes Sanctam Mariam Scribam.

76 Modò periculum non sit imminens, ita ut facta probatione suspicionis fugæ ex testium depositionibus, elusoria redderetur: eo enim in casu, si judici videbitur attentis circunstantiis, præsumptionibus, ac qualitate negotii, & creditoris; ad debitoris arrestationem procedere valet, & creditori aures præstare, delato eidem juramento de fugæ suspicione: nam si hoc concurrente periculo per ipsummet creditorem fieri potest, & debitor retineri, eò fortiùs ex judicis authoritate, ac mandato; & procederent opinamenta substinentium sufficere talẽ fugæ suspicionis probationem, Vivius *comm. opin.* 177. *lib.* 1. Grammat. *cons. civil.* 17. *à num.* 13. si demum arrestatione sequuta, fugæ suspicio, & cætera alia requisita desuper enarrata, ex legitimis præmissis probationibus verificentur, aliter de ea nulla habetur ratio, & arrestatus absque ulla cautione præstanda, in pristinam reducitur libertatem, Carav. *in d. ritu* 170. *num.* 14. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 10. *nu.* 4. *vers. hæ opiniones, & vers. hæc causa, circa finem,* de Angelis *ad Reg. Conf. Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 5. *vers. posset tamen reconciliari*, & de Mari *nu.* 1. *in medio.* Io: baptista Caccialup. *de debitore suspecto, & fugitivo*, latè examinato articulo *in 6. quæst. principali, à num.* 10. *usque ad* 17. *inclusivè*, Marcus-antonius de Amatis *d. dec.* 13. *num.* 10. 11. Coler. *proc. execut. d. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 74. 75. Mascard. *de probat. conclus.* 824. *num.* 6. *vol.* 2. Iulius-cesar Ruginell. quæstione discussa *pract. quæst. cap.* 12.

77 Itaque ex quo agitur de crediti consequendi assecuratione, licèt non adhuc venerit solutionis dies, agi valet, ut assecuretur de obtinendo adveniente tempore solutionis, debitore de fugæ suspicione convicto, ex dispositis per II. CC. *in l. in omnibus,* 41. *ff. de judic. l. inter omnes,* 12. *ff. qui satisd. cogant. l. si creditores,* 15. *ff. de privileg. credit. l. in possessionẽ,* 6. *in princip. ff. quib. ex caus. in possess. eatur,* cũ aliis concordantibus, laudatis à Gloss. in *d. l. in omnibus, verb. in omnibus bonæ fidei*, & decrevit S.C. teste Afflicto in *dec.* 108. & esse communem, ait Caravit. *in d. ritu* 170. *num.* 3. *in medio*, Galter. *loco cit. num.* 19. Mauson. *de caus. execut. ampliat.* 13. *num.* 14. *& ampliat.* 22. *à nu.* 4. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 10. *nu.* 25. Camill. de Medic. *cons.* 148. *num.* 8. 9. Reg. Sanfel. *dec.* 308. *num.* 9. *lib.* 2. Reg. Conf. Hodierna *ad Surd. dec.* 307. Novar. *decis.* 17. Reg. Conf. Petra *in d. ritu* 170. *n.* 3. de Angel. *in laud. Gizzarel. dec.* 82. *nu.* 5. *prope finem*, ubi etiam Mele *num.* 6. *vers. & quid, si fuerit,* Negusant. *de pignor.* 4. *princip. par. nu.* 15. 16. Giurba *dec.* 4. *n.* 28. Gomez *var. resol. lib.* 2. *cap.* 11. *de qualitatib. contract. num.* 57. ubi Ayllon *n.* 58. Cevall. *comm. contra comm. quæst.* 267. *num.* 9. Barbosa *in commentar. de judiciis, in d. l. in omnibus, num.* 45. Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. Velasc. *in loco mox alleg. à num.* 33. Barbosa *solut. matrim. in l.* 2. *in princip. p.* 2. *num.* 28. *in l. divortio,* 8. §. *interdum, num.* 18. *tom.* 1. *& in l. si constante,* 25. *num.* 20. *tom.* 2. Castill. Sottomajor *controv. jur. cap.* 19. *num.* 11.

tom.

Digitized by Google

tom. 1. *& cap.* 59. *num.* 24. *tom.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *p.* 5. *n.* 30. *tom.* 1. Salgad. *labyrinth. creditor. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 29. *&* 32. *tom.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 5. *à num.* 25. Coſta *de remediis ſubſidiar. remed.* 68. *num.* 5. Coler. *proc. execut. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 124. *p.* 2. *cap.* 3. *num.* 111. *& p.* 3. *cap.* 11. *à num.* 97.

78 Berlich. *d. concluſ.* 73. *num.* 28. Ad quam quidem carcerationem, debitoriſque arreſtationem, ut aſſecuretur creditor, deveniri jure optimo poteſt, etiam à judice incompetenti, nulla habita ratione de incompetentia, etſi allegata ſit, ac propoſita, ſi ſub illius judicis juriſdictione tē-

79 pore aſſecurationis inveniatur, itaquod præſtita per debitorem præmiſſa cautione de in judicio ſiſtendo, judicatunque ſolvendo, incompetentia allegari non poteſt, Galter *in loco laudato, nu.* 21. Caravit. *in d. ritu M. C. V.* 170. *num.* 2. Trentacinq. *d. reſ.* 10. *nu.* 19. 20. Anibal Troyſius *in eodem rit.* 170. *num.* 8. *in medio*, ubi Ioannes-michael Troyſius *litt. C.* Mauſon. *de cauſ. execut. d. ampliat.* 13. *nu.* 5. *& ampliat.* 20. *num.* 2. 3. Martha *de juriſdict. p.* 4. *caſ.* 42. *num.* 26. Mele *ad Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 5. Reg. Conſ. Petra *in d. ritu* 170. *num.* 2. *in fine*, Theſaur. *dec.* 220. ubi ita deciſum refert, Menoch. *de recuper. poſſeſſ. d. remed.* 5. *num.* 27. Berlich. *d. concluſ.* 73. *nu.* 48. Mevius *in commen. in jus Lubecē ſ. lib.* 5. *tit.* 4. *artic.* 3. *n.* 2. *tom.* 3. Reg. Valenz. *conſil.* 157. *num.* 12. *tom.* 2. etſi Caravita, & Galterius dicant, poſt arreſtationem eſſe remittendos ad

80 eorum competentem judicem: quoniam eorum dicta intelligenda ſunt in clerico arreſtato per judicem laicum, per quem in urgenti caſu ad id adveniri prohibitū non reperitur, dummodo fiat animo ad ſuum eccleſiaſticum judicem ipſo tunc remittendi, & traducendi, Vivius *d. opin.* 177. *num.* 5. Mele *in laud. loco num.* 6. *in fine*, Reg. Conſ. Petra *d. ritu* 170. *ante nu.* 3. Ranchin. *ad Guidon. Pap. deciſ.* 61. Cevall. *d. quæſt.* 267. *à num.* 4. Alexand. Ambroſ. *de immun. eccleſiaſt. cap.* 18. *num.* 31. *& ſequēt.* Seſe *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *n.* 44. 46. Reg. Valenz. *d. conſil.* 157. *nu.* 11. 13. Anſald. *de juriſdict. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 24. Petrus Peckius *de jure ſiſtendi, cap.* 4. *num.* 14. licèt contrarium ſentiat Martha

81 *de juriſdict. d. caſu* 42. immo propter imminens periculum (cujus intuitu recedditur ab omnibus juris regulis) nedum acta ad fugæ ſuſpicionis verificationem, mandari fieri poſſunt in diebus feriatis, etianſi in honorem Dei, & Domini Noſtri Ieſu Chriſti Nativitatis, & Reſurrectionis, verùm etiam, & arreſtatio debitoris, ut traducatur coram judice, ejuſq; carceratio, caſu quo cautionem deſuper præmiſſam non præſtiterit: nam qui vult conſequens, deſumitur concedere antecedens neceſſarium, Caravit. *in allat. rit.* 170. *num.* 12. 13. Vivius *laud. loc. num.* 2. Galter. *ubi ſupra, nu.* 15. 16. Trentacinq. *d. reſol.* 10. *num.* 26. 27. Mele *ad Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 6. Novar. *d. deciſ.* 17. Reg. Conſ. Petra *in d. rit. M. C. V.* 170. *num.* 2. *in medio*, Velaſc. *de privileg. pauper. quæſt.* 45. *num.* 13. *p.* 1. Reg. Valenz. *d. conſil.* 157. *num.* 11. Berlich. *in cit. loc.*

82 *num.* 50. & acta conficiuntur parte non citata, etianſi teſtium examen requiratur: quia recipiuntur per examinatorem electum à judice in decreto, mandante, quod *capiatur informatio*, nē magis debitor fugam arripiat; itaquod conſtito ex ea informatione de fugæ ſuſpicione, & ex eadem, vel aliunde de credito, mandatur, quod debitor arreſtetur,

83 ſive ducatur coram judice; eoque ducto, ſi fidejuſſores de ſtando juri, & judicatum ſolvendo non dederit, in carceribus mancipetur, donec cautionem hanc præſtiterit, Tartaglia *in alleg. loco nu.* 53. Caravit. *in d. ritu* 170. *num.* 15. Reg. Capyc. Latr. *d. conſult.* 73. *num.* 39. de Angel. *ad Reg. Conſ. Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 5. ubi de Mari *num.* 1. Gomez *d. cap.* 11. *nu.* 57. *in fine*, Hevia Bolaños *in laud. loco*, Berlich. *d. concluſ.* 73. *nu.* 46. *&* 76. *tom.* 1. & ita in noſtris Tribunalibus obſervavimus, & communiter practicatur.

84 In his tamen caſibus, hi arreſtati relaxari poſſunt ſub juratoria cautione, ſi vel ob paupertatem, vel quia advenæ, aut aliis de cauſis, qui pro eis fidejubeant, non habent, Mauſon. *de cauſ. executivis, d. ampliat.* 13. *à num.* 16. *cum multis ſequentibus*, & in praxi ſervari *num.* 21. *in fine, & n.* 35. Mele *ad Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 14. 15. Berlich. *d. concluſ.* 73. *n.* 143.

85 prout etiam in omnibus aliis cauſis,

in

Digitized by Google

in quibus præstanda sit cautio, Reg. Revert. *dec.* 208. *p.* 1. ubi Reg. de Marin. *n.* 2. Velasc. *de privileg. pauper. p.* 1. *quæst.* 53. Salgad. *labyrinth. credit. p.* 1. *cap. fin.* Koppen *dec. German.* 34. *nu.* 15. 19. *lib.* 1.

86 Verùm enim verò ad prædicta advenire judex non potest, nisi appareat, mutatum esse debitoris statum postquàm creditor cum eodem contraxit: nam, si contractus tempore ille erat forensis, aut nihil possidebat in loco, ubi contraxit debitum, sibi imputet creditor, si cum tali persona non idonea, & suspecta contraxit: nam per contractationem approbavit, & pro idonea illam habuit, per ea, quæ habentur ex Vlpiano, amplectēte Sabini placitum, *in l. qui bona, 13. §. de illo, ff. de damno infecto*, Vrsill. *ad Afflict. d. dec.* 170. *num.* 4. Reg. Capyc. Latr. *loco cit.* ex Fontanell. Velasco, Sola, Roman. & aliis, Reg. Cons. Petra *in d. ritu* 170. *num.* 10. *per totum*, Berlich. *d. conclus.* 73. *num.* 57. ac DD. omnes desuper per Nos

87 laudati; ficuti nō est relaxandus sub cautione hac, quousque de debito appareat ex confessione facta coram judice præsente parte, vel ex instrumēto, aut scriptura, paratam habente executionem, puta ex significatoriis, expeditis per Rationales R. C. S. vel Vniversitatum contra earum administratores, Mauson. *d. ampliat.* 13. *num.* 8. 12. 13. Coler. *proc. execut. p.* 3. *cap.* 11. *à n.* 94.

88 Et præstita cautione, ut diximus, de judicatum solvendo, tunc principali condemnato, cùm res transit in judicatum, exequitur, absque alio novo processu, ejusque instructione cōtra ipsū fidejussorem, *l.* 1. *ff. judic. solvi*, Præs. de Franch. *dec.* 400. *num.* 1. 5. Reg. Cons. Paschal. *de patr. potest. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 195. Reg. Capyc. Latr. *consult. for.* 49. *num.* 2. *tom.* 1. Reg. de Marinis *ad Reg. Reverter. decis.* 125. *num.* 8. *tom.* 1. *& ad decis.* 307. *nu.* 7. *tom.* 2. Novar. *dec.* 242. Reg. Cons. Rocc. *resp. dec.* 7. *nu.* 14. *tom.* 1. *resp.* 62. *num.* 1. *tom.* 2. *& in tract. de officiis, rub.* 15. *n.* 128. 129. Altimar. *ad Reg. Rovit. dec.* 5. *nu.* 12. Mele *ad Gizzarell. d. dec.* 82. *num.* 16. Ayllon *ad Gomez. var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 2. *vers. quod sententia*, Cancer. *var. resol. cap.* 5. *nu.* 95. *lib.* 2. Matteu *de regim. Regni Valen. cap.* 13. §. 1. *à num.* 82. Gabellin. *milleloqu. jur.* 268. Surd. *cons.* 261. *lib.* 2. Guid. Papa *dec.* 26. Carthar. *decis. Rot. Gen.* 119. Coler. *de proc. execut. p.* 2.

89 *cap.* 2. *num.* 6. Verùm, præstita cautione de solvendo judicatū per unum judicē, aut Tribunal, an quis teneatur, si ab altero determinata sit causa, & principalis condemnatus? vide Præsid. de Franch. *dec.* 601. Reg. Cons. Gizzarell. *dec.* 14. ubi addentes omnes, Reg. de Marin. *resol. jur. cap.* 138. ubi Rodoer. *ad cap.* 137. Altim. *de nullitat. rub.* 4. *quæst.* 25. *tom.* 1. Cortiada *dec. Cathal.* 16. *nu.* 15. Romaguera *in loco infra laudando, num.* 35.

90 Et quid in causa appellationis? Præsid. de Franch. *dec.* 208. *&* 320. Muscatell. *prax. fidejuss. p.* 1. *mod.* 12. *nu.* 6. Reg. Cons. Rocc. *d. resp.* 62. *nu.* 10. Reg. Cons. Hodierna *ad Surdum dec.* 212. *à num.* 3. Rodoer. *ad Reg. de Marin. d. cap.* 137.

91 Ayllon *in laud. loco num.* 21. & quid in fidejussore de in judicio sisti? Præsid. de Franch. *dec.* 344. Doctoresque mox laudandi. & quid si perempta esset instantia? Muscatell. *in all. loc. mod.* 3. *num.* 17. Reg. Cons. Paschal. *d. cap.* 8. *à num.* 202. Reg. de Marin. *resol. jur. cap.* 184. *nu.* 10. *tom.* 1. Reg. Cons. Rocc. *d. resp.* 62. *num.* 6. *vers. quorum opinio*, D. Franc. Romaguera *ad Conciol. super statutis Eugubii, lib.* 2. *rub.* 20. *num.* 36.

Cæsar-nicolaus Pisanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA VIGESIMASEPTIMA

De Mercatoribus, qui faciunt ſe cives, ut non ſolvant Dohanam.

RITVS I.

MErcatores exteri, qui cõſueverũt ſolvere de mercibus eorum annuatim magnam pecuniarum quantitatem pro dohana, emunt poſſeſſiones, & faciũt ſe cives, & ſic ſolvũt modicũ pro collectis, & evitant ſolutionem magnæ pecuniæ pro dohana, quæ non ſolvitur à civibus, ſed ab exteris. Hoc, quod fit in fraudem, non debet ſervari: quia ſola domus poſſeſſio in aliena Civitate non facit domicilium; ſecus ſi mercator ex toto transferat domicilium ſuum in terram alienam, & fiat ibi civis, bona fide, non in fraudem apertam, fictã, vel præſumptam: ut quia ducit uxorem ſuam inibi, & in patriã, & prætorium uxoris conſtituit ſuum domicilium, atque tranſfert; tunc ſtatim eſt civis, & ſicut civis non ſolvet dohanam de contractibus factis per eum poſtquam fuit civis: quia oportet eum ex tunc ſubire onera, & functiones cum civibus; & ſic non debet duplici damno gravari, ut ſit civis in functionibus, & muneribus, ſeu oneribus, civibus impoſitis; & exterus in ſolvendo dohanam. Illud ergo, quod fit in fraudem, ſaltim præſumptam, removetur; puta ſi mercator emit poſſeſſionem in loco, ſicut dicit declaratio Imperatoris Friderici: Nam, ſi Capuanus haberet ab antiquo bona materna, vel alia Neapoli, non prohibetur in pluribus locis eſſe inſcriptus, ſolvit etiam munera patrimonialia, & alia, ubi habet poſſeſſiones, in diverſis ſcilicet locis; & ſic remanet ratio, ut non gravetur duplici onere; & cùm Dohana non ſolvatur à civibus, eſt civis, qui tenetur ad onera alicujus Civitatis, etiam ſi non habet ibi domicilium.*

Quod dicit Cod. de incolis, lib. 10. l. Cives.

RVBRICA XXVII.

De Mercatoribus, qui faciunt ſe cives, ut non ſolvant Dohanam.

SVMMARIVM.

Probandi onus, actum eſſe fictum, & in fraudem, allegantiſpectat. num. 1. ſed limitatur illis in caſibus, in quibus dolus præſumitur. n. 2.

Fraus

Digitized by Google

fraus in dubio hic præsumitur. num. 3.
Contractum cum fraude fuisse confectum, cujus sit onus probandi? nu. 4.
Domicilium re, & verbo transfertur. num. 5.
Domicilium qualiter re transferatur? n. 6.
Habitare videtur ille, qui pro majori parte requisiti temporis, manendi causa habitaverit. n. 7.

1 Et ille, qui dicit esse fictam, &
2 in fraudem, debet probare; quod limitatur in causis, ubi præsumitur dolus; sic & in *Ritu* nostro cùm jus commune, seu municipale, sit contra ipsum mercatorem,
3 & sic præsumitur in dubio fraus, & de fraude dic, ut per *Andr. de Iser. in tit.*
4 *de controvers. inter dominum, & vasall.* Sic & de fraudibus, quæ fiũt in cõtractu, dic, ut per eundẽ *Dom. Andr. in tit. de prohib. feud. alien. per Frideric. §. callidis*. Et adverte ad unum, quod
6 domicilium transfertur re, & verbo; quæritur qualiter domicilium transferatur re? *text.* est in *l. prædia, §. affinis, ff. de fundo instr.* quod quando quis recedit relicta familia, & rebus, non videtur habere animum domicilium transferendi; secus si recederet cum familia, pro hoc facit *ff. quib. mod. usus fruct. amittat. l. simulieri*, de quo etiam dic, ut in *cap. ex parte, de for. comp. in antiquis.* Et nota secũdùm *Bar. in l. cùm. de lanionis,*
8 *§. Sabinus, ff. de fũd. instr.* quod, si statutum dicit, quicumque habitaverit per tot annos sit civis; videtur habitare, qui majori parte anni ibi habitat, causa manẽdi, ut dixi proximè in *d. l. prædia, §. affinis, & supra de jure reficæ majoris.*

ADDITIO.

SUMMARIUM.

De Mercatorum fide, & realitate, quare dubitetur? num. 1.
Fraudis præsumptio, de qua in Ritu hujus Rubricæ, dicitur esse in probatis. n. 2.
Præsumptio juris, continet in se probationem, donec per negantem contrarium probetur. num. 3.
Fraus, & dolus nunquam præsumitur; nisi eorum concursu per allegantem verificato. num. 4.
Fraus, & dolus à jure præsumptus adesse probatur, non constito contrario per negantem. nu. 5.
Domicilii translatio ad finem acquirendi civilitatem loci, in quo dicitur translatum, quomodo verificetur, pro causa, & fine contento in Ritu hujus rubricæ. nu. 6. & 13.
Vxorem civem habere pro effectu contento in Ritu hujus rubricæ, non est necessarium, & quare? num. 7. neque pro forma. num. 12.
Civilitas Neapolitana ut acquiratur, quæ concurrere debeant? nu. 8.
Vxorem ducere, ut acquiri valeat civilitas loci vigore Ritus hujus rubricæ, non dispositivè, sed exemplificativè enarratur. num. 9.
Dictio ut, *licèt multos habeat effectus, attamẽ in quo agitur casu, semper stat exemplificativè. nu. 10.*
Dictio quia *exempli causam denotat. n. 11.*
Domicilii translatio cùm consistat in animo, multis modis, conjecturis, & præsumptionibus verificari potest. n. 14.
Civis effectus ex translatione domicilii, debet gaudere prout cæteri cives, & onera subire donec habitaverit. n. 15.

1 Non immerito quidem, nedum in Regia Ferdinandi constitutione *in pragm. 1. de immun. Neap.* verùm etiam in Ritu *hujus rubricæ* dubitatur de mercatorũ fide, ac realitate, qui lucrandi, juraque dohanarum, & similium fraudandi causa, non realiter, sed fictè, ac simulatè à loco originis, eorum transferunt domicilium in alium locum, Terram, vel Civitatem, ut ex domicilio illuc translato, illius cives effecti, possint se eximere à
2 prædictorum jurium solutione; quæ fraudis præsumptio, uti fundata in juris præsumptione (dum de ea dubitant jura prædicta) ob assistentiam juris, quam habet,
3 dicitur esse in probatis, donec contrariũ per negantem verificetur, cujus est onus, quæ in negativa continentur, in clarum ostendere, propter urgentem contra eum legalem præsumptionem, ex Pauli respõso in *l. ab ea parte, 5. ff. de probation.* cum aliis concordantibus, laudatis à Fulvio Paciano *de probation. lib. 1. cap. cap. 8. & cap. 51. à num. 11.* Anton. Conciol. *al-*
4 *leg. 33. num. 44. 45. 46.* nam, etsi verum sit, dolum, & fraudem non præsumi, nisi eorum verificato concursu, à parte per quam allegatur, Goffred. noster *hic nu. 1.* Antistes Isclanus D. Hieronymus Rocca

Digitized by Google

disp. jur. select. cap. 47. *num.* 3. *tom.* 1. Anton. Conciol. *super Statut. Eugubii, lib.* 2. *rub.* 17. *num.* 6. tanquam delictum causantes, D. Franc. anton. de Feloaga *Enchyridion jur. controv. cap.* 10. *num.* 11.

5 Non tamen præmissa eorum possunt habere effectum in casibus, in quibus fraus, ac dolus præsumitur à jure, per quod relevatur ab onere probandi in præsumptione contenta, prout in casu, de quo agitur: nam quousque contrarium verificetur, regula stat pro hac præsumptione, Goffred. noster *hic, n.* 2. 3. Pacian. *d. cap.* 8.

6 *num.* 3. 4. 14. 15. Quadere attenta hujus Ritus dispositione, haud sufficere videtur ad civilitatem acquirendam domus translatio á loco originis ad domicilii locum, alicujus rei stabilis acquisitione facta, nisi aliunde appareat, & verificetur animus illuc domicilium transferendi, ac civilitatem acquirēdi, subeundo onera prout omnes cæteri cives; propter quod omnis fraudis suspicio cessaret, & meritò civilitatis beneficio, privilegiis, & immunitatibus frui debet, donec in illo loco habitaverit: cùm æquum non videatur, civis onus subeuntem, ejusdem exēptionibus non gaudere; sicuti pro hujus Ritus observantia, non semel dejudicavit Regia Camera Summariæ, ut in *Arrest.* 2. de recollectis per Reg. de Marin. & apud eundem Reg. *resol. jur. cap.* 326.

7 *à num.* 7. *usque ad finem, tom.* 1. etsi uxorē illius loci civem non habeat, neque ducat: quoniam hoc per Ritum non requi-

8 ritur, nec pro forma describitur, sicut *in d. pragm.* 1. quò ad acquirendam hujus fidelissimæ Civitatis civilitatem, ibi: *si tamen uxorem neapolitanam duxerint, & in ipsa civitate domum emerint, aut ædificaverint*; dispositivè loquendo, & formam statuendo, qua acquiri valeat neapolitana civilitas, Reg. de Marin. *d.*

9 *cap.* 326. *num.* 11. *in fine*; non autem exēplificativè, ad denotandam animi probationem, & effectus transferendi domicilium, ac efficiendi civem illius loci, in quo ducit uxorem; prout dicitur in isto Ritu, non aliter ad formam præstandam; attento sensu Ritus, & verborum intellectu, ibi: *quia sola domus possessio in aliena civitate non facit domicilium; secus si mercator ex toto transferat domicilium suum in terram alienam, & fiat ibi civis bona fide, non in fraudem apertam, fictam, vel præsumptam, ut quia ducit uxorem*

10 *suam inibi*, ex dictione illa, *ut*, quæ, licèt multos habeat effectus, attamē in de qua agitur materia, semper stat exemplifica-

11 tivè ob subsequentem dictionē *quia*, denotantem causam exempli, Reg. de Marin. ex Iulii-cæsaris Minadoi responso, *d. cap.* 326. *num.* 12. & 13. Barbosa *tract. var. diction. usufrequ. dict.* 479. *num.* 15.

12 itaquod illud *ducere uxorem* non datur

13 pro forma; sed quod ex illo actu magis verificatur animus transferendi domicilium, acquirēdi civilitatē, & cessat omnis fraudis suspicio; ea de re, quotiescunque ex aliis causis, rationibusque appareret de legitima hac domicilii translatione, ad finem se efficiendi civem in do-

14 micilii loco (quod cùm consistat in animo, multis modis, ac conjecturis, & validissimis præsumptionibus verificari potest, per ea, quæ habentur penes Zanger. *de exception. p.* 2. *cap.* 1. *à num.* 9. *cum multis seqq.* David Mevium *comment. in jus Lubecense, lib.* 1. *tit.* 2. *artic.* 2. *n.* 4. 5. *tom.* 1.

15 Nos *in Rub.* 10. *à n.* 31.) debet privilegiis, & immunitatibus prout cæteri cives, frui, sicuti etiam onera subire donec in illo loco habitaverit, juxta determinationes Regiæ Cameræ, relatas per Reg. de Marin. *in allato cap.* 326. *n.* 7. & 14.

Ad num. 5. 6. 7.

QVò ad enarrata hic per Goffredum nostrum, pleno calamo scripsimus in dicta Rub. 10.

Cæsar-nicolaus Pisanus.

RVBRI-

RUBRICA VIGESIMAOCTAVA

Qualiter, & quando cives, vel exteri debent ſolvere jus dohanæ, vel non?

RITVS I.

CIves non ſolvunt jus dohanæ de mercimoniis, quæ exercent, de pecunia propria, vel aliena mutuata eis gratis, vel non gratis, ſi ſit lucrum mercium ſuum totum.

RITVS II.

SEd ſi civis exercet pecuniam alienam ad partem, ut de lucro pecuniæ, ſeu mercium emptarum de pecunia aliena civis ipſe exercitor partem, & dominus pecuniæ partem habeat; ratione partis, quam habet civis, non ſolvetur jus dohanæ; ſed ratione partis, quam habet dominus pecuniæ, ſolvetur jus dohanæ, ſi eſt exterus.

RUBRICA VIGESIMANONA

De Sycla.

RITVS I.

IN ſycla auri debet eſſe liga pura in nullo defectu inæqualis, ſed legalis tenutæ; in liga argenti non poteſt fieri liga, ſic ad punctum, quin deficiat in aliquo, puta quarta parte unius ſterlini, vel tertia, etſi aliquando in mediam tranſeat; ſed non frequenter debet eſſe diminutio talis in liga ſemel, aut bis; in auro ultra medium ſterlinum non ſubſtinetur: quia pecunia inde cuſa, eſſet infamata; ſed de modico non curatur, ſi ſæpè non fit diminutio illa; & quando fit, ſemper alligator debet tantundem, quantum diminuit, ſeu defecit in præcedenti, ſupplere in illa ſequenti vice, quando alligat, & in eadem quantitate faciat tantum plus, quantum illa fuit minus: ut, ſi alligavit centũ

Digitized by Google

libras prædicto modo minus, alligabit alias centum libras habentes plus in tantundem.

RVBRICA XXIX.

De Sycla.

SVMMARIVM.

Moneta debet fieri proba, & sub bonis signis. nu. 1.
Moneta non cusa bona, & proba liga, crimen committitur. num. 2. 5.
Cudentes, minuentesve monetas puniuntur, & quare? num. 3. 5.
Alchimia fieri an possit? num. 4.
Moneta tres debet habere qualitates. n. 6.
Moneta an possit cudi majoris, vel minoris ponderis, quàm sit pecunia cursus, & an fieri valeat absque consensu, adminus majoris partis populi? num. 7. 8.
Capitula Papæ Honorii in hoc Regno an observanda sint? n. 9. 20.
Moneta ut sit proba, & legalis, rationabile est. n. 10.
Moneta in casu necessitatis, ut puta belli, de viliori materia fieri potest, & mandari, ut valeat, cum refectione tempore habili. nu. 11. 14. 16. & quibus hæc refectio facienda sit? n. 13.
Solutio differri potest in casu, de qua agitur ratione publicæ utilitatis, & hoc quatuor modis. n. 12.
Dictio, ut puta, expressionis est. nu. 15.
Vasallus tenetur defendere Regem, & ei subvenire in casu necessitatis, etiam cum collectarum impositione. nu. 17. 18.
Bellum quando dicatur justum, vel non, & an de hoc Principi sit credendum? n. 19. 21. 24.
Rex semel in vita sua potest mutare monetam. Secus verò in casu necessitatis. n. 22.
Necessitatis casus semper intelliguntur exclusi. n. 23.
Vasallus, seu feudatarius si non potest servire Domino Regi, non perdit feudum. n. 25.
Rex debet procurare utilitatem vasallorum, & eos ultra facultates non vexare. n. 26.
Mercator potest argentum exoneratum in terra asportare extra Regnum, quousque Magister sycle non vult illum emere justo, & statuto pretio. num. 27.

1 QVod dicitur in hoc *Ritu* de moneta, quæ debet fieri proba, & sub bona liga, dicitur etiam *in constit. Regni adulterinam, & sequẽti, lib.* 3. & ibi ponitur pœna, & dicitur, quod est crimen
2 læsæ Majestatis, quæ *constitut. adulterinam* sic dicit: *Adulterinam monetam cudentibus, vel scienter accipientibus pœnam capitis irrogamus, & eorum substantiam publicamus; consentientes etiam hac pœna ferimus;* & subsequitur *constit. qui nummos*, ibi: *Qui nũmos aureos, vel argenteos raserint, vel quocũque modo minuerint, tam personas eorum, quàm*
4 *omnia bona publicamus*; Et de illo homine, qui facit alchimiam, dic, ut ibi Glossa, quæ dicit, quod, si privatus faceret aurum verum, non signatum, idest ipsam materiam puram, & rudem, secundùm artem alchimiæ, non esset illicitum: quia nihil prohibet artem uti naturalibus causis ad producendum veros, & naturales effectus, secundùm *Augustinum*; non autem de iis, quæ arte dæmonum fiunt, & ibi etiam videas de forma, & signo pecuniæ, quod sit Prin-
5 cipis; & *constitutiones* illæ confirmantur etiam per Regem Carolum Primum in suis capitulis *anno* 16. ubi confirmat dictam *constitutionem* Friderici, factam ante depositionem ipsius cõtra falsarios monetæ, & expendentes, ultimum supplicium eis imponendo, & publicationem omnium bonorũ; sed de jure civili habes *Cod. de falsa moneta, l.* 1. & 3. ubi etiam imponitur pœna; habes etiam de jure canonico *in cap. quanto, de jure jur.* & ibi etiam *in Glos.* de pœna falsifi-
6 cantis monetam; & quod moneta debet tria habere, scilicet materiam metalli, formam publicam, & pondus; est & quarta conditio extrinseca, scilicet cursus; & sic defraudatur moneta quando reciditur aliquid de prædictis
7 conditionibus; & an Rex possit defraudare sine pœna, & hoc respectu ponderis, quod contingit, si à principio erat ordinatum certum pondus, & Rex mandat cudi monetam majoris ponderis, quam vult habere cursum simul cum pecunia, vel etiam si ab initio cuditur majoris valoris, vel ponderis respectu cursus, qui sibi traditur, quod esse deberet considerato metallo, & expensis fabrorum, & aliorum? dicit *Innoc.* quod Rex hoc facere nequit sinè consensu populi: quia sic quilibet posset renunciare juri proprio 7. quæst. 1. *can. quã periculosum sit*, & secundùm eum sufficit consensus majoris partis majorum Regni; quia hoc negotium reputatur universitatis Regni; & hæc procedunt ad effectum, ut moneta possit expendi in illo Regno, nõ autem ut expendatur extra, & propterea toleratur, quod aliàs factum fuit in Regno Franciæ, ut expenderetur moneta de coryo.

8 Dicit etiam *Innoc.* quod etiam Rex solus sinè consensu populi posset facere monetam aliquantulum minoris ponderis, quàm esse deberet, considerata materia, & sumptibus, & quod currat, & hoc propter authoritatem publicam, quam recipit à caractere, seu inscriptione Regis, sed non in magna quantitate, de quo in *d. cap. quanto*, ubi etiam videas de pœna. Sed ad unum in hoc Regno Siciliæ est advertendum, quod scilicet Papa Honorius IV. in reformatione

Digitized by Google

ne Regni, posuit *capitulum*, quod incipit, *ut in prædictis in simili prohibitione subiicimus, mutationem monetæ frequenter apertiùs providemus, quod cuilibet Regi Siciliæ liceat nisi semel tantùm in vita sua monetam facere cudi, legalem tamen, & tenutæ secundùm consilium peritorum in talibus competens, sicut in Regnis illis observatur, in quibus est usus legalium monetarum, quodque usualis moneta sit valoris exigui, & quod talis, quod in eodem valore sit apta manere toto tempore vitæ Regis, cujus mandato cuditur, nec pro ea, vel aliqua magna, quam idem Rex semel tantum in vita sua fecerit expendenda fiat collecta, vel distributio, sed campsoribus, & aliis mercatoribus volentibus eam spontè recipere, tribuatur, & hæc itaque præcipimus futuris temporibus observari*, & postea in fine capitulorum dicit, *contra autem hæc prædicta si quis attentare præsumpserit, iram Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se*
9 *noverit incursurum*, de observantia *capitulorũ Papæ Honorii* in hoc Regno dicit *D. Andr. de Isern. in tit. quæ sunt prima caus. benef. amitt. §. porro, vers. sed non est alia justior causa*, quod servantur in quantum sunt rationabilia, & alle-
10 gat id, quod est rationabile; quantum autem sit rationabile, quod moneta sit legalis, & proba, dixi supra. Vide pleniùs Andr. de Isern. circa omnia prædicta de monetis, *in d. tit. quæ sint regalia, verb. monetę, à num. 18. usque ad nu. 22.*

11 Item multi Reges, præcipuè cùm habent necessitatem, ut putà guerram in Regno suo, faciunt monetam de vili materia, & ordinant, ut expendatur, ac si esset bona, puta de ferro, vel coryo, sic in mensuris, & victualibus, de quo Philosophus in 2. *pheconom.* ponit multa exempla; & tunc necessitate finita, recompẽsat damnum subditis: quia propter bonum commune, quod præfertur privato, accipiet in casu necessitatis res subditorum, si alia non habeat, ut *per Dominum Andr. in d. verb. moneta, num. 22.* &
12 tunc tenetur ad pretium, quando habebit: quia in hoc est favor communis boni, ut differatur solutio de quatuor modis, inter quos est tem-
13 pus, *Inst. de action. §. plus*, & ista recõpensatio nõ fiet, nisi illis, apud quos talis pecunia invenietur, & Rex recipiet eam, & dabit probam: quia aliis, qui eam expenderunt, non est quid recompensetur: nam sicut dederunt merces suas pro illa vili pecunia, sic alienas acceperunt ab aliis, sed illis, qui habent, & habere inveniuntur, finita necessitate, quia sunt in damno, recompensandum est; & ideo facientes talem-
14 monetam, recolligunt eam certo tempore, & sic attentis verbis *Dom. Andr.* & aliis notatis *in d. cap. quanto*, videtur, quod existente vera necessitate, posset Rex mutare pecuniam, maximè cum consensu populi sui, cùm hoc sit inductum in favorem populi, cui potest renunciare, ut dictum est, per notata *in d. cap. quanto*; & sic potest dici, quod intelligatur *cap. Honorii* supra allegatum, quod non loquatur in causa necessitatis. Et adverte in eo, quod dicit ibi ut supra *D. Andr. de Isern.* scilicet *cùm habẽt necessitatem, ut puta guerram in Regno suo*, quia videtur sentire de necessitate guerræ, & non de
15 omni alia necessitate: cùm verbum illud, *ut puta* non exempli causa ponatur, sed sit verbum
16 expressionis, quasi velit dicere, *si habeat guerrã, propter talem necessitatem potest*; quod apparet ex ipsa materia: nam nulla alia necessitas esse potest, propter quam inducatur ad tam grave peccatum faciendum: quia non sufficit necessitas comedendi, aut bibendi, non maritandi, nõ census solvendi, quæ leviùs tolerari possunt; nõ sic est necessitas guerræ, per quam, & Regnum & personam perdere posset, & ideo *Dom. Andr.* posuit verbum expressum, & exprimens necessitatem, dicens *propter necessitatem, ut puta guerram*, quod infra statim declarabitur.

17 Et ideo propter prædicta, quia quotidiè eveniunt, & evenire possunt, ut quia diceret Rex, & Domini: Habeo justum bellum, & justã guerram, & justas causas pro me, & quia mihi credendum est, volo, quod vos vasalli adjuvetis me. Item cùm dicatur, quod possum ego Dominus recipere bona vasallorum in casu necessitatis, ut puta guerræ, quando aliud non habeo, nunc ego dico, quod aliud non habeo, & est credendum mihi, volo à vobis subventiones, & collectas. Quid ergo erit dicendum? Et breviter quoad ad primum, quod vasallus teneatur defendere Dominum habentem guerram, & ei subvenire per *text Glos. & Dom. Andr. in tit. quib. mod. feud. amitt. in princip.* & meliùs *in tit. hic finitur lex, in princ. & in tit. quæ fuit prima caus. benef. amitt. §. sed non est alia*
18 *justior causa*, in quibus concluditur, quod aut est justa guerra, & tenentur vasalli, aut injusta, & non tenentur personaliter adjuvare ad defendendum; verùm in casu, quo non tenentur, possunt, si volunt adjuvare ad defendendum, non ad offendẽdũ; circa quod dicit *Bal. in d. tit. hic finitur lex*, quod in hoc Hobertus de Orto, & Girardus de Carapisti fuerunt duo pecora, quoniam non debet vasallus adjuvare dominũ ad peccandum, & aliis injuriam faciendum, & concludit *Bal.* standum esse litteræ dicti tituli, *hic finitur lex*, & in dubio an sit justum bellum, vel ne, standum authoritati Principis.

19 Sed adverte ad notabilia verba *Dom. Andr. in d. tit. hic finitur lex*, ubi multa dicit de Regibus, quomodo, & qualiter regere, & quomodo consiliũ habere debeãt, & quos in cõsiliũ, & an possint privari, si sine cõsilio expertorum, & sapientum vivant; & ibi etiam ponit, quando dicatur justum bellum, & quando non. De Bello justo, dic secundùm *D. Thomam* 2. 2. *quæst.* 40. qui dicit, quod tria requiruntur, scilicet authoritas Principis, cujus mandato bellum

est

est gerendum: causa justa, ut illi, qui impugnãtur propter aliquam culpam, impugnationem mereantur & ut intentio bellantium sit recta, ideſt quod intendatur, ut bonum procuretur, & malum evitetur, & quod non cupiditate regnandi, aut crudelitate, sed pacis studio bella gerantur, mali coerceantur, & boni subleventur; & potest contingere, ut etiansi sit legitima authoritas inducentis bellum, & causa justa, nihilominus propter pravam intentionem bellum reddatur illicitum; & secundùm Augustinum nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si quæ sunt similia, hæc sunt, quę in bellis culpantur, quæ vide *in loco allegato supra per D. Thomam*, & semper intelligas de authoritate Principis, quod sit cum consilio, ut supra est dictum, quod declarat plenè *Dom. Andr. in allegato titulo, hic finitur lex*, & concludit, quod Princeps hoc facere debet cum consensu Consilii: quia aliàs non esset ei obediendum; idem, si viderent Principem capitosum consilio sano non quiescentem, & illud spernentem; idem, si ipse solus diceret bellum sumendum, & Consilium sentiret contrarium: iis non cessantibus, subditus debet obedire. Nec obstat, si dicatur, quod Principi non debet credi in suo facto: quia illud procedit quando solus ipse Princeps sine consilio diceret, & in nostro casu non proprie dicitur, quod causam suam agat: quia si suam ageret, ut quia si esset excommunicatus, vel bannitus à suo Superiore, interim subditi essent absoluti ab ejus juramento donec reconcilietur Ecclesiæ, vel suo Superiori; sed in hoc casu cùm agimus materiam belli, & guerræ, non dicitur causam suam propriam agere, sed subditorum; & ideo debet ei credi, & suo Consilio in dubio; secus si sine Consilio ageret: quia tunc ei non crederetur: nam videretur testificari suæ propriæ voluptati; nec sufficit si dicat hæc fuit nostra intentio: nam etiam si propter tyrannidē domini vasalli rebellarent, quod facere possunt, ut sentit idem *Dom. Andr.* qui refert, *Honorium Papam* declarasse, qualiter intelligatur guerra; & idem *Papa in reformatione Regni post principium in cap. primus est*, dicit, quod guerra non sit simulata, non procurata, culpãdo, & tyrannizando procurat sibi damnum,

20 & licèt *capitula Honorii* non serventur, ut idē Andr. dicit, tamen in quantum rationabilia sunt, allegabitur id, quod est in eis rationabi-

21 le, & vide *Dom. Andr.* qui videtur declarare verba *Honorii*, dum dicit *non procurata*, & subdit *culpando, vel tyrannizando*; ergo si culpa domini superveniat guerra, non tenentur vasalli subvenire, similiter & tyrannizando; & inter culpas dicere potes, quando ex defectu sui ad ipsam se induxit, non habendo sufficientes sapientes, & expertos Consiliarios, & hæc omnia plenè vide, & junge posita per *d. Dom. Andr. in d. tit. hic finitur lex*, junctis etiam verbis ipsius *in tit. quę fuit prima caus. benef. amitt. in §. sed non est alia justior causa, & in tit. qui succeſſ. ten.* & sic habes, quando dicatur guerra justa, & bellum justum, cujus ratione potest dominus ponere collectas, & subventiones à vasallis petere; & cùm guerra suscepta est cum cõsilio suorum sapientum, & prudentum, aliter nec collectas imponere potest, nec mutare pecuniam, vilificando eam: cùm etiam hoc ultimo casu de vilificanda pecunia non possit facere sine consensu populi, ut dicunt *Doctores in d. cap. quantò, extr. de jure juran.*

22 Verùm habes, quod *Capitulum Honorii*, de quo supra *in num.* 8. ubi mandatur, quod semel Rex in vita sua potest mutare pecuniã, ita quod sit legalis tenutæ, &c. non loquatur in causa necessitatis, ut puta guerræ, cùm semper verba referenda sint ad juris dispositionem, ut in *l. si*

23 *cui, ff. de servit.* maximè cùm restrictio facta sit ad unum casum, & sic non extenditur ad aliũ, & semper hic casus necessitatis excipitur; pro quo facit *l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. mãdati.*

24 Item quantum ad secundùm, ideſt quod possit auferre bona subditorum, si aliud non habet, in causa necessitatis, ut potè propter guerram, ut est dictum; intelligas quod in hoc non statur dicto ipsius tãtũ: quia testificaretur ad suũ commodum, & in sua causa, quod facere nequit, ut in allegatis juribus; sed quando ipse hoc testificaretur cum consilio multorum sapientum, & prudentum, & expertorum, tunc staretur ei: quia non diceretur ipse solus dicere, sed Consilium, in allegatis juribus, & intelligе etiam in quantum vasalli possunt, & idem notatur in præallegatis juribus, & maxime *in tit. de alienat. patern. feud. circa fin.* tã in text. quã *in Gloſ.* & dic in quibusdam, quod tenetur vasallus subvenire, & adjuvare Dominum, quod intelligitur si potest, sicut in aliis servitiis; & dicitur illud posse, quod commodè fieri potest, ut non inducatur ad necessitatem, *l. nepos Proculo, ff. de verb. signif.* itaque etiansi Princeps, & Consilium suum (intelligendo semper, quod habeat multos prudentes, expertos, & sapientes) dicent, quod nihil habet Rex, nihilominus non tenentur subditi,

25 nisi in quantum commodè possunt; sicuti qui non potest servire, non perdit feudum, quia debet jurare, si potest, ut *in tit. de feud. sine culpa non amitt. §. si quis miles, in fin.* sicuti propter paupertatem remittitur, ut *in d. tit. quæ fuit prima causa benef. amitt. §. sed non est alia justior caus. circa finem*; & facit ad hoc *d. §. si ignorantes.*

26 Sed redeamus ad *Ritum de Sycla*, & dicas, quod debet procurari utilitas populi, & ultra facultatem non vexari, & ne iterum replicentur, videas, ea quæ dixi in *proœmio hujus operis*, quæ extracta sunt per *B. Thomam in Epistolis B. Pauli Apost. Rom.* 13.

RI-

Digitized by Google

RITVS II.

Liga argenti, unde fiunt hodie caroleni, ponderis quatuor tarpiſorum, & medii, debet eſſe undecim unciarum, & trium ſterlinorum argenti fini, quæ finitas, ſeu bonitas, probata eſt per Magiſtrum probæ, qui facit probam de ipſo argento, & invenit ipſum finum; in ipſis undecim unciis, & tribus ſterlinis argenti fini ponuntur decem, & ſeptẽ ſterlini de ære puro, deinde Magiſter probæ, qui alligat, accipit de ipſo argento fino tarpiſos undecim, & grana tria in pondere, & immiſcet grana decem & ſeptem de ære puro, quæ ſunt æris ſterlinus medius, & grana duo: quia ſterlinus põderat tarpiſum unum, & grana decem; immiſcet etiam de plũbo uncias quatuor, & ponit ad cineracium ſuper ignem; ignis, ſeu cinis trahit ad ſe, ſeu conſumit plumbum, & æs; remanente ex plumbo conſumpto in fundo copellæ grano medio de argento pro eo, quod nullum plũbum eſt, quod non teneat aliquid de argento. Fumus, fæx, ſeu malitia plumbi relinquit aliquid veſtigii ipſius plumbi, videlicet granum medium in põdere, & ſic in cineracio remanent tarpiſi undecim, & grana quatuor de argento. Si iterum funderetur, & poneretur ad ignem, conſumeretur illud medium granum relictum per fumum, & ſic eſſet proba illa tarpiſorũ undecim, & granorũ triũ cũ dimidio; ſed, quia non funditur plus, proba remanet in tarpiſis undecim, & granis quatuor. Per iſtum modum judicabitur totum illud argentum, unde fuerunt aſſumpti prædicti tarpiſi undecim, & grana tria, videlicet, ut ſit argentum ipſum prædictæ ligæ unciarum undecim, & ſterlinorum trium per libram; proba prædicta remanente pro cautela Magiſtri probæ uſque ad certum tẽpus, pro ut Curia volet, & reſtituetur Magiſtro ſyclæ, cujus fuit totũ argentum, unde accepti fuerũt ipſi tarpiſi undecim, & grana tria, quæ ſunt grana quatuor ratione prædicta; unde illud granum, quod eſſet in libra ſterlinus unus, non ſuperfluit in alio toto argento, quod non eſt probatum prædicto modo; ſed tantùm in illis tarpiſis undecim, & granis tribus, quæ propter plumbum, & fumum, ſunt quatuor, ut eſt dictum.

RITVS III.

NVllus poteſt ſmirare abſque licentia Magiſtri ſyclæ, ſed ille, qui habet bullonum tenetur

tur illud vendere Regiæ Syclæ ſecundùm ſtatutum ipſius ſyclæ, deductis expenſis ſmiraturæ faciendæ, quando bullonum eſſet tenutæ ſex unciarum argenti, & infra per libram in põdere; ſed, ſi eſſet minoris tenutæ, non deducerentur tales expenſæ; ubi verò ſycla nollet emere bullonum mercator habens illud poteſt ſmirare in domo ſua, requiſito priùs Magiſtro ſyclæ, ut per ſe, aut alium interſit ſmirationi, ut non poſſit decipi in quantitate argenti, & metalli, quæ exibunt de bullono ſmirato, & quod argentum, & metallum inde exiens, perveniat ad ſyclam, dato illi pretio competenti, & ſtatuto.

RITVS IV.

TOppi, qui venerunt ad exercitium ſyclæ, finito tempore gabellæ Magiſtri ſyclæ, qui fecit venire Toppos ipſos, debent remanere in ſycla apud ſucceſſorem, vel Curiam, ſi non vendatur, reſtitutis expenſis præceſſori; verùm, ſi per favorem Curiæ habuit eos ad melius forum, & pro minori pretio, illud debet accreſcere ſucceſſori, & Curiæ.

RITVS V.

ITem habet ſycla ſtatutum, ut nullus extrahat de Regno abſque licẽtia Curiæ, argentum in petiis non laboratum, aliàs perdit illud extrahens; unde, ſi vaſſellum portet extra Regnum per mare argentum in maſſa non laboratum, & non exoneret in terra, poteſt recedere, nec videtur extrahere de Regno, quod exoneratum in terra, & Regno non fuit; ſecus in ſeta, *ut ſupra de jure ſetæ*. Tenetur etiã Magiſter ſyclæ emere, juxta ſtatutum Curiæ argentum in maſſa, alioquin tunc etiam licitè portatur extra Regnum.

27 Et iſtam eandem diſpoſitionem debes intelligere, quando argentum eſſet exoneratum in terra: quia tunc, ſi Magiſter Syclæ non vult juſto, & ſtatuto pretio, ut ſupra, emere, poterit mercator illud portare extra Regnum; & hoc ideo, quia, ſi non eſſet exoneratum in terra, *Ritus* remittit ſe dicto, quod poſſit portare, aliàs *Ritus* eſſet contrarius, nec rationi conſonus; & dicas ſecundum *D. Andr. de Iſer. in tit. quæ ſint regalia, verb. moneta.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Monetarum uſus, primis mundi temporibus, neque viſus, neque practicatus fuit. num. 1.

Permutatio in primis mundi temporibus, in quibus uſus monetarum non aderat, obſervabatur. nu. 2.

Monetarum uſus inventus multiplicatis contractibus, perutilis, atque neceſſarius dejudicatus fuit. n. 3.

Monetarum uſus jure gentium introductus, ob publicam utilitatem, ab omnibus receptus fuit. nu. 4.

Monetæ facilem præſtant menſuram, & rerum æſtimationem. n. 5.

Monetarum uſus locum dedit contractibus emptionis, & venditionis reipublicæ utilioribus, quàm contractus permutationis. n. 6. Mo-

Digitized by Google

Monetarum inventio, & antiquitas.n.7.
Monetarum inventor Tharas, Abrahæ genitorem fuisse multi substinent.n.8.
Monetarum, sive pecuniarum usus tempore Abrahæ aderat.nu.9.
Monetarum cusio est de majoribus regalibus, itaque ad Reges & Principes superiorem non recognoscentes spectat, & acquiri potest ab aliis ex concessione, vel præscriptione.nu.10.
Moneta ut bona sit, tria requiruntur, & quæ? num.11.
Monetarum cusio fieri an debeat cum intervẽtu deputatorum universitatis? n.12.
Monetarum mutatio fieri potest, & multoties in hac Civitate peractum est. n.13. sed hoc quo ad formam, non autem quò ad materiam, pondus, vel valorem, & quare? nu.14.
Pretia rerum augentur, & diminuuntur ex augmento, & diminutione monetæ. num.15.
Moneta nova fabricari debet juxta pondus, & valorem antiquæ.n.16.
Moneta potiùs consistere debet in pondere, & materia, quàm in forma.n.17.
Princeps, atque Rex potest monetam in valore mutare, sed cum consensu populi, de cujus interesse agitur, non concurrente tamen præcisa necessitate, ex qua populi consensus excusatur.n.18.
Populi consensus de illis intelligitur, qui ipsũ totum populum, sive universitatem repræsentant.nu.19.
Monetarum cusionis locus, quare sycla denominatus? nu.20.
Syclæ ædes antiquis temporibus ubi residebat, & ad præsens residet.nu.21.23.
Syclæ ædes plures haberi pernicioſũ est. n.22.
Monetæ valore extrinsecè aucto, vel diminuto, quando solutio promissa est in certa specie monetarum, ejusque numero, in eadem specie, & numero solutio fieri debet.num.24.
Autoris protestatio quare de materia monetarum omittat plurima? n.25.
Monetam cudentes absq; licentia, & permissu Principis, licèt optimæ qualitatis, & justi ponderis, falsæ pœna tenentur, prout, & tondentes, ac monetas ipsas falsificantes, remissivè.nu.26.
Constitutiones hic allegatæ à Goffredo, fuerunt confectæ à Rege Galielmo, non tem à Friderico, ut ipse dicit.n.27.
Capitula Papæ Honorii Quarti, an tanquam leges Regni sint alleganda, & observanda? nu.28.

1 TAm priscis illis temporibus, in quibus terra cùm maneret in suo originali statu justitiæ, ac innocentiæ, ut hominum mater, & non matertera, virentibus herbis semper onusta, quæ ad illorum vitam necessaria erant, producebat; quám per diutinum temporis spatium post deplorabilem nostri Protho-parentis Adæ prolapsum, (unde omnia mala generi humano pullularunt, & terra ipsa spinis, ac tribulis abundans, suos haud cæpit præstare fructus, nisi hominum labore, & industria, innuentibus Divinis verbis in *Genes.cap.3.num.*18.ibi: *spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ: in sudore vultus tui vesceris pane.*) etsi divitiarum copia non deerat; nusquam tamen monetarum inventio, ac usus visus, practicatusque fuit;
2 quadere negotiationes omnes permutationis contractus specie vestiebantur, res
3 rebus permutando; sed, cùm demum multiplicatis contractationibus, perutilis, ac necessarius fuerit nummorum dejudicatus usus, ad permutationum inæqualitatem tollendam, ac aliquod auferendum obstaculum, dum sæpe sæpius non perficiebantur contractus, ob rationem consideratam à Paulo in *l.1. ff. de contrab.empt.*ibi: *sed quia non semper, nec facilè concurrebat, ut cùm tu haberes, quod ego desiderarem, invicem ego haberem, quod tu accipere velles: electa materia est, cujus publica, ac perpetua extimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret;* & hoc etiam
4 naturali ratione dictante, ob maximam Reipublicæ utilitatem; proinde perquàm utilis, ac necessarius monetarum usus fuit judicatus ab omnibus universaliter receptus, ac observatus; quapropter ex gentium jure introductus, & pro gentiũ jure haberi dignoscitur; quod non regulatur, ut ex temporis antiquitate introductum, sed ut ex naturali suadente jure

Digitized by Google

adinventum, & á gentium communione obſervatum, juxta Vlpiani in *l.* 1. §. *jus gentium eſt*, & Caii declarationem in *l. omnes populi*, 8. §. *quod verò*, *ff. de juſtitia, & jure*, Paul. *in l.* 1. *in princ. ff. de acquir. rer. domin.* ubi Gloſſ. *in verb. ſervatur*, & Imper. Iuſtinian. *in* §. *jus autem gentium*, *Inſtitut. de jure natur. gent. & civil.* ubi Harpprecht. Bachov. & omnes Inſtitutiſtæ, Pichard. *in d.* §. *jus autem gentium, & in lib.* 3. *Inſtitut. in rub. tit.* 24. *de empt. & vendit. num.* 21. *tom.* 1. Sixtin. *de regalibus, lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 3. Chriſtophor. de Paz *ad ll. ſtyli*, 78. *num.* 1. 2. 3. Ripoll. *in loc. mox laud.* ac etiam propter facilem menſuram, ac æxtimationem, quæ ex pecunia rebus præſtatur; qua de cauſa ut tolleretur illa inæqualitas, in rerum permutatione concurrens, ad emptionis, venditioniſque contractus deventum fuit, cum majori Reipublicæ beneficio, propter uſufrequentata commercia, & contractationes ex cauſa prædicta introductas, *d. l.* 1. *ff. de contrab. empt. l. ex hoc jure*, 5. *ff. de juſtit. & jure*, *d.* §. *jus autem gentium, verſ. & ex hoc jure*, *Inſtitut. de jure natur. gent. & civil.* Alderiſius *de ſymbol. contract. tit.* 1. *cap.* 11. *num.* 17. 18. 19. Scoppa *ad Gratian. dec.* 201. *n.* 1. 2. 3. Sixtin. *d. cap.* 7. *num.* 4. Harpprecht. *ſuper Inſtitut. in lib.* 3. *tit. de empt. & vendit.* §. *pretium autem, num.* 1. Ripoll. *var. reſ. cap.* 11. *de empt. & vendit. à num.* 1. *uſque ad* 6. *& in tract. de regalibus, cap.* 15. Gaſpar. Klock. *de æar. lib.* 2. *cap.* 84. *nu.* 16. 17. 18. ubi Chriſtophor. Peller. *n.* 11.

7 Ac tanta eſt monetarum uſus antiquitas, ut de illius inventione magna ſit inter ſcribentes diſcordia apud Ripoll. *d. cap.* 15. *num.* 9. & de Paz *in allata l. ſtyli* 78. *à num.* 33. Nec deſunt qui monetæ inventorem fuiſſe Tharas, Abrahæ genitorem, perhibeant, ex Afflicto *in proemio ad conſtit. Regni quæſt.* 16. *num.* 3.

9 Taſſon *de antefat. obſerv.* 3. *num.* 2. Sed quicquid ſit de prædictis; indubitatum eſt, quod tempore Abrahæ pecuniæ uſus jam aderat, ut ſacræ teſtantur paginæ Geneſ. *cap.* 23. *verſ.* 9. ibi: *pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in poſſeſſionem ſepulchri*, & infra, *verſ.* 13. ibi: *dabo pecuniam pro agro: ſuſcipe eam, & ſic ſepeliam mortuum meum in eo*, & inferiùs, *verſ.* 15. ibi: *Terra, quam poſtulas, quadrigentis ſyclis argenti valet: iſtud eſt pretium inter me, & te*; & denique *verſ.* 16. ibi: *quod cùm audiſſet Abraham appendit pecuniam, quam Ephron poſtulaverat audientibus filiis Heth quadrigentos ſyclos argenti probatæ monetæ publicæ.*

10 Citra dubium eſt etiam monetæ cuſionem, & confectionem ad ſolum Regẽ, & Principes ſuperiorem non recognoſcentes, ſpectare, uti de majoribus regalibus, ſicuti etiam ad illos, quibus hoc cudendi jus per ipſum Regem conceſſum invenitur; quod cùm conceſſibile eſſe appareat, ex immemorabili præſcriptione, ſive conſuetudine, contra quã hominum memoria non extat, acquiri valet, ac poſſideri, *l. ſi quis*, 2. §. *in monetis, in princ. Cod. de falſa moneta*, Marin. Freccia *de ſubfeud. lib.* 3. *ſecunda form. inveſtit. num.* 27. *verſ. at duo obſtare videntur*, Iſernia *in cap. unico, quæ ſunt regalia, num.* 18. 19. Reg. Tapia *de conſtit. Princip. cap.* 2. *p.* 1. *num.* 59. Antiſtes Iſclan. D. Hieronym. Rocca *diſp. jur. ſelect. cap.* 70. *nu.* 24. *tom.* 1. Mevius *comment. in jus Lubecenſe, lib.* 4. *tit.* 12. *art.* 5. *num.* 3. Sixtin. *de regalib. d. cap.* 7. *in princ. & nu.* 17. Covarruv. *veter. collat. numiſmat. cap.* 8. *n.* 1. Ripoll. *d. cap.* 15. *nu.* 1. 18. & 45. Gabed. *dec. Luſitan.* 45. *num.* 1. Beſold. *in diſſert. de regalib. cap.* 7. *num.* 10. *poſt tom.* 2. *Theſaur. pract.* cum aliis per Nos laudatis *in rub.* 6. *de jure exituræ, num.* 58. 59. 60.

11 Nec prætermittendum eſt, quod, ut bona, ac perfecta dici, & haberi poſſit moneta, nedum cudi debet permiſſu Regis, & facultate; verum etiam cõſtare debet ex materia, ſive metallo bonæ qualitatis; & curandum eſt, ne de ponderis juſtitia dubitetur, Goffred. noſter *hic n.* 6. Ripoll. *ubi ſupra, num.* 26. Gabed. *d. dec.* 45. *num.* 2. Mevius *in allat. art.* 5. *nu.* 14. 15. Theodor. Hupingks *conſ.* 15. *in refutatione rationum dubitandi, verſ. tertia*

12 *poſitio, circa finem*; taliter quod debet oculatè attendi, ne fraus aliqua in monetarum confectione committatur circa bonitatem materiæ, ejuſque pondus, in perniciem univerſitatis; cujus intereſſe ne fraudetur, permiſſum eſt, ex Monarcharũ beneplacito, quod per Civitatem deſtinentur duo deputati, qui in-

Digitized by Google

intervenire debent in cusione monetæ, Mevius *in laud. proximè loco*, Ripoll. *d. cap.*15.*num.*47. & huic Civitati per Regem Fridericum *anno* 1496. *sub die* 26. *Octobris* inter capitula, & privilegia hujus Civitatis *66.pag.26.àt.*ac per Nostrũ Invictissimum Monarcham Carolum Secundum in cusione novæ monetæ, quæ in præsentiarum conficitur ob damnum
13 ex tonsione passum in antiqua; ad cujus mutationem deveniri potest, & multoties in hac Civitate deventum est, Tasson *de antef. vers.* 5. *observ.* 3. *num.* 11.
14 *vers.pecuniæ enim, & num.*12. Verùm, etsi ad hanc mutationem monetæ pervenire haud illicitum est, tamen solummodo ejus forma, non autem materia, pondus, ejusque valor mutari debet, ob damna,& incommoda,quæ evenire possunt ex veteris monetæ augmento, vel detrimento,Ripoll.*loco cit.num.*23.Tholosan.*syntagm.jur.lib.*36.*cap.*2. *num.* 16. Gaspar Klock.*de erar.lib.*2.*cap.*84. *à nu.* 15. *&* 21. Sixtin. *de regalibus*, *allato*
15 *cap.*7.*num.*46.76.nam eodem modo rerum pretia augentur, & diminuuntur, & sic contractationes omnes perturbarẽtur in maximum Reipublicæ damnum, *l. pro imminutione*, 2.*Cod.de veter. numism. potest.lib.*11.Kitzel.*de jure monetar.class.*5. *quæst.*2.*sect.*3.*num.* 56.Tranchedin. *consult.jur.*59. *num.*18. & alii DD. *ubi pro-*
16 *ximè;* Vnde juxta antiquum pondus, & valorem esse debet, quæ nova fabricatur moneta,licèt mutata forma,*cap.quãto*,18.
17 *de jure juran.* potiùs enim illius pondus, & materia,quàm forma,seu figura attenden-
18 da est,Ripoll.*loco laud.n.*23. nã licèt verum sit de Principis potestate esse pretia rebus dare, monetarunque valorem augere, aut diminuere, Tholosan. *syntagm.jur.lib.*36.*cap.*2. *num.* 26. Ripoll. *ubi supra nu.* 20. debet tamen ad hoc intervenire consensus populi, de cujus interesse agitur, nisi præcisæ necessitatis causa intercedat: Ipsa enim præcisa necessitas consensum popularem excusat, ac supplet,*d.cap.quãto*,18.Goffred.*noster hìc*,*num.*7.8.Isernia *in laud.loco*,*num.* 18. *vers. & dicit Hostiens. & in proem. ad constit.Regni*,*col.*16.*num.* 20. Afflict. *in prælud.super constit. Regni*, *quæst.* 16.*signanter num.*4. Tasson *de antefato*,*d.ob-*

*ser.*3.*num.*17.Covarr.*de veter.collat. numism.cap.*7.*num.*6.Gabed.*d.dec.*45. *n.*5. 6.7.& Nos in *d.rub.*6. *num.*61. & videndus quò ad hanc materiam Crespì de Valdaura *obser.decis.illustr.p.*2.*obser.*101.
19 *à num.*13.*&* 28. *cum sequentibus.* Quod diximus de consensu populi, intellige de personis illis, qui quò ad hoc totum populum repræsentant, & Civitatem, de quo plenè penes Gabed.*d.allato loco*,*n.*6.
20 Monetarum cusionis locus syclæ nomine designatur, vulgò dicitur Zecca fortè ab Hebraico *Sychel*,aut *Syclus*,moneta, quæ viginti obolis constabat, de quo in Exod.*cap.*30.*vers.* 13. Levitic. *cap.ultimo*,*vers.*25.Numeror.*cap.*3.*vers.* 47.*&* *cap.*18.*vers.*16.Ezecchiel.*cap.*45. *vers.*12.Can.*Iudices*,1.*quæst.*1. Gloss.*in cap.si quis aliquando*,*de pœnit. distinct.*1. Lucas de Penna *in l.*1. *num.*4. *de metall. lib.*10.cum aliis, laudatis à Mutio Surgente *de Neap.illustrata*,*lib.*1. *cap.*6. *nu.* 21.Covarruv.*veter.collat.numism.cap.*2. *num.* 9. Mattheu *de regim. Regni Valen.*
21 *cap.*2.§.6. *num.*1. & in hac nostra Civitate Neapolis priscis temporibus in Castro Divi Georgii ad forum in regimine Furcillæ, & alibi,nempe in regione sedilis Montaneæ cudebatur,per ea, quæ habentur penes Surgent. *in laud. loco*,
22 *nu.* 1.2. At quia plures ædes haberi pro monetarum cusione damnosum est, Klo-
23 ck.*de erar.d.cap.*84.*à nu.*55.una solummodo multis ab hinc annis constituta est in regione Divi Augustini Majoris, in qua tantummodo cudi valet quodvis monetarum genus, præmissis observatis.
24 Advertendum est etiam,quod mutato valore extrinseco alicujus monetæ, de cujus certa specie, & numero reperiatur promissa ante mutationem,solutio,quæstio est cui nam augmentum, vel detrimentum monetæ datum, cedere debeat, debitori scilicet, an creditori? & licèt multi multa dixerint, juri tamen magis consona, communis, ac rerum judicatarum authoritate fulcita, dignoscitur sententia affirmantium, nõ posse creditorem adstringi ad recipiendam solutionem, nec è contra debitorem ad illam faciendam in alia monetarum specie, & numero, sed specificè in pecunia, & numero, prout conventum, & in pactum deductũ

Digitized by Google

est: quia si nulla intrinseca novitas data est, extrinsecus valor, si auctivus in creditoris optionem vadit, sicuti in ejusdem damnum si sit diminutus, etiansi certæ speciei monetæ in obligatione contentæ similiter certa summa, quæ tunc temporis erat in usu, enarrata sit; nã illud, quod taxativè per partes est conventum, ac in obligatione deductum, observandum est, ut de solvendo in illa certa, conventaque moneta; non aliter de æxtimatione, demonstrativè tantùm peracta, ad dignoscendum monetæ valorem, non ut illa æxtimetur, prout decreverunt Senatus Hispalensis apud Castill. *controv. jur. cap.* 10. *à num.* 45. Granatens. apud Larream *dec.* 21. *à num.* 24. *& dec.* 22. *à nu.* 6. *to.* 1. Rota Romana penes Farinac. *dec.* 430. *& dec.* 119. *post tract. Merlini de pignoribus, & 218. post Cenc. de cens. dec.* 219. *&* 330. *post tract. Duardi de censibus tom.* 2. Gratian. *disceptat. forens.* 417. *tom.* 3. Rota *corã Bichio apud de Luca ad Gratian. d. cap.* 417. *num.* 7. Germaniæ apud Nicolaum Reusner *dec.* 13. *lib.* 4. Siciliæ apud Mastrill. *dec.* 7. *p.* 1. & esse menti tenendum substinuerunt Præs. de Franch. *dec.* 508. *num.* 2. ubi Riccius *vers. contrarium, quod immo solutio*, & de Luca *nu.* 5. Marta *summa decis. tom.* 3. *tit. de solution. num.* 25. Reg. Cons. Petra *in Rit. M. C. V.* 196. *num.* 13. 14. *tom.* 2. Reg. Cons. de Rosa *consult. jur.* 54. *num.* 5. *tom.* 1. Manfrella *ad Reg. Capyc. Latr. dec.* 48. *nu.* 19. *tom.* 1. Scoppa *ad Gratian. dec.* 201. *n.* 19. Sola *super consuetud. Sabaud. rub. de pact. inter emptor. & vendit. p.* 1. *gloss. unica, num.* 75. 78. Surd. *consil.* 242. *vol.* 2. *& cõsil.* 368. *vol.* 3. Thesau. *dec.* 174. *nu.* 5. 6. & Gaspar filius *de augmento monetar. p.* 1. *num.* 81. Cyriac. *contr. forens.* 388. *nu.* 13. *lib.* 2. Carthar. *decis.* 134. Gratian. *d. cap.* 417. *num.* 14. Kupingks *d. consil.* 15. *vers. ad secundam d ubitandi rationem*, Ioan. Kitzel *in d. tract. de jure monetar. class.* 2. *quæst.* 1. *à num.* 17. omninò videndi Regner. Sixtinus *de regalibus d. cap.* 7. *num.* 155. Gaspar Klock. *de ærario, lib.* 2. *cap.* 84. *à num.* 102. Franciscus-antonius Trãchedinus *d. consul.* 59. *num.* 1. 2. 3. 4. Berlich. *pract. conclus.* 36. *p.* 2. *nu.* 5 1. 5 2.

25 Plura, immo, & plurima (fateor, amice lector) non aspernandæ eruditionis adduci possent in materia de qua in hac rubrica, & maximè quia in præsentiarum nova Regni moneta cuditur; sed humanis respectibus indulgendum.

Ad num. 3. 5.

26 QVò ad hic contenta, & per Goffred. nostrum dispuncta fusè per Nos tractatur *in observat.* 2. *ad allegat. Ioannis-vincentii de Anna, à nu.* 34.

27 Ad tollendam autem dubietatem, quæ lectori posset oriri ex lectione nostri Goffredi *in num.* 5. notare arridet, quod cõstitutiones á Goffredo allegatæ ut Imperatoris Friderici; non aliter fuerunt factæ à Friderico, (qui ut idē Goffred. ait *d. loco*, Carena *de officio Sanctiss. inquis. p.* 1. *tit.* 1. §. 5. *num.* 60. 84. & Nos *in rub.* 2. *num.* 6. fuit Regno depositus) sed à Rege Gulielmo, ut cernere est in *codice Constitutionum Regni.*

Ad num. 9. 20.

28 QVò ad capitula Pontificis Honorii IV. respectu eorum originis, & observantiæ, & an tanquam Regni leges habenda sint, & uti tales alleganda? post antiquos DD. vidēdi sunt Reg. Marcian. *disput. for.* 3. *tom.* 1. cum aliis, ab eodem laudatis, ad quos brevitatis gratia dilectum lectorem remittimus.

Cæsar-nicolaus Pisanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMA

Non licet Gabellotis paciſci de exigendo minus de dirictu Curiæ.

RITVS I.

SVper hoc continetur in pactis gabellotorum ipſorum capitulum in hæc verba: *Caſſantes, & irritantes ex nunc, prout ex tunc omnes conventiones, & pacta, facta, & inita, & inienda per quas, & quæ minus eſſet percipiendum de juribus Curiæ ſupradictis; & pacta, & conventiones eadem nullum vigorem obtineant, ſed tanquam reprobata, & illicita nullatenus obſtent, quin totus dirictus, & integrum jus iis, quorum intererit, perſolvatur.*

RITVS II.

HOc habuit, & habet interpretationem, ut pacta, & conventiones hujuſmodi non valeant in præjudicium Curiæ, aut licitantium, & augmentantium gabellam; ſed in præjudicium paciſcentium valere debent, pro ut inclytus Rex Carolus Secundus, ſicut audivi, & præſens fui, determinavit, & declaravit in caſu Venetorum cũ Conſilio Sanctæ Recordationis Domini Petri de Ferreriis Cancellarii ſui, magnæ utique ſcientiæ, & conſcientiæ bonæ, ut de eorum proprio quicquid minus receptum eſt, ſolvi debeat, aut ultra pactum eſſet exactum uſque ad ſolitum, & debitum, deceptis præcipuè mercatoribus exteris, farciatur; quos plerunque decipiunt paciſcendo cum eis in minus, ut dictum eſt, & hoc ſive paciſcentes ipſi gabelloti per licitationem amoti fuerint, ſive remaneant in gabella, ſucceſſoribus etiam in gabella præjudicet, quando paciſcens partem haberet, aut teneret in augmentata gabella; hoc ipſo præſumpto, quod in fraudem augmentatio facta fuerit, ad hoc ut mercatores contra pactum initum integraliter exigantur; Itaquod ſi forſan ab eis per augmentum aliorum, gabella fuerit revocata, teneantur ſucceſſoribus reſpondere, & de eorum proprio computare, ſicut ſi totum jus debitum pacto non inito, exegiſſent, cõtra præfatos paciſcentes de ſolvendo jure nõ integro, ſociis gabellam licitantibus, ut præfertur, præci-

Digitized by Google

cipuè si forsitan dixerint pactũ initum ignorasse, omni jure servato, ut contra paciscentes eosdem qui socii gabellæ reperiuntur cum eis ad sarciendum ipsis damnũ, quod incurrerent, propterea possint procedere, & totum recuperare interesse ipsorum.

RVBRICA XXX.

Non licet Gabellotis paciſci de exigendo minus de dirictu Curiæ.

SVMMARIVM.

Pactum de exigendo plus, vel minus, ultra quod est debitum, etiam juramento vallatũ reprobatur litteris regalibus Regis Roberti. num. 1.

Pactum de exigendo plus, vel minus à mercatoribus factum dictam reprobationem ignorantibus, sive per licitationem amotis, sive non, tenet contra paciscentes, sed non contra Curiam. n. 2.

Gabella augmentata, etiam tale pactum servatur contra ipsos licitatores etiam si sint amoti, & partem habeant. num. 3.

Pactum de exigendo plus, vel minus, quanvis sit illicitum, licitatio tamen semper tenet pro utilitate Curiæ. n. 4.

Licitatores tenentur succeßoribus de proprio computare totum jus, quod fuissent exacturi, pacto non inito. num. 5.

Pactum de exigendo plus, vel minus etiam servatur contra licitatores gabellæ, dicentes tale pactum ignorasse, & possunt socii ab ipsis totum interesse habere. num. 6.

1 IT de materia istius *Ritus*, & *Rubricæ*, adsunt certæ *litteræ Domini Regis Roberti*, datæ Neap. ann. 1317. die 4. Julii xv. indictionis Regnorum suorum anno 9. in quibus mandatur expresse, quod non fiat pactum de plus, vel minus exigendo, quàm quod est consuetum, debitum, & observatum, quantuncunque sit pactum juramento firmatum; immo, si factum est cum mercatoribus exteris ignorantibus, debeat servari contra paciscentes, non contra Curiam, sive fuerint paciscentes amoti per licitationem, sive non; & si ipsa gabella reperitur augmentata, & partem habeant amoti, sit præsumptio contra eos, quod dicta augmentatio facta fuit in fraudem Curiæ, & eo casu in ipsorum prejudicium servari
4 debeat pactum quanvis illicitum, licitatione ipsa in suo meliori robore pro utilitate Curiæ
5 remanente; itaquod teneantur successoribus respondere, & de eorum proprio computare; sicut si totum jus debitum pacto non inito exegissent. Item contra prędictos paciscentes de non
6 solvendo integro jure, sociis suis gabellam licitantibus, ut præfertur, præcipuè si forsitan illi dixerint pactum initum ignorasse, contra gabellotos eosdem, qui socii gabellę reperiuntur, ad resarciendum ipsis damnum, quod incurrerint, propterea possint procedere, ac totum interesse suum ab aliis petere, & habere.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Pacti definitio. num. 1.

Pactum non observare est naturalis juris regulæ adversari. num. 2.

Pactum de juris gentium præceptis est, & vim legis habet. nu. 3.

Pactum, actui legem tribuendo, facit recedere jus commune. n. 4.

Pactum, licèt ex naturalibus principiis firmetur, etiam ex hominum arbitrio dependet. num. 5.

Pactum fuit introductum ad sedanda jurgia, & ut paciscentium consensus dignoscatur. nu. 6.

Pactum de plus, vel minus pro gabellis exigendo, à Rege Roberto reprobatur. n. 7.

Pœna gabellotorum plus, vel minus exigentium. num. 8.

Pactum de plus, vel minus pro gabellis exigendo, si sit initum cum exteris, prohibitionem ignorantibus, inter paciscentes, non verò contra Curiam servatur. num. 9.

Res inter alios acta, tertio non nocet. n. 10.

Pacta paciscentibus tantùm debent nocere. num. 11.

Pactum de plus, vel minus pro gabellis exigendo, vitiatur, contractu tamen in sui robore permanente contra paciscentes. num. 12.

1 PActum, quod est duorum, pluriunve in idem placitũ conventio, *l.* 1. §. 2. *l. jurisgẽtiũ*, 7. §. 1. & 2. *ff. de pact.* Struvius *syntagm. jur. civil. tom. 1. exercit. 6. thes. 6.*
2 ita homines stringit, ut ipsum non obser-

va-

vare, ſit juris naturæ regulæ adverſari:
3 cùm juris gentium primarii ſit præceptũ, *quidquid firmiter promiſiſti, ſerves*, & uti lex ſervatur, *l.1.ff. de pactis*, Epiſcop. Iſclan. D. Hieronymus Rocca *diſput. jur. ſelectar. cap.* 78. *num.* 6. *verſ. illud enim*, Tondut. *reſolut. civil. cap.*1. *num.*5. *to.*1. cum aliis juribus,& DD. à Nobis laudatis
4 *in rub.*1. *num.* 16. cùm legem tribuat actui, Reg. Capyc. Latr. *conſult.*150. *n.*20. itaut ubi ipſum intercedit, ibi jus commune recedit: nam debet aliquid operare, Reg. Capyc. Latr. *conſult.* 148. *nu.* 32. Epiſcop. Iſclan. *ubi ſupra cap.*59. *num.*35.
5 & licèt ex juris naturæ principiis firmitatem obtineat, etiam ex arbitraria hominum determinatione dependet: cùm propter hominum calliditatem ſit adinventum, juxta illud Ovidii 1. *metamorph.*

.....Fugere pudor, verunque, fideſque,
In quorum ſubiere locum fraudeſque, dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.

ò nimis exoptanda aurea illa ætas,

. . . . . Quæ vindice nullo,
Sponte ſua ſine lege fidem, rectunq; colebat.

6 Qua ratione ducti primi Legislatores, ut rationales, ratione immembres, cum ratione viverent, ac jurgia, & lites, ſedarentur, certum modũ firmiter obligandi, ſtatuerunt; quo ſervato, paciſcentium conſenſus melius conſtare poſſet: Ideo Regi Roberto ſanum, rectunque viſum fuit, ut pactum à paciſcentibus actum, de plus, vel minus, ultra quod eſt cõſuetum, pro gabellis exigẽdo, aliquam firmitatem habere minimè poſſit: cùm Reipublicæ interſit, neminem in pactis eſſe deceptum, & nullo juri conſonum videatur, ut poſſit exigi, quod in loco nõ eſt conſuetum, *l. ſi publicanus*, §. *ultimo*, *l. ſi licitationis*, §. *earum rerum*, *ff. de publican.* Tholoſan. *ſyntagm. jur. lib.*3. *cap.*9. *nu.*7. & contra bonos mores ſit, pactionibus jus fraudare, Petrus Gilken *de præſcript.*
8 *p.*3. *cap.*3. *num.* 195. 261. de pœna verò gabellotorum ſic exigentium, vide *DD.* per Nos laudatos *in rub.* 2. *num.* 292. Tale tamen pactum, ſi initum ſit ab exteris, qui ejus prohibitionem ignorant, contra Curiam non ſervatur; ſed inter paciſcentes tantùm vim habet, ac obſervantiam meretur: juris enim præceptum
10 eſt, alterum non lædere, & res inter alios acta potiùs prodeſſe, quàm aliis nocere debet, Gait. *de credito*, *cap.*2. *tit.*3. *art.*1. *num.*225. *& nu.*376. *& art.*4. *num.*572. Albert. Alderiſ. *de ſymbolic. contract.*
11 *tit.*2. *cap.*6. *num.*49. cùm pacta paciſcentibus tantùm debeant obeſſe, Gaitus *de credito cap.*4. *qualit.*7. *num.*738. *& 760.*
12 quia cùm tale pactum ſit illicitum, propter nimiam, aut minorem gabellarum exactionem, in ſui robore contractu permanente contra paciſcentes ipſum ſolummodo vitiatur, ex laudatis per Gait. *de credito cap.*2. *tit.*7. *à num.* 1566. *uſque ad* 1579. & in conſimili de pacto retrovendendi in venditione annui redditus ad formã bullæ latè Nos fundavimus *in obſervat. ad allegat.*11. *Ioan-vincentii de Anna à num.*19. *cum multis ſequent.*

Cæſar-nicolaus Piſanus.

RVBRI-

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMAPRIMA

De decimis ſolvendis Prælatis de juribus ſupradictis.

RITVS I.

ET quia decimæ ſolvũtur de juribus veteribus, & de juribus novis non, ſciendum eſt quæ ſunt jura vætera, & quæ nova.

Iura vetera ſunt hæc.

Ius Dohanæ.
Ius Anchoragii.
Ius Scolatici.
Ius Tumuli.
Ius Portus,& Piſcariæ vetus.
Ius Bucceriæ vetus.
Ius Affidaturæ herbagii, paſcuorũ, glandium, & hujuſmodi.
Ius caſei, & olei, *non eſt ubique per Regnum.*
Ius Paſſagii vetus.

Iura nova ſunt hæc.

Ius Fundici.
Ius Ferri.
Ius Azzarii.
Ius Picis.
Ius Salis.
Ius Stateræ,ſeu ponderaturæ.
Ius Menſuraturæ.
Ius Exituræ.
Ius Setæ.
Ius Tinctoriæ,& celandræ.
Ius Cambii.
Ius Bucceriæ novum.
Ius imbarcaturæ.
Ius ſepi.
Ius Portus,& piſcariæ novum.
Ius Decini.
Ius Baliſtarum.
Ius Reficæ majoris,& minoris.
Ius marium,ſaponis, molendini, & gallæ, *non ſunt ubique, ſed in Apulea.*
Ius lignaminum, *non eſt ubique.*
Ius gabellæ auri pellis.

RITVS II.

DEcimas Prælatis Regia Curia ſolvit,illis ſcilicet,qui à tempore Catholicorum Regum Siciliæ habuerunt, & eas perceperunt, ſicut dicitur in forma litterarum de demaniis, & juribus Dohanæ,ac aliis juribus veteribus;de novis ſtatutis,ut fundico,& ſimilibus,non,quaſi de malè quæſitis, de quibus ſocius, vel uxor partem non habet, ut jura dicunt;& ideo poſſet dicere Prælatus loci alicujus: In iſto loco non ſunt jura nova,ſed vetera; volo de omnibus decimam, & è contra, ſi eſſent nova tantùm, non dabit Curia de novis quicquam,ſed forma Curiæ eſt, quòd deducitur tertia

pars

Digitized by Google

pars pro novis ſtatutis,& ſic dãtur decimæ per Curiam; forma Curiæ non præjudicat Eccleſiis, etiã ſi eſſet lex poſita per Principem ſecularem; Curia etiam poteſt dicere, & frequenter dicit, ſcilicet quando Prælatus vellet ultra duas partes decimã, fiat computatio de veteribus juribus, & novis ſtatutis, de veteribus habeas decimam,de novis non; ſic fecit Philippo Neapolitano Archiepiſcopo,qui petebat ultra decimam de juribus Civitatis Neapolis ubi ſunt longè minora vetera jura,quã nova ſtatuta, ita quod facta cõputatione minus debeat habere pro decima,quàm duas partes decimæ contingentis pro omnibus juribus,deducta inde tertia parte ejuſdem decimæ pro novis ſtatutis contingente; poſt quam autem comperta eſt inde veritas, quod minus debebat habere de jure, & de conſueta forma, quàm duas partes,Dominus Rex Carolus Secundus de gratia voluit, quod perciperet integras duas partes decimę,deducta tertia pro novis ſtatutis, ita quod illud plus,quod eſt in hac gratia, illa ratione,quia pro novis ſtatutis,quæ multa ſunt Neapoli, deberet deduci pluſquam tertia integræ decimæ, donavit Rex idẽ ædificio majoris Eccleſiæ, quo finito cederet in orationes parentum ſuorum,faciendas in ipſa Eccleſia, pro quibus certa altaria debent fieri ſicut continẽtur in Regiis literis, & privilegio conceſſis dicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ejus, & Neapolitanæ Eccleſiæ,& ſic ſolutum eſt,& ſolvitur nunc.

RVBRICA XXXI.

De decimis ſolvendis Prælatis de juribus ſupradictis.

SUMMARIUM.

Decimas eſſe ſolvendas eccleſiis, Imperator mandavit.n.1.& quarè debeantur?n.4.
Decimæ ab omnibus privatis ſolvendæ ſunt.n.2.
Decimæ ſolvendæ ſunt à poſſeſſoribus rerum ipſis ab eorum authoribus non ſolutis.n.3.
Decimæ,quæ ſolvuntur in pecunia, in die Penteceſtis ſolvi debent, ſi verò in victualibus, tempore eorum recollectionis.n.5.
Decimas de novis ſtatutis & poſitis per Imperatorẽ Fridericum Eccleſia nõ vult exigere & quarè? n.6.16.licèt de veteribus illas petere valeat.n.9
Imperator Fridericus ſuæ mortis tempore aſſumpſerat Crucis ſignum contra Infideles.n.7.
Socius de malè acquiſitis non habet partem. n.8.
Jura impoſita per Imperatorem Fridericum, quarè vetera dici poßunt?nu.10.13.
Imperator Fridericus depoſitus fuit ab Imperio ſeptem annis ante ejus mortem in vigilia Sanctæ Mariæ Magdalenæ in menſe Julii anno 1244.nu.11.
Imperator Fridericus deceſſit die 13. Decembris anno 1251.nu.12.
Jura vetera,& nova taliter dicuntur ad demonſtrationem liciterum,& illicitorum.n.14.
Decimæ de illicitis non ſolvuntur,& male acquiſitis. nu.15.24.29.itaquè de novis ſtatutis.n.17.
Decimæ inter Regem,& Archiepiſcopum Neapolitanum tranſactæ fuerunt.n.18.21.
Tranſactio,ſive compoſitio facta ſuper decimis authoritate Epiſcopi,vel ſuperioris,tenet.n.19.
Tranſactio,ſive compoſitio, an ſuper ſpiritualibus intervenire poſſit, & in quo differant inter ſe? num.20.
Decimæ an,quando, quomodo, & de quibus debeatur?n.22.
Decimæ an ex præcepto divino debeatur? & an per conſuetudinem tolli poſſit?nu.23.
Decimæ Eccleſiæ Parochiali ſolvi debent.n.25.

Digitized by Google

Decimas non ſolvens an peccet? num. 26. & in quo incurrat? nu. 27.
Decimas ſolves quatrupliciter remuneratur. n. 28.
Peccatum mortale conficitur ſi aliqua fraus fit diminuendo decimas. n. 30.
Decimæ perſonales, ſtatur conſuetudini, an debeantur, & in quibus locis. nu. 31.
Papa poteſt eximere quos vult in toto, vel in parte à decimis, dummodo totum jus non tollat. nu. 32.
Mortalis peccati labem incurrit non exemptus, decimas non ſolvens poſt monitionem. n. 33.
Negligens decimas ſolvere poſt tertiam monitionem, excommunicari poteſt n. 34.
Excuſatur à mortali peccato decimas non ſolvens in regionibus ubi de more non ſolvuntur. n. 35.
Decimas non ſolventem mortaliter peccare, aliorum ſententia eſt, quæ rigoroſa dejudicatur. n. 36.
Reaßumptio de decimarum materia. n. 37.
Homines tenentur ad ſolutionem decimarum partim ex juris naturalis neceſſitate, partim ex neceſſitate præcepti. n. 38.
Decimarũ ſolutio de quibus rebus fieri debeat? n. 39.
De aequiſitis per rapinam, uſuram, aut aliam turpem cauſam, decimæ non debent ſolvi. n. 40.
Hiſtrionum officium, quod per ſe tendit ad ſolatium, illicitum haud dejudicatur. n. 41.
Hiſtriones, ſerioſis, & virtuoſis operationibus utentes, mercedem pro tali miniſterio habere poßũt. nu. 42. e contra autem peccat qui in hiſtriones illicitis utentes artibus ſua bona cõſumit. n. 43. ſecus ſi hiſtrio in extrema neceſſitate eſſet. n. 44.
Eccleſia non debet recipere decimas de talibus rebus acquiſitis. n. 45.
Eccleſia poteſt recipere decimas ab emptore tritici decimati. nu. 46.
Jus accipiendi decimas ſpirituale eſt. n. 47.
Res, quæ nomine decimarũ dãtur, corporales ſũt. n. 48
Non pateſt quis idem eſſe cauſa dandi, & accipiendi decimas. nu. 49. licèt contrarium contingat ex diverſis cauſis reſpectu diverſorum. n. 50.
Decimæ debentur Clericis à fidelibus, in quantum ſunt miniſtri ſpirituales. n. 51.
Decimas clerici ſolvere non tenentur in quantum eccleſiaſticas poſſeſſiones habent. nu. 52. ſecus ſi illas habeant ex ſucceſſione parentum, vel alio quovis titulo. n. 53.
Eleemoſina de male acquiſitis an fieri debeat? nu. 54. & latè diſcuſſa materia. n. 55.
Mulier, meretricio vivens more, licèt turpiter agat, in eo tamen quod recipit, non injuſte agit. n. 56.

1 DE iſtis decimis, dic ut per *Dom. Andr. de Iſer. in conſtitutione de decimis lib. 1.* in qua *Conſtitutione* mandat Imperator ſuis officialibus, & gabellotis ſolvere Eccleſiis decimas totius introitus Regni; & in hoc
2 ſequitur jus aliorum privatorum: quia omnes tenentur ſolvere decimas, ut per *tot. tit. extra, de decimis*, & maximè in *cap. cùm non ſit*, ubi habe-
3 tur, quod, ſi res tranſit ad alios non facta decimarum ſolutione, ad illam tenentur poſſeſſo-
4 res; & adverte ad id, quod habetur *in cap. majores, 16. quæſt. 7.* ibi: *Majores noſtri ideò copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæſari cenſum reddebant; modò autem, quia deſceſſit devotio Dei, acceſſit indictio Fiſci. Noluimus partiri cum Deo decimas; modo autem totum tollitur. Hoc tollit Fiſcus, quod non accipit Chriſtus*; quando ſolvuntur decimæ
5 Prælatis in pecunia, ſolvuntur in Pentecoſte, ſi in frumento, vino, & aliis victualibus, ſolvuntur quando percipiuntur; & non oportet de hoc habere mandatum à Curia, ut habetur *in capitulis Regis Caroli II. in planitie Sancti Martini*, quorum primum incipit, *volumus*, & *mandamus*, ſecundum incipit, *Item ſtatuimus, quod Comites*, (& ſunt cap. 92. & 93. ſecundùm ordinem *de Nigris*) quæ hodie videmus malè ſervari; ſed ad hoc compellit juſtitiarius, ut ha-
6 betur in eiſdem *cap.* Item dicitur quod *ſecundã formam* Curiæ deducitur tertia pars pro novis ſtatutis, per Fridericum Imperatorem poſitis; ſed de illis non vult Eccleſia decimas, tanquam de malè ablatis, quæ impoſita fuerunt per illum contra Deum, & Juſtitiam, propter quod dicit *D. Andreas*, quod *quieſcit in pice, & non*
7 *in pace*; ſed revera Imperator Fridericus mortuus fuit aſſumendo ſignum Crucis, contra infideles in parvo flumine Regni; unde non eſt deſperandum de eo, qui in fine ſe reduxit ad Deum, ſicut vult noſtra *Sacra Scriptura*, & apparet de bono latrone; multùm tamen deberẽt cavere mundani Principes, quia in hoc ſeculo etiam Deus retribuit, ut illud *Iſaiæ* 10. ibi: *væ il-*
8 *lis, qui condunt leges iniquas*: nam ſocius de talibus male acquiſitis non habet partem, *ff. pro ſocio, l. quod autem*, 53. §. *planè*, hæc forma non
9 præjudicabit Eccleſiæ; quæ poteſt dicere: da mihi decimam debitam de veteribus ſtatutis, nolo de novis: nam alicubi ſunt plura jura ve-
10 tera, alicubi verò plura nova. Sed circa hoc poſſet dubium fieri: ecce dicitur, quod de veteribus debetur decima, ſed non de novis: nam ſecundùm hæc, in quibus hodie ſumus, ideſt in anno Domini 1460. die 3. menſis Decembris, omnia poſſunt dici vetera, quia tempore Fri-
11 derici, qui fuit depoſitus ſeptem annis ante mortem ejus in anno Domini 1244. menſe Julii in vigilia Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Cõcilio Lugdunenſi Pontificatus Innocentii IV.
12 anno 3. 18. kalend. Auguſti, mortuus fuit idem Imperator anno Domini 1251. die 13. Decem-
13 bris in die Beatæ Luciæ, & ſic fluxerunt anni 216. ergo dicuntur omnia vetera, cùm ſaltim fluxit tempus ultrà, cujus non eſt memoria, nec eſſe poteſt; & ſic ergo de omnibus deberet ſolvi
14 decima, tanquam de antiquis ſtatutis; ſed tamen

Digitized by Google

men tu bene intelligas, quod hæc verba *vetera*, & *nova* ad demonſtrationem licitorum, & il-
15 licitorum inducuntur; quaſi velit dicere de-
16 illicitè acquiſitis non ſolvuntur decimę; & illicitè acquiſita ſunt illa, quæ continentur in novis ſtatutis, & ſic vult dicere, quod de malè acquiſitis non ſolvuntur decimæ, prout de antiquis ſtatutis.

17 Et ita intelligas, quod in hoc *Ritu* dicitur de antiquis, & novis ſtatutis; ſi enim juſtè imponeretur hodie aliquod jus *ut ſupra* eſt dictũ *in præambulis*, non benè ſequeretur, quod non deberetur decima, quia ſunt nova ſtatuta: nam abſurdum, & contra jus; & ideo, ne decipiaris, intelligas, ut dixi, quod de iſtis novis ſtatutis malè impoſitis, non ſolvitur decima, quia indebitè, & contra juſtitiam fuerunt impoſita; & ſic durat hodie illa indebita impoſitio, nec tollitur tempore: quia tantò gravius eſt peccatum, quantò diutius infelicem animam detinet alligatam, *cap. fin. de conſuet.*

18 Et quia in *Ritu* fit mentio, quod de prædictis decimis fuit facta certa compoſitio, ſeu tranſactio inter dictum D. Regem, & Archiepiſcopum Neapolitanum; an hoc potuerit fieri de jure?

19 *in cap. ſtatuimus, de tranſact.* dicitur, quod tenet compoſitio ſuper decimis authoritate Epiſcopi, vel Superioris facta, & ſecundùm *Innoc. ibidem*, non tantùm compoſitio admittitur in ſpiritualibus, ſed etiàm tranſactio, dummodò non detur temporale pro ſpirituali, ſed ſpirituale pro ſpirituali; verùm interveniente authoritate Superioris, per quam aboletur vitium, quod non eſt ſimonia, nec poteſt aliquid opponi; & hoc in omnibus ſpiritualibus præter ſuper titulo beneficii ſine canonica inſtitutio-

20 ne, ut in *cap conſtitutus, de tranſact.* Et ſic, cùm quæritur an ſuper ſpiritualibus poſſit intervenire compoſitio, ſivè tranſactio, & in quo differant compoſirio, & tranſactio? Dic, ut in *cap. ſuper eo, de tranſact.* & in propoſito de compoſitione, dic, ut dicitur in *d. cap. Statuimus*, & *ſupra* dixi; De tranſactione diſtingue, aut in ea datur temporale pro ſpirituali, aut temporale pro temporali, aut ſpirituale pro ſpirituali; primo caſu tranſactio non valet: ſecundo valet, dummodo non fiat aliàs illicitè: tertio, aut agitur de jure tituli, ut in beneficialibus, & non procedit tranſactio propriè ſumpta, ſed permutatio, benè admittitur, *de rerum permut. cap. quæſitum*, aut non agitur jure tituli, ſed proprietatis, ut ſuper aliis juribus ſpiritualibus decimis, vel aliis juribus Eccleſiaſticis, dummodo de jure proprietatis & non tituli agatur, quod eſſe poteſt, & tunc aut agitur de recuperando jure deperdito, quod competit Eccleſiæ de jure communi, licèt alteri eſſet acquiſitum de jure ſpirituali, & valet tranſactio etiam ſine authoritate ſuperioris, caſus eſt ſingularis *in cap. 1.* & *cap. fin. de pact. lib. 6.* & ibi *Archid.* & *Jo: Andr.* & eſt ratio, quia de facili revertitur ad ſuam naturã ſecundùm *Archidiac.* ibi & *Fridericum de Senis in conſ. 88. vel 89.* & eſt alia ratio: quia ea, quæ ſunt acquiſita jure ſpeciali, & per privilegium, faciliùs perduntur: cùm per unum actum renuncietur privilegio, *de Conſtitut. cap. cùm acceſſiſſent*; & junge hanc rationem cum præcedenti; Aut ſumus extra hunc caſum, & tunc tenet tranſactio authoritate Superioris inter perſonas Eccleſiaſticas; quid autem inter laicos? variæ ſunt opiniones, & *Hoſt.* tenet, quod valet, cũ authoritate Epiſcopi, quæ opinio ſervatur in facto; de jure tamen veriùs eſt, quod ſpiritualia nullo modo cadere poſſunt in laicum, ſine authoritate Papæ, *de judiciis, cap. decernimus*; de quo plenè *in d. cap. ſtatuimus.* Itẽ in tranſactione Epiſcopi, dicit *Innoc.* quod Epiſcopus debet habere cõſenſum ſui Capituli, vel præsbiterorũ, ſi non habet Capitulum, & ſufficit authoritas Archiepiſcopi; Archiepiſcopus verò quando tranſigit, debet habere authoritatem Patriarchæ, ſic & aliàs eſſet neceſſaria authoritas Papæ; quæ Papæ authoritas in *Ritu* noſtro non intervenit: cùm Archiepiſcopus fuerit ille: qui

21 tranſegit, ut dicitur in ipſo *Ritu*; Sed tamen quantùm ad effectum, & ſubſtantiam ipſius Ritus, ſtantibus terminis in eo poſitis, quia Archiepiſcopus plus habuit ratione dictæ compoſitionis, quàm aliàs habere potuiſſet, de jure dicere poſſumus, quod tenet dicta compoſitio, cùm ſit in præjudicium Curiæ, & utilitatem Eccleſiæ; itaque Eccleſia de hoc non poſſet cõqueri, quia apparet ex *littera Ritus*, ubi Rex voluit, quod illud plus donationis titulo ſit Eccleſiæ, & ſic etiam dici poteſt, quod illud plus non habeat Neapolitana Eccleſia jure compoſitionis, ſed donationis titulo; & ſic ceſſaret illud argumentum, quod compoſitio non valuit: quia etiam ſi nõ valeat ut compoſitio, tenet, ut donatio, ut expreſsè ſentit *d. Ritus* . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

22 Pro declaratione hujus materiæ, quia quotidiana eſt, videamus, an iſta decima debeatur,

23 quomodo, quando, & de quibus? Et primò an debeatur ex præcepto Divino, & an per conſuetudinem tollatur? dicas de hoc *in cap. 1. de decimis, lib. 6.* per *Jo: Andr. & Petr. de Anchar.*

24 & ibi etiam an de malè acquiſitis ſolvatur, &

25 cui Eccleſiæ ſolvi debeat? & dicitur, quod Ec-

26 cleſiæ Parochiali; & ibi etiam an peccent non ſolventes? de quo in *Clem. cupientes, de pœnis*, ideſt quod peccent poſt monitionem, & plura

27 adducit; Primo, quod non ſolventes contraveniunt divino mandato; Secundò quod eam

Digitized by Google

ſolventes, bonis omnibus abundabunt, ut in *cap. majores, 16. quæſt. 7.* Tertiò, quod Deus de non ſolventibus non curat, neque locuſtas, neque plagas ab eis removet, ut *16. q. 1. cap. revertimini*, Quartò quod nō datur Chriſto, accipit fi-
28 ſcus, ut in *dicto cap. majores*, & dicunt Doctores, quod ſolvẽtes decimas quadrupliciter remunerãtur, Primò quia datur eis abundantia fructuũ, Secundò ſanitas corporis, Tertiò indulgentia peccatorum, Quartò vita æterna, ut *16. quæſt. 1. cap. revertimini*, ubi hæc exprimuntur. Habes
29 etiam in *cap. ex tranſmiſſa*, an debeatur decima de malè acquiſitis? de quo *can. 9. quæſt. 5. cap. 14. & 15. & de decimis, in cap. cùm non ſit, & in cap. tua, & infra*, & ſic etiam ſecundùm *Hoſtien.*
30 eſt mortale peccatum, ſi aliqua fraus fiat in diminuendo decimas, quod facit contra *Ritum* noſtrum, ubi diminuitur tertia pars, & videas quæ per *Innoc. Hoſtien. & Cardinal. Florent. extr. de decimis, ſuper Rubrica*, ubi allegantur multa
31 de jure divino, & lege evangelica, & inter cætera, quod in decimis perſonalibus ſtatur conſuetudini, an debeantur, & in quibus locis? & ſic communiter de obſervantia receptum eſt, & quod dicitur *in cap. à nobis, eod. tit.* ſecundùm
32 *Hoſtien.* quod Papa poteſt eximere quos vult in toto, vel parte, & de his aliter diſponere, prout illi placet, dummodo totum jus non tollat: quia talia non ſunt contra fidem, & ideo indiſtinctè parendum eſt ei, *extr. de conceſſ. præb. cap. propoſuit*,

33 Item infertur, quod non exemptus non ſolvens decimam integraliter poſt monitionem, peccat mortaliter: quia contradicit legi divi-
34 næ, humanæ, & judici; unde etiam poteſt excommunicari, qui poſt tertiam monitionem, & prædicationem Sacerdotum, decimam dare ne-
35 glexerit; & in regionibus, in quibus de more non ſolvitur decima, nec prædicatur, nec exigitur, videtur, quod non ſolventes non peccent mortaliter: quia Romana Eccleſia videtur ſaltim in his, quo ad præterita diſpenſare, ne tantam multitudinem contingat ex hac cauſa damnari; ſecus, ſi poſt prædicationem retinent:
36 quia tunc retinentes peccant mortaliter; alii dicunt quod cùm ex præcepto teneatur quilibet ad ſolutionem decimarum, non ſolvens peccat mortaliter, & dicit *Hoſtien.* quod hæc ultima opinio eſt ſecundùm juris rigorem, ſed prima benignior, & æquior ad evitandum animarum periculum, & ideo eſſet conſtitutione per Eccleſiam probanda; ſed *Dom. Cardinal. Florent.* dicit, quod immo eſt de jure verior: quia non ſolventes, non peccant, niſi quando poſt monitionem non pareant, de quo plenè in *d. cap. à nobis.*

37 Ut ad uberiorem veritatem veniamus, reaſſumamus ea, quæ notantur per *B. Thomam de Aquino in* 2. 2. & Primò utrum teneantur homines ad ſolvendum decimas ex neceſſitate præcepti? Secundò de quibus rebus dandæ ſint decimæ? Tertiò quibus debeant dari? Quartò ex quibus competat eas dare?

38 Quoad primum dic, quod poſt multa ipſe *B. Thomas* arguendo pro & contra, concludit dicens, quod patet ad ſolutionem decimarum homines teneri partim quidem ex jure naturali, partim ex inſtitutione Eccleſiæ, quæ tamen penſatis opportunitatibus temporum, & perſonarum, poſſet partem aliquam remittere ſolvendam.

39 Quo ad ſecundum, ideſt de quibus rebus ſint decimæ dandæ, idem *B. Thomas* poſt multa hinc inde arguendo concludit, quod aliquæ malè acquiruntur dupliciter, uno modo, quia ipſa
40 acquiſitio eſt injuſta, puta, quæ acquiruntur per rapinam, aut uſuram, & tunc non tenetur de eis decimam dare; tamen ſi ager aliquis ſit emptus de uſura, de fructu ejus tenetur uſurarius decimam dare: quia fructus illi non ſunt de uſura, ſed ex Dei munere; quædam dicuntur malè acquiſita, quia acquiruntur ex turpi cau-
41 ſa, ideſt de meretricio, & de hiſtrionatu; quod autem dicitur hic de hiſtrionibus meliùs declarat idem *B. Thomas in ſumma* 2. 2. *quæſt. 168. ar.* 3. ubi dicit, quod officium hiſtrionum, quod ordinatur ad ſolatium habendum, non eſt ſecundùm ſe illicitum, & hiſtriones non ſunt in ſtatu peccati, dummodo moderatè ludendo utantur, ideſt non utendo aliquibus illicitis verbis, vel factis, ad ludum, & non adhibendo ludum negotiis, & temporibus indebitis; ſed
42 ſerioſis, & virtuoſis operationibus: nam & quãdoque pauperibus largiũtur, unde illi, qui moderatè eis ſubveniunt, non peccant, ſed juſtè faciunt, mercedem miniſterii eorum eis attri-
43 buendo; Si quis autem ſuperfluè ſua bona in tales conſumunt, vel ſubſtentat illos hiſtriones, qui illicitis ludis utuntur, peccat quaſi eos in peccato fovens, unde *Auguſtinus ſuper Joannẽ* dicit, quod donare res ſuas hiſtrionibus vitium
44 eſt criminale; niſi fortè aliquis hiſtrio eſſet in extrema neceſſitate, in qua eſſet ei ſubveniendum, *Ambr. in lib. de officio*. dixit: *Paſce fame morientem: quiſquis enim paſcendo hominem ſalvare poterit, ſi non paſcit, occidit*, & alia hujuſmodi, quæ non tenentur reſtituere, unde de talibus tenemur decimas dare ſecundùm modum
45 aliarum perſonalium decimarum, attamen eccleſia non debet eas recipere: quia diu ſunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare, ſed poſtquã illos pœnituerit, poſſunt ab eis de his recipi decimæ, & ibidem *B. Thom.* reſpondet ad contraria, ubi multa dicit, & inter
46 cætera, quod ſi quis vendit triticum non decimatum, poteſt eccleſia decimas recipere ab emptore, ubi etiam ſecundùm *Auguſt.* dicit: *de Militia, de negotio, & de artificio, redde decimas*, & habetur *in cauſ. 16. quæſt. 1. cap. decimas.*

47 Quo ad tertium; quibus debeant dari decimę? Idem *B. Thomas* arguendo hinc inde concludit, quod circa decimas duo ſunt cõſiderãda, ſci-

Digitized by Google

ſcilicet, ipſum jus accipiendi decimas, quæ nomine decimæ dantur; jus autem accipiendi decimas ſpirituale eſt: conſequitur enim illud debitum, quod miniſtris altaris debetur ſumptus de miniſterio, ex quo ſeminantibus ſpiritualia dentur temporalia, quod ad ſolos Clericos, habentes curam animarum pertinet; & ideo eis
48 ſolis competit hoc jus habere; res autē, quæ nomine decimarum dantur corporales ſunt, unde poſſunt in uſum quenlibet cedere, & ſic poſſunt etiam ad laicos pervenire, ubi etiā reſpōdet ad contraria, in quibus multa bona poteris videre.
49 Quantum ad quartum, ex quibus competat dare decimas? breviter idem *B. Thom.* poſt multa concludit, quod idem non poteſt eſſe cauſandi, & recipiendi, ſicut nec agendi, & patien-
50 di; cōtingit autē ex diverſis cauſis reſpectu diverſorum, eundem eſſe dantem & recipientem,
51 ſicut agentem, & patientem; clericis autem, in quantum ſunt Miniſtri ſpirituales populo ſe-
52 minantes, decimæ à fidelibus debentur; unde tales Clerici, in quantum Clerici ſunt, ideſt in quantū poſſeſſiones habent eccleſiaſticas, decimas ſolvere non tenentur, propter hoc, quod
53 poſſident; ſi autem proprio jure, vel ex ſucceſſione parentum, vel ex emptione, vel quocumq; hujuſmodi titulo, tūc ſunt ad decimas ſolvēdas obligati, & ſic de propriis prædiis tenentur, ſicut & alii etiam ſi ipſi ſint ejuſdem eccleſiæ Clerici; de quo plenè per eundem *B. Thomam in*
54 *2. 2. quæſt. lxxxvii.* & ſic etiam an de malè acquiſitis debeat fieri eleemoſina? Dic per *eundem B. Thomam 2. 2. quæſt.* 32. ubi plenè de materia eleemoſinarum; & an de illicitè,
55 acquiſitis poſſit fieri eleemoſina? Dic, quod tripliciter poteſt aliquid illicitè acquiri: Primo modo quando illicitè aliquid acquiritur, & debetur ei, cui eſt ſublatum, nec poteſt retineri ab eo, qui acquiſivit, ſicut contingit in furto, rapina, & vſuris; & de talibus, cùm homo teneatur ad reſtitutionem, fieri eleemoſina non poteſt. Secundo modo quando quis illicitè acquirit aliquid ab alio illicitè ſimiliter acquiſitum: quia ille, qui acquirit, retinere non poteſt, nec tamen debetur ei, à quo acquirit, ut quia contra juſtitiam accepit; unde non debet fieri reſtitutio, ſed debet in eleemoſinas erogari; & eadem ratio eſt in ſimilibus, in quibus & datum & acceptum eſt contra legem. Tertio modo eſt quando aliquid illicitè acquiritur, non quidē, quia ipſa acquiſitio ſit illicita, ſed quia modus,
56 quo acquiritur, eſt illicitus, ſicut patet de eo, quod mulier acquiſivit per meretricium, & hoc propriè vocatur turpe lucrum: quod enim mulier meretricium exerceat turpiter agit, & contra legem Dei; ſed in eo, quod accipit, nō injuſtè agit, nec contra legem; unde ſic illicitè acquiſitū retineri poteſt, & de eo eleemoſina fieri; quod etiam declara, ut idē *B. Thom.* dicit de decimis ut ſupra dixi, quod non deberent clerici recipere de prædictis, dum in peccato exiſtunt, de quo dicas etiam de jure canonico *in cap. cum voluntate, de ſentētia excōmunicationis.*

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Mercede ſua digni ſunt operarii. n. 1.

Mercede privari, qui ad aliquod officium ſunt electi, inhumanum eſſe videtur. nu. 2. & quare? n. 3.

Decimæ quare debeantur, & inſtitutæ ſint? num. 4.

Decimas Deus in ſignum ejus univerſalis dominii ſibi reſervavit, ac præſtandas eſſe mandavit. n. 5.

Decimæ de omnibus fructibus, ſeu redditibus legitimæ, & juſta cauſa recollectis, debentur. num. 6.

Decimæ, quænam ſint, quæ ex divino jure debentur? num. 7. & inſtitutæ pro Eccleſiarum conſtructione, tuitione, & reparatione? nu. 8. ad differentiam prophanarum, quæ à laicis, ſecularibus præſtantur. n. 9.

Decimas non ſolventes, aut illarum præſtationem impedientes mortaliter peccant, & excommunicatione coberceri poſſunt. num. 10.

Decimæ præſtandæ ſunt abſque interpellatione, quia earum præſtatio fit tempore præfixo, vel conſueto. n. 11.

Decimarum præſtationis tempus, illud attenditur, quod à conſuetudine eſt introductum. n. 12.

Decimæ debentur integræ abſque expenſarū deductione. num. 13. neque cæterorum onerum, aut tributorum, quibus fundus ſubiicitur. n. 15. etſi in contrarium concurreret conſuetudo. n. 16.

Colonus partitarius non deducit expenſas à portione domino fundi debita. n. 14.

Decimæ aſportandæ ſunt in horreis, domibuſve decimariorum. num. 17. ſi in contrarium non vigeat conſuetudo. n. 18.

Decimarii, antequam à decimatoribus fructus triturentur, vel de loco ad locum aſportentur, certiorandi ſunt. n. 19.

Decimarii antequam interpellentur, interdicere poſſunt collectionem, ac fructuum trituralionem, mēſurationem, & aſportationem fieri, niſi ipſis, aut perſonis ab eis deſtinandis, intervenientibus, ac etiā cuſtodes ponere, ne aliquid occupetur, & decimarum exactio fraudetur, conſue-

tu-

Digitized by Google

tudine in contrarium non militante. num. 20.

Decimariorum, vel eorum personarum, interventus, in eorum arbitrio non residet, nam si ipsis certioratis, legitimo tempore sibi non consuluerint, aut personas nõ destinaverint, potest à decimatoribus procedi ad fructuum triturationem, recollectionem, & asportationem, data decimariis debita decima. n. 21.

Decimatores quantum temporis expectare debeãt post decimariorum interpellationem, infra quod debent, aut illi intervenire, aut personas destinare? n. 22.

Frumentum triturari haud valet, nisi novem transactis diebus à sui incisione. n. 23.

Vinum biduo transacto potest extrahi, ac in doleis reponi. n. 24.

Decimæ fœtuum animalium non debentur statim ac illi nati sunt, sed cùm amplius materno lacte non indigent. n. 25.

Baroni decimario debentur decimæ cum eisdem exemptionibus, & aliis juribus prout in Ecclesiasticis dictum est, & quare? n. 26.

Decimæ reales divino jure introductæ præscribi nequeunt à laicis, quovis etiam immemorabili tempore transcurso. num. 27. *nisi alio dato, aut transacto, ex quo adimpletur finis eorum præstationis. nu.* 29. *quod desumitur practicari illis in locis, in quibus non fit hac decimarum præstatio. nu.* 31. 33.

Decimæ præmissæ, etsi in totum præscribi nequeant possunt, tamen pro parte, & quare? nu. 28.

Decimæ ab Ecclesiastico alteri ecclesiastico debitæ præscribi valent. nu. 30.

Decimæ de jure, Parocho, Parochialique Ecclesiæ debentur, non autem Episcopo, & quare? n. 32.

Transactio super decimarum præstatione substinetur, dummodo aliquid detur in illarum correspectivitatem. n. 34. *& hoc in multis Regni locis observatum. n.* 35.

Decimarum præstatio in Civitate Neapolitana transacta fuit cum assignatione territoriorum facta à Rege Carolo II. sistentium in Casali Turris Octavæ in beneficium Cathedralis Ecclesiæ. n. 36.

Decimariis tacita hypotheca competit super fundis, de quorum fructibus decimæ debentur, cum privilegio prælationis, & potioritatis. num. 37. 39. *nedum contra creditores, verùm etiam tributa, census, & collectas ex dicto fundo debitas. num.* 38.

Decimæ onus cum tacita hypothecæ prælationis privilegio vallata transit cum re, contra quencunque possessorem, qui tenetur nedum pro futuris, verùm etiam pro præteritis. nu. 39.

Author quare decimarum materiam in hac rubrica non prosequatur? n. 40.

Meretrix inter miserabiles personas adnumeratur. n. 41.

Meretrices gaudent beneficio restitutionis in integrum. n. 42. 44.

Meretrices gaudent beneficio l. unicæ. Cod. quand. Imper. inter pupill. & vid. *num.* 43. 44.

Meretricis nomen unde sumptum? n. 45.

Meretrices dignæ sunt mercede, cùm venales efficiantur. n. 46.

A meretricibus, quod fornicationis causa datum, & donatum est, repeti non potest. num. 47.

Meretrices in judicio agere *valent pro mercede debita, vel pollicitata contra promissorem. nu.* 48. *& hoc tam si palam, quàm si clam corporis sui quæstum faciant. n.* 49. 51.

Meretrices plures occultæ sunt, quàm publicæ. num. 50.

Meretrices agere possunt contra pollicitantes, qui juxta promissa obligantur, licèt ex turpi causa pollicitati fuerint: nam licitè à meretricibus petitur, & recipitur, etsi illicitè eis promittitur. n. 52.

1 DIgnos esse operarios mercede sua, pluribus in locis sacræ paginæ monent, ut ex D. Matheo *cap.* 10. *vers.* 10. Luca *cap.* 10. *vers.* 7. Paulo *prima ad Chorinth. cap.* 9. *&* 1. *ad Timoth. cap.* 5. *vers.* 18. *Deuteronom. cap.* 24. *vers.* 14. *Levitici cap.* 19. *vers.* 15. *Tob. cap.* 4. *vers.* 15. *cap. cũ se-*
2 *cundùm Apostolum,* 16. *de prabendis:* inhumanum enim videretur, qui ad aliquod
3 officium sunt electi, mercede privari: cùm mercedis spe allecti labores, licèt maximos, ineant, & propria non curẽt, ut aliena, ad eorum nempe officium spectantia, pe-

Digitized by Google

4 peragant;meritò igitur ſpiritualia, & ſacramenta miniſtrantibus, animarunque curam habentibus, etiam ut egenis, & pauperibus de ſubſtantialibus, & victu
5 provideant,aliquid Deus in ſignum ejus univerſalis dominii præſtandum eſſe mā-
6 davit, quod ſub decimæ venit nomine, *cap.cùm non ſit*,33. §.*cùm autem, de decimis*,Benedict.Carpzou.*defin.foren.par.*2. *conſt.*2. *def.*4. *num.*2. *tom.* 1. & alii mox laudandi:quia de omnibus fructibus,ſeu redditibus,legitima, & juſta cauſa recollectis, decima pars exſolvenda eſt, ut ſpiritualia adminiſtrantes, ex temporalibus condignam accipiant retributionem, prout in eiſdem ſacris paginis *Geneſ.cap.* 14.*verſ.*20.*&* *cap.*28.*verſ.*22. *Exod.cap.* 22.*verſ.*29. *Levit.cap.*27.*à verſ.* 30.*Numeror.cap.*18.*verſ.*21. 28. 29. *Deuteron. cap.*12.*verſ.*6.*cap.*14.*verſ.*28.29. *&* *cap.* 26.*verſ.*12. *Regum lib.* 1. *cap.*8. *verſ.* 15. *Paralip.lib.*2.*cap.*31. *verſ.*4.5. *Eſdræ lib.* 2.*cap.* 10.*verſ.*37. *Malachiæ cap.* 3. *verſ.* 10. ac docent Divus Paulus *ad hæbreos cap.*7.*verſ.*2., & Lucas *cap.* 11. *verſ.* 42. ibi:*ſed væ vobis Phariſæis,quia decimatis mentham,& rutham,& omne olus,& præteritis judicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere*,*Can.decimas*,47.*canon.decimæ*,66.*cauſa* 16.*quæſt.* 1.*& quæſt.*7.*cap. omnes decimæ,cap.Parochianos*,14. *& cap.tua nobis*, 24.*de decimis*,ibi:*decimæ,quas Deus, in ſignum univerſalis dominii, ſibi reddi præcepit, ſuas eſſe decimas, & primitias*
7 *aſſeverans*, ac DD. mox laudandi;idcircò, quæ quò ad prædicta præſtantur, ex divino jure debentur, Sacra Synod. Trident.*cap.*12.*de reformat.*ibi:*cùm decimarum ſolutio debita ſit Deo*; & declaravit Imperator Fridericus *in Regni conſtitut. quantò cæteris*,ibi: *& illud etiam attendentes, quod ſolutio decimarum, quarum debitum ex utriuſque teſtamenti tabulis confirmatur*;& ſubſtinuerunt Afflict.*ſuper eadem conſtitut.à num.*6. Capyc. *dec.* 20. *num.*5.*verſ.ſecundùm quod*, Reg. Salernitan.*alleg.*6.*num.*4.11. *Reg.* Tap. *in jure Regni*,*lib.*1.*in d. conſtitut. quantò cæteris*, *à num.*6.ubi etiam Balzaran.*nu.* 1. 2. 3., ac Foller.*ſuper conſtit.in rubr.de decimis*, *& in d. conſtit. quantò cæteris*,*à num.* 22. Viv.*dec.*4.*à num.*49. *lib.* 1. Marcell.Dotola *ad Capyc.d. dec* 20. *in princip.* Reg. de Marin.*reſol jur. cap.*81. *in princip. lib.* 1.Marta *de juriſdict.p.*2.*cap.*43.*à num.*1. *uſque ad* 11.Reg.Conſ.Staiban. *reſol.forenſ.*108.*num.*3.6.7.*& in obſerv.à nu.* 1. *to.*2.Barbat.*de diviſ.fruct. par.* 1. *cap.*7. *num.*4.5.9.15.*&* 38.Reg.Conſ. de Roſa *conſultat. forenſ.*9. *num.*1. *cum tribus ſequentib.tom.*1. Rodoer. *ad Reg. de Marin.d.cap.*81.*num.*2.3.4.Reg.Valenz. *cõſil.*33.*num.*121.130.131.*conſil.*88. *n.*38. *lib.*1.*conſ.*114.*num.*1.5.*conſil.*146.*n.*5.9. *lib.*2.Marta *de juriſd.par.*2.*cap.*43. Petr. Gregor.*ſyntagm.jur.lib.*2.*cap.*21.22. Petr.Gilken *ſuper Cod. in Auth. quas actiones,cap.*3.*à num.*11. *uſque ad finem,to.* 1. Chriſtoph.Beſold.*conſ.*19.*num.*30. *verſ. & quod decimæ;conſ.*20. *num.* 2. *&* 100. *par.*1.*&* *conſ.*281.*num.*1. *p.* 6. Tondut. *quæſtion.canon.cap.*72. *n.*1.*to.*1.Nicolaus Reuſner. *deciſ.Germaniæ* 2. *num.*4. *& à num.*24. *lib.*4. Franciſcus-antonius Trãchedin.*conſult.forenſ.*91. *à num.* 6. & ex multis Covarr. *var. reſol.lib.*1. *cap.* 17. *num.* 2. *præcisè verſ. cæterum his jactis*, ubi de Faria *à num.*24.25.27.36.D.Frãciſc.-hieronym.Leo *deciſ.Valen.*3. *nu.* 5. 24.25.*lib.*1. Fontanella *de pactis nuptialib.clauſ.*4.*gloſſ.*19.*p.*1.*à num.*3.*uſque ad* 56.*incluſivè,tom.*1.Caſtill.*controverſ.foren.cap.*10.*à nu.*5. *uſque ad finem, tom.*7. Rodriquez *de privil.creditor.art.*5.*n.*60. *verſ.fundari, & num.* 61. Matteu *de regimine Regni Valentiæ.cap.*2.§.5. *nu.*41. Acoſta *de privil.credit.regul.* 2. *ampliat.* 4.*num.*41.*in fine,&* 42.Klock.*de contrib.*
8 *cap.*10.*ſect.*1.*num.*36. quo in loco etiam docet ſervire deberi propter fabricæ eccleſiæ conſtructionem,tuitionemque,
9 atque reparationem (ad differentiam prophanarum, ſive laicalium, quæ à ſecularibus conſtituebantur in locum reddituum, tributorum, & ſimilium, prout legitur in ſacris tabulis *lib.*1.*Regũ,cap.*8. *verſ.*15.ibi:*ſed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis,& famulis ſuis*:& ex diſpoſitis per Imp.Honor. & Theodor. in *l.inter virũ*, 2. *Cod.de infirmandis pœnis cælibatus*, & Valent. & Theod.*in l. cunctì*,3. *Cod.de metallariis,lib.*11.Barbat.*d.cap.*7.*nu.* 12. 13.14.Klock.*de ærario lib.*2.*cap.* 147. & ex Suida,Ariſtot.Dionyſio,Caſſio,& aliis

Pe-

Petrus Gregor. *syntag. jur. d. lib. 2. cap. 20.* & ex Theodoreto, Alciato, & aliis Nicolaus Reusnerus *d. dec. 2. nu. 13.* & Nos
10 *in rub. 20. num. 21.*) quadere ipsas non solventes, aut impedientes, mortaliter peccãt, & excõmunicatione, sũt coercẽdi ex Sacra Trident. Synod. *sess. 25. cap. 12. de reformat.* Reg. Salernitan. *alleg. 6. n. 12.* Vivius *d. dec. 4. nu. 31. & à num. 65.* Barbat. *ubi supra, nu. 102.* Ricc. *collectan. decis. 4035.* de Faria *in laudato loco, nu. 46. 47.* Christineus *decis. Belg. 106. num. 9.*
11 *vol. 1.* absque quod interpellentur: ea quidem ratione, quia ipsarum præstatio certo tempore præfinita est; itaquod illius adventu, in moram incurrunt, & solutioni, ac præstationi controveniunt: nã decimæ prædiales (cùm de prædiorum fructibus sint præstandæ) sunt exsolvendæ statim ac fructus sunt recollecti, *cap. cùm homines, 7. circa finem, de decimis,* ubi Gloss. *in verb. fructibus,* & alia Gloss. *in cap. revertimini, 16. quæst. 1. verb. annus expletus est,* Honorius Papa I. *in bulla, quæ inseritur in pragm. 2. §. 1. de cleric. seu diacon. selvaticis,* & Carol. II. *in cap. Regni, quod incipit volumus, & manda-*
12 *mus,* ac DD. *vnox laudandi;* nisi aliter cõsuetum sit: nam in decimarum præstatione illud est attendendum tempus, quod ab ipsa consuetudine est introductum, Afflict. *in d. constitut. quantò cæteris, n. 24.* Vivius *d. dec. 4. n. 30. 43.* Barbat. *d. par. 1. cap. 7. num. 73.* Novar. *de gravam. vasallor. gravam. 1. & 2. num. 3. to. 2.* Christin. *dec. Belgic. d. dec. 106. num. 3.* Castill. *controv. for. cap. 39. num. 2. tom. 7.* de Faria *ubi supra, num. 48.* & ita multoties decisum contra Barones, nisi in contrarium vigeret consuetudo, Novar. *d. gravam. 1. nu. 3. 4. 5. 6.* & pro Parocho *d. gravam. 2.*
13 *à num. 6. usque ad finem,* absque ulla expensarum deductione, etiam feminæ, de quibus non habetur ratio in decimarum præstatione; & hoc non quia (ut nonnulli autumãt) sit speciale in decimis; sed quia
14 sic est de jure, ad instar coloni partitarii, qui tenetur conventam fructuum partem domino territorii correspondere sine ulla defalcatione ratæ expensarum factarum pro fructibus ipsis colligendis: quia cedunt in sui damnum, propter utile, quod ex aliis fructibus mediate, vel portione in sui beneficium cedente, sentit, Bartol. *in l. fructus, 7. num. 5. 7. ff. solut. matrim.* ubi etiam Bald., & Barbosa *n. 16. vers. sed ad veram rationem,* Capyc. *d. dec. 20. num. 10.* Afflict. *in d. constitut. quãto cæteris, num. 20. & dec. 252. nu. 8. vers. præterea dicit,* Ioan.-vincent. de Anna *alleg. 94. num. 11. vers. sed ego,* Barbat. *in d. tract. de divis. fruct p. 2. cap. 7. num. 18. 19.* Menoch. *de arbitrar. judic. lib. 2. cent. 3. cas. 215. num. 2.* Francisc. Marc. *decis. Delphin. 886. num. 5. & 888. num. 2. p. 1.* Prax. Papiens. *in forma libelli, de actione reali, verb. simul cum fructibus, nu. 6.* Carpan. *super statut. Mediolan. cap. 382. n. 3. 4.*
15 *& cap. 383. num. 4. 5. 6. p. 2.* nam cùm ad certam, & quotam fructuum partem referatur ipsa præstatio, nullam proinde pati debet expensarum, cæterorunque onerum, & tributorum, quibus fundus subiicitur, deductionem, Pontifex Alexand. III. *in d. cap. cùm homines, 7.* Celestinus III. *in cap. non est in potestate, 22.* & Innocentius III. *in d. cap. tua nobis, 24. de decimis,* Divus Thom. *2. 2. quæst. 33. art. 2. ad 4.* Capyc. *d. dec. 20. num. 5. & à num. 10.* Afflict. *d. dec. 252. num. 7. 8. & in d. constitut. quanto cæteris, num. 19. 21.* Reg. Tapia in jure Regni, *lib. 1. in d. constit. quanto cæteris, num. 15.* Vivius *d. dec. 4.* Marta *de juris d. cap. 43. nu. 54.* Barbat. *in laud. p. 1. cap. 7. num. 100.* Reg. Galeota *controvers. foren. 59. num. 10. lib. 1.* Novar. *de gravam. vasall. gravam. 12. tom. 2.* Thor. *compend. decis. verb. decimæ ex piscatione,* Carpan. *super stat. Mediol. cap. 389. num. 13.* Franc. Marc. *decis. Delphin. 198. par. 2.* Barbosa *in d. l. fructus, 7. à num. 16.* Rodriquez *de privil. cred. art. 5. nu. 59.* de Faria *ad Covarr. d. cap. 17. num. 105.* & determinavit Galliæ Senatus penes Papon. *arrest. Franciæ, lib. 1.*
16 *tit. 12. de decimis, arrest. 11.* etsi contra concurreret consuetudo, adversus quam judicavit Cathaluniæ Senatus, ut refert Fontanella *d. claus. 4. gloss. 19. p. 1. nu. 81.*
17 *tom. 2.* taliter quod ipsæ haud præstandæ sunt in locis, in quibus fructus colliguntur; sed, propriis decimas præstantium expensis, ad loca, & horrea decimariorum asportari debent, juxta Malachiæ prophætiam *in cap. 3. vers. 10.* ibi: *inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in do-*

Digitized by Google

domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus. Divus Hieronym. *in d. cap. revertimini*, 16. *quæſt.* 1. ubi Gloſ. *in verb. in horrea*, Afflict. *in d. conſtit. quantò, num.* 25. Præſid. de Franch. *dec.* 124. *num.* 1. ubi Amendola *num.* 10. & de Luca *nu.* 1. Vivius *d. dec.* 4. *nu.* 32. 33. de Nigris *in cap. Regni, volumus, & mandamus*, *num.* 28. Marcellus Doctola *ad Capyc. d. dec.* 20. *in fine*, Barbat. *d. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 24. 25. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 14. *&* 35. Covarr. *d. cap.* 17. *num.* 8. *verſ. octavò ex his*, ubi de Faria *à num.* 100. Carpan. *ſuper ſtat. Mediol cap.* 389. *num.* 12. Carpzov. *reſp. forenſ. lib.* 1. *tit.* 9. *reſp.* 92.
18 *num.* 11. *tom.* 1. dummodò tamen in contrarium non vigeat conſuetudo, cui eſſe ſtandum, determinavit S. C. penes Iovincent. de Anna *d. alleg.* 94. *num.* 11. Thor. *compend. deciſ. verb. decima debita*,
19 & DD. proximè laudati; Verùm, ſi per dominos fructuum fieret aliqua trituratio, aut conſimilis fructuum recollectio, ut aſportatio à loco, ubi poſiti fuerunt pro faciliori, ac majori recollectione, tenentur per prius decimario denunciare ad finem, ut ipſe, vel ejus nūcius fructuū menſurationi, ac recollectioni interve-
20 niat; immo à decimario, vel ejus exactore ante hanc interpellationem interdici poteſt, ne dicta collectio, ac fructuum trituratio, menſuratio, & aſportatio fiat, niſi ipſo, vel aliqua deſtinata perſona, intervenie nte, & hoc interim valet ad majorē ſui cautelam cuſtodes ponere, ne aliquid occupetur, & decimarum exactio fraudetur, nil obſtante ſi in contrarium concurreret conſuetudo, de qua nulla eſt habēda ratio, uti potiùs corruptela, & cauſa peccata patrandi, ob anſam, quam præſtat furandi, fraudandi, debitum haud ſolvendi, ac aliena occupandi; quapropter tanquam nutritiva peccati, obſervanda minimè eſt, immo potiùs ejicienda, dum ex omni parte illi, cui aliquod jus in re competit, pro ſuo intereſſe ad præmiſſa advenire non prohibetur, *l. meminimus*, 2. ex verbis illis *: ſub aſpectu etiam curialiū æxtimari, dividique concedimus*, Cod. *quādo, & quib. quarta pars debetur*, *lib.* 10. *l. ſi ita*, 17. §. *dominus*, *ff. de uſu*, *& habitat.* Freccia *de ſubfeudis*, *lib.* 2. *author.* 12. *n.* 2. Foller. *in cap. Regni, item ſtatuimus, quod prælati*, *num.* 14. Vivius *d. dec.* 4. *à nu.* 37. *uſque ad* 42. Reg. Tapia *in laudato loco num.* 17. Amendol. *ad Præſid. de Franch. dec.* 117. *num.* 1. *&* 5. ubi etiam de Luca *num.* 1. 2. Reg. Galeota *in allato loco*, Barbat. *de diviſ. fructū. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. 18. *&* 19. *& d. cap.* 7. *eadem p.* 1. *num.* 26. 28. 29. Rabotius *ad Guid. Pap. dec.* 284. Mareſcott. *ubi ſupra*, *num.* 33. 34. Caball. *reſol. crim.* 168. *p.* 2. Covarr. *var. reſol. d. cap.* 17. *num.* 8. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 23. *de decimis*, *num.* 7. 8. 9., *& lib.* 3. *cap.* 13. *de jure caſtror. nu.* 372. de Faria *ad Covarr. d. cap.* 17. *à num.* 100. & determinaſſe Senatum Gratianopolitanum, refert Guid. Papa *dec.* 283. Rotam Avenion. Hieronym. de Laurentiis *dec.* 54. Senatum Pedamontanum, Theſaur. *quæſt. for.* 9. *lib.* 1. Regiam Audientiā Apuleæ, Viviu. *d. dec.* 4. *num.* 39. & noſtrum S. R. C. Præſidens de Franch. *d. dec.* 117. & Iovincent. de
21 Anna *d. alleg.* 94. *nu.* 10. hic tamen decimarii, vel perſonæ, ab eo deſtinandæ, interventus, non ita abſolutè in ejus arbitrio reſidet: nam alioquin, quia utplurimùm in tempore debito, & habili non ſunt in locis fructuum recollectionis, & hoc facere procraſtinant, ſignanter Barones in vaſallorum perniciem, fructus ipſi detrimentum paterentur; & ſic facta ipſis decimariis, vel eorum legitimis perſonis, denunciatione, & competente termino elapſo, permiſſum eſt fructuum dominis ad illorū trituration em, recollectionem, & aſportationem advenire, data decimariis debita decima, Præſid. de Franch. *d. dec.* 117. *num.* 2. ubi de Luca *num.* 3. Barbat. *d. cap.* 7. *num.* 30. Caball. *d. reſol.* 168.
22 *num.* 2. quadere ad omnes ambages tollendas, Senatus Pedamontanus juridicè cenſuit, frumentum, inciſione facta, gerbas haud eſſe triturandas, niſi elapſis vi-
23 ginti quatuor horis diurnis, (quod intelligendum putamus poſtquam elapſi fuerint novem dies ab eorum inciſione, per quod tempus frumentum, & victualia debent eſſe apud matrem, quæ eſt ſpica, ut magis deſiccetur, Gloſſ. *in l. ſtipulatio iſta*, 38. §. *inter certam, incertanque, verb. incertanque, in fine*) infra quod tempus, vel deſcribenda ſunt, vel decimarii aſſiſtere, aut perſonam deſtinare debent;
24 quò verò ad vinum, antequam eruatur,

Digitized by Google

bidui cursum requiri, ut demum extrahi, & in doleis reponi possit, prout apud
25 Gasparem Thesaur. *d. quæst. 9. nu. 2.* Hoc tamen limitatur in fœtibus animalium pro decima debitis; hi enim præstari haud debent statim, vel paucis diebus ab eorum nativitate transactis; sed quando ampliùs materno lacte non indigent, & herbis pasci valent, ne inutilis reddatur talis decimæ datio, si vitales esse non possunt, dum I. C. exclamat, idem esse nõ dare, ac inutile præstare; qua de ratione omnes expensæ, quæ, mediante isto tempore pro fœtibus custodiendis, matrũque substentatione fiunt, ad onus dominorũ currunt, cùm detrahi, aut deduci nequeãt à decimis, absque ullo expensarum onere debitis, ne diminutionem patiantur, Præsid. de Franch. *dec.* 114. ubi de Luca, Reg. Conf. Fabius de Anna *conf.* 64. *num.* 11. *& conf.* 65. *num.* 5. 6. *p.* 1. Viv. *d. dec.* 4. *num.* 70. Barbat. *d. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 54. 55. Novar. *de gravam. vasall. gravam.* 6. *tom.* 2. Tondut. *d. cap.* 67. *num.* 6. Marescott. *d. cap.* 95. *num.* 20.

26 Quæ quidem præmissa à *num.* 12. *cum seqq.* ex idẽtitate rationis ob reverentiam à subditis, & vasallis Baroni debitam, ad Barones decimatores extendi, docet Præses de Franch. *d. dec.* 124. ubi de Luca *num.* 3.

27 Hæc autem realis decimæ præstatio à divino jure introducta, á laicis debitoribus præscribi minimè potest, quia spiritualibus manus ponere non possunt, *cap. decernimus*, 2. *de judic.* & sicut præscribi nequit, nec etiam acquiri potest, *cap. causam*, 7. *de præscription.* cũ aliis concordãtibus juribus, & DD. *mox laudand.* etiãsi per immemorabile tempus non sint solutæ: quoniam semper adest mala fides, ob peccatum non solvendi, continuò cõ-
28 missum, præscriptionis impeditivum; benè tamen ad aliquam partem decimæ ipsæ annuales reduci possunt, ex qua Parochi, & Sacerdotes, Sacramenta administrantes, se alimentare, ac egenis subvenire valeant: nam non totum jus mutatur, sed ipsius pars, quod fieri potest cum consensu Pontificis, qui intervenire desumitur ex illo tempore, quod requiritur, ad hanc consuetudinem, & præscriptionem inducendam, Reg. Salernit. *d. dec.* 6. *num.* 4. de Nigris *super cap. Regni, volumus, num.* 21. 22. Balzar. *super d. constit. quanto cæteris, num.* 46. 47. Marta *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 43. *à num.* 56. 69. 72. Reg. Valenz. *consil.* 49. *num.* 3. *vol.* 1. *consil.* 114. *à num.* 11. *& consil.* 146. *n.* 6. *vol.* 2. Reg. de Marin. *d. cap.* 81. *num.* 1. *&* 14. ubi Rodoer. *à num.* 12. Barbat. *de divis. fruct. d. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 89. Guid. Papa *d. dec.* 284. ubi addentes omnes, Covarr. *d. cap.* 17. *num.* 8. *vers. quibus mehercle, & vers. sextò pariter infertur*, Cevall. *comm. contra comm. quæst.* 364. Cancer. *var. resol. d. cap.* 23. *num.* 11. 12. 27. *p.* 2. Fontanell. *de pact. d. claus.* 4. *gloss.* 19. *p.* 1. *nu.* 42. 43. 44. de Faria *ad Covarr. d. cap.* 17. *num.* 98. *&* 116. Marescott. *d. cap.* 95. *à num.* 28. Thesaur. *quæst. foren.* 86. *lib.* 3. Tondut. *quæst. canon.* 67. *num.* 1. *& quæst.* 72. *præcisè num.* 11. 12. *tom.* 1. Papon *arrest. Franciæ, d. tit.* 12. *de decimis arrest.* 3. ubi Bergeronius, aliique addentes, Vrceol. *de transaction. qu.* 26. Tholos. *syntag. jur. civil. lib.* 2. *cap.* 25. Besold. *consil.* 75. *num.* 13. *vol.* 2. Carpan. *super statutis Mediol. cap.* 389. *num.* 8. *lib.* 2. Bened. Carpzov. *defin. foren. d. p.* 2. *const.* 2. *de-*
29 *fin.* 4. *num.* 4. ita quod in totum à decimarum præstatione eximi laicos, ope cõsuetudinis, vel præscriptionis, permitti nõ potest; nisi *illis in casibus*, quando decimariis ex alio dabitur, quod ipsis sufficiat pro eorum victu, & substentatione, DD. *ubi supra*, & determinarunt Senat. Gratianopol. Franciæ, & Cathal. penes Guid. papam, Papon, ejusque addentes, & Cancer. *in laudatis locis*, ac Burdegal.
30 penes Boer. *dec.* 236. quod tamen limitatur inter personas ecclesiasticas, inter quas suum locum, effectunque habet præscriptio, & consuetudo immunitatis decimas non solvendi, DD. omnes *ubi supra*, sicuti inter privatos, in quibus non cadit illa qualitas spiritualitatis, cùm pro temporalibus decimarum præstationes habeantur, & dejudicentur, Reg. Salernit. *d. alleg.* 6. *num.* 5.

31 Quibus præmissis, illis in locis, ubi sublata in totum videtur hæc decimarum præstatio in detrimentum Parochi, Paro-
32 chialisque ecclesiæ (cui de jure debetur, quoniam ab ipso Parocho, & Rectore Sacraméta, & cætera, ad id concernentia, sub-

Digitized by Google

ſubminiſtrantur, Reg. Conſ. de Roſa *d. conſultat.* 9. Tranchedin. *in laud. conſult.* 91. Nicolaus Reuſnerus *d. deciſ.* 2. *à n.* 53.

33 per aliquod diuturnum tempus conſuetudinem, vel præſcriptionem eſſe inductam, dejudicandum non eſt; Sed ex conventione, vel tranſactione aliqua, ini-

34 ta inter decimarios, & laicos, per quos aliquod correſpectivum corpus fuerit aſſignatum, ex cujus fructibus, & introitibus commodè Parochi, vel Rectores alimentari valeant; propter quod ſubſtinetur compoſitio, ſive tranſactio, etſi non appareat inpromptu de Pontificis beneplacito; Quia, propter tanti temporis curſum, adfuiſſe deſumitur; aliter haud tacuiſſent tot Parochi, & Rectores pro tēpore; Igitur pro valida habetur dicta tranſactio, & in omnibus ſubſtinetur, *cap. ſtatuimus*, 2. *de tranſactionib. cap. ex multiplici*, 3. *& cap. nuper*, 34. ibi: *niſi cum ipſis eccleſiis aliter duxerint componendum, de decimis*; quæ Pontificum determinationes, etſi videantur loqui inter eccleſiaſticas perſonas, cùm eadem concurrat ratio cum laicis, non poſſunt dejudicari diſponere in illo particulari caſu, ſed in omnibus, eorum debent habere effectum; itaque omnes communiter concludunt pro tranſactionis obſervantia, à qua recedi non poteſt, etiam uti diuturniter obſervata, & præſcripta, Afflict. *in d. conſtit. quantò cæteris, num.* 14. *& 26. in fin.* Reg. Cōſil. Minad. *conſil.* 14. Reg. de Marin. *reſol. jur. d. cap.* 81. *num.* 16. 17. 18. Marcell. Doctola *in laud. loco* Maſull. *ad Capyc. d. dec.* 20. *num.* 3. *in medio*, Barbat. *d. cap.* 7. *num.* 90. Nicolaus Reuſner. *d. dec.* 2. *num.* 44. Toloſan. *ſyntag. jur. d. cap.* 25. Tondut. *d. quæſt.* 72. *num.* 19. Valeron *de tranſact. tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 60. Vrceol.

35 *de tranſact. d. quæſt.* 26. ſicuti in pluribus Regni partibus in praxim reducta eſt,

36 DD. mox laudati, & præcipuè in hac Civitate Neapolis; ob quam exemptionem obtinendam, conventione inita inter Regem Carolum II. & Archiepiſcopum Neapolitanum, data fuerunt Parochiali Eccleſiæ Cathedrali, ejuſque Prælato plura territoria, ſita in Caſali Turris Octavæ, ex quibus exigitur quantitas longè major decimarum præſtatione, dum ea reperiuntur conceſſa in emphi-

teuſim Goffredus noſter hic *n.* 18. 21. Reg. Tapia *in d. conſtit. quanto cæteris*, *num.* 18. Afflict. Regens de Marinis, Maſullus, & Barbat. *in laudatis locis.*

37 Nè autem decimarum ſolutio aliquo modo retardetur, vallatæ ſunt hæ prædiales decimæ jure ſuper fundis decimalibus, qui ſub tacita hypotheca (DD. *infra laudandi*) cum privilegio prælationis, & potioritatis ad inſtar tributorum, cenſuum, & collectarum (cùm valeat argumentari de decima ad tributum & ſimi-

38 lia) quibus etiam decimæ præferuntur: quia ob ſpiritualitatem, & antiquitatem magis privilegiatæ ſunt; veniunt ad ſolutionem, decimarunque præſtationem

39 obligati; & hoc nedum pro præteritis, verumetiam pro futuris: ea quidem ratione, quoniam omnibus, etſi ſingularibus poſſeſſoribus onus prædictum, & fūdo, ſuiſque fructibus affixum, tranſit, cujus exercitium uti in rem ſcriptam, ſuum habet effectum ſuper re, quam ſequitur, à quocunque tam univerſali, quàm particulari titulo, ſit poſſeſſa, *cap. cùm non ſit*, 33. §. *cùm autem*, ibi: *quoniam res cum onere ſuo tranſit, de decimis*, ubi *Gloſſ. in verb. cum onere*, & altera *in cap. ex litteris*, 5. *de pignorib. in verb. cum ſuo onere*, argum. *l. Imperatores*, 7. *ff. de public. & vectigal. & l. omnes*, 3. *Cod. ſine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe*, & ex diſpoſitis per Imperatorem *in l.* 1. *Cod. ſi propt. publicas penſitat.* Capyc. *d. dec.* 20. *num.* 26. 27. Vivius *d. dec.* 4. *nu.* 4. 5. Reg. Conſ. Staiban. *d. reſol.* 108. *num.* 5. *& in obſerv. à num.* 20. *&* 23. Barbat. *d. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 39. 40. Novar. *de gravam. vaſall. gravam.* 12. *tom.* 2. Anton. Neguſant. *de pignorib. & hypothecis*, 4. *membr.* 2. *partis num.* 126. Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 8. *& tit.* 18. *num.* 27. *tom.* 1. Carpan. *ſuper ſtatut. Mediolan. d. cap.* 389. *num.* 14. 15. Franciſc. Marc. *deciſ. Delphin.* 325. *num.* 5. *& dec.* 549. *num.* 5. *tom.* 1. Coſta *de portione rata, quæſt.* 149. *num.* 11. Mareſcott. *var. reſol. d. cap.* 95. *num.* 18. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 92. *num.* 7. *verſ. idem juris eſt, & lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 7. Cevall. *de cognit. per viam violentiæ, quæſt.* 55. *n.* 10. 11. 28. 29. Caſtill. *controv. foren. cap.* 2. *nu.* 17. *tom.* 7. Flores Diez de Mena *var.*

Digitized by Google

quæst. lib. 1. *quæst.* 6. *num.* 7. & 22. Rodriquez *de privileg. & concursu creditorum art.* 5. *à num.* 56. ubi Anton. maria Bertolus *num.* 57. *& in num.* 60. *vers. hanc dictam hypothecam*, Reg. Valèz. *consil.* 33. *à num.* 36. 45. *consil.* 37. *nu.* 4. *& consil.* 46. *num.* 1. *vol.* 1. Acosta *de privileg. credit. d. re gula* 2. *ampliat.* 4. *à num.* 41. *usque ad* 57. cum aliis, laudatis à de Faria *ad Covarr. d. cap.* 17. *num.* 36. *vers. pro quibus competit, & num.* 89. & Bened. Carpzou *defin. forens. p.* 1. *cõstit.* 28. *defin.* 54. *tom.* 1.

40 Sed, licèt, amice lector, in hac latissima decimarum materia, de personalibus, mistis, & aliis ad id concernentibus tractari possit, ne tamen alibi dicta, hic repetere videamur, vide *observationem nostr ã ad laudatam allegationem* 94. Io: vincẽtii de Anna, ubi quod hic desideratur, invenies.

Ad num. 56.

41 MEretrices (& quidẽ nõ immeritò) inter miserabiles personas cõnumeratæ legũtur in *cõstit. omnis nostri regiminis*, ex Regis Guilelmi placito, ab Imperatore Friderico edita, ubi Afflict. *n.* 2. Reg. Tapia *in constit. Regn. statuimus, ut magnæ curiæ, num.* 24. *lib.* 2. *juris Regni*, Anibal. Troysius *super pragm.* 12. *de public. proceff. à num.* 32. Novar. *de elect. & variat. fori, sect.* 2. *quæst.* 11. *num.* 3. Carol. Rota *de privileg. mulier. cap.* 3. *special.* 7. *nu.* 26. 27. Manfrell. *ad Reg. Capyc. latr. dec.* 79. *num.* 4. *in princ. lib.* 1. Gratian. *disceptat. foren. cap.* 962. *num.* 28. *in medio*, *tom.* 5.

42 quadere gaudere restitutionis in integrum beneficio, determinasse S. R. C. refert Præsid. de Franch. *dec.* 233. *num.* 8. Reg. Conf. Petra *in ritu M. C. V.* 230.

43 *n.* 14. Manfrell. *ubi sup. d. num.* 4. & legis unicæ, *Cod. quando Imperat int. pupill. & vid.* privilegio, Præsid. de Franch. *d. dec.* 233. Reg. Conf. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 7. *num.* 550. *tom.* 1. Ricc. *collect. decis.* 3053. Manfrella *in laud. loco, num.* 5. Ægidius de Castejon *alphabet. jurid. litt. M. verb. meretrices, num.* 2. & quicquid in contrarium de jure communi dici posset, ut adnotavit de Luca *ad laudatam de Franchis decisionẽ*,

44 ipse tamen non esse recedendum à sui Authoris decisione concludit, & Tasson *de antefato, vers.* 3. *observ.* 3. *num.* 334. Novarr. *d. quæst.* 11. *& super pragm. in rubr. de meretric. nu.* 3. Rota *d. speciali* 7. *num.* 29. Gratian. *d. cap.* 962. *nu.* 29. ubi-

45 que nuper laudati: Etenim quanta sit harum miseria, consideranti patet: Cùm

46 à merendo nomen sumpserint, & mercede corporis sui copiam faciant, quam ex sui corporis usu merent, Ezechiel. *cap.* 16. *vers.* 33. ibi; *omnibus meretricibus dãtur mercedes, propter quod venales efficiũtur*, *Canon. meretrices*, 32. *quæst.* 4. & ex Archidiac. Præsid. de Franch. *dec.* 68. *n.* 3. P. Duard. *in cap. omnis utriusque sexus, disp.* 26. *sect.* 8. *num.* 27. *tom.* 2. Tasson *de antefato, ubi supr. num.* 330. *prope finem*, Altimar. *de nullitat. rubr.* 11. *quæst.* 9. *n.* 68.

47 *tom.* 2. Surd. *cons.* 469. *num.* 33. *tom.* 4. inde fit, quod ab illis, nedum repeti haud potest, quod eis fornicationis causa datum est, *l. idem si*, 4. §. *sed & quod meretrici, ff. de condit. ob turp. caus. l. affectionis*, 5. *ff. de donation.* ubi Gloss. *in verb. meretrices*, Anton. Fab. *in rational. in d. l. idem si, tom.* 3. Covarr. *in regula peccatum*, *p.* 2. §. 2. *num.* 4. *tom.* 1. Peguer. *decis. Cathal.* 14. *tom.* 2. Vuessembec. *in paratit. lib.* 12. *tit.* 5. *de condit. ob turp. vel injust. caus. n.* 23. ubi Henricus Hahnius *in vers. & si meretrici*, D. Ferdin. Vasquez *con-*

48 *trov. illustr.* 48. *lib.* 1. verumetiam, & in judicio agere valent pro debita mercede,

49 & contra promissorem pro pollicita, tam si palam, quàm si occultè sui corporis

50 quæstum faciant: quoniã plures sũt illæ occultæ, quàm publicæ, Klock. *de erario*

51 *lib.* 2. *cap.* 146. *num.* 9. nam dato, usum corporis esse vendibilem, sequitur, quod vendi potest, tam palam, quàm clam, Covarr. *in laud. loco, num.* 2. & alii *superiùs*,

52 *& inferiùs laudandi*; eò fortiùs pollicitatione concurrente, cujus causa ligatur in nominato contractu promissionis ad cujus adimplementum adstringi potest sequuta copula, do, scilicet, ut des, utpote, do tibi potestatem mei corporis, ad hoc, ut des mihi aliquid, alioquin contra justitiam commutativam esset; & licèt turpiter agat meretrix usum sui corporis tradendo, non tamen illicitè pecuniam accipit, & repetit, *d.* §. *sed*, *& quod meretrici*, ibi: *illam enim turpiter facere*, *quod*

sit

ſit meretrix, non turpiter accipere, cùm ſit meretrix, & aliis juribus, *ſuperiùs laudatis*, Geneſ. *cap.* 38. *à verſ.* 14. Iſernia *in cap. unico, quib. mod. feud. amitt. num.* 11. P. Duard. *in d. ſect.* 8. *nu.* 6. 7. 8. P. Aſſlict. *de juſt., & jure, diſp.* 11. *ſect.* 3. *num.* 11. *par.* 1. Bonacina *de reſtit. in integr. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun.* 3. *num.* 2. Diana *reſol. moral. tom.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 59. Taſsõ *in allato loco, num.* 324. *in fine*, 328. 329. Novar. *ſuper pragm. in rubr. de meretricib. num.* 5. Reg. Conſ. Prat. *reſp. crim.* 3. Rota *d. ſpecial.* 7. *à num.* 38. *cum ſeq.* Ricc. *d. collect. dec.* 3053. *verſ. ſed num iſta meretrices*, Sever. *ad Reg Sanſel. dec.* 356. *verſ. an meretrix habeat actionem, tom.* 3. de Luca *ad Gratian. diſcept. for. cap.* 218. *à num.* 1. *uſque ad* 6. *tom.* 2. Ciarlin. *controv. for. cap.* 33. *num.* 127. *lib.* 1. *& cap.* 184. *num.* 68. *lib.* 2. Muta *ſuper conſuetud. Panorm. cap.* 33. *num.* 10. 11. Gomez *in ll. Tauri* 62. *nu.* 4. *à verſ. item talis meretrix*, Peguer. *in laudato loco*, Cevall. *commun. contr. commun. quæſt.* 587. *par.* 2. Vaſquez *ubi ſupra*, P. Marquez *lib.* 1. *de gubernat. cap.* 25. *pag.* 145. Ægid. de Caſtejon *loc. cit. n.* 9. Romaguera *ad Conciel. ſuper ſtatus. Civitat. Eugubii, lib.* 5. *rub.* 40. *à num.* 12. Berlich. *pract. concluſ. p.* 5. *concluſ.* 39. *nu.* 17. 18. prout etiam deciſione approbavit S.R.C. apud Reg. Cõſ. Gizzarell. *dec.* 52. ubi per addentes multi laudantur.

Caſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMASECUNDA

De jure Gabellæ Auripellis, & ubi inde ſolvatur decima?

RITVS I.

VNde, de Gabella Auripellis, quæ intitulatur *Gabella Auripellis Principatus, & Terræ Laboris*, & conſiſtit in hoc: quia color Auri ſuper pelles datur per Curiam, & hic color, qui per alium non poteſt dari, quàm per Curiã, ſeu jus hujus coloris venditur per Curiam trigiata uncias, quandoque minus, gabellotus, per ſe, vel per aliũ, portabit per iſtas duas Provincias auripelles, & immettet per terras, vendẽdo eas, cùm alius non poſſit facere auripelles; excipitur Salernum, ubi per ſe eſt hæc gabella; ſicut jus ferri, quod eſt Neapoli, & habet certas terras in juriſdictione, ad quas immittit ferrum gabellotus, & aliud ferrum non poteſt laborari in terris ipſis; ſic & jus ſalis, & picis, hæc omnia fuerunt ſtatuta nova; ſed ſolvitur decima, inde deducta tertia parte; licèt Rex poſſet alibi, quàm Neap. facere auripelles: quia eſt Dominus; donec faciet hic Neap. Prælatus Neapolitanus habebit inde decimã; quamvis intituletur *Gabella auripellis Principatus, & Terræ Laboris, excepto Salerno*; hujuſmodi intitulatio duo operatur: Primum, ut oſtendat, quæ ſit juriſdictio, & quanta, ipſius gabelloti: quia per totam Terram Laboris, & Principatum, excepto Salerno.

RVBRICA XXXII.

De jure Gabellæ Auripellis, & ubi inde ſolvatur decima?

SVMMARIVM.

Deferens Neapolim Auripelles, ferrum, picem, &c. non poteſt inde extrahere, jure fundici non ſoluto. num. 1.

Jus Curiæ, & decima non ſolvitur de pellibus auvasis, ſed tantùm de colore facto, & dato Neap. num. 2. pro quo colore dato pellibus dantur Regi tot uncia annuæ. nu. 3.

Rex noſter prohibet colorem auripellis, & quare? num. 4.

Gabella auripellis, ferri, & ſalis, quantùm extendatur? num. 5.

Auripelles, quæ veniunt ab extra Regnum, non poſſunt emi, niſi à gabelloto. n. 6.

Gabellotus, emens auripelles tenetur, illas vendere per Provincias, & quomodo? n. 7.

Jus auripellis augmentatur, & ſolvitur, ſicuti in ferro, & pice. n. 8.

Jus, quod debetur Curiæ pro colore, differt ab illo, quod debetur Prælato pro decima. n. 9.

Gabella auripellis habet naturã gabellæ ferri. nu. 10.

Rubrica de excomputis, *quare ponatur poſt hanc rubricam Auripellis, omiſſis aliis. n. 11.*

QUED circa iſtum *Ritum* eſt vidẽdum, an mercator, qui portavit auripelles Neapolim, poſſit extrahere, & non vendere gabelloto? & certè hic *Ritus* ſentit, quod non: quia de fundico mereet non poſſunt extrahi, niſi jure fundici

dici ſoluto, & jus fundici in hoc eſt, ut teneatur vendere gabelloto, & ſic dicimus de ſale, & ferro, maximè cùm exoneratum eſt; Pro hoc facit quod habetur *in Rubrica de Sycla*, ubi dicitur, quod portans argentum in maſſa, exonerans in terra, tenetur illud vendere Magiſtro Syclæ; ſed ſi non exoneravit, vel Magiſter noluit emere, juxta ſtatutũ pretiũ, tũc poteſt recedere, & extrahere; ſic etiam dicimus in gabella auripellis, & ſic de ferro, aczario, pice, & ſale, quæ in hoc *Rivo* æquiparãtur; & an cogatur gabellotus emere ad ſtatutum pretium? dicam infra.

RITVS II.

CVm poſſit fieri hæc gabella in una terra iſtarum Provinciarum, vel multis, ergo donec fiet hic color, pro quo habet illud *jus* Curia Neapoli, ſolvetur Neapoli non enim ſolvitur decima de pellibus auratis: quia hæ pelles non omnes venduntur Neapoli, ſed per totam utranque Provinciam; ſed ſolvitur de jure Regis, quod habet de iſto colore, qui datur pellibus Neapoli; Neapoli quæritur hoc jus Curiæ, donec fiet Neap. ergo ibi ſolvetur decima, & decimabitur inde, & ſic pronunciatum fuit, hæc gabella, quæ fit nunc Neapoli, & ejus exercitiũ, pro quo dantur Regi unciæ tot annuæ, ſcilicet color in pellibus, qui eſt, ſicut erat in Caſtro Sangri, de colore cocti muricis, & triti conchylii* habet certas terras pro juriſdictione annexas expreſſim: quia dicitur *Terræ Laboris, & Principatus excepto Salerno*. Gabella ferri Neap. habet tacitè: quia extenditur Averſæ, Capuæ, & in pluribus, ſicut Cajetæ, & aliorum fundicorum. Inter expreſſum, & tacitum, non refert, niſi quandocũque*, & in caſibus, ubi expreſſa nocent; Auripelles verò, quæ veniunt ab extra Regnũ, non poſſũt emi, niſi à gabelloto, qui poſtea vendet per Provinciam, ſicut venduntur, & auripelles factæ Neapoli viliùs emũtur à gabelloto, quàm emerentur à privatis, & hoc vilius eſt in augumentum gabellæ, ſicut ferrum, pix, & ſal, delata aliunde; & ſic, ſi emantur Neap. debetur de illo jure, & pluri, quod inde acquiritur gabelloto, decima Prælato Neapolitano; ſi emerentur Cajetæ, Prælato Cajetano.

* *ff. de verb. oblig. l. 1. qui certa-rũ, in fi.*

* *C. de diverſ. reſcript. l. ſmli.*

2 *Cùm poſſet fieri hæc gabella in una Terra Provinciarum*, ideſt Terræ Laboris & Principatus; *multis*, ſcilicet Terris ipſarum Provinciarũ, & etiam alibi in Regno, ſecundùm quod placet Regiæ Curiæ; *ergo donec fiet hic color*, *pro quo* ſcilicet colore, *habet illud jus Curiæ*, *Neapoli*, ſolvetur *Neapoli decima*, ideſt eccleſiæ ipſius Civitatis: non enim ſolvitur decima de pellibus auratis, ſed tamẽ de colore facto, & dato Neap. quia pelles venduntur etiam alibi, quàm Neapoli, ut ſequitur: *quia hæ pelles non omnes venduntur Neap. ſed per totam utranque Provinciam*, ideſt Terræ Laboris, & Principatus; *ſed ſolvitur de jure Regis*, ſcilicet coloris, *quod habet*, ſcilicet Rex *de iſto colore*, *qui datur pellibus*, hoc jus Curiæ eſt donec fiet Neapoli, *ergo ibi* ſcilicet Neap. *ſolvetur decima*, *&c.* pro quo dantur
3 Regi *tot unciæ annuæ*, ideſt 30. vel minus, ut ſupra, pro colore iſto in pellibus, *qui eſt ſicut erat*
4 *in Caſtro Sãgri de colore cocti muricis, & triti cõchylii*, *Cod. de diverſ. reſcript. l. penult.* ubi legitur *niſi purpurea tantummodo in ſcriptione luſtrentur*, *&c.* vide ibi *text. & gloſ.* ubi quod purpurea ſcriptio fiebat quodam miſto piſcis, qui debebat coqui, & conchylii, quod erat quodam animal

mal absque capite, & comburebatur, & postea insimul terebatur cum p ipsce cocto, & fiebat color, quo scribebantur rescripta; & *Ritus* dum allegat *d. l. penult.* videtur velle dicere, quod sicut *Imperator in d. l.* prohibuit hũc purpureũ colorẽ, ita Rex noster colorẽ auripellis, licèt non rectè
5 loquatur; & dicitur in *Ritu*, quod *habet certas terras pro jurisdictione annexas expressim*, ibi: *Terra Laboris, & Principatus, excepto Salerno gabella ferri Neapoli habet tacitè: quia extenditur*, aliàs extrahitur *usque ad Civitatem Capuæ; & in pluribus*, idest Civitatibus, ubi est fundicus, & gabella ferri, extenditur ipsa gabella ferri ad alias terras sub fundico comprehensas, ut homines terrarum illarum non possint emere ferrum, & sal, nisi in Cajeta, ut est terra Nacessi, quæ est de jurisdictione Cajetæ, quo ad præ-
6 scriptam, de quo dic ut sup. *in Rubrica de jure fundici*, ubi hoc invenies; *auripelles verò, quæ veniũt ab extra Regnũ, non possunt emi, nisi à gabelloto, qui postea vendit per Provinciam, sicut vẽduntur*, ideſt secundum quod consuetum est vẽdi de præterito, & de præsenti, nisi aliud ordinetur per habentem potestatem, ut Regem; *& hoc vilius est in augumentum gabellæ*, ideſt augumentatur, & solvitur, sicut de ferro, & pice de quo Curia habet certum jus, ut *sup. suo tit.*

9 Et sic differentia est inter jus, quod debetur Curiæ pro ipso colore, & dicitur *supra circa principium Rit.* scilicet 30. unciarum, vel minus; ergo non de pluribus, quod Curia posset habere ultra 30. uncias, sed minus, sic, secundùm cõventionem; & inter jus, quod debetur Prælato illius Civitatis, in qua fit color, quod debebit habere decimam de eo, quod habet Curia pro dicto colore deducta tertia, ut dicitur in *Ritu*; quæ diminutio decimæ non videtur procedere de jure, ut dixi *supra in Rubrica de Decimis*, &
10 in *præsenti Rubr. in princ.* & secundum hunc *Ritum*, videtur, quod hæc gabella auripellis habet naturam, quam habet gabella ferri, quæ Neapoli est, & postea dicit, quod *hæc gabella habet certas terras pro jurisdictione annexas expressim, sicut gabella ferri Neapolis*; & sic apparet, *Ritum* velle, quæ sint ejusdem naturæ; ita quod sicut gabella ferri emit ferrum pro tertia parte minus, quàm venderetur aliis privatis, aut recipit tertiam partem, & mercator vendit, prout sibi placet, sic erit etiam de ista gabella auripellis: quia Curia, seu gabellotus, emit tertia parte minùs, quàm valet, & ipse vendit pluris, sicut est in ferro; & sic interrogavi etiam gabellotum, qui tenet dictam gabellam auripellis, & ejus frater, & pater multo tempore ante tenuerunt, & exercuerunt ipsam, quia illam habuerunt certo modo à nobili Roberto Pesse, qui Robertus, & ejus Pater habuerunt ex concessione Regia, & sic dixit mihi, quod recollecta fuit illo modo, & quod etiam Pater ejus sic dixerat ei qui vocabatur Nardellus Vespulus, dictus delli Pigna, qui reputatus fuerat bonus homo in hac Civitate; sic etiam ego ipsũ reputabam, videlicet, quod recolligebat dictã gabellam hoc modo: quod, cùm pelles veniebãt de extra, nullus alius poterat emere, nisi ipse, & emebat tertia parte minus, & vendebat pro integro pretio, non diminuta tertia; aut recipiebat tertiam à mercatore, & mercator ipse vendebat, quod sentit *Ritus*, ut dixi, & apparet *in fine*, ubi dicitur, quod minus emũtur à gabelloto, quàm à privatis, & in augumentum gabellæ est, sicut ferrum, & pix, & sal, delata aliunde, pro quo debetur illud jus, ut dixi *sup.* & habetur *in Rubrica 13. de jure decini.*

11 Hic secundum librum originalem sequitur, *Rubrica juratur in litem*, & postea *rubr. de non positis, & subtractis, &c.* & *rubr. de termino præfigendo*; sed meliùs hic sequitur, *rubrica de excomputis*, ex quo supra à *rub. de incantibus*, usque ad istam *rubricam de jure auripellis* inclusivè, est materia gabellarum, super quibus, & de quibus possunt peti excomputa, & ideo meliùs sequeretur *rubrica de excomputis*, quę proponuntur Curię à gabellotis, & postea ponantur *rubr.* istę, ideſt *juratur in litem* cùm seq.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

Author quare hic, & in aliis locis, de aliis pertractavit materiis? n. 1.

Conductores à leviſſimis excusantur culpis, non autem à levibus, & damnis, passis à locatoribus, ipsorum dolo vel lata culpa. num. 2.

Conductor ex incendio, in re conducta pervento, domino tenetur, & ad quid, & quare? n. 3. 5.

Conductoris onus est probandi feciſſe omnes diligentias, & fuiſſe usum ædibus, ac rebus locatis tanquam diligentem patrem familias. num. 4.

Conductor uti debet re locata ad instar domini, ipsanque non deteriorare, aut malè in ea versari. n. 6.

Conductori in ultimo anno afflictus nil facere licet, quod vel domino, vel succeſſori in afflictu obsit. n. 7.

Conductor, aut colonus, non debet terram taliter exfructare, quòd aut nullos, aut perpaucos in sequenti anno fructus redderet num. 8.

Colonus in ultimo anno afflictus plura capita vitibus relinquere haud debet, & quare? num. 9.

Colonus in ultimo anno non debet totam terram

Digitized by Google

ram uno ſemine ſeminare, & quare aut immaturos fructus colligere? n. 10.

Conductor gabellarum, & arrendamentorũ, in ultimo anno affictus, non debet gabellæ, vel arrendamenti jus minuere, & ſi ſecus ad quid teneatur? n. 11.

Arrendatores, ſive gabellarum, & arrendamentorum conductores, non poſſunt vẽdere fructus minori pretio, quàm taxatum eſt. num. 12. *niſi in contrarium ſit obſervantia, vel conſuetudo. n.* 13.

Obligationem, & actionem, alterius ſtipulatio non parit. nu. 14.

Emptiones, & licitationes factæ pro perſona nominanda, permiſſæ ſunt, tam ex diſpoſitione juris, quàm univerſali conſuetudine, & obſervantia. n. 15.

Nominatus, acceptata nominatione, ligatur, & dominium acquirit. n. 16.

Dominium rei emptæ, vel locatæ pro perſona nominanda, quouſque nominatio non ſequatur, & à nominato acceptetur, penes emptorem, vel licitantem eſt. num. 17. 19.

Acceptatio nominationis à nominato requiritur. num. 18.

Dominium rei emptæ; vel locatæ pro perſona nominanda, nominatione facta, & acceptata per nominatum, ad ipſum tranſfertur. nu. 20.

Dominium rei emptæ, vel locatæ pro perſona nominanda, nominatione facta, & acceptata, retrotrahitur ad tempus ipſius contractus emptionis, vel locationis, ac ſi ipſe nominatus contraxiſſet. n. 21.

Creditores nominantis, nominatione facta, & acceptata per nominatum, ſuper ipſa re nullam actionem, vel hypothecam habent, & quare? nu. 22.

Nominatio facta ab emptore, vel conductore pro perſona nominanda, non voluntaria, ſed neceſſaria dicitur. n. 23.

Nominatio, ab emptore, vel locatore pro perſona nominanda, infra legitima tempora fieri debet. nu. 24. *& quænam ſint? num.* 25.

Nominans liberatur, ſi idoneam perſonam nominaverit, aliter ipſe remanet obligatus, & res locata, vel empta ſuo periculo currit. n. 26.

Nominationis actus eſt idem, ac ille confectus à nominante in actu emptionis, vel affictus, aut licitationis. n. 27.

Vnica gabella ſolvenda eſt de emptione facta cum facultate nominandi, nominatione ſequuta, & à nominato acceptata. n. 28.

Laudemium unicum debetur pro emptione facta cum facultate nominandi, nominatione ſequuta, & à nominato acceptata. num. 29.

1 ADeo ſtricta, & rara eſt materia, de qua in præſenti agitur rubrica, ut nobis ferè nihil adnotandum remaneat; ne tamen oneri noſtro deficere videamur, prætermittendo rubricam aliquam, in qua Goffredus noſter aliquid dixerit; utiliorem partem amplectimur, contractuum ſcilicet locationum, qui utrunque contrahentem reſpiciunt; unde fit, quod, licèt conductores
2 à leviſſima excuſentur culpa, minimè tamen excuſantur à damnis, dolo, vel culpa levi, vel lata paſſis in conductis, locatiſque rebus, etiam fortuitò: ea quidem ratione, quia hæ res conductæ, tempore locationis durante, ſub conductorum adminiſtratione, & cuſtodia exiſtunt, *l. ſi ut certo loco,* 5. *§. nunc videndum eſt, ff. cõmod. vel contra, l. contractus,* 24. *ff. de regul. jur. l. ſi quis fundum,* 10. *& l. ſed de damno,* 44. *ff. locat. §. qui pro uſu, Inſtit. eod. tit.* Grammat. *dec.* 3. *num.* 2. cum aliis, laudatis à Molfeſio *ſuper conſuetud. Neap. p.* 14. *de locat. & conduct. quæſt.* 26.
3 *num.* 9. *tom.* 3. itaquod, licèt incendium in re conducta, prima facie inter culpas leviſſimas adnumerandum videatur, cùm conſiſtat in omittendo; ipſa tamen conductorum negligentia, pro habitantium culpa habetur, *l. nam ſalutem,* 3. *§. cognoſcit,* ibi: *& quia plerunque incendia culpa fiunt habitantium, ff. de offic. Præf. vigil.* quia, cùm diligentiam neceſſariam non adhibuerint, non debet obeſſe dominis rerum conductarũ; taliter quod de omnibus dãnis cõductores tenẽtur utili aqui-
4 lia actione, niſi probaverint (cùm eorũ interſit hanc juris præſumptionem, contra eos vigentem, elidere) de eorum diligentia in obſervatione ſoliti, ac fuiſſe uſos ædibus, ac rebus locatis, ut diligentes pa-
5 tres familias, *l. ſi ſervus,* 27. *§. ſi farnacarius, & l. in lege Aquilia,* 45. *ff. ad legẽ Aquil.*

quil. l. si vendita, 11. *ff. de peric. & commod. rei venditæ, l. si quis fundum*, 10. §. *Imperator, ff. locat. & conduct.* Grammat. *d. dec.* 3. Afflict. *dec.* 57. Anna *singul.* 694. Viv. *comm. opin.* 439. *num.* 2. *tom.* 1. Alex. Trentacinq. *in consil. post dicti Vivii opinionem, num.* 17. de Nigris *super capit. Regni, pridem tibi mandatum, nu.* 18. Calà *de modo articulandi & probandi, gloss. unica*, §. 2. *num.* 196. 197. Thor. *compend. decis. verb. incendium causatum*, *tom.* 1. Molfes. *ubi supra, d. quæst.* 26. *num.* 10. 11. Danza *ad laudatam Gramm. decis. n.* 2. 3. ubi etiam de Mari *num.* 112. Anton. Fab. *in rational. in laudatis juribus*, §. *si fornacarius, & in d. l. in lege aquilia*, 45. Ioseph Ludovis. *decis. Perusin.* 25. *n.* 4. Andreas Gaill *pract. obser.* 21. *lib.* 2. Io: Koppen *pract. observ. lib.* 2. *obser.* 48. Fachin. *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 87. *à vers. controversia autem*, Ripoll. *var. resol. cap.* 12. *à nu.* 245. *& num.* 290. 291. 292. Francisc. Marc. *decis. Delphin.* 61. *tom.* 1. Mevius *commen. in jure Lubecens. lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 1. *num.* 16. *tom.* 2. Simon Vlric. Pistor. *in addit. ad Hartman Pistor. patrem, quæst. jur. lib.* 1. *quæst.* 18. *à vers. esse levissimum saltem*, Berlich. *pract. conclus.* 25. *num.* 50. 51. 64. 65. 74. & 82. *vers. & quanvis, p.* 4. Carpzou. *prax. crimin. p.* 1. *quæst.* 79. *à num.* 58.

6 *usque ad finem, tom.* 1. nam conductor uti debet re locata ad instar domini, ipsanq; non deteriorare, aut malè in ea versari, ut Imperator Anton. rescripsit in *l. ade*, 3.

7 *in fine, Cod. locat. & conduct.* ac proinde nil facere ei licet durante tempore affictus, ac in ejusdem ultimo anno, quod obsit domino, vel successori in affictu, Alderisius *de symbol. contract. tit.* 2. *cap.* 2.

8 *num.* 27. 29. & alii infra laudandi; sicuti si terram taliter exfructaret, quòd aut nullos, aut perpaucos in sequenti anno, in quo dominus, aut novus intraret conductor, fructus redderet, attenta Africanea declaratione *in l. & hæc distinctio*, 38. §.

9 *cùm fundum, ff. locat. & conduct.* aut invitibus dicto ultimo ejus anno affictus, plura capita relinqueret, ob quod ipse multum vini recolligeret, sed in sequenti anno in successoris perniciem valde pa-

10 jorum, Alderisius *d. cap.* 2. *nu.* 34. & à pari seminando totum territorium uno semine; & sic ultra modum, ita ut in sequenti anno infeminabile redderetur, Alderisius *ubi supra, num.* 30. aut fructus immaturos colligeret, ne deinde suæ terminata locatione, in domini, vel successoris conductoris utilitatem cederent: nam à damni illati refectione haud excluditur, Alderisius, *d. loco num.* 32. cum aliis mox lau-

11 dandis; propter quas rationes gabellarum, & arrendamentorum conductoribus in ultimo eorum affictus anno, jus minuere non licet, quod, causa gabellæ, vel arrendamenti, solvendum est: quia propter hanc diminutionem, non leve damnum arrendamento, vel successori in affictu infertur, cùm anticipentur venditiones, & contractationes, quæ cederent in tempore sequenti; itaque ad omne adstringi possùt, prout determinavit S.R.C. penes Præsid. de Franch. *dec.* 96. ubi addentes omnes, & de Luca, & *in observat. ad decis.* 393. *num.* 4. 5. Calà *de modo articul. d. gloss. unita*, §. 2. *à nu.* 117. *usque ad* 121. Molfes. *in laud. loco, quæst.* 26. *nu.* 23. 24. Reg. Cons. Hodierna *ad Surd. dec.* 131. *num.* 13. Marta *vot. decis. Pisan.* 149. Surd. *d. dec.* 131. *num.* 6. Gomez *var. resol. lib.* 2. *cap.* 3. *de locat. & conduct. n.* 21.

12 *vers. item infertur;* ob quod vetitum est arrendatoribus vendere fructus, sub arrendamento existentes, minori pretio, quàm sit solitum, ac taxatum, & signanter in ultimo anno affictus, quod appellatur exfundicare, & licèt hoc sub pœna, & interesse partium refectione sit vetitū; facsit tamē Deus, quod dicta exfūdicatio

13 nō fiat occultè; Sed hoc nisi mos, vel observantia sit in contrarium, Ioseph Ludovis. *decis. Perus.* 62. cum aliis, infra laudandis; sicuti in multis hujus Regni partibus observatur, in quibus permittitur conductoribus gabellarum in ultimo eorum affictus anno, vendere, & jus exigere ad minorem rationem, quàm taxatum sit; Caput. *de regim. reipubl. cap.* 7. *num.* 30. de Luca *in d. de Franch. dec.* 96. *num.* 2. & Nos vidimus in aliis locis, ultra notatos à laudatis DD. practicari, & hoc cum bannorum publicatione super moderatione juris, quod tamen non parum perhiciosum est.

14 Ex alterius stipulatione neminem posse obligari, vel actionem acquirere, fundavimus *in rub.* 1. *num.* 131. *& seqq.* ex ju-

Digitized by Google

15 juribus, ac Doctoribus ibi laudatis; quapropter licitationes, vel emptiones pro perſona nominanda, licèt contineant in ſe incertitudinem perſonæ, cùm ex voluntate nominantis dependeant; non tamen improbantur, ſed à jure permiſſæ leguntur, ex diſpoſitis per Imperatorem Alexandrum, ſe uniformantem cum reſponſo I. C. Domitii Vlpiani annonæ præfecti, ejuſque amici, *in l. ſecundum reſponſum*, 4. *Cod. de contrah. & committ. ſtipulat.* Marta *conſ.* 143. *num.* 16. de Luca *de plural. hom. legal. cap.* 85. *nu.* 1. Cardinal. Mantica *dec.* 336. *num.* 1. Decius *conſ.* 543. *à nu.* 4. Cencius *de cenſib. quæſt.* 67. *num.* 11. Salgad. *de retentione bullar. & ſupp. ad Sanct. p.* 1. *cap.* 10. §. *unico, nu.* 46. *in princ.* ac ab inveterata conſuetudine in toto Orbe obſervantur, Anton. Fab. *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit. ſi quis alteri, vel ſibi, def.* 1. & uſu frequentata, Noguerol *al-*
16 *leg.* 11. *num.* 88. *& alleg.* 20. *num.* 84. Sed nominatus non remanet obligatus ad in licitatione, vel emptione contenta, niſi acceptata nominatione, Præſ. Ganaver. *conſil.* 2. *num.* 94. Ancheran. *conſ.* 127. *n.* 3. Surd. *dec.* 325. *num.* 4. Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 22. *num.* 10. *tom.* 1. Cenc. *d. quæſt.* 67. *verſ. prout etiam*, Salgad. *labyrint. credit. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 46.
17 prout nec dominium acquirit: quia licèt
18 nominaverit licitans, vel emptor, donec nominatus nominationē nō approbaverit, ejus mediāte acceptatione, Duard. *de cenſib.* §. 3. *quæſt.* 16. *num.* 5. *verſ. ſicut eo vivente, tom.* 1. Scoppa *ad deciſ. Gratian.* 135. *nu.* 36. Claud. *ad Bertaz. conſil. crim.* 399. *verſ. in propoſita quæſtione* Gratian. *in addit. ad dictam deciſ.* 135.
19 *num.* 3. 4. & alii mox laudandi, ſemper remanet, ac penes licitantem, emptorenque ipſum perſiſtit, ex diſpoſitis per dictum Imperatorem Alexandrum *in laud. l. ſecundum reſponſum*, 4. Marta *d. conſ.* 143. *num.* 19. Duard. *ubi ſupra, num.* 5. Epiſcop. D. Hieronym. Rocca *diſput. ſelect.* 39. *num.* 27. 28. *verſ. hinc reſultat*, de Luca *ad Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 194. *num.* 8. *tom.* 1. *cap.* 207. *num.* 14. *tom.* 2. *& in d. tract. de plural. hom. legal. d. cap.* 75. *à num.* 6. Mantica *d. dec.* 336. *num.* 1. *& de tacit. & ambig. d. tit.* 22. *num.* 9. Cenc. *d. quæſt.* 67. *num.* 13. 14. cum aliis, laudatis
20 à Salgado *d. cap.* 13. *num.* 3. ſicut è contra nominatione facta, & acceptata per nominatum, eidem acquiritur: ea itidem ratione, quia, attenta conditione in locatione, aut emptione adjecta, illa attenditur perſona, cujus nomine, cauſa, ac contemplatione contractationem factam eſſe colligitur, Reg. Sanfel. *deciſ.* 322. *nu.* 1. *in fin.* Reg. Conſil. Pratus *diſcep. forenſ.* 1. *num.* 28. *tom.* 2. de Luca *ad Gratian. d. cap.* 194. *num.* 3. *& de plural. hom. legal. d. cap.* 85. *num.* 2. *in medio*, Gratian. *diſcept. fo-*
21 *renſ. cap.* 132. *num.* 32. itaque retrotrahitur ad tempus contractus, & acquiſitio-
22 nis actu per nominantē facto, qui cùm habeatur uti conditionalis, conditione nominationis ſequuta, ac adimpleta, omnia reſolvuntur, & habetur, ac ſi nominatus à principio emiſſet; qua de ratione, nec pro momento, rei locatæ, aut emptæ dominium penes nominantem ſtetiſſe dicatur, cujus creditores, etſi anteriores ſuper hac re, minimè agere valent ex hypothecariæ actionis carentia, Reg. Conſ. Hodierna *ad Surd. dec.* 226. Reg. Conſil. Pratus *in laudato loco, num.* 31. Duard. *de cenſib. d.* §. 3. *quæſt.* 16. *nu.* 5. *verſ. & propterea, & verſ. ex hoc infertur, tom.* 1. Scoppa *ad Gratian. deciſ.* 135. *num.* 1. & 17. Māfrell. *ad Reg. Capyc. latr. deciſ.* 143. *num.* 9. 10. *tom.* 2. Cancer. *var. reſol. p.* 1. *cap.* 8. *de donation. num.* 192. Noguerol *d. alleg.* 11. *num.* 89. *alleg.* 20. *num.* 85. *& à num.* 87. 91. 92. *& à num.* 94. Salgad. *ubi ſupra, d. nu.* 46. Cenc. *d. quæſt.* 67. *à n.* 14. *verſ. facta autem, & n.* 17. *per totum*, cum aliis innumeris, laudatis ab cod. Salgad.
23 *d. cap.* 13. *à nu.* 22. *cum multis ſeqq.* nam nominatio illa non fit à nominante ex ejus mera, & libera voluntate, ſed coactive vigore pacti, & conditionis, ſub qua rem acquiſivit, taliter quod ad præcisè nominandum arctari poteſt, ex juribus, laudatis à Cencio *d. cap.* 67. *nu.* 11. *verſ. licèt emptor*, & determinavit S. R. C. pe-
24 nes de Luca *d. cap.* 85. *num.* 4. ſi tamen intra legitima tempora nominatio confecta ſit, propter quod verè colligitur licitaſſe, atque emiſſe non ejus, ſed nominati nomine; ſiniſi adeſſet certa conventio de nominando infra aliquod determinatum tempus,) in quo DD. non ſunt con-
25 cordes, cùm aliqui ſubſtineant; eſſe fa-

Digitized by Google

ciendam infra quadraginta dies, Reg. Conſ. Hodierna *ad Surd. d. dec. 226. n. 8.* de Luca *d. cap. 85. num. 3.* attenta opinione Antonii Fabri *def. 5. in loco ſupra laud. & in addit. ad def. 1. num. 8.* Aliis verò placet ſequi Vlpiani determinationem *in l. quod, ſi nolit, 31. §. ſi quid ita, ff. de ædil. edicto*, antequam labantur dies ſexaginta. Aliorum denique eſt placitũ, infra annum, aliter ampliùs dictæ nominationi nõ dari locũ, & pro unico dejudicari contractum, Duard. *in laudato loco verſ. probat etiam*, Scoppa *ubi ſupra, à nu. 21. uſque ad 26.* de Luca *d. cap. 85. n. 11.* Cenc. *d. quæſt. 6., num. 14. verſ. facta autẽ nominatione*, Gratian. *in addit. ad de-*
26 *cif. 135. num. 5. 6.* & nominans liberatur, ſi idoneum nominaverit; ſin ſecus ſuo proprio, privato, & principali nomine tenetur, & pro ſe currit res locata, aut empta, ſuoque periculo, vel commodo, *l. quid ergo, 13.* ibi: *periculum agnoſcat, qui non idoneum nominaverit, ff. ad municipal. & de incol.* cum aliis, allatis à de Luca *ad Gratian. d. cap. 207. nu. 17. à verſ. inſuper quia licitator, & in tract. de plural. homin. legal. d. cap. 85. num. 12. verſ. vel quia*, & determinavit R. C. S. in cauſa inter Gubernatores arrendamenti olei, & ſaponis cum Magnifico Franciſco-antonio Piſano germano meo, qui licèt in primis obtinuerit decretũ ſub die 31. Maii 1679. ad relationem ſpettabilis Reg. D. Antoni de Gaeta Locuntenentis Regiæ Cameræ Sũmariæ, & tũc dicti arrẽdamenti delegati, de quo mentionem facit de Luca *in d. cap. 207. à num. 11.* attamen in gradu reſtitutionis in integrum referente eodem domino Regẽte delegato, integritate, ac doctrina, & nobilitate ornatiſſimo ſub die 19. Auguſti ejuſdem anni, fuit revocatũ, & ita executum, dum alia nominatio per meum germanũ facta; & quia de perſonis idoneis, à gubernatoribus acceptata fuit; ut in actis affictus arrẽdamenti prædicti Provinciarum Calabriæ, penes Blaſium Buttonem actuarium.

27 Hinc eſt, quod nominationis actus, nõ aliter pro diſtincto habetur ab illo, quem conficit nominans in emptione, aut licitatione, cum conditione hac, ſive nominandi facultate; ſed pro unico, ſive contractu, non aliter contradiſtincto, & ſeparato, Noguerol *d. alleg. 11. nu. 90.*
28 cum aliis deſuper laudatis, *à nu. 29.* meritò unicã eſſe ſolvendã gabellã, docent Reg. Conſil. Prat. *d. cap. 1. num. 30.* Scoppa *ubi ſupra à num. 9.* Gratian. *in addit. ad dictam deciſ. 135. num. 1.* Noguerol. *ubi*
29 *proxime, & alleg. 20. num. 86.* ac unicum eſſe præſtandum in domini directi beneficium laudemium, Cardin. Mantica *d. deciſ. 336.* Antonius Faber *in laudata def. 1.*

Ceſar-nicolaus Piſanus.

RVB.

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMATERTIA

De Excomputis, quæ proponuntur Curiæ à Gabellotis.

RITVS I.

TIt excomputum de eo, quod donat, & ſubtrahit de gabella illo anno, quo vendita, & locata eſt, Regia Celſitudo; hoc eſt in favorem Curiæ, quæ teneretur, & teneri deberet de jure propterea ad omne intereſſe, ſi non donaſſet, & ſubtraxiſſet. Propter hoc pactum Curia tenetur ad exonerationem mercedis pro rata *

ff. locati, l. habitatores, & l. fundus, cum l. ſeq. & l. finali.

RITVS II.

SEd, ſi præcedenti anno, etiam prope finem Auguſti, eſſent aliqua donata, aut ſubtracta; non haberet excomputum: licèt enim dicatur in forma locationis *vendimus, & locamus jura omnia, ſicut fuerunt anno præterito*, A, ſubauditur, *& ſicut ſunt hodie in manu Curiæ*; unde curet, qui emit cautè ſcire, quid emit, quidve inde ſubtractum, & donatum eſt, ſicut apparet per declarationem Imperatoris Friderici in ſimili, etiam ſi non dicatur, *& hodie ſunt in manu Curiæ*: quia ſic intelligi debet, ſecundùm quod declaratio ipſa dicit. Si verò facit Curia aliquas immunitates Collegiis, vel perſonis ſpecialibus, gratiosè de ſuis, quæ pertinent ad gabellotos illo anno, quo emerunt, deducta tertia parte, duas excomputat, & relaxat, ut dicit forma locationum; & hoc eſt in favorem Curiæ: quia contractus ex conventione accipit legem *

ff. depoſiti l. 1. §. 6 convenit.

A, ſemper ſubintelligitur clauſula *ſicut ſunt hodie in manu Curiæ*, licèt adſit clauſula ſicut erat annis præteritis.

RVBRICA XXXIII.

De Excomputis, quæ proponuntur Curiæ, & gabellotis.

SVMMARIVM.

Curiæ locationes conficiuntur cum diverſis pactis, ac illa privatorum. n. 1.

Curia poteſt concedere immunitatem, quod non ſolvatur ab aliquo gabella. num. 2. contrarium. num. 3.

Declaratum eſt in Camera Summariæ immunitates non ſolvendi gabellas, non debere eſſe proficuas. num. 4. inde gabellotis non concedendum excomputum, ſi à talibus non exegerint. nu. 5. 59.

Immunitates, à Rege conceſſa, non præjudicant gabellotis, qui emerunt illo anno. nu. 6. ſed Regi concedenti. n. 7.

Gabellotis, ſi fuerint proteſtati de immunitatibus aliquibus conceſſis, & Curia noluit eos audire, concedendum eſt excomputum. n. 8.

Gabellatus, ſi non exegit ab illis, qui mercimonii cauſa portant merces, ipſi eſt imputandum. n. 9.

Immunitates non præjudicant gabellotis, quando ſunt

Digitized by Google

sunt ad pretium, secus si fuerint ad credentiam. num. 12.
Gabelloti, si finito anno emerunt, stantibus immunitatibus, eis non concedetur excomputum. n. 11.
Dispositio secundi ritus *hujus Rubricæ; est contra jus commune. n. 12.*
Curia, si aliquid subtraxit, aut donavit, conductori imputandum; secus de iure communi. n. 13.
Curia duas tantùm partes damni passi ob immunitates concessas, gabellato excomputat. num. 14. 55.
Pretia diversificantur, ex diversitate temporis. n. 15.
Curia non tenetur ad excomputum, si negligentia gabellotus non exegerit. n. 16. 58.
Gabellotus ad credentiam tenetur Curiæ de eo, quod non exegit. n. 17.
Gabellotis conceditur excomputum pro eo, quod non exegerunt à Magnatibus, quibus à Curia concessa fuit immunitas. n. 18.
Nuncii non sunt immunes de iis rebus, quæ portantur ad terram Regis. n. 19.
Nuncii quando debeant solvere, aut non? & quando gabellotis sit imputandum, si à talibus non exegerint. n. 20.
Excomputum non fit de iis, quæ non debent solvere vectigal. n. 21.
Curia vendit solum jus, quod habet, secus quod non habet. n. 22.
Qui recipit rem sibi à Principe donatam, eodem jure, ac erat apud Principem recipit. nu. 23.
Qui emit à Fisco, non habet immunitatem vectigalium; secus si esset donatarius. nu. 24. idenque si qui emeret, esset persona ecclesiastica. n. 21.
Pro quibus contractibus solvatur gabella? & an pro contractu donationis? n. 26.
De donatis à fisco, non solvitur gabella. n. 27. secus de donatis à privatis. n. 28.
De rebus, quæ portantur donationis causa, non solvitur jus fundici, & dohanæ; secus autem jus plateæ. num. 29.
Ius passagii recipitur à personis, & rebus, secundùm consuetumest. n. 30.
Excomputum haud fit de illis rebus, pro quibus non solvitur vectigal. n. 31.
Gabelloto debetur excomputum, si ob alia impedimenta, quàm in pacto deducta, dannum patiatur. n. 32. secus n. 33. & 47. 51.
Qui in certis casibus jus habet, & certos casus exprimit, in quibus illud habere vult, cæteris renunciasse videtur. n. 34.
Privilegium determinatæ rei concessum, ad aliam non expressam, extensionem haud patitur. n. 35.
Specierum enumeratio videtur facta limitationis causa, n. 36.
Interpretatio legis obscuræ, est facienda contra eum, qui poterat legem apertiùs scribere. n. 37.
Gabellæ semper intelliguntur vendita more solito. num. 38.
Pactum, quod Curia teneatur ad excompum superveniente mortalitate, & guerra, videtur Curiæ favorabile. num. 39.
Pactum semper debet aliquid operari. n. 40.
Provisio hominis tollit provisionem legis, n. 41.
Mulier, habens omnia bona mariti hypothecata pro bonis parafernalibus, eidem assignatis, si superè certa re mariti hypothecam receperit, generalem amittit. n. 42.
Provisio singularis in dote, non tollit provisionem juris, quæsitam, sed nascituram. n. 43.
Gabellotus, sibi providens de excomputis in certis casibus, in alijs supervenientibus, non habebit. num. 44. 47. 51. secus si per factum Curiæ esset damnificatus. n. 45.
Dolus proprius nemini prodesse debet. n. 46.
An, & quandò provisio specialis faciat cessare provisionem generalem legis, & utrum intelligatur de jure quæsito, an de nascituro? num. 48. & 49.
Pactum quando possit trahere contractum ad aliam speciem, aut quando vitietur? n. 50.
Excomputum, qualiter à Curia debeat fieri? n. 52.
Quando intelligatur provenire ex facto Curiæ, ita ut ipsa teneatur ad interesse? n. 53. 54.
Pro subtracto à Curia, etiam debetur gabelloto excomputum. n. 56.
Ritus 1. & 2. *concordantur. n. 57.*
Rituum conclusio perpenditur. n. 60.
Intellectus, text. in l. habitatores, & l. qui fundum, ff. locati. *n. 61.*
Ritus primi *dispositio cum sit contra* text. *in* l. si fundus, ff. locati, *præter casus expressos non extenditur. n. 62.*
Ritus quintus, sextus, & septimus uniformantur juri communi. n. 63.
Curia tenetur ad omne interesse, si culpa ejus gabellotus non potuerit directum exigere. n. 64. sin autem culpa ejus nox adsit, tenetur tantùm ad exonerationem mercedis. nu. 65. sic etiam pro rata de quo subtraxit, aut donavit, n. 66.
Curia revocata ad se gabella, vel per alios licitata, qualiter debeat facere excomputa? n. 67.
Excomputum pro rata mercedis, quomodo intelligatur? ad intellectum, text. in l. si fundus, ff. locati. *n. 68.*
Quomodo determinetur ly pro rata mercedis? *n. 69.*
Gabellotus ut consequatur excomputum, opus est ut multum damni passus fuerit. n. 70.
Excomputum semper datur causa damni passi, n. 71.
Excomputum, ut debeatur propter guerram, illa debet esse gravis, non autem momentanea. n. 72.
Verba habent eorum intellectum, semper secundùm jus. n. 73.
Guerræ transitoriæ exemplum, propter quam non fit excomputum. n. 74.
Inquilinus pensionem solvens, non potest à domino locatione durante expelli, nisi propter necessarias causas, secus pensionem non solvens. n. 75.
Possidenti non potest jus fieri absque causa. n. 76.
Dominus rei potest recedere à conventis propter inopinatos casus. n. 77.

Cul-

Digitized by Google

Culpa, aliquid rescinditur. n. 78.
Jus fisci aquiparatur privato in casibus non expressis. num. 79.
Inquilinus, si pensionem non solverit, non potest subitò expelli. n. 80.
Dominus potest retinere fructus, licèt segregatos, in fundo tamen existentes, loco pignoris. n. 81.
Gabellæ solutionis tempus prefixum expectari debet. num. 82.
Colonus partiarius antequam colligat, solvere non potest. n. 83.
Inquilinus non potest expelli, nisi post biennium, si actum fuerit de non expellendo. n. 84. & in emphiteuta, quomodo? n. 85.
Colonus partiarius si non solvit, statim expelli potest. n. 86. idenque est in quasi colono. n. 87. & an talis mora possit purgari? n. 88.
Colonus debet habere pretium operum, maturis fructibus, etiansi propter non solutam pensionem fuerit expulsus. n. 89. & idem de illo, qui emit fructus ad lustrum. n. 90.
Usus fructus alienatio, est alienatio, secus commoditatis venditio. n. 91.
Famulo nolenti servire, an debeatur salarium pro præterito? n. 92. quid de Doctore, & Medico? num. 93. & quid in ædificatore domus, stipendiario, Advocato? n. 94.
Subconductor si pensionem sublocatori solverit, & sublocator locatori non solverit, non poterit à locatore expelli. nu. 95.
Inquilinus pro uno nummo non soluto, expelli haud potest. n. 96.
Inquilinus potest expelli, si dominus habitatione indigeret, licèt talem casum non prospexisset. nu. 97. limita. n. 99.
Prospectus futurorum non debet afferre damnum nõ cogitanti. n. 98.
Inquilinus, ut posset expelli, improvisa necessitas urgere debet. n. 100.
L. 3. Cod. locati *non vindicat sibi locum in colono. n. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. ubi varios ponit casus, reducendos ad locationem gabellarum. & n. 108.*
Excomputum in quibus casibus gabelloto debeatur, vel non? n. 109.
Gabellotus primus amotus, si gabella licitata respondit ad extalenum, pro rata respondebit. num. 110.
Gabellotus primus amotus, debet requirere secundum licitantem. n. 111.
Dolus, vel culpa secundi gabelloti, quando intervenire dicatur? n. 112.
Licitator pro sequenti tempore non respondebit pro rata, de quo primus amotus solvit Curiæ pro nundinis. n. 113
Licitator tam primus, quàm secundus, solvet pro rata temporis, si ante tempus nundinarum sit licitata gabella. n. 114.
Excomputum de jure communi, in quibus casibus sit præstandum, aut non? n. 116.

DE ista forma non apparet; sed non est necesse, quod producatur, per ea, quæ dixi supra *de Iure exitura*, cùm hęc casualiter dicatur, non conditionaliter; hodie verò fiũt locationes, & venditiones gabellarum, 1 per modum Capitulorum, & pactorum, ex una parte Curia locat, cum certis pactis, seu vendit, & persona privata ex altera parte, cum certis aliis pactis.

2 Pro declaratione 1. & 2. *Ritus* dum in ipso 2. *Ritu* dicitur *si verò Curia facit aliquas immunitates, &c.* apparet, quod Curia potest facere immunitates, quod aliqui non solvant gabellas; cujus contrarium videtur, quia non po- 3 test in præjudicium gabelloti concedere immunitates, & hic *Ritus* videtur sentire contrarium, cùm dicat quod Curia tenetur ad excomputum; ergo illi, quibus concessa fuit im- 4 munitas, gaudent immunitate, cujus contrarium determinatum est in Camera Summariæ, cùm Rex faceret immunes certas singulares personas, & etiam universitates, & tamen declaratum fuit illas non debere gaudere tali 5 privilegio; immo gabelloti poterant illud exigere, & si non exegissent, imputandum est eis, & sic non deberent habere excomputum, per ea, quæ habentur in 3. *Ritu*, ubi dicitur, quod gabellotus debet exigere dictum ab illis, qui ad commercia se convenerunt, cùm de jure poterant exigere, si non exegerunt, imputabitur eis, & sic non imputabitur Curiæ, ut in dicto *Ritu* habetur, & sic videntur dicti *Ritus* ad invicem contradicere; & ideo dicas, 6 quod veritas sit ista, quod quando Rex facit immunitates, non valent contra gabellotos, qui emerunt illo anno, per ea, quæ habentur in *cap. 1. de cap. qui Cur. vend. in 10. collat.* & quod dixi *supra in Rubrica de jure Dohanæ, Rit. 1.* Quid ergo dicemus ad hunc *Rit.* qui expresè vult, quod excomputetur Curiæ, & sic videtur velle, quod talis immunitas valeat, non tamen in præjudicium gabelloti, cùm vult *Ritus* ipse, quod gabellotus excomputet Curiæ, 7 & sic responsum est, quod non præjudicet gabelloto, cùm habeat excomputum, sed Regi, qui concessit, cùm in præjudicium concedentis teneat. Sed nunc restat respondere ad *Rit. 2.* quia si non tenet immunitas, ut supra, ergo nec gabelloti debent habere excomputum, cùm debuerunt jus suum prosequi, & immunitates nõ audire; & ita concordandi sunt isti *Ritus*, 8 quod quando Rex facit immunitates, licèt in sui substantia, illo anno possent gabelloti, qui antea receperunt gabellas, non audire illas immunitates, tamen si fuerunt protestati, & Curia noluit eos audire, vel etiam si voluit, ut dicitur in aliis *Ritibus sequentibus*, sed propria authoritate Principis admissæ es-

essent illæ immunitates, ipsi excusarentur, & daretur eis excomputum, *arg. l. 1. C. de his, qui veniam ætat. impetr.* ubi dicitur, quod quis non debet decipi authoritate Principis, licèt illa authoritas aliàs certa ex causa non esset sufficiens; & *Ritus 3. infra* intelligitur de illis, qui mercimonii causa portant merces, non tamen authoritate, vel privilegio Principis, tunc gabellotus, si non exegit, sibi est imputandum, nam de jure potuit, & debuit exigere, per ea, quæ in *dictis Ritibus* dicta sunt, & quod est dictum, prædictas immunitates non præjudicare gabellotis, intellige quando sunt gabelloti ad pretium: si enim essent ad credentiam, tunc non est dubium, quod tenent immunitates; quia tunc damnum esset Curiæ: cùm gabellotus non teneatur respondere, nisi de eo, quod receperit, *ut supra* dictum est, & habetur *in cap. Regni, Regis Caroli I. quod incipit, Terrerii,* & est *cap. 87. secundùm ordinem de Nigris, in §. etsi contingat,* & intellige in illo anno, quo immunitas concessa fuit, idest quod non præjudicet gabellotis, qui ante immunitatem emerũt: si enim finito anno alii gabelloti emerunt, stantibus dictis immunitatibus, præjudicarent certè ipsis gabellotis postea ementibus, nec haberent exinde excomputum: cùm tunc reperiantur, sicut in manu Curiæ, nisi fuisset aliter expressum, & hoc habetur 2. *Ritu hujus Rub.*

12 Item dum allegatur *ff. locati l. qui fundum, & in l. si fundus,* in qua *l. si fundus,* dicitur quod si conductor frui non potest re, absque culpa locatoris, fit ei remissio mercedis pro rata; si locatoris culpa interveniat, ad totale interesse tenetur, & hoc secundum jus commune; sed in Regno servatut hic *Ritus*, quia per ipsum expressè derogatur juri communi: quia ex quo factum est hoc propter factum Curiæ, & sic culpa ipsius Curiæ, teneri deberet ad totale interesse, per *d. l. si fundus*; sed tamen hic *Ritus* vult, quod Curia teneatur ad exonerationem mercedis pro rata, & sic *leges*, quæ hic allegantur, faciunt contra determinationem hujus *Ritus*, & ad hoc allegantur dictæ *leges*, quia, ipsis non obstantibus vult hic *Ritus*, quod Curia teneatur solummodo pro rata mercedis.

13 Item in eo, quod dicitur in *Ritu*, quod, si Curia subtraxit, vel donavit, vel simpliciter vendidit, intellige pro ut sunt in manu Curiæ, quod in hoc videretur dicendum contrarium de jure communi: quia ex quo Curia scivit, aut scire debuit, quæ sunt paria, *l. quod te, ff. si cert. pet.* videlicet, quod illud, quod erat subtractum, vel donatum, debuit dicere, quando locavit, seu vendidit: quia hoc est de natura contractus bonæ fidei, & non dicendo, videtur esse in dolo, & quanquam emptor, seu conductor fuit in culpa, quia debuit esse diligentior, tamen dolus præponderat culpæ, *l. queritur, §. fin. cum sua Glos. ff. de ædilit. edict.* & hoc non obstante determinat hic *Ritus*, quod imputandum sit emptori, seu conductori, qui *Ritus* vult, quod, sive sit dictum, sicut sunt in manu Curiæ, sivæ non sit dictum, semper intelligendum sit, de eo, quod est, & sicut est in manu Curiæ; pro hoc facit, *ff. de acquirend. rerum domin. l. non est novum*, ubi habetur, quod non potest quis tradere illud, quod non habet; & procedit maximè propter favorem Curiæ, quæ etiam pupillo æquiparatur, ut etiam dolus administratoris ei non noceat quicquam. Sed iste *Ritus* hoc vult, quod solummodo intelligatur de eo, quod est, & sicut est in manu Curiæ, qui *Ritus* in Regno servabitur tanquam lex municipalis.

14 Item, dum hic Ritus vult, quod quando Curia facit immunitates etiam excomputet Curia duas partes deducta tertia; Dicat quod secundùm *leges supra allegatas*, idest *qui fundum*, & *si fundus*, deberet Curia teneri ad totale interesse, ex quo ex facto Curiæ processit, quod gabellotus non potuit recolligere tantum per *allegatas leges*; & propterea dicit *Ritus*, quod duas partes excomputat de eo toto damno, quod habet dictus gabellotus, & hoc est, quod vult plus hic *Ritus*, quod ex dicto excomputo relaxatur tertia pars, puta si gabellotus habuit damnum in 30. deducatur 10. & Curia teneatur ad 20. quod non sine ratione factum fuit, ex quo non potest punctualiter damnum existimari, & sciri, cùm ex diversitate temporum diversificentur pretia rerũ, *l. pretia, ff. ad l. egem. falcid.* ibi: *pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter finguntur*, idest statuuntur, scilicet prout communi pretio æstimantur; & ideo quia redditus potest esse major, vel minor uno anno, quàm alio, propterea voluit *Ritus*, quod minuatur tertia pars.

RITVS III.

ITem de his, quę emunt, vel vendunt pro usu eorum, & familiæ suæ, ad Curiam venientes Magnates, & Nuncii Principium Orbis Terræ, non fit excomputum; sed si causa commercii vendantur, vel emantur, solvetur dirictus gabelloto, & propterea, si non exigeretur, non excomputabitur: Quia, cùm se ad commercia convertunt causa lucri; iam non sunt in hoc nun-

Digitized by Google

nuncii magnatum,& in hoc nõ dicuntu r abeſſe cauſa Reipublicæ,& eorum,qui miſerunt eos; ſed ſi magnates non veniant ad Regem Regni,ſed tranſeant per Regnum, allò euntes , & Curia mandet , ut non exigatur ab eis dirictus , faciet , excomputum: quia non veneruntad Curiam; ſicut quando Imperator mandavit;hoc de Rege Franciæ eũte ultra mare:quia fecit inde excompotum.

B, Vide in hoc ritu *text.* & ibi *Bart.* ubi examinat materiam in *l.ſi ità, ff.de auro, & argento, l.cùm quis, ff. de verborum oblig. l.quod ſervius, ff.de cond. cauſa data.*

In Camera deciditur alius caſus ad ampliationem iſtius *Ritus*, quod ſi Rex in arrendamento concedit jura, quæ ad Curiam ſpectant, & ſpectare poſſunt, licèt verbum *poteſt* ſit extenſivum ad futura *l.ſi ità quis, ff. de legatis 2.* tamen debet intelligi ad futura, inſpecto tempore præſenti; poterant per Curiam peti, & requiri non ea, quæ in futurum poſſunt devolvi, ad quod poteſt allegari *Bart.* qui hoc in ſpecie decidit in *l.ſi ità eſſet, ff.de auro, & argento legato,num.5.* & ità deciſum *die 2. Auguſti 1569. referente Magnifico Laureo Rationali computorum* arrendamenti ſalis anni 1568.

RITVS IV.

NVntii, c, ſubditorum Regis de iis quæ emunt reportando ad patrias eorum, non ſolvunt,de jure; ſed de iis, quæ deportant de eorum partia,& vendunt ubi eſt Rex, non ſunt immunes; * hoc non ſervatur: quia jus Dohanæ ſolvitur de omnibus, quæ non ſunt exceptuata: dohana per exteros,jus fundici per exteros, & Cives ſolvitur, ut ſupra dictum eſt.

* *C.de vectigal. l.à Legatis.*

,C, Nuncii, ,& Magnates venientes ad Curiam ſunt immunes per uſum ex *text.in l.ad legati, C.de vectig.*

16 Item ubi præcedens dicit, quod, ſi gabellotus non exegit,non imputabitur Curiæ,dicas, quaſi dicat,ex quo Magnates debebant ſolvere, ſi gabellotus non exegit, imputabitur ipſi: quia debuit exigere; & ſic, cùm evenit ex ſua culpa, & negligentia,non tenetur Curia ad excompu-
17 tum, *l.fin. ff.de public.* ex quo, ſi gabellotus haberet ad credentiam dictam gabellam teneretur Curiæ de eo, quod non exegit, cùm exigere debuiſſet, *d. l.fin.* pro hoc facit *l.ſed, & ſi lege, §.quod ait Senatus, ff. de pet. hered.* ubi dicitur quod culpa eſt non exigere ab alio, vel etiam à ſe ipſo, quod debetur: quia non debet propter metum periculi indefenſum jus relinquere,*l.illud, ff.eòdem.*

18 Item in eodem *Ritu* dicitur, quod quando Magnates tranſeunt per Regnum, &c. & Curia mandat, quod non exigatur, fiat excomputum: Dicas hoc, quia Magnates debent ſolvere, ex quo non veniunt principaliter cauſa Regis, & ut Nuntii,, & ideo, ſi Curia facit illis gratiam, non debet gabellotus hoc damnum portare, cùm ex facto Curiæ hoc veniat; & in hoc Curia tenetur ad totum damnum non deducta tertia parte, vt dicitur in *ſuperiori Ritu*, quando Curia facit immunitates: quia hæc eſt propriè immunitas,quaſi immunes facti ſunt per Curiam, qui aliàs ſolvere tenentur.

RITVS V.

EXceptuantur omnia, quæ ad uſum quoruncunque, non cauſa commercii, D, devolvuntur. Item fiſcus non ſolvit de contractibus ſuis ſi vendat, vel emat, ſed contrahentes cum fiſco ſolvunt, etiam ſi fiſcus vendat id, quod emerat, & de quo non ſolverat, quia immunis; ſolvet emptor, cùm non fuerit ſolutum ſpecialiter jus fúdici, pro quo eſt quod dictum eſt ſupra* non dicuntur contrahere cum fiſco illi, quibus donat Rex,ſeu fiſcus:donatio enim ſtrictè ſumpto vocabulo, non dicitur contractus.

* *de iure Fundici.*

,D, Nota, quod,ſi quis emit trabes,vel calcem pro reficienda domo propria: deciderunt in Camerâ, quod gaudeat tanquam pro uſu, in perſona D.Ioannis Felicis Scalaleonis, qui voluit ferrum pro ſua Capella, *vide Guid. Pap. deciſ.4.*

Digitized by Google

RITVS VI.

ITem de donatis à fiſco non ſolvitur plateaticum, ut dicit declaratio Imperatoris Friderici, per quam videtur idem de omnibus juribus, & dirictibus: donationes enim regales habent multa privilegia, * & non dicitur contrahere, qui donationem accipit, ut ſequitur.

* Cod. de bonis quæ liberis, l. ult. initia.

RITVS VII.

ITem illa, quæ portantur pro exercitu Regio, non ſolvunt, ſi ducuntur ad uſum illorum, qui ſunt in exercitu per familiares, & procuratores eorum, ſecus ſi emat quis merces portandas ad exercitum, ut vendat eas ibi *.

* Cod. de vectigal. l. univerſ. & ff. eod. tit. l. licitum, in fine, & l. ſi publicam, §. 1.

19 Item advertendum eſt ad hunc *Ritum*, quia corruptè loquitur, dicēs, de iis rebus, quæ portātur de Patria Nunciorum ad Terram Regis, ubi vendunt, quod ſunt immunes; & ideo ſequitur, *hoc non ſervatur*, & benè: quia illud non eſt verùm, quod ſint de jure immunes de rebus ipſorum patriæ, quas portant, & vendunt in terra
20 Regis, *per d. l. à legatis*, hæc enim eſt de jure concluſio, quod aut Nuntii, & Legati emunt bona in terra, ad quam vadunt, ut legati, & portant ad terras ſuas, cùm revertuntur, & de eis non ſolvitur, & ſic de illis non habebunt excomputum gabelloti, ex quo illi ſolvere non tenentur; ſed de rebus, quas portant de terris ipſorum ad terras Regias, ubi ſunt Legati miſſi, pro iis rebus benè ſolvunt: & hoc diſtingue: quia, aut gabellotus non recepit ex ſua culpa, & negligentia illud, quod poterat recipere de jure, & eſt ſibi imputandum, aut ex defectu Curiæ, & tunc tenetur Curia, ut eſt dictum *ſupra in Rit.* 3. & quando Curia mandat non exigit à Magnatibus aliè euntibus, quod etiam dic, *ut ſupra eodem Ritu* 3.

RITVS VIII.

DE omnibus, pro quibus non præſtatur jure ſcripto, uel ex pacto Curiæ, vectigal, non fit excomputum.

21 Item vult hic *Ritus* dicere, quod de iis, quæ exceptuantur, ideſt quæ non debent ſolvere vectigal, non fiat excomputum, cùm de jure
22 ſolvere non debeant, & Curia vendat ſolùm jus, quod ipſa habet, & quod percipere poteſt; de eo autem, quod Curia non poteſt, nec debet percipere, non intelligitur vendidiſſe, per ea, qua dicta ſunt *Rit.* 1. 2. Item in eo, quod dicit *Ritus* de contrahentibus cum Fiſco, videtur facere notabilem differentiam inter verum, & & purum contractum emptionis, & venditionis, & contractum donationis, quæ verba videntur declarare verbe *D. Andr. de Iſer. in tit. qualiter vaſall. jur. deb. fidel.* ubi dicitur, quod
23 quando Rex concedit aliquam rem, vel donat, ille, qui recipit, etiam ſi ſit Eccleſia, videtur recipere illo jure, quo eſt apud Principem, & ſic in Regno Siciliæ de bonis Regis habet cognoſcere M. Curia, ſicut de feudis quaternatis, de quo plenè dixi *in præambulis in materia, an à Clericis poſſit exigi vectigal?* & ſic ſecundùm iſtum *Ritum* videretur intelligi debere dictum
24 *Andr. de Iſer.* quod quando quis contrahit verè emendo à fiſco, non habeat privilegium fiſci in ſolutione vectigalium, ſed quando recipit donationem, & munificentiam à fiſco, tunc
25 habet immunitatem; & ulterius advertē, quod hic *Ritus* non haberet locum quando Eccleſia, ſeu perſona eccleſiaſtica emeret à fiſco: quia eſſet immunis, ſi non ex privilegio fiſci, ſaltem ex ſuo privilegio; quod declara, ut plenè dixi *in præambulis in loco allegato*, ubi allegavi hunc *Ritum*, & quod dicitur, quod ſint immunes, vel non, ſemper referas ad *titulum de excompuſis*, ubi *leges* ſunt referendę, ut *l. penult. C. de codicill.* quaſi dicatur, quod, ſi ſunt de jure immunes, non debet fieri excomputum, ſi verò ſint immunes, & tunc, aut ex culpa gabelloti, aut ex facto Curiæ, ut eſt dictum *in præcedentibus*.

26 Item in eo, quod *Ritus* 5. dicit, donationem non eſſe contractum. Dic, quod in contrarium facit *l. ſi donationis, C. de his, quæ met. cauſ.* ubi donatio dicitur contractus tranſactionis. Item contractus ſtipulationis, pro quo dicit *Bald.* quod facit ad materiam *Authen. Sacramenta puberum*; item facit ad ſtatutum pro gabellis ſolvendis de contractibus: nam, licèt non contineat ſimplicem refutationem, includit

Digitized by Google

dit tamen tranſactionem, quod eſt notandum ſecundùm *Bald.* quod, quando ſtatutum dicit *pro contractibus ſolvatur gabella*, etiam pro contractu donationis debet ſolvi; & hic *Ritus* intelligatur in ſuis terminis,& non extendatur ad alios caſus, ſicuti pluries dictum eſt per *ſuperiores Ritus*; & ſic ſtandum eſt in Regno Siciliæ huic *Ritui*, tanquam legi municipali. Sic procederet etiam dictum *Baldi* in ſuis terminis extra *Ritum*; quia cùm ſtatutum dicat: *pro contractibus ſolvatur gabella*, & certè donatio dicitur contractus in ſuo proprio ſignificatu;ergo non eſt dubium, quod quis tenetur ſolvere gabellam pro contractu donationis; & ſic non obſtant, ea, quæ aliàs ſupra dicta ſunt, quod verba ſtatuti accipiantur in proprio ſignificatu: cùm accipere, quod donatio ſit contractus, eſt in proprio ſignificatu; & licèt aliqui faciant dubium, an ſit contractus ſtricti juris, vel bonæ fidei,non tamen dubitatur, quin ſit contractus, de quo *Bald.in l.edibus*, §.1 *ff.de donat.* & *d.l.ſi donationis*, *C.de his*, *quæ vi met.cauſa*.

27 Item advertendum ad *Ritum* 6. ubi dicitur, quod de donatis à fiſco non ſolvitur,quia donationes regales habent multa privilegia, *Andr. de Iſer. in tit.quib.mod.feud. amitt.* quod multa præcipua habent regales donationes ab aliis, *C.de bon. quæ lib. l.cùm multa*; ſic, & donationes hominum in dignitate poſitorum, *ff.de donat.l.filius familias*, §.*Item videamus*, pari autem ratione donat Princeps multa, & meliora, & facilè, *Auth. de non alienan.* §.*ſi munus*, per quod in meliorē partem debemus interpetrari pro donatario, niſi appareat per regeſta, hoc inter bona feudalia eſſe conſcriptum: quia omnia dona conſcripta in tali quaterno, ſunt feudalia, ſicut eſt principium ipſius quaterni, *ff.de eden.l.ſi quis ex argentariis*, §.*in rerum*; & tamen tales probationes validæ ſunt, *ff.de pro-*
28 *bat.l.cenſus*; & ſic videtur, quod de donationibus factis à privatis deberetur ſolvi; ſed *ſupra* dixi *in Rubrica de jure fundici*, *& in Rubr.*
29 *de* jure *Dohanæ*, quod de rebus, quæ portantur donationis cauſa, à privatis non debeat ſolvi; & ideo concordando dicas,quod aut loquimur de jure fundici, & Dohanæ, & tunc non ſolvitur pro donatione,quia expreſſi *Ritus* volunt, quod illud jus exigatur tempore venditionis, & propter venditionem; quod ſtrictè aſſumendum eſt, prout in prædictis locis dictum eſt; ſecus de jure plateę,quod à tranſeuntibus,& pro rebus ſolvitur ſecundùm conſuetudinem, ut dictum eſt *in Rubrica de jure paſſagii*, & habetur *ſupra de jure fundici*, ubi dicitur, quod
30 jus paſſagii recipitur ſecundùm conſuetum eſt; ſic etiam dicas hic, quod recipiatur à perſonis, & rebus ſecundùm conſuetudinem, licèt in *Rubr.de jure paſſagii* dicatur, quod de rebus, quæ portantur pro uſu,non debet ſolvi; tamen illud intelligas niſi aliter obſervatum, & conſuetum fuit, ex quo, ut dictum eſt, paſſagium recolligitur, ſecundùm quod eſt conſuetum, intellige à tempore, cuius non eſt memoria, ut pluries dictum eſt, & maximè *in Rubrica de jure exiturę*.

31 Item ad unum eſt advertendum,quod in hoc *Rit.*dicitur ſcilicet de omnibus,pro quibus non præſtatur vectigal, de jure ſcripto, vel ex pacto Curiæ,non fit excomputum; in quo pono unū, quod quotidie habuimus, & habemus magnas
32 altercationes in Curia: ecce ponamus, gabellotus emit, ſeu conducit gabellas, & inter cætera fit pactum, quod ſi poſt emptionem ſuperveniat mortalitas,ſeu guerra,teneatur Curia ad excomputum;ponamus,quòd ſunt alia impedimēta, propter quę gabellotus reportat damnū, an debeat habere excomputū? & videtur, quod ſic: quia non videtur remittere jus ſuum, quod habet in aliis caſibus ſupervenientibus, cùm credat, jus ſuum ubique durare, *l. ſicut*, §. *non videtur*, *ff.quib.mod. pign. vel hyp. ſolv.* cùm intelligi debeat ſecundùm quod jus intelligit, *l. ſicut*, *ff. de ſervit.* cùm non intelligatur jus ſuum remittere, vt *in d.*§.*non videtur*.

Cùm ergo in aliis cauſis deberet habere excomputum, ſi ſuperveniſſet caſus, non propterea illis renunciaſſe videtur, ut eſt dictum; ta-
33 men in contrarium eſt veritas: nam, cùm quis plura jura habet, & unum excipit, aliis renunciare videtur;facit quod notat *D. Andr.de Iſern. de feud.guard.in* §.*ſi verò caſtaldi*, ubi ſi quis habet plura jura, prejudicat ſibi in iis, in quibus non expreſſit; cùm ego expreſſit aliqua jura ſe velle habere, videtur in aliis non reſervaſſe, etſi ejuſdem eſſent rationis, quod expreſsè notat Idem *Andr.in tit.qui ſucceſſores teneant.* ubi dicit, quod, ſi aliqua ſunt exceptuata, remanet regula firma in aliis: nam quod regula firmat,
34 exceptio negat; unde, ſi in certis caſibus mihi competat jus, & dico, me illud velle habere, exprimendo certos caſus, aliis renunciaſſe videor, de quo in *l.contra majores*, *Cod.de inoffic. teſtam.* & quod notat ſingulariter *D. Andr. in tit.qual. olim feud. pater. alien. in* §.*donare*, ubi
35 dicit, quòd privilegium conceſſum in una re, non extenditur ad aliam, niſi expreſsè dicatur, per hoc quod habetur in *l. aſſiduis*, *qui pot. in pign.habeant.*,& *Cod.de quadr. præſcript. l.fin.in fin.* pro hoc facit, quod habetur, *ff.de fund.inſtruct.l.cùm de lanionis*, §.*cui fundum*, ubi enumerando aliqua, alia excludere videtur; & eodem modo ibidem *in* §.*quidam*, ubi enumeratio certarum ſpecierum alias ſpecies exclu-
36 dit, ut *in l.Seja*, *tit.eod.* ubi enumeratio ſpecierum videtur facta cauſa limitationis, & determinationis. Et ſic cùm jus intelligat, quod reſervando ſibi certa jura, aliis renunciaſſe videtur, ut dictum eſt; ergo hæc ſua reſervatio intelligitur ſecundùm quòd *jura*,& jus intelligit, ut in §.*inveſtitura*, *in tit.de nov.form.fidelit.* per *Andr.* jura, in contrarium allegata, habent locum, quando ſimpliciter conceſſit, non re-

Digitized by Google

ſervando aliquod ſpeciale ſibi jus; ſecus quando ſimpliciter certo caſui renunciavit, pro hoc facit *text. notabilis in l. fin. Cod. de remiſſ. pignor.* ubi dicit Imperator: *Nobis autem viſum eſt, eum, qui ſemel conſenſit alienationi hypothecæ, & hoc modo ſuum jus reſpicit, indignum eſſe eandem rem (utpotè ab initio ei ſuppoſitam) vendicare, vel tenentem inquietare*; ecce ergo, cùm de jure ſibi competere poterant ex pluribus cauſis excomputa; ſi dixit, velle excomputum habere in caſu mortalitatis, & guerræ; aliis renunciavit; cùm poterat ſimpliciter conducere, & emere, & tunc habebat excomputa in omni caſu, ex quo competebant ſibi; & hoc eſt, quod vult fortè hic *Ritus*, dum dicit: *an pacto Curiæ*, quaſi debeatur excomputum, ſive de jure, ſive ex pacto; & pactum non tantùm expreſſum, ſed etiam tacitum intelligere debemus, pro hoc
37 facit *l. veteribus, ff. de pact.* ubi dicitur, quod pactio obſcura, ſive ambigua, interpretanda eſt contra eum, qui locavit, in cuius poteſtate fuit legem apertiùs ſcribere, & propterea tota hæc *Rubrica* procederet quando facta eſſet locatio, ſeu venditio gabellarum ſimpliciter, non exprimendo aliquos caſus, ſed dicendo, quod excomputa fieri debent in caſibus à jure, conſuetudinibus, ritibus, & ſtatutis, permiſſis:
38 cùm ſemper gabellæ intelligantur venditæ ſecundùm conſuetudinem; & ſic etiam data poteſtate ad vendendum, intelligitur more ſolito, & non aliter, de quo per *Bart. in l. 1. Cod. de*
39 *paſcu. public. lib. 11.* itaque rectè intelligendo hoc pactum, ſcilicet, quod teneatur Curia ad excomputa, ſuperveniente mortalitate, & guerra, videtur potiùs eſſe poſitum in favorem Curiæ, ut in aliis caſibus non teneatur, aliàs verba *ex pacto* nihil operarentur: ſi enim Curia teneretur pro omnibus cauſis excomputa facere, ad quid excepiſſet hos duos caſus? ergo idem eſſet exprimi, & non exprimi, ſi gabellotus ex omnibus cauſis haberet excomputum; & ſic hic *Ritus* nihil operaretur, dum vult, quòd pactum
40 ſeruetur: cùm ſemper pactum, & verba debeant aliquid operari, ſicut adjectio clauſulæ, per ea, quæ notat *d. Ang. in l. ſed etſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautionibus*, ſi, non obſtante pacto, gabellotus excomputum haberet. Nam pro ſuo dubio videtur caſus *in l. fin. Cod. de pact.*
41 *conv.* ubi habetur, quod per proviſionem hominis tollitur proviſio legis, dicitur ibi, quod mu-
42 lier pro bonis paraphernalibus aſſignatis marito, habet omnia bona mariti hypothecata, & obligata, & tamen ſi ſibi proſpexit recipiens hypothecam ſuper certa re mariti, non habebit alia bona mariti hypothecata; & ſic notant ibi DD. quòd intelligunt de proviſione legis naſcitura, non de inſinuata: quia non præſumitur
43 renunciare juri quæſito, ut dicimus in dote, quòd proviſio ſingularis in dote non tollit proviſionē juris; & ſic videtur, quod homo ſibi providendo, ceſſare facit legis proviſionem
44 naſcituram. Sic in terminis noſtris, cùm gabellotus emit, vel conducit gabellas, tunc temporis nullum jus natum habet ſuper excomputis, ſed ſpes illa habēdi in futurum, ſi damnum ſubſequatur; ſi ergo recipiendo gabellas providet ſibi, quòd in certis caſibus poſsit habere excompotum; in aliis ſupervenientibus non habebit: cùm per ſuam proviſionem ceſſare faciat proviſionem legis in aliis caſibus, & ſic propriè caſus eſt in *d. l. fin.* cum notatis per DD. & maxi-
45 mè *Butr.* & *Bald.* verùm non intelligas, quòd, ſi per factum Curiæ aliàs gabellotus eſſet damnificatus, ut in primis *Ritibus* huius *Rubricæ*, nō propterea Curia teneretur: nam hoc eſſet contra omne jus Divinum, & humanum: quia tunc Curia locupletaretur cum aliena jactura, cùm
46 nemini debeat prodeſſe dolus ſuus, & ſic daretur materia, quòd Curia multas immunitates faceret in damnum gabelloti, cum dolo, & lata culpa, quæ lata culpa dolo æquiparatur, nec tacitè, nec expreſsè generaliter remitti poteſt, ut
47 in *l. ſi unus, §. illud, ff. de pact.* In aliis ergo caſibus, in quibus aliàs gabellotus haberet de jure excomputum, non habet, niſi ſolùm in illis, in quibus ſibi proviſionem fecit, de quibus infra ponam concluſiones.

48 Et per iſtam proviſionem ſpecialem an recedatur à generali proviſione legis? vide *Bart. in l. 1. §. emerat aliquis, ff. de public.* quia quando inducta eſt proviſio beneficio ſpeciali, etiam per jus commune, tunc per ſpecialem proviſionem hominis receditur à generali; ſed quando proviſio eſt ſecundùm legem, & ſecundùm jus commune, tunc non videtur receſsiſſe; ſic in caſibus noſtris cùm dicta excomputa ſint inducta per jus hoc municipale, & ſic per jus ſpeciale, in certis caſibus; ſi iſte gabellotus ſibi proſpexit, aliis caſibus, in jure ſpeciali comprehenſis, renunciaſſe videtur aliis; quicquid tamen ſit, verba *Bart.* intelliguntur in juribus jam quæſitis, ubi fit illa diſtinctio, an ſint de jure ſpeciali, an communi; Sed in juribus nondum quæſitis procedit, quod dixi per *d. l. fin.* & quod ibi notant DD. & declara, ut ibi dixi; & hoc videtur ſentire idem *Bart.* ideſt, quòd loquatur de juribus jam quæſitis, dum ponit quæſtionem de illo, qui emit librum, & dedit arrhas, quod ſi non tradatur liber, poteſt petere totum intereſſe; quia jam quæſitum erat jus, & pro prædictis facit, quod ſingulariter notat *Bart. in l. ſi cùm dotem, in princ. ff. ſol. matrim.* & *Bald. in alleg. l. fin. de dot. promiſſ.* & *Joann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. deloc. §. fin. verſ.* 35. Et quod ibi dicunt DD. hic repone: quia ego cauſa brevitatis omitto, & vide *Bald. in l. 2. de jure emphyt.* & dic ſecundùm *Joann. Andr. in addit. ſup.*
49 *alleg.* ubi an beneficio legis renunciet, qui ſimpliciter ſibi providet? & dicit ſecundùm *Petr.* & alios, quòd aut legis proviſio tunc non competebat, ſed erat competitura, niſi quis ſibi providiſſet; aut tunc legis proviſio competebat; &

pri-

Digitized by Google

primo casu subdistinguit,aut id,super quo legis provisio debet oriri, intervenit ad provisionem hominis implendam,aut non; de primo sit exẽplum, si numero tibi centum, oritur certi conditio,nisi stipuler; si autem stipulor tunc adimplendam provisionem hominis intẽdebat provisio legis, ex quo fiebat numeratio gratia implendæ stipulationis,non oritur certi conditio, *ff.de novat.l.si ita, §.fin. & l.seq.* Secundo casu,cũ id, super quo legis provisio debet oriri, non intercedit ad implendam provisionem hominis, tunc idem, ut statim dicitur super secũdo principali membro, scilicet quando legis provisio jam competebat, cùm sibi quis providet, & hoc refert, an hominis provisio apponatur animo novandi provisionem legis: nam tunc illi legali renunciatum dicitur, *ff.de rejudic. l.4.§.si ex cõventione*, an non apponatur eo animo; & tunc aut provisio legis erat de jure communi, aut de jure speciali; primo casu renunciatur provisioni legis per provisionem hominis sibi factam, ut in *d. §. sed si ex conventione*. Secundo casu, homo sibi providendo, provisioni illius specialis juris renunciasse videtur, & eo casu loquitur *l. fin. C.de pact.convent.* secundùm *Joann. Andr. in alleg. loco*, & dic etiam per *Bald. in d l.2.* quando
50 pactum potest attrahere contractum ad aliam speciem,& trahit ipsum, *ff.de donat.caus.mort.l. ubi,& in l.fin.C.de iur. emphyt. & ff. depos.l.1.§.si convenit*; aut non potest trahere,& tunc aut pactum venit ad augendum,& non vitiat contractum, ut *ff.de precario, l. cùm precario*, aut venit ad minuẽdum,&c.ut apud eundẽ *Baldum*; Sed magis ad propositum facit nota *Joann. Andr.* quæ benè reducitur ad casum nostrum: quia
51 cùm gabelloto tempore venditionis, seu locationis, jus firmatum non competebat, & fumus in casu specialis provisionis,dicemus,quod providendo sibi in certis casibus, aliis renunciasse videtur, quod declara, ut supra dixi.

RITVS IX.

ITem si damnum detur per defectum Curiæ Gabelloto,vel fiat per Curiam, ut non possit Gabellotus exercere gabellam, aut jus, seu dirictum exigere, non tantùm tenetur ad exonerationem mercedis pro rata, verùm etiam ad omne interesse; in quo venit etiam lucrum,& quod lucrari potuisset Conductor, si impeditus non fuisset exigere dirictum.

RITVS X.

ITem si alius impedivit, & Curia requisita non coercuit,cùm posset alioquin; tenetur relaxare pro rata mercedis. *

* dicta l. habitatores, & l. si fundus,& l. & hæc distinctio

52 Hic *Ritus* declarat, quod supra dictum est in aliis superioribus *Ritibus*, seu *Capitulis hujus Rubr. de excomputis*, qualiter fieri debeat excõputum de damno,quod habeat gabellotus, aut per factum Curiæ,aut alterius;& intellige,quod dicitur in *Ritu*, *verb. Alioquin*, *&c.* quasi velit dicere, quod, si Curia requisita potuit coercere, & reparare damnum, & non fecit, tenetur ad totale interesse; *Alioquin*, idest si non potuit providere Curia, tunc tenetur pro rata; & semper intelligas, quando tenetur ad totale interesse, quòd deducatur tertia pars, ut dicitur *in principio hujus Rubrica, in primo, & secundo Ri-*
53 *tu*: quia quando provenit ex facto Curiæ, vel per alium, & Curia providere potuit, nam etiã tunc dicitur ex facto Curiæ provenire: quia cũ potuit providere,& noluit, videtur consensisse, *l.fluminum, ff.de damn.infect.& l.culpa caret.*51. *ff. de regul. juris*, & hoc haberur in allegatis tis legibus in primis *Ritibus hujus Rubricæ*, scilicet in *l.habitatores,l.qui fundum,& l.si fundus, ff.locat.* & sic habes ex hoc *Ritu,& seq.*de impedimentis supervenientibus post emptionem, seu locationem;quæ,si non veniunt propter factum Curiæ, tenetur ad excomputum pro rata mercedis; si autem propter factum Curiæ, ad totale interesse, ut proximè dictum est; Sed si guerra erat tempore emptionis, & conductionis, dic, ut in sequenti *Ritu*, quod incipit: *Si autem esset guerra mota,&c.*

Item de eo,quod supra dixi ad declarandum, & concordandum *Ritum primum,secundum,& sextum hujus Rubricæ*, qui prima facie videntur contradicere sibi ipsis: quia in *sexto* dicitur,
54 quod, si supervenit ex facto Curiæ, tenetur ad totale interesse,jũgẽdo hũc *Ritũ*;dum dicitur in
55 secundo, quòd si Curia facit immunitates, excomputat duas partes, deducta tertia, cùm hoc veniat ex facto Curiæ; sic etiam deberemus di-
56 cere *in primo Ritu*, quando Curia donat, vel subtrahit: cùm etiam illud sit ex facto Curiæ; & ultra declarationem,quam in *primo,& secundo Ritu* posui,potes etiam,& alio modo concordare,& unaquęque concordantia in se vera est: cũ
57 in *primo Ritu* dicatur, quod fiet excomputum pro rata, quando Curia donat, vel subtrahit, quod non est dubium Curiam facere dici; & tamen

Digitized by Google

men in *secundo Ritu, sexto, & septimo*, dicitur, quod quando ex facto Curiæ provenit, tenetur Curia ad totale interesse, deducta tertia; cùm supra sint declarati *Ritus primus*, *& secundus*, quantum ad *Ritum tertiũ*, ubi dicitur, quòd cùm
58 gabellotus potuit exigere, & non exegit imputabitur sibi, & responsum est ad illud, quod dici-
59 tur in *Rit.* 2. quia, si immunitas illa non valet, debet gabellotus exigere, aliàs sibi imputabitur; tunc ergo quantum ad dictos *Ritus sextum, & septimum*, qui sequuntur, & ideo aliqualiter pro intellectu replico, ut videamus veram conclusionem istorum *Rituum*: quia in *primo Ritu*
60 dicitur, quod, si Curia donat, vel subtrahit, tenetur ad excõputũ, & ad exonerationẽ mercedis pro rata, cũ aliàs de jure cõmuni deberet teneri ad omne interesse, & lucrũ, quod gabellotus habuisset, nisi Curia ipsa donasset, vel subtraxisset; sed sequitur in sequenti *Ritu* referendo ad superiores: quia, si Curia fecerat immunitates Collegiis, vel personis spiritualibus, fiet excomputũ, & deducta tertia, partes duas excõputabit; apparet itaque, quod vult dicere, hoc casu teneri ad totale interesse deducta dicta tertia parte, & concordat cum *Ritibus sequentibus 6.& 7.* & sic referendo ad superiores, quando donat, & subtrahit, quod idem est, ac immunitates, & gratias aliis facere, ita quod etiam in istis casibus esset dicendum, teneri Curiã ad totale interesse, deducta tertia parte, hic etiam hoc dicit in *secundo Ritu*, quando facit immunitates, &c & tamen in *primo Ritu* dicit, quod fit excõputum, & exoneratio mercedis pro rata, & dicitur etiã in *Ritu 6.& 7.* quod si detur damnum per factũ Curiæ gabelloto, ita quod non possit gabellotus exercere gabellam, seu dirictum exigere, tũc tenetur Curia non tantùm ad exonerationem mercedis pro rata, verũ etiã ad omne interesse, in quo etiam venit lucrũ, quod lucrari potuisset conductor; & videtur hoc intelligi debere eo casu, quando facto, & culpa Curiæ hoc evenisset; & etiam de impedimento, & guerra supervenienti post conductionem; quod intellige, ut sentit *Ritus*, quando culpa Curiæ supervenit guerra, quo casu non tantùm tenetur ad exonerationem mercedis pro rata, sed etiam ad omne interesse, & lucrum, ut dictum est; sed quando sine culpa Curiæ veniret, tunc tantùm tenetur ad exonerationem mercecedis pro rata, ut dictum est; in quo bene est advertendum: quia *primus Ritus* videtur sentire contrarium, dum dicit simpliciter quando Curia donat, vel subtrahit, quod tenetur tantũ ad exonerationem mercedis pro rata, licèt deberet teneri de jure communi ad omne interesse, & tamen in hoc *Ritu 6. & 7.* dicitur, quod si facto Curiæ impeditus esset gabellotus, tenetur Curia ad omne interesse, &c. ideo necesse habemus dicere, quod prædictus *Ritus* loquitur in casu suo, idest quando Curia donat, vel subtrahit aliquam partem gabellæ; & hoc non extenditur ad alios casus, cùm hoc sit contra jus commune: cùm in legibus præallegatis, scilicet in *l. habitatores, & l. qui fundum, ff. locat.* hoc ha-
61 beatur expressè, quod, si culpa locatoris supervenit impedimentum, tenetur ad omne interesse; si verò sine culpa, tenetur ad exonerationem mercedis pro rata, ut *d. l. si fundus*; cùm ergo
62 *Ritus primus* dicat, *quando Curia donat, vel subtrahit, &c.* non est dubium, quin proveniat ex facto Curiæ; & tamen vult, quod teneatur tantùm pro rata mercedis; & sic cùm sit contra *dictam l. si fundus*, non extenditur ad alios casus, nisi in casibus, in quibus loquitur, nẽpe, si donat, vel subtrahit, non totam gabellam, sed partem, argumento *cap. cùm expediat, de elect.*
63 *lib. 6.* cùm ergo postea *Ritus quintus, sextus, & septimus*, loquantur de impedimento dato ex facto Curiæ, ita quod gabellotus nõ possit exercere gabellam, seu dirictum exigere, videntur loqui in eo casu, quod idem est de iure communi per *dictam l. si fundum*, quod etiam apparet ex verbis ipsorum *Rituum*, dum loquuntur de impedimentis secutis post emptionem, quod tenetur ad interesse; & sequitur postea in *Ritu* 7. & quod licèt sine culpa Curiæ: quia tunc tenetur pro rata mercedis; & sic videtur distinguere,
64 quod quando culpa Curiæ, puta ex guerra, ex facto Curiæ superveniente, non potest gabellotus exercere gabellam, aut dirictum exigere, tunc tenetur Curia etiam ad omne interesse;
65 si autem sine culpa Curiæ, tunc tenetur tantùm ad exonerationem mercedis pro rata, &
66 ita loquuntur *Ritus 6.& 7.* sed quando non est impedimentum in totali exercitio gabellæ, seu in totali dirictus exactione, sed tantùm quando certam partem donat, vel subtrahit Curia; tunc tenetur Curia ad exonerationem mercedis pro rata, & loquitur *Ritus primus*, quod videtur esse contra *dictam l. si fundus*, & hoc est, quod vult dicere, quod alias Curia teneretur ad omne interesse, quasi dicere velit, quod illud, quod dicit *Ritus*, est contra jus commune, & dictum est in favorem Curiæ, & in hoc standum
67 est dicto *Ritui*; quando autem Curia revocaret ad se gabellam, vel esset per alios licitata, qualiter, & quando debeãt fieri excomputa, habes infra in aliis *Ritibus hujus Rubricæ*.

68 Verùm, quia possent aliqui dubitare, qualiter intelligatur illud, quod dicitur, quod fiat excomputum pro rata mercedis; dicas, quod in ista materia appellatur conductor ille, qui dat pecuniam uidelicet gabellotus; locator verò dicitur, qui dat operas, vel (ut in casu nostro) prẽstat patientiam, ut est Curia; & ideo intelligas *legem si fundus* de eo, qui locavit Insulam fabricandam, & Insula corruit: nam, si bene respicis, ille, qui appellatur locator in *dicta l. si fundus*, propriè est conductor: ipse enim dat pecuniam, & conducit operas alterius ædificantis; unde si evenit casus ex parte ipsius conductoris, qui in *d. l.* appellatur locator, debet teneri ad totam mer-

Digitized by Google

mercedem, ut *d.l. sed addes*, §. *cùm quidam*, *ff. locat.* & ideò intellige *d.l. si fundus*, quando ille, qui debebat ædificare Insulam, postquam solum corruit, locavit operas suas alteri: quia tunc non habebit totam, & integram mercedem, sed pro rata temporis, ut *d.* §. *cùm quidam*, & *d. l. si fundus*, *ff. eod.* & hæc dixi, ut verba *Ritus* intel-
69 ligantur; & quando determinabitur illud *pro rata mercedis*, utputa, si cõducta est gabella per uncias duodecim, itaut quolibet mẽse teneatur ad unciam solvendam, tunc si Curia donat, vel subtrahit, fiet excomputum pro exoneratione mercedis, ut quantò minùs esset conducta gabella, tantũ deduceretur de mercede, seu pretio dictarum unciarum duodecim; etsi in totum gabellotus esset impeditus, tunc pro toto tempore nihil solvere deberet de pretio statuto; immo haberet interesse, referendo singula singulis, quando ex facto, & culpa Curiæ, & hoc est, quod vult dicere *Ritus* non tantùm ad exonerationem mercedis, sed etiam ad omne interesse, ut supra dictum est; & idem dicas, si Curiæ fuerit in principio totum solutum pretium, quia tantùm debet Curia restituere de ipso pretio, quod habuit, ut si sumus in primo casu *primi Ritus*, quando donat, vel subtrahit, tunc restituet pro illa rata, ut dictum est, sed quando in totum fuit impeditus propter guerram supervenientem, si ex facto Curiæ, tenetur Curia totum pretium, quod habuit restituere, & nihilominus ad omne interesse, ut dictum est; Si autem sine culpa Curiæ, tunc tenetur ad restitutionem totius pretii tantùm, non autem ad interesse: cùm hoc casu tantùm teneatur ad exonerationem mercedis, ut dictum est; pro hoc facit *l. fin. ff. de in diem adject.* videlicet, quando gabellotus solvit, vel non solvit, & fuit incãtata gabella, qualiter intelligatur; quod declaro, ut plenè dixi in materia incantus *in Præambulis hujus operis*, & in *Rubrica de incantibus*; adverto, quod proximè dixi, quando fuit incãtata, quia tunc non haberet locum materia excomputi, sed essemus in materia incantus, de qua in *prima Rubrica*, & dicam infra in *ultimo Ritu hujus Rubricæ*.

RITVS XI.

ET hæc intelligenda sunt de impedimentis ingestis propter facta supervenientia post emptionem, seu conductionem, ut si guerra superveniisset, & propterea non posset gabellotus exercere gabellam, vel mercatores non venirent, aut mercationes non fierent, licèt sine culpa Curiæ, hoc fit, tenetur excomputare pro rata, ut dictum est; non potuit prævideri hic casus, quod guerra insurgeret, & ideo tenetur Curia ad excomputum*.

* dic. declaratione Fridericiquo est, quod dicitur in Gloss. C. locati, l. 3.

Sed hic *Ritus* potest jungi cum *superiori proximo* 6. & quæ ibi dicta sunt, hic possunt repeti;
70 sed unum considera, quòd hic *Ritus* præsupponit, guerram esse talem, propter quam gabellotus sentiat multum damnum, ut quia non possit exercere gabellam, & ipsius dirictum habere, ex quo non fierent mercantiæ, vel non venirent mercatores, &c. ergo si per talem guerram cessarent prædicta, non esset locus excomputationi, ex quo gabellotus non sentit damnum, & propter damnum datur excomputum, licèt aliquando etiam detur ad interesse, ut supra,
71 semper tamen datur propter damnum; & sic sequitur ad casum, quem aliàs habuimus de facto cum quodam Veneto, qui emit Dohanam, & gabellam hujus Civitatis Neapolis, & postea Dominus Rex recessit de Regno versus Urbem Romanam; dicebat Venetus ille, volo excomputum propter recessum Regis, & tamen ei dicebatur, quòd ei non competit tali casu, cùm propter provisionem, quam sibi fecit in duobus casibus, scilicet guerræ, & mortalitatis; tamen quia ex tali recessu non sunt homines prohibiti venire, & mercantiæ fieri, nec prohibitus fuit, nec impeditus gabellotus exercere gabellam, & maximè cùm Dominus Rex recessit Neapoli, & à Regno cum maximo favore, & exercitu, & benevolentia Papæ, & nullos reliquit hostes, & inimicos in Regno, sed in pace, remansit, itaque nulla guerra insurrexit; in
72 quo etiam est notandum, quod secundùm Capitula Honorii non attenditur guerra, quæ est momentanea, & transitoria facilè, sed guerra manens, aut si contingat in eodem Regno notabilis, sive gravis rebellio: nam vult ibi Papa Honorius, quod propter guerram Rex possit recipere subventiones, & collectas à vasallis, & intelligit de guerra non simulata, & non procurata, & quòd sit manens, & non transitoria; sic ergo cùm dicatur, quod gabellotus habet excõputum propter guerram, sive à jure, sive ex pacto, intelligitur de guerra gravi, & manente, &
73 non transitoria; cùm verba, & provisiones semper secundùm jus intelligantur, ut in *l. sicut ff. de servit.* & notat *Andr. de Isern. in tit. de nov. form. fidelit. in fine*; sed ut dixi illo casu nulla fuit in Regno guerra. Quod proximè dixi de guer-

74 guerra transitoria, facit, ut si aliquis pyrata per mare, vel aliqua gens per aliquam curreriam facerent aliquem impetum, & in brevi transirent, non propterea fieret excomputum per dictum Capitulum Honorii; semper intelligendo, quod nulla intercedat Curiæ culpa, ut prædixi.

Item *in fine hujus Ritus*, dum allegatur *l.* 3. *C.*
75 *locat.* ubi dicitur, quòd inquilinus, qui solvit pensionem, non potest per Dominum durante locatione expelli, nisi propter necessitates Domini, vel necessariam refectionem rei, vel culpa inquilini abutentis; est & quartus casus à contrario sensu legis, si pensionem non solvit, ut promisit: tunc enim, licèt Dominus non possit sua authoritate procedere per compulsionem, ut *l. extat*, *ff. quod met. causa*; potest tamen per expulsionem: quia Dominus est possessionis
76 pleno jure; cùm enim possidet, non potest ei resisti, nec jus fieri absque causa, *ff. de vi*, *& vi arm. l. Colonus.*

77 Item quod propter necessarios; & inopinatos casus, Domino rei licitum est recedere à cō-
78 ventis, sic etiam, & propter culpam rescinditur aliquid, quòd antea actum est, & omnia hæc, quæ dicta sunt, & dicentur de materia *d. l.* 3. faciunt ad materiam nostram locationum gabel-
79 larum, dum allegat *d. l.* 3. quia jura Fisci æquiparantur privatis, nisi in casibus expressis, ut dixi supra *in Rubr. de fidejussoribus in principio*: quia in causis fiscalibus servatur jus, quo utuntur subditi, nisi in privilegiatis à jure expressis, ut in *cap. consuet. rect. feud. super Rubr.* per *Dominum Andream*; & ibi de hoc videas, &
80 dicas, quòd, si non solvitur pensio, non debet propterea inquilinus expelli præcipiti festinatione, sed adhibita discretione post duos menses postquam uti cepit, vel post quatuor menses; & putat *Bald.* quòd debeat solvere tempore, quo fructus percipiuntur, vel parum post: quia usque tunc videtur fides habita de mer-
81 cede; potest etiam Dominus fructus segregatos adhuc intra fundum existentes retinere loco pignoris, & prohibere ne Colonus exportet; sed in
82 casibus nostris cùm statuatur terminus solutionis gabellæ, illud tempus expectabitur, quòd solvat, aliàs fiet, quod est dictum de inquilino;
83 in partiario Colono certum est, quòd antequā colligat, solvere non potest, sed eis recollectis in medietate, debet solvere secundùm consuetudinem loci, & aliorum Colonorum circunstantium, secundùm *Bald. in alleg. l.* 3. Sed si actū
84 esset de non expellendo, expectabitur bienniū, & quando ibi ingreditur Dominus, absente inquilino, debet habere Notarium, & testes, qui conscribat res ibi existentes, ne aliqua fraus cō-
85 mitti possit, & sic dicimus, in emphyteuta; quod aut volo expellere ab utili dominio, & possessione, & requiritur triennium in privato, aut à præsenti usu tantùm, & sufficit mora, &
86 justa causa, secundùm *Butr. & Bald.* sic & Colonus partiarius ad longum tempus potest expelli statim, si non solvit: quia non servat con-
87 ditionem societatis; sic etiam in quasi colono, ut in illo, qui præstat mercedem in alia re, quàm pecunia, erit idem, quod in vera locatio-
88 ne nummis facta, & an possit mora purgari; & dicit, quod non, si de jure expellitur à toto usu; sed à præsenti usu tantùm potest mora purgari, nisi Dominus alii absque præcipiti tamen festinatione locaret, *ff. locat. l. si in lege*, §. *Colonus*, &
89 dicas, quod Colonus, qui propter non solutam pensionem expellitur, maturis fructibus debet habere pretium operarum: quia non deliquit circa rem, quam benè coluit, sed circa personam Domini, *ff. famil. herciſc. l. fundum*, & *ff. de vi*, &
90 *vi armat. l. Colonus*; & idem dicas de eo, qui emit fructus ad lustrum: quia etiam potest expelli, si non solvit, cùm similis sit conductori, ut in *clement. Monasteriorum*, secundum *Bald.*
91 *ibidem*, ubi dicit, quia alienatio ususfructus est alienatio, sed venditio commoditatis non est alienatio, *l. necessariò*, §. *fin. de peric. & commod. rei vend.* sic venditio fructuum ad modicum tempus non dicitur alienatio.

Itē ibi ponit *Bald.* notabiles quæstiones, pri-
92 mo de famulo, qui non vult servire, an debeatur illi salarium pro præterito? dicens, quod si tantùm damni patior ex recessu, quantum cō-modi habui ex servitio, non teneor; si verò nihil damni habui, debeo solvere pro rata tem-
93 poris; sed Doctore conducto ad lecturam, vel Medico conducto ad practicam, nihil eis debebitur.

94 Item in ædificatore domus, qui recedit, non completa forma, quòd nihil possit petere; Similiter in stipendiario, qui conducitur propter fortuitos casus, & sic recedit ante tempus, nihil habeat.

Item in Advocato, qui dimittit litem indiscussam tempore substantiali, & tempore periculi imminentis, quòd nihil habebit.

95 Item si locavi tibi domum, & tu locasti Titio, & Titius tibi solvet, sed tu non mihi solvis, quòd non possum propterea expellere Titium.

96 Item pro uno nummo non soluto, non potest expelli inquilinus, nisi in uno nummo repræsentetur honor Domini, ut in feudo, & emphyteuta.

97 Item quod dicitur, quòd expellitur inquilinus ratione proprii usus, ut si indiget domo pro sua habitatione Dominus, vel quia ipse, vel filius ejus ducturus est uxorem, vel quia ibi vult facere artē lanæ, vel aliud honestū exercitiū, & his similia, nec teneatur Dominus ista prospicere, & cōsiderare quādo locavit, nisi propinqua erant: etenim, quæ sunt satis remota, fortè non
98 erunt, ut ait Seneca, unde prospectus futurorū licèt pertineat ad sapientem virum, non tamen afficit damno non cogitantem, nisi ex præsenti statu debuerit cogitare, *l. si quis domum*, §. 1. *& l. sed etsi quis*, §. *quæsitum*, *ff. si quis caution.*

non

Digitized by Google

99 non autem procedit,si frater ejus vellet ducere uxorem: quia non propterea expellet inquilinum;sed de patre,& matre indigentibus habitatione,& nova causa honesta,& probabili, dicas idem, quod in filio, idest, quòd poterit expelli inquilinus,nec sufficeret, quòd domus esset ampla,& omnibus sufficiens:quia non cogitur stare in cohabitatione cum aliis, præsertim quia posset insidiari pudicitiæ, &c.

100 Item quod dicitur de necessitate, intellige de necessitate improvisa: nam si scit eam esse, vel futuram,non habet beneficium *dicta l.* 3.

Item quòd talis necessitas non incidat culpa Domini, vel aliqua speciali inimicitia: quia sibi tunc imputabitur.

101 Item quod *d. l.* 3. non habeat locum in Colono, sicut in inquilino:cùm *d. l.* 3. de æde tantùm conducta loquatur, & quia lex ipsa continet privilegium, non debet extendi, & dic, ut supra de his,quę dicta sunt de Colono non sol-
102 vente pensionem;sed si Dominus dixit, quod voluit pro se, & postea alteri locavit, tenetur
103 inquilino ad interesse; & si Judici hoc obrep-
104 serit,punitur crimine stellionatus, & si inquilinus vellet reinvestiri de habitatione, posset hoc petere.

105 Item dicitur in *d.l.* 3. si vult corrigere, emēdare, sive reficere, dicas, quòd si tempore locationis, vel paulò post erat necessaria talis refectio,non auditur Dominus; sed si necessitas postea crevit ultra quòd à principio crederetur, tunc benè haberet locum *d.l.* 3.

106 Itē quod dicitur in *d.l.* 3. quādo malè versatur in re locata, intellige deteriorando rem non parum,sed multum,vel modicum, hoc committendo arbitrio Judicis, secundùm quantitatem, & qualitatem rerum, & personarum; immo, si inquilinus non destruxit, sed vendidit, tanquā proprietarius, quia tunc malè versatur respectu contractus,& ideo potest expelli; si autem pluribus rebus locatis in una malè versetur,distinguēdum est, ut in redibitoria, *ff. de edilit edict. l. cùm epistola*; & si unam melioravit, aliam deterioravit,non fit compensatio; sed si in eadem re in una parte melioravit, in altera deterioravit,fit compensatio,cessante dolo.

107 Item si malè versatur inquilinus circa mores, sed non circa rem, nec in præjudicium Domini, ut quia tenet ibi meretrices; dicas, quod ex loci, & personarum qualitate diffiniendum est: nam si conductor est Sacerdos,non est verisimile,quòd si Dominus hoc cogitasset,locasset ei domum; Si autem est Scholaris, & juvenis debuit hoc cogitare,si domus est in loco honesto: quia non videtur permissum; secus juxta Lupanar.

108 Item,si Dominus,invito inquilino, portat sibi meretrices,an possit?& dic,quod si supervenit inquilino necessitas conducendi meliorem domum propter uxorem, quam ducere debet, poterit migrare solvendo pensionem pro rata temporis. Sed *Nicol. de Martorell.* dicit; quod nō videtur verū:quia inquilinus potest relocare alteri,& sic damnū evitare. Item nō potest pœnitere, cùm contractus sit nominatus. Item in *d. l.* 3. fit remissio mercedis pro rata temporis in prædictis casibus,quod procedit quando necessitas intervenit,ut propter usus proprios,vel refectionem rei; secus si propter abusum inquilini: nam cùm propter culpam suam fiat, quominus habitet, habetur pro habitante in suum præjudicium; & ideo debet solvere integram pensionem illius anni, quæ omnia videas per *Bald. in alleg. l.* 3. & omnia reducas ad locationem gabellarum.

RITVS XII.

SI autem esset guerra mota, quādo emit, vel conduxit gabellā, non haberet excomputum, nisi specialiter conveniret, quando emit: sibi enim imputet, * tunc si Curia pro guerræ exercitio, vel negotiis, accipit vassella, vel res aliquas, pro quibus lucraretur, & dirictum haberet gabellotus,si non acciperet ea Curia, aut propterea mercationes non possint fieri, non tenebitur Curia, si faciat pro remotione, aut victoria guerræ id, quod fieri est consuetum, & solitum, ex quo guerra erat, debuit scire hoc. Scire, & debere scire sunt paria; unde secus, si mota guerra non erat ante emptionē, post verò emptionem accidit ex casu inopinato aliquando id, propter quod non potest exigi dirictus; & si id non supervenisset, & accidisset, guerra mota ante emptionem non impedivisset dirictum gabellotum exigere, ut quia Rebelles Regis

* *ff. de damno infect. l. quā bona, §. de illo.*

Digitized by Google

adjuti sunt per magnos Principes, aut Civitates aliquas; de hoc, & simili casu debet haberi ratio in excomputo: quia aliàs hoc prævideri non potuit, * lex enim * dicit: *Si quid adversarium incidisset*, non ergo habet locum, quãdo ante emptionem erat hoc adversarium: quia tunc non erat dubium, guerram debere esse, quia erat: quia non est locus conjecturæ in iis, quæ certa sunt; at ubi venderetur mers in adversione, quod est quando emptor, vel conductor suscepit periculum antequam traditio fiat rei, tenetur Dominus præstare custodiam, scilicet, si potest: quia habet rem in suo posse; sed guerra existente, non potest hæc custodire: quia habet se defendere de guerra; & ideo curet cautè emere, & conducere, quando casus, & pericula nõ sunt dubia, sed certa, quia iam evenerant.

* ff. ut in poss. leg. l. fi. ii, 2 quo, §. fu. & l. pleni.

* ff. locati, l. habitatores,

RITVS XIII.

ITem si Curia revocat ad se gabellam, remittit mercedem pro rata temporis; Sed, si ideo revocat, quia non solvit in totum, vel in partem, quod convenit, potest expellere gabellotũ.

RITVS XIV.

ITem si malè versatur in exercitio gabellæ, injurias faciendo, & inferendo, tunc etiam remittit mercedem, & excomputat pro rata, alii dicunt contra. *

* secundũ Gloss. in C. locati, l. 3.

RITVS XV.

ITem si vellet pro usu suo gabellam, vel ordinare melius eam, & his duobus casibus excomputat pro rata, si ex causa de novo superveniente hoc fiat, alias ad omne interesse tenetur, in quo venit etiam lucrum. *

* hoc vide latur plenè C. locati, l. 3.

Et de ista *lege* 3. de qua loquitur hic *Ritus*, satis supra posui in præcedentibus duobus *Ritibus*, & secundùm ibi dicta intellige, quòd hic dicitur, quando Curia revocat; & quoad præsẽtem *Ritum*, dicas, quòd si Curia revocat propter supervenientem necessitatem, vel usus proprios, vel defectu rei, fit remissio mercedis pro rata temporis; secus si propter abusum inquilini, &c. ut supra dixi in *vers. Item si Dominus*.

RITVS XVI.

SEd qualiter excomputat tunc Curia mercedem sequentis tẽporis, pone, quod magna pars fructuũ gabellę perciperetur in mense Iulii, sicut terragia, bladũ, quę tunc percipiũtur, & revocaret primo Iulii gabellam venditam pro duodecim unciis per annum, an compelletur gabellotus pro decem mẽsibus ad decem? Certè non, immo habe-

Digitized by Google

bebitur ratio ejus, quod plus valet menſis Iulii, quam alii menſes.

RITVS XVII.

ITem ſi Rex faceret immunitatem unius, aut duorum menſium, infra quos non vult exigi dirictum, ob res proſperè geſtas, vel quia natus eſt ſibi filius, vel filia, vel ex alia cauſa: quia excomputabitur, ſic ut ratio habeatur quantum communiter illis, aut illo menſe valuiſſet gabelloto ſi exactus fuiſſet dirictus; Vnde unun quodque tempus per ſe cenſetur, & ſervatur ſeparatim.*

* arg. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. ex facto, §. trans quæ.

RITVS XVIII.

ALii dicunt in primo caſu, quãdo revocat gabellam, ut gabellotus habeat electionem de tempore, quo exercuit, reſpondere ad extaleum, vel ad credẽtiam: quia, ſi habet hanc electionem quando alius licitavit, eadem ratione, quando Curia revocat: ubi eadem ratio incidit, ibi item jus; & ratio diverſitatis reddi non poteſt; Sed ſi tũc elegiſſet ad extaleũ, imputet ſibi, ſi malè elegit: mala electio eſt in culpa,* & alii dicunt de electione non caveri, niſi quando licitatur; ſecundùm iſtos revocata gabella ex juſta cauſa, ut dictum eſt, excomputaret Curia ratam futuri temporis, habita conſideratione, ſi ſequens tempus plus valeret propter bladũ, quod percipitur in ipſo ſequenti tempore, vel alia ſimili cauſa, ut illud excomputet ultra ratam temporis.

* ff. locat. l. cùm in plures, & ſervum, ff. de negot. geſt. l. nam & ſervus, §. final.

RITVS XIX.

ITem ſi gabella habet unum mẽbrum, ut nundinas de menſe Iulii, quæ valent decem, Curia ſi revocat ante nundinas excõputabit illa decem, quanto nundinæ erant taxatæ in venditione gabellæ: quia tantum percepiſſet, ſi non revocaſſet, & fortè plus.

RITVS XX.

IDem eſſet ſi fuiſſet licitata: quia ſucceſſor tenetur reſpondere de tempore ſubſequenti; & ſi elegerit primus amotus reſpondere ad extaleum de gabella vẽdita pro centum, reſpondebit pro rata de nonaginta: quia decem ſunt pro ſe in tempore ſequenti. Tempora ipſa ſunt ſeparata: videtur enim per ſe illud membrum, ſcilicet nundinas, vendi, ex quo in certa quantitate, taxantur, licèt venditio per totum, tanquam unum corpus

Digitized by Google

videatur vendi pro centum, & hæc verior ratio; ex quo membrum taxatur, videtur per se vẽdi, * quot sunt summæ in qualibet specie, seu membra, tot videntur contractus, * sed & si verum esset, quod de centum, ut de illis decem pro rata respondeat, de quibus quidem decem nil percepit, quod durum videtur, primus amotus deberet interesse perceptioni, quando essent nundinæ, ut sciret quid, & quantum percipitur; Vnde caveat sibi secundus, ut tunc requirat primum, ut interfit perceptioni, cùm ipse tunc sit Dominus exercitii gabellæ: nam difficile sibi erit probare quantum percepit; & ipse primus custodiat meliùs cum secundo, cùm sua interfit; & qui cum primo debet exercere nundinas, nõ debet id solus agere; sed tunc si secundus non requisivit primũ, & primus putet se deceptum in perceptione jurium, jurabit in litem contra secundum, ubi dolus, & culpa lata secundo poterit imputari; secus si culpa tantùm: quia tunc Iudex inquiret per se, & condemnabit, sicut sibi videtur, * non videtur dolus, immo nec culpa in secundo: quia primus debuit requirere, nec expectare, ut requireretur, * unde creditor debet ire ad domum debitoris, & sibi facere solvi, * videtur primus petere sibi debere.

* ff. de ædilit. ædil. l. ab ejusdem, & l. si plaud.

* arg. ff. de verb. oblig. h scire debemus.

* c. de in litem jurã. do, l. 2. ff. eodem, leg. videamus, §. fin.

* arg. c. de contrab. stipul. l. magnam.

* ff. de cõstit. pecun. l. item ille, in princ.

RITVS XXI.

ITem è contra, si licitata esset gabella, postquam primus exercuisset *jura* nundinarum: quia primus amotus solveret Curiæ decem pro nundinis, quas exercuit, & pro toto precedenti alio tempore ad rationem de nonaginta; & licitator pro sequenti tempore ad rationem de unciis nonaginta similiter.

RITVS XXII.

SI verò membrum nundinarum, vel aliud membrum gabellæ, non esset taxatum in venditione gabellæ, sed tota gabella esset vendita pro centum, & termini solutionis darentur, ut quolibet trimestri tempore, vel alio, solveret certam partem, & factis nundinis solveret decem; tunc non sunt taxatæ nundinæ in decem, sed solutio de decem dilata est ad tempus nundinarum; & ideo, si ante tempus nundinarũ licitetur gabella, uterque solvet pro rata temporis, ad rationem de centum; deducetur tamen illud, quod plus valet mensis propter nundinas, & illud solvet licitator. Eodem modo, si post nundinas fuisset licitata: quia ille,

Digitized by Google

ille, qui exercuit, & percepit jura nundinarum, ſolvet Curiæ quantum plus valuit menſis ipſe propter nundinas; unde exercitio nundinarum debet intereſſe uterque quãdo eſſet licitata ante nundinas. Sed quis requiret, an primus ſecundum, an ſecundus primum, ut ſimul percipiãt, & exerceant nundinas? hoc caſu, quia dies nundinarum certus eſt, & qui non ignoratur, nec poteſt ignorari, nec eſt pro certo pretio diſtinctum jus nundinarum in cõductione, ſeu emptione, ſed tantùm dilata ſolutio in tempus illud nundinarum de certa pecunia totius emptionis; ſatis videtur, ut primus habeat requirere ſecundum, & ſi non requirat de *juribus* nundinarum ſecundus reſpondeat ad credentiam, ut ſtetur fidei ſuæ cum Sacramento, ut dicat quãtum percepit de juribus nundinarum; & ſi primus poteſt probare, quod plus ſit perceptum, quà ipſe ſecundus poſuit, condẽnetur de ipſo pluri, juxta Ritum.

109 Adverte, quia ſupra in *Rit.* 20. *præſentis Rubricæ* dicitur, quòd jurabitur in litem, & hic dicitur, quòd condemnabitur ſecundùm *Ritum*, ſi vis intelligere, quod loquitur de *Ritu*, ideſt de pœna nonupli, tunc oportet dicere, quòd præcedens *Ritus* loquatur in alio caſu, ut quando ſecundus non requiſivit primum, tunc jurabitur in litem, & in hoc quando reperitur plus percepiſſe, tenebitur pœna nonupli, ſed quia hęc pœna non eſt propriè de pecunia ſubtracta Curię principaliter, quia gabellotus, ſive primus, ſive ſecundus tenetur Curiæ, & damnũ propriè pertinet ad gabellotum, ſive primum, ſive ſecundum; melius fortè eſſet dicendum, quòd hìc loquitur juxta *Ritum* forte de eo, qui eſt in *Rubrica juratur in litem*; ſed tene hoc verum, quando habuit in extaleum: quia tunc tenetur; ad credentiam verò damnum eſſet Curiæ, & ſic pecunia videretur eſſe ſubtracta ipſi Curiæ, & *Capitulum Regis Caroli Primi* eſt de omni pecunſia, quæ eſt perventura Curiæ, debet poni in introitu ſub pœna nonupli, ut eſt *Capitulum*, quod incipit: *Item Cives.*

RITVS XXIII.

SEd etſi poſt nundinas licitata eſſet gabella, idem erit judicium: quia ſtabitur fidei primi cũ Sacramento, ut dicat quantum percepit de ipſis juribus nundinarum; & ſi ipſe ſecundus probabit, quod plus percepit, ſimiliter condemnetur, ut ſupra. * Hæc quia difficilia ſunt ad probandum, conſuevit Curia partes ad invicem concordare; ubi verò concordare non poſſet, dictum eſt ſupra, quid juris ſit. * In Rit. præced.

Sed ut breviter, & facilius intelligantur caſus, in quibus gabellotus habeat excomputa, & in quantum, & in quibus, & quando non, ſecũdùm hos *Ritus* breviter deducam.

110 Primò, quando Curia donat, vel ſubtrahit de gabella, facit excomputum pro rata mercedis, ut in primo *Ritu hujus Rubricæ.*

Item ſi in præcedenti anno in fine Auguſti eſſet donata, aut ſubtracta, non haberet gabellotus excomputum, licèt dicatur in venditione, *ſicut fuerat anno præcedenti*: quia intelligitur, etiam ſicut ſunt hodie in manu Curiæ, cùm etiam ſi hoc non dicatur, ſic tamen intelligi debeat, ut in *Ritu 2. hujus Rubricæ.*

Item, ſi Curia facit immunitates Collegiis, aut ſingularibus perſonis, de his, quæ pertinent ad gabellas, ſeu gabellotos deducta tertia, dicas, quòd duas partes excomputat, & relaxat, ut *in fine ejuſdem Ritus 2. hujus Rubricæ.*

Item de iis, qui emunt pro uſu eorum familiæ, Nuncii Principum, qui veniunt ad Curiam, non habebit gabellotus excomputum, niſi præſenti cauſa commercii emerent: quia tunc tenentur ſolvere dirictũ gabellæ; & ideo imputa-

Digitized by Google

tatur gabelloto, qui exigere debuit, & non exegit, ut in *tertio Ritu hujus Rubricæ.*

Item si Magnates non venirent principaliter ad Regnum, seu Regem, sed aliò euntes trã-sirent per Regnum, & Curia mandet, ut nihil exigatur ab eis; tunc Curia faciet excomputũ, & sic si Magnates venirent ad Regem, haberent immunitatem, ut *dicto Ritu* 3. *in fine*, & declara, ut ibi.

Item quando nuncii subditorum Regis, venientes ad Regem, portant de eorum terris aliqua ad terram, ubi est Rex, tenentur solvere; & ideo, si Curia mandat, quòd gabellotus nihil recipiat, tunc Curia faciet excomputum, sicut dictum est supra de nunciis Magnatum, & faciet tunc pro rata mercedis, sicut dictum est in *Ritu primo*, quando subtrahit, vel detrahit; Si verò nuncii emunt in terra Regis, causa reportandi ad patriam eorum, tunc non solvent de jure, & ideo nullum faciet Curia excomputum, ut supra in *Ritu* 4.

Item de omnibus, quæ ad usum quoruncunque non causa commercii portantur, non faciet Curia excomputum, cùm de jure non debeat solvi, ut supra dictum est in *Ritu* 5.

Item quando Fiscus contrahit, non habebit excomputum gabellotus: quia de jure Fiscus solvere non debet, sed contrahentes cum Fisco; etiam de illis rebus, pro quibus Fiscus non solvit, & ideo si contrahentibus cum Fisco facta est immunitas, habebit gabellotus excomputũ, ut supra in *d. Ritu* 5.

Item, si Fiscus donat, illis, qui recipiunt donationes, non debent solvere, & ideo etiam si illis fieret immunitas, quod est ex superabundanti, non propterea gabellotus habebit excomputum: cùm etiam non facta immunitate de-donatis à Fisco non solvatur plateaticum, de-quo in allegato *Ritu* 6.

Item de illis, quæ portantur pro exercitu Regis, non solvitur, si portantur ad usum existentium in exercitu; & ideo, si facta esset illis immunitas, non habebit gabellotus excomputum; cùm etiam sine immunitate non deberent solvere, ut in allegato *Ritu* 7.

Item si aliqui emant pro exercitu merces, & vendant ibi, & sic possent inde lucrari, tunc tenentur solvere; & ideo, si facta esset eis immunitas, habebit gabellotus excomputum, ut in *dicto Ritu* 7. intelligendo deducta tertia; quod secus est, quando detrahit, vel subtrahit: quia tũc facit excomputum pro rata mercedis, quod declara, ut in *Rit* 1. & 2. & supra pleniùs dictum est in aliis suprascriptis, ubi declaravi, & concordavi *Ritum* 5. & 6.

Item de omnibus, pro quibus non præstatur jure scripto, vel ex pacto Curię, vectigal, si Curia mandat, non solvi, non fiet excõputũ: cùm aliàs de jure non debeat solvi: quia quando de jure non debet solvi, sic dicitur vendita, quod nihil recipiat ab illis, qui de jure solvere non debẽt; etiam si Curia faciat immunitates, cùm sint ex superabundanti, si pactum fuerit factum cum Curia tempore vẽditionis, & locationis, & hoc est, quod vult dicere, *ex pacto Curiæ*; si autem erat res, de quâ debebat solvi, tunc sit distinguendũ, aut sunt per Curiam factæ immunitates, quia si sunt factæ, fiet excomputum, si non sunt factæ, imputabitur gabelloto, qui non exegit, quod dic, ut in *d. Ritu* 8. *circa fin.* declarando, ut ibi etiam supra dixi.

Item si damnum detur per Curiam gabelloto, vel fiat per Curiam, ut gabellotus non possit exercere gabellam, aut dirictum exigere, tenetur Curia non tantùm ad exonerationem mercedis pro rata, verũ etiã ad omne interesse, etiam ad lucrum, quod potuisset lucrari conductor, ut in *Ritu* 9. sed adverte in hoc, quia supra videtur dicere, quòd teneatur pro rata, quando subtrahit, vel detrahit, ut in *Ritu* 1. & ideo dicas, quòd aut gabellotus fuit taliter impeditus, quòd gabellam non potuit exercere, vel dirictum exigere, scilicet toto tempore cõductionis, tunc procedit, quod nunc supra dictum est, quod Curia teneatur ad omne interesse, &c. si autem gabellotus exercuit gabellam toto tempore, sed in aliqua parte facto Curiæ fuit damnificatus subtrahendo, vel detrahendo aliquod membrum, tunc faciet Curia excomputum pro rata, *d. Rit.* 1. & hoc videtur sentire, ubi vult, quod licèt de jure deberet teneri ad totum interesse, tamen non vult, quod teneatur nisi pro rata mercedis, & sic ne videantur contrarii *Ritus*, ex eo, quod supra dixi *in principio* oportet, quod sic intelligantur, cùm in *d. Ritu primo* dicatur, non obstante jure communi, & in *Ritib.* 9. & 15. dicitur, quòd teneatur ad totum interesse, quod est secundùm jus commune, cui juri videtur derogatum per *dictum Ritũ primum*, & declara etiam hoc, prout supra plenè dixi, dum declaravi *dictos Ritus primum*, & *secundum.*

Item, si alius impedivit gabellotum in exercitio gabellæ, & Regia Curia non coercuit, cũ posset, quòd Curia teneatur ad omne interesse, quod intellige, ut proximè dictum est; Si autem non posset coercere talem impedientem, habebit gabellotus excomputum pro rata mercedis, ut in *d. Ritu* 10. quod intellige Curia requisita, & non valente coercere; & cùm sit talis casus, in quo debet solvi dirictus, quia non posset imputari gabelloto, quod exigere debuit, cũ Curia teneatur ipsum defendere ab omnibus, quos coercere potest, cùm hoc promisisse videatur etiam de facto illorum, ut in simili *l. stipulatio ista, circa princip. ff. de verb. oblig.* ubi habetur per *Bart.* quòd venditor tenetur defendere emptorem à se, & ab illis, quos potest, ita etiam dico, si Curia potest; cùm ergo hoc casu Curia non potest, non tenetur excomputare, quia *Ritus* dicit, quòd si Curia potuit prohibere, & non fecit, tenetur ad exonerationem pro rata mer-

ce-

Digitized by Google

cedis; quod intelligitur, ut ſupra dixi, *nu.* 53. in caſu, in quo debebat ſolvi dirictus: quia, ſi de jure non deberet ſolvi, non tenetur Curia ad excomputum, ut in ſuperiori *Rit.* 9. *in fin.* & ideo diſtinguendum eſt, ut concordari poſſint *Ritus*, quod aut ſumus in caſu, in quo nihil debet ſolvi, & tunc non fit excomputum; aut in caſu, in quo debet ſolvi, & tunc ſubdiſtingue, quòd aut gabellotus pertranſivit nihil dicendo, & imputatur ſibi, ſi non recollegit, ut in ſuperioribus dictum eſt; ſi autem gabellotus paſſus fuerit impedimentum per aliquem, & requiſierit Curiam, ut coerceret impedientem, & iterũ ſubdiſtingue: quia, aut requiſita Curia noluit coercere, cùm potuit, & tenetur ad omne intereſſe, ut ſupra; aut non potuit coercere, & tenetur excomputare pro rata mercedis; & ſic ſumus in alio caſu, quam in *dicto Ritu* 10. *in fin.* & oportet, quòd ſtemus verbis, & terminis *Ritus* ſtrictè, ut pluries dictum eſt, itaque ſit unus caſus de per ſe quando potuit gabellotus exigere, & non exegit: quia tunc ſibi imputatur, & eſt caſus in *dicto Ritu* 9. & quando datum eſt impedimentum gabelloto per alium, quia fit dicta diſtinctio, an requiſita Curia potuit coercere, vel nõ, maximè, quòd hoc caſu nõ poteſt imputari gabelloto, qui fecit id, quod potuit, ſi non poteſt Curia coercere, minus etiam potuit gabellotus, & magis imputandum eſſet Curiæ, quę potior eſt; & ſatis eſt, quod non fuit negligens gabellotus, nec eſt æquum, ubi non eſt ſua culpa, ſentire damnum, quod meliùs, & juſtiùs ſentiet Curia, cùm ſub potentia, & fide Curiæ gabellotus recepit gabellam, nec ſic potuit gabellotus providere, ſicut potuit Curia.

Item propter impedimenta venientia poſt emptionem gabellę, tenetur Curia ad excomputum pro rata, ut dictum eſt: quia hic non potuit providere, ut ſupra, aut quia ſuperveniunt ex culpa Curiæ, aut quia Curia ſubtraxit membrum, aut quia fecit immunitates, aut quia potuit impedimentum removere, & noluit, & de omnibus dic, ut ſupra plenè dictum eſt.

Item ſi eſſet impedimentum tempore emptionis, & locationis, puta guerra, non habebit gabellotus excomputum, niſi ſpecialiter conveniſſent: quia imputet ſibi conductor, & emptor, ut in *Ritu* 11. *ejuſdem Rubricæ.*

Item ſi Curia tunc in proximo ſuperiori caſu acciperet vaſa pro guerra, vel alias res, pro quibus deberet gabellotus habere dirictum, ſi non accepiſſet Curia, aut mercationes non fierent, & propter dictam guerram non tenebitur Curia ad excomputum, ut in *dicto Ritu* 11.

Item ſi mota fuiſſet guerra ante emptionem, ſeu conductionem, & poſt emptionem ſuperveniſſent impedimenta, quæ non videbantur veriſimilia, quòd intervenire debuiſſent, ut quia rebelles Regis aucti ſunt per magnos Principes, aut Civitates, debet haberi ratio excomputi, ex eo quia prævideri non poterant, ut in *d. Ritu* 12. & hoc intellige, ut ſupra dictum eſt: quia, ſi ſupervenerunt ex culpa Curiæ, tenetur pro rata, & ad totum intereſſe; ſi ſine culpa, tunc pro rata mercedis tantùm, quod declara, ut ſupra dictum eſt, maximè in *Ritib.* 9. & 10.

Item, ſi Curia revocat ad ſe gabellam, remittit mercedẽ pro rata tẽporis: nam, ſi ideo revocat, quia non ſolvit conductor in totum, vel in partem illud pretium, quod convenerat, poteſt Curia expellere gabellotum; vel revocat Curia, quia gabellotus malè verſatur in exercitio gabellæ, injuriam faciendo, tunc dicunt aliqui, quod remittit mercedem pro rata; alii dicunt, quod non remittit, quod videtur verius: quia ex quo in prædictis duobus caſibus, ſcilicet quando non ſolvit, & quando injuriam facit, de jure poteſt expelli, & ſic ipſi conductori imputabitur, & Curia fecit illud, quod facere potuit de jure, & ſic ad nihilum tenetur Curia; ſecus, ſi Curia vellet gabellam pro uſu ſuo, vel ut meliùs eam ordinaret: iis enim ultimis caſibus excomputat pro rata, ſi ex cauſa de novo ſupervenienti Curia hoc faciat, aliàs ſi non ex cauſa de novo, tunc Curia ad omne intereſſe tenetur, in quo venit etiam lucrum, ut in *Ritu* 13. & declara, ut ſupra dixi in *Ritib.* 9. & 10.

Item qualiter excomputabit Curia mercedẽ ſequentis temporis, quando in aliquo menſe plus recolligitur? dic, quòd tunc habetur ratio ejus, quod plus valet in dicto menſe, quàm in aliis menſibus, de quo in *d. Ritu* 16.

Item, ſi faceret Curia immunitatem unius, aut duorum menſium ex cauſa, puta ob res proſperè geſtas, aut quia natus eſt filius Principi, tunc excomputabitur, & habetur ratio quantũ illi menſes valuiſſent gabelloto, ſi exigere potuiſſet, ut in *d. Ritu* 17. licèt aliqui dicant, quod gabellotus tunc habebit electionem, an reſpõdeat ad credentiam, an ad extaleum; ſed cerè de iſta electione loquitur *Ritus*, quando licitatur, & incantatur gabella, non quando Curia facit immunitates, vel revocat; & ideo tene, quod quando revocatur gabella ex cauſa, excomputabit Curia ratam temporis futuri, habita conſideratione ſequentis, quod plus valet id, quod percipitur, in ipſo ſequenti tempore, & ſic ex alia ſimili cauſa, ut illud excomputetur pro rata temporis, ut ſupra, de quo in *d. Ritu* 16. nõ habebit dictam electionem.

Item, ſi gabella habet unum membrum, vel nundinas, quod valet decem, ſi revocat ante illud tempus, ideſt nundinarum, excomputabit Curia illa decem, quæ ſic taxata erant in venditione, ſeu locatione gabellæ: quia tantum percepiſſet gabellotus, ideſt illa decem, ſi non eſſet revocata gabella; & idem eſſet, ſi fuiſſet licitata: quia ſucceſſor ſic tenetur reſpondere primo cõductori tempore ſequenti, in quo plus valet, de quo in *d. Ritu* 19. *cum ſeq.*

110 Item quoad proximum præcedens, ideſt de gabella licitata; dicas, quòd, ſi primus amotus reſpon-

Digitized by Google

respondit ad extaleum de gabella licitata, & vendita pro centum, tunc respondebit pro rata de nonaginta: quia decem sunt de per se, ideſt tempore sequenti, quia videtur id membrum nundinarum etiam taxatum de decem esse de per se, ut in *d. Ritu* 20.

111 Item quòad idem de gabella licitata primus amotus debet interesse ad videndum quantum percipiat secundus, & sic primus amotus debebit requirere secundũ, ideſt licitãtem, & si nõ requirit, & vult dicere, quod secũdus plus recepit, quàm ponit, ut quia fortè ipse primus amotus non interfuit perceptioni factæ per secundum; tunc si primus probabit de dolo, & culpa secundi, jurabit in litem contra secundum; sed si culpa tantùm intervenit, tunc condemnabit Judex secundum in eo, quod sibi videtur, ut in allegato *Ritu*, & intellige, quod dicit culpa non lata; quia tunc equiparatur dolo, ut supra pluries dictum est, & habetur *C. de vectigal. l.* 2.

112 Item quòad proximè dictum, quando dicatur dolus, vel culpa secundi interveniſſe? dic quando primus requisivit: quia non debuit expectare, quod requireretur, & sic primus debet requirere secundum; & sibi imputabitur, si non requisivit; verùm hic primus poterit probare, si vult, quòd secundus plus recepit, quàm posuit; & si probabit, procedetur contra secundum, ut proximè dictum est.

113 Item si licitata esset gabella postquam primus exercuisset, & percepisset jura nundinarũ: quia primus amotus solveret Curię decem pro nundinis, quas exercuit pro toto prædicto anno, & licitator pro sequenti tempore respondebit ad rationem de unciis nonaginta, similiter, & hoc quando illud membrum, quod plus valet, est de per se taxatum, ut in dictis nundinis fortè mense Julii, de quo dic, ut in prædicto *Ritu* 21.

114 Item, si membrum nundinarum, uel aliud non esset taxatum in venditione, seu locatione gabellæ, quæ vendita est pro centum, sed terminus solutionum esset quolibet trimestri, & factis nundinis solvet decem; sed solutio de ipsis decem est dilatata ad tempus nundinarum, & ideo si ante tempus nundinarum licitetur gabella, uterque, ideſt primus, & secundus solvet pro rata temporis ad rationem de centum; deducitur tamen illud, quod plus valet mensis ille propter nundinas, & illud solvet licitator; eodem modo, si post nundinas fuisset licitata: quia ille primus exercuit, & percepit jura nundinarum, solvet Curię quantum plus valet mensis ille propter nundinas, & sic in ipso exercitio nundinarũm debet interesse uterque quando esset licitata ante nundinas.

115 Sed quis requiret, an primus secundum, an secundus primum, & simul percipiant? & dicas hoc casu, ut primus requirat secundum, & si nõ requirat, tunc de jure nundinarum secundus respondebit ad credentiam, ut stetur fidei suæ cũ sacramento; & si probabitur contrarium contra ipsum secundum, quod plus recepit, quàm posuit, condemnabitur de illo pluri, secundùm *Ritum*, quod intellige, ut dixi in *Rit.* 21, *circa finem*, ideſt ut intelligatur *Rubrica juratur in litem*, vel de *Ritu*, quòd condemnetur ad nonuplum; sed hic, ut ibi dixi; Si verò post nundinas esset gabella licitata, stabitur fidei primi cum juramento; & si probabitur per secundũ, quòd primus plus percepit, quàm posuit, condemnabitur primus, ut supra dictum est de secundo; sed Curia solet de hoc partes concordare, cùm difficile sit hoc probare; sed si non poterit concordare stabitur, & fiet, prout supra dictum est, de quo in *d. Ritu* 23. *circa finem.*

116 Super materia verò excomputi gabellarum, videamus, quid sit de jure communi, adhoc, ut sciamus, quid agendum, quando sumus ultra casus expressos in *Ritibus*: quia tunc recurrendũ est ad jus commune; & ideo ponamus breviſſimè ea, quæ ponit *Bart. in l. cotem ferro*, §. *qui maximos*, *ff. de public.* & primò videas notabilem casum *dicti* §. *qui maximos*, ibi: *qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, si postea tanti* (supple sicut pluri) *locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur*: & hoc ideo, quia fructus maximos fuerunt consecuti, & sic respondetur ad *l.* 3. §. *cùm quinquennium*, *ff. de jur. fisc.* & hoc approbatur per *Gloss. in C. locat. l. si cùm Hermes*.

Item quod dicitur, quod vectigal non potest conduci, vel locari, sicut servitus, *l. locare*, *ff. locati*; dicas, quòd prædia vectigalia erant locata, vel etiam ipsa vectigalia, hoc est pedagia, & similia, ut in *lege vectigalia in fin. cum similibus*, *ff. de publican.* Sed verum est, quod servitus prædiorum, quæ solùm prędii commodum respicit, locari non potest, ut *d. l. locare*; secus, si est aliud jus personale, vel commodum personæ respiciat, ut in terminis nostris vectigalium: quia benè locari potest.

Item, sicut propter maximos fructus gravatur conductor, sic & propter minimos, seu propter sterilitatem, fit mercedis remissio, sicut in simplici conductore, ut *ff. locat. l. si uno*, §. 1. & *ff. de cens. l. forma*, §. 1. prædicta procedunt in cõductore; sed quid in emptore, qui emit pedagium, seu vectigal, ad certum tempus, an debeat illi fieri remissio pretii, si cõtingat, quod propter guerram ex pedagio nihil possit percipi? & videtur, quod sic, quasi idem sit dicere in emptore, quàm in conductore: & dic secundùm *Bart.* ubi ponit quæstionem de eo, qui emit pedagium in quinque annos, vel decem, pro mille, contingit, quod uno anno propter guerram nihil est perceptum, an fieri debeat excomputatio pretii; vel si est solutum, an possit repeti? & concludit, de mente juris esse, quod inspiciantur verba contractus: nam, si emitur aliquod corpus futurum illo corpore non nato, non valet emptio, ut si dico, emo fructus futu-

ros,

Digitized by Google

ros, idem si dicerem, emo pisces, qui capientur, vel aves, & similia: quia piscibus, vel avibus, nō captis, non esset emptio, *l. nec emptio, ff. de contrahend. empt.* Sed quando in contractu devenit ipse actus capiendi, seu percipiendi, ut cùm emo capturam piscium, & tunc videtur emi alea, seu spes, *d. l. nec emptio*; Idem dico, si emo perceptionem fructuum: tunc enim emo ipsum actum, & sic spem, vel aleam per eandem legem, secundùm *Bart.* & sic ad quæstionem propositam est videndum, quid sit venditum, per hæc verba: *Vendo pedagium*? & post multa dicit *Bartolus*: *Dico ipsam perceptionem, seu commoditatem percipiendi pedagium, esse venditam*, & allegat plures leges, & dicit, quod videtur ipse emptor factus procurator in rem suam, sed vsusfructus hujus pedagii non vero constitutus, quia talia jura usūfructum non habent; vel si diceres usumfructum, sicut dicimus in nomine debitoris; hoc tamen non potest esse propriè; ideo, ut stemus in propria significatione, dicamus ipsam perceptionem esse vēditam, & propterea ad quæstionem propositam, an debeat fieri excomputatio pretii? dicit ipse, quod non: quia quando perceptio, seu percipiendi commoditas emitur, videtur emi ipsa alea, seu futurus eventus, *dicta leg. nec emptio, & ff. de action. empt. l. si jactum*; ad unum tamen volo te sollicitè advertere, quia prædicta verba, quando guerra non est propter aliquam culpam Civitatis vendentis, utputa si propter guerram, quæ est in Apulea, equi non veniunt ad Nundinas Perusinas, propter quod ex tali pedagio nihil percipitur; Sed si Civitas ipsa infert guerram sibi propter inimicitias, non curando justè, vel injustè, tunc Civitas tenetur publicano ad interesse, ut possit peti, vel fieri excomputatio pretii, si non est solutum, *l. merces, §. culpa, ff. locat.* & ibi per *Bart.* nec obstat, *C. de action. empt. l. fin.* quia illa violentia non infertur propter inimicitias venditoris; aliàs secus, sed si in contractu apponerentur ista verba, *vendo pedagiū, & fructus, & redditus, & proventus, qui recipientur ex isto pedagio*, si perceptio esset facienda ab isto publicano emptore idem esset, ut apparebit ex iis, quæ infra dicentur.

Pone, quòd emo fructus in plures annos uno pretio, an si uno anno contingit sterilitas, debeat fieri remissio pretii? & est advertendum: nam aliquando, quis emit fructus, & tunc constat, omne damnum infra tempus emergens, esse usufructuarii, nisi culpa domini acciderit, *l. necessario, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. cum simil.* eadem ratione, quæ est cùm venditur dominium, cùm pars dominii sit ususfructus, aliquando quis emit perceptionem fructuum, & tunc videtur emere incertū, idest aleam, & ideo periculum pertinet ad emptorem, *d. l. nec emptio, & d. l. necessario, §. fin.* nisi culpa, & facto venditoris hoc contingeret, ut dictum est; sed contra hoc videtur *l. in adibus, §. ex rebus, vers. si verò non fundum, ff. de donat.* ubi qui donat perceptionem, videtur donare ipsos fructus, qui percipiuntur; sed respondè, quod ille *§. ex rebus*, secundùm suam lecturam secundam nihil facit, sed secundùm primam lecturam obstat, prout intellige de perceptione fructuum futurorum, sed debet sic intelligi secundùm *Bart.* quod fructus percepti veniunt in computatione, idest secundùm quod percipi est consuetum, ut ipsum, quod consuetum est percipi, æstimetur, hoc probatur expresè *C. de usufruct. l. si ea*; aliter illa lectura non procederet secundùm *Bart.* ita dicit ipse in casu nostro, si quis emerit perceptionem fructuum, & dixerit se deceptum ultra dimidiam justi pretii, non fiet æstimatio fructuum, qui percipiuntur, sed habito respectu ad id, quod consuetum est percipi, ut in *d. l. si ea.* Item habito respectu ad id, quod communiter solent habere tales fructus, non ad id, quod fortè casu talis æstimatio venit, *C. de usufruct. l. olei*: tempus enim venditionis contractus debet inspici, *l. 3. §. Divi fratres, ff. de iur. fisc. & C. de rescind. venditione, l. si volumus, §. fin.* aliquando quis emit fructus futuros plurium annorum, & hic est advertendum: aut enim emit certam quantitatem fructuum, ut centum corbos ex tali fundo; & tunc si minus nascitur, eatenus fit remissio pretii, vel expectatur, quod iterum pascatur, *l. si debitor, §. verisimile, ff. de contrahend. empt. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulantes, §. sacram*, & ibi per *Bart. & Cyn. C. de donat. l. si quis argentum*; aliquando quis emit fructus alicujus fundi pro tempore simpliciter, quantitate non adjecta; & tunc siquidem ipsi fructus sunt percipiendi ab ipso emptore, & ad eum transit cultura, & cura, tūc jus ususfructus videtur emptū, ut in *l. cùm ita, de usufruct. legat. cum similib.* nec interest, si dicatur, *qui percipientur*, vel *percipi poterunt*, & similia verba: nam licèt hæc verba, *qui percipientur*, videantur secundùm propriam significationem referri ad ipsum corpus fructuum, tamen mens cōtrahentium videtur esse, quod ipsum jus ususfructus videatur emptum, ut in *d. l. cùm ita*, pro hoc facit, *ff. ad Trebellian. l. cogi, §. 1.* ubi si testator jubet restitui quicquid ex hæreditate provenerit, intelligitur de ipso jure hæreditario, licèt propria significatio aliter se habeat; si verò fructus sunt percipiendi ab ipso venditore, & tradendi ipsi emptori, tunc jus ususfructus non videtur venditum, ut *l. fundi Trebelliani, ff. de usufruct. legat. cum simil.* tunc tamen verborum conceptio est inspicienda: nam aliquando dicitur, *vendo fructus nascituros*, vel *fructus, qui in tali prædio nascentur*, tunc fructibus uno anno non natis, pro illo anno nō videtur perfecta emptio, ut *d. l. nec emptio*; & debet fieri remissio pretii pro rata illius anni, scilicet si redditur numerus mensurarum, fit remissio pro rata mensuræ deficientis; ita etiam cùm fit venditio ad numerum annorum, fit remissio pretii pro rata illius anni, scilicet defi-

Digitized by Google

cientis, ut *d.l.si debitor*, §. *verisimile*; aliquando in contractu dicitur: *Si qui fructus nascentur, sint ibi venditi*, vel *vendo tibi fructus, si quos percipi contingerit*, & similia verba; tunc ipsum incertum, ideſt alea, seu spes videtur empta, *ff. de hared. vel act. vend. l. quod si in venditione*, & *leg. sequent.* & operantur hæc verba istius pronominis, *si quos*, quod est nota cujusdam incertitudinis, ut *dictis legibus*; sed *quis*, vel *qui* simpliciter est relativum substantiæ, ut notatur, *Cod. de sent. pro eo, quod interest, l. 1, & Gloss. super verb. præferuntur, & Instit. de inutil. stipul.* §. *alteri*; unde fructibus non natis, non est substantia, in qua subsistat emptio; aliquando verba contractus sunt dubia, nec ex eis apparet, vtrum fructus sint percipiendi ab ipso emptore, vel à venditore, & tradendi emptori, ut quia simpliciter dicitur: *vendo fructus*, si pars, vel quota fructuum venditur, ab ipso venditore est facienda perceptio, ut *l. si defuncta*, §. *fin. ff. de usufruct.* Si verò omnes fructus sint venditi, tunc ab ipso emptore sunt percipiēdi; & sic videtur venditus ususfructus, ut *d.l. cùm ita*, & quod ibi notatur; Ubicūque autem dixi, fructibus non perceptis non perfici emptionem fructuum, intellige ita in venditione, sicut in locatione, cùm supervenerit sterilitas; cùm hi contractus ejusdem juris regulis subsint, ut *l. 2. ff. locat.* de quo per *Bart. in alleg.* §. *maximas.*

Item si emo fructus unius anni, cujus erit periculum? & dic, si emo fructus pendentes, periculum est meum, nisi aliud conveniatur, *l. fistulas, in fin. ff. de contrahend. empt. & ff. de act. empt. l. qui pendentem*; Si verò emo fructus futuros, unde ad me transit cultura, & cura; tunc ex annua præstatione non potest colligi illa præsumptio, quam dixi supra in quæstione illa, quam disputavit *Bart.* & secundùm *Bart.* dico, quod sto in verbis, ubi dico *emo*, fit emptio, & judicatur secundùm naturam emptionis; ubi dico *loco*, fit locatio; & probatur *eod. tit. l. qui saxum*, ubi est emptio.

Item quando ipsa perceptio est empta, non autem fructus, vel ususfructus, utrum ille emptor possideat? & dic, ut *ff. de donat. l. Attilius Regulus*, & ibi notatur in *Gloss. magn.* & in *Gloss. ultima.*

Item pone aliquis emit fructus unius molendini, vel alterius ædificii, quod est destructum, & eget refectione, & magna impensa, propter quod fructus interim non percipiuntur, cujus periculo perit? & certè si esset locatio, sine dubio refectio ad dominum pertineret, & deberet fieri mercedis remissio, *ff. locat. l. ex conducto*, & *l. cùm in plures*; Sed si ponamus, quod fit venditio, ita quod videtur venditus ususfructus, ex his, quæ dicta sunt, tunc dic, quòd est considerandum, ad quem pertineat refectio, & dicas, quòd in refectione duo sunt, ideſt cura, & sollicitudo refectionis, & ista simpliciter pertinent ad usufructuarium: quia omnem rei curam videtur susciperе, *leg. 1. in fin. ff. usufructuarius quemadmodum caveat*, & sic talis cura ad emptorem pertinet, *l. inter usufructuarium, in fin. ff. de damn. infect.* Nec obstat *l. hactenus, ff. de usufruct.* ubi dicitur, usufructuarium non cogi reficere: quia verum est, si vult cavere, ut *l. & ususfructus, ff. de usufruct.* Secundum, quod vertitur in refectione, est impensa, & ista si est magna, sine dubio pertinet ad proprietarium, *d. l. hactenus*: quod patet, quia, si usufructuarius fecerit, à proprietario repetet, *C. de usufruct. l. cum, & l. si ejus*, §. *unde quæsitum, ff. de usufruct. & ibi not. & de damn. infect. l. damni*, §. *ei cujus*, & ibi notatis per *Gloss.* & concludit *Bart.* quod potest usufructuarius petere dictas magnas expensas antequam incipiat reficere; & sic apparet, qualiter debeat intelligi *d. l. hactenus*, quæ dicit, dominum non cogi reficere, ideſt quòad onus personale, sed quòad expensas sic, alias proprietate privabitur, *ff. de usufruct. l. quamvis.*

Item dicit *Bart. in alleg.* §. *maximos* ad quæstionem propositam, quòd iste emptor fructū est usufructuarius, & propriè ad eum pertinet omne periculum, ut dictum est; fatetur tamen, quod si dominus cessaret sibi pecuniam dare ad refectionem, tunc tenetur ei ad interesse, *ff. mand. leg. si procurator*, §. *mandati*, vel actione ex empto, *l. fundi partem, ff. de contrahend. empt.* & prædicta intelligit esse vera, quando molendina durant, licèt in aliqua parte destructa, quod ususfructus integrè manet, *l. si cui insulæ, ff. de usufructu*; Si verò molendina propter abūdantiam aquarum totaliter essent destructa, tunc de refectione nō est tractandū: quia ususfructus esset extinctus, nec restauraretur, licèt res reponeretur, *l. repeti*, §. *rei mutatione*, & *l. quid tamen*, §. *non tantùm, ff. quibus mod. usufruct. amitt. & d. l. si cui insulæ*, & *l. qui usumfructum, in princip. eod. tit.* Et sic de istis excomputis gabellarum ponit *Bart. in alleg.* §. *qui maximos*, & quidem generaliter de omnibus excomputis, & deductionibus mercedis supes venditionibus, & locationibus, & distinguit, ut in *l. si uno anno*, §. *cùm quidam, ff. locati*, & illud etiam ponem ad videndum si aliquis esset casus, qui non comprehenderetur in *Ritibus.*

Unde primò habes in *d.* §. *cùm quidam*; quando quis locat rem, & conductor ea frui non potest, qualiter fiat mercedis remissio? & ut dicit etiā *Bart.* ipse, adverte ne erres, quod in tota ista materia ipse appellat conductorem eum, qui dat pecuniam, locatorem verò appellat eum, qui præstat operas suas, seu patientiam fruendi, ut *ff. depositi. l. penult.* §. *si quis servum*; & hoc præmisso *Gloss.* in *d.* §. distinguit, aut conductor impeditur uti re facto locatoris, aut casu contingenti ex parte conductoris, vel casu; sed quia *Gloss.* non ponit istam materiam perfectè, ideo dic latiùs secundùm *Bartholum*, quod aut usus conductoris impeditur facto locatoris, aut facto conductoris, aut facto tertii, aut casu fortuito.

Digitized by Google

tuito. Primò casu,aut factum locatoris est justũ, aut injustum;si justum,aut ista justitia ex culpa conductoris contingit, utputa, quia non vult solvere mercedem,& tunc si locator est Ecclesia, petet mercedem totius temporis, ut *C. de Sacros. Eccles. auth.qui neque*; Si verò est privatus, tũc consequitur mercedem pro rata temporis, ut *C. de loc.& conduct.l.ede,& ff.eod. l.colonus,in princip.* & ibi notatis. Si verò factum locatoris est justum absque culpa conductoris, tunc excomputatur merces pro rata temporis, ut *d.l.ede,& ff.eod. l.qui insulam.* Si verò factum locatoris est injustum,tenetur conductori ad totale interesse, ut *l.ex conducto, in princip. ff. eod. l.si fundus, l.si in lege*, §. *si colonus*, *& l. hæc distinctio.* Secundo casu principali, quando impeditur usus facto ipsius conductoris, tunc debetur integra pensio, *d. l.si in lege*, §. *si domus*, *& l.dominus horreorum*, §. *fin. ff. eodem.* Tertio casu principali, quãdo hoc contingit facto tertii, distingue, aut factum tertii est justum, aut injustum; si est justũ, tunc aut locator circa hoc potuit providere, & non fecit,& sic conductorem decepit,& tenetur ad totale interesse, *ff. eod. l.si merces, & l. si quis domum*, §. *penult.* aut non potuit providere, & sic fit remissio mercedis pro rata, *leg. si fundus,& l.si quis domum*; Si verò factum tertii est injustum, & tunc aut conductor potest resistere, & tenetur,*ff.eod. l.item quæritur, l.exercitus*; aut non potest resistere, & sic fit remissio mercedis pro rata, *l.ex conducto*,§. 1.ibi: *incursus hostium, &c.* nisi hoc fieret, propter inimicitias locatoris, vel conductoris: quia tunc illius facto, & culpa videretur factum, *l.si merces*, §. *culpa*. Quarto casu principali, quando contingit hoc casu fortuito; aut iste casus contingit ex parte locatoris,seu rei locatæ (quod idem est) & tunc fit remissio mercedis pro rata, *d. l.si quis domũ, in princip.& l.habitatores*,§.*fin. & l.qui insulam*, §. 1.*cùm multis simil.ff.eodem*; aut contingit ex parte conductoris,& tunc tenetur ad integram mercedem, ita dicit *Gloss. in d. l. colonus*, §. *autem*;melius probatur in *l. si vehenda, in principio, ff. ad leg. Rhod. de jactu*. Et cur, si casus contingit ex parte conductoris, ipse tenetur ad solitam mercedem, secus si ex parte locatoris? rationem tradit *Bart.* nam conductor est ille, qui tenetur ad pecuniam, ut est dictum, & sic tenetur in genere; & debitor generis propter casum non liberatur,ut in *l.incendium,& l.cùm te, C.si cert.pet.* Sed locator rei tenetur ad patiẽtiam, hoc est, quod patiatur, conductorem uti frui re, *d. l. ex conducto,in princip.* & sic tenetur respectu certę speciei,meritò ejus interitu liberatur, ut in *d. l.cùm te*; & eadem ratione dicit, quod si conductor tenetur ad quantitatem respectu certæ speciei, & illa species perit, liberatur,arg.*l.si merces,in fine,ff.eod.* & quod ibi notat *Bart.*

ADDITIO.

SUMMARIUM.

Damnum à non culposis exigere,non parum iniquitatis,ac inhumanitatis sapit, n.1.

Damnum exigi non debet in casibus, qui nec prævideri, nec eis resisti potest, n.2.

Conductor, & colonus casibus fortuitis, & inopinatis obventis ad locationis quantitatem non tenentur, num. 3. & ratio, num.34.

Locator debet patienter ferre, quòd conductor uti valeat re conducta, num. 5. & pro toto tempore in locatione contento, & ratio, num. 6. ut res locata habeatur pro tradita, & conductor ad pensionis præstationem teneatur,num.7.

Conductor impeditus uti re conducta pro toto tempore locationis, itaut oporteat justa, & rationabili causa à conductione recedere, ac ipsam non continuare ob casus obventos,etsi fortuitos, pro rata temporis tenetur,num.8.

Terræmotus, qui hanc Civitatem afflixit sub die 5. Iunii 1688. ejusque effectuum enarratio,num.9.

Conductor, si causa evidentis periculi conductam rem reliquerit, ad mercedis solutionem pro restanti tempore afflictus non tenetur,num.10.

Conductor, nova, sed licita superventa causa, quæ si fuisset cogitata ad conductionem haud pervenisset, potest à locatione recedere, & rem conductam dimittere, num.11. & quare? num.12.

Conductori quomodo fieri debeat excomputũ, sive mercedis remissio, si reperiatur impeditus uti re conducta facto locatoris? num.13.

Locator ad quid teneatur ultra mercedis remissionem, si absque justa causa impedimentum dederit conductori, ne re conducta uteretur,num.14.& 15.

Causa justa dicitur, ut impediri valeat conductori usus rei locatæ,quando locatoris interest, vel Reipublicæ,num.16.

Excomputum conductori an sit faciendum, quando impedimentum à tertio fuerit præstitum, & locator adhibitis diligentiis illud posset removere, sed noluit? & ad quid aliud teneatur in conductoris beneficium? num.17. Sed quid si adhi-

Digitized by Google

bitis diligentiis, illud removere non potuisset? num. 18.
*Conductor in casibus remissionum mercedum, si anticipatè solverit, repetere potest, num.*19.
*Conductori excomputum haud competit si casibus fortuitis,& inopinatis impediatur frui re conducta,num.*20.*sed contra, num.*25.
*Arrendator vectigalium,gabellarum,& arrendamentorum casibus inopinatis obventis,excomputum non habet,nu.*21.
*Excomputum fit quando damnum passum est magnum, & intolerabile, aut res in totum perempta,num.*22.
Damnum quando dicatur intolerabile ad finem obtinendi excomputum? num. 23. *post varias DD.sententias Iudici esse arbitrarium concluditur,num.*24.
*Conductor liberatur à mercedis solutione, quando substantia rei locatæ in totum sublata est,num.*26.
Excomputum competit ob damnum passum non ob lucrum amissum, num. 27.
*Renunciatio casibus fortuitis suum habet effectum in casibus solitis, & sæpe sæpius evenientibus, non autem in omninò rari-ris,& inopinatis, num.*27.
*Affictus, & locationes factæ pro pluribus annis, pro una locatione habentur,nu.*28.
*Excomputum non habet locum, quando affictus est plurium annorum,nisi toto tempore completo,& ratio,num.*29.*si damnum conductori non evenit locatoris facto,num.*35.
Locator agere valet ad repetitionem mercedis remisse in anno infertili, si anno sequenti ubertas evenerit; re tamen locata pro pluribus annis, num. 30.
Conductoris, petentis excomputum, aut contractus resolutionem antequam affictus terminetur, petitioni non datur locus, nisi in ultimo affictus anno, non impedita interim solutione extalei, num. 31.
*Arrendatoribus,& conductoribus valdè prodest infra annos affictus, & illicò post excomputi causam eventam, judicium proponere, licèt in eo non procedatur, cũ expectandus sit ultimus annus, aliter taciturnitas, & extalei solutio præjudicaret,num.*32.
*Arrendator, vel conductor debet denunciare locatori impedimentum obventum, ut postea contra eum agere valeat, nu.*33. *quod si notoria sit, aut dependeat ex locatoris facto, denunciatio non requiritur, num.*34.
*Arrendatores, & conductores malitiosè semper agunt,& signanter tempore afflictus, ut petere demum valeant excomputum, quod non ita in locatoribus,num.*36.
*Locator ob ubertatem in re locata obventam, sive naturaliter, sive fortuitò, non conductoris facto,auctionem mercedis petere potest, num.*37.41.43. *& resolvuntur contraria, num.*44.45. *&* 47.
*Correlativorum jus datur inter locatorem,& conductorem, num.*38. *quorum conditio par esse debet, & quod in uno est dispositum,alteri communicatur,num.*39.
*Conductor melioris conditionis non debet esse, quàm locator,num.*40.
*Damnum, & lucrum non disjunguntur,sed pari ratione in eis proceditur,num.*42.
*Conductor non debet ditari locatoris jactura, & è contra,num.*46.
Remedium l.2.C.de rescind.vendit. *locatori prodest, & conductori, num.*48.
*Læsionis remedium adversus locationem proponi potest,etiam terminata locatione, & solutis omnibus pensionibus, n.*49.
*Locationis contractus contractui pignoris, scilicet Antichresis,assimilatur, n.*50.
*Dominium rei locatæ, vel pignoratæ nõ discedit à locatore,vel debitore,nu.*51.*&* 53.
Vsus rei conductæ, vel pignoratæ in conductorem, vel venditorem transfertur, num. 52.
Creditor possidens rem pignoratam non suo, sed debitoris nomine, possidet, n. 54.
*Possidere, & in possessione esse aliud est, & diversos producit effectus, num.*55.
Damnum in re pignorata obventum,non creditori, sed debitori cedit, num. 56.
Fructus percepti, & qui percipi potuerunt à creditore,computantur in sortem, n. 57. 63. *& si ipsam superent ad superflui exacti restitutionem creditor tenetur, tam si pignus sit judiciale, quàm prætorium,aut conventionale.nu.*58. *& decisum per S.C.num.*68.
*Vsuraria pravitas ab omni jure prohibetur, num.*59.
*Ius Canonicum ad peccata evitanda servãdum est,n.*60.
Fructuum rei pignoratæ contrapositio cum in-

Digitized by Google

intereſſe crediti prohibita eſt, ut uſuraria, num.61.

Pactum, quod fructus non imputentur in ſortem, idē eſt, ac ſi expreſsè de uſuris fuerit conventum ob creditam pecuniam, num.62.

Antichreſis contractus, quinam ſit? num. 64. vulgò vocatur, à godere, *num.65.*

Antichreſis contractus ex Imperiali jure permittitur ob conventionem inter contrahentes initam, & incertam fructuum perceptionem, nu. 66. vel ſi juſtam metam intereſſe quolibet anno non excedit, num.67.

Voluntas contrahentium in contractibus magis attenditur, quàm ſcriptura, & ipſius nomen, num.69.

Antichreſis contractus non eſt meri, & puri mutui, ſed annui cenſus, ſive introitus conſignativi, num.70. & 72.

Contractus annui cenſus conſignativi validus eſt, & in jure permiſſus, num.71.

Locationis contractus habetur pro reſoluto, ipſo tunc, quod impedimentum evenerit, vel facto locatoris, vel fortuitò, ob quod opus fuit rem locatam relaxare, ſi incontinenti illud removeri non potuerit, num.73. & 75. & ampliùs revivi-ſcere nequit, num.74.

Conductor remoto impedimento poſt aliquod tempus cogi non poteſt redire ad fruendum re locata, num.76.

Excomputo competenti in principio, licèt quãtitas ſit incerta, & liquidanda, per Iudicem ſuſpendi poteſt pars extalei, vel mercedis per modum proviſionis, n.77.

Libris Regiorum Credenzeriorum in cauſis excomputi ab Arrendatoribus motis per Iudicem nõ eſt præſtanda fides, & quare num.78. & 80.

Author in obſervat. 21. ad allegat. Ioann. Vincent. de Anna, *plura de excomputis tractaturus eſt, num.79.*

1 NOn parum iniquitatis, ac inhumanitatis ſapere videtur, à non culpoſis, doloſiſve, damnum, eorum culpa, & dolo minimè obventũ exigere, quod, ultra naturale dictamen, diſpoſitum colligitur per I. CC. in *l. in rebus* 18. *circa principium, ff. commodati, vel contra, l. cum duobus,* 52. §. *damna, ff. pro ſocio, l. ex conducto,* 16. §. *ſi vis tempeſtatis, ff. locati,* & Imp. *in l. in judicio,* 28. *C. eod.* Reg. Conſ. Staiban. *obſerv. ad reſol.* 146. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 2. prout in caſibus, qui ſine culpa, & alicujus dolo accidere ſolent, enumeratis ab Vlpiano in *l. contractus,* 24. *ff. de reg. jur.* qui uti inopinati, ac ex fortuito eventu ortum trahentes, nec prævideri queunt, nec illis prævisis fortunæ vi reſiſti poteſt à quovis diligenti, ac prudenti viro, *l. non utique,* 2. §. *ſi eo tempore, ff. de adminiſtrat. rer. ad Civit. pertin. d. l. ex conducto,* 16. §. *ſi vis tempeſtatis, l. ſi putator,* 31. §. *nam culpa, ff. ad l. Aquil. l. ſi fidejuſſor,* 29. §. *ſi cùm debitor, verſ. ignoſcendum enim, ff. mandati; vel contra,* hac ratione conductor, colonuſque liberantur à penſionis, ac affictuſque præſtatione, Ripoll. *var. reſol. cap.* 12. *à num.* 308. quia, nedum haud 4 convincuntur de dolo, aut culpa, verum etiam impediuntur uti frui re conducta: Ceſſat enim cauſa, ac locationis effectus, qui eſt rei locatæ uſus, ac fruitio conductoris, 5 ad quod locator patientiam præſtare tenetur, ut penſionem petere valeat; Cùm igitur ex ipſius uſus impedimento locationis ſubſtantia perit, ac deficit, á contractu ob ipſius reſolutionem diſceditur, *l. ſi tibi,* 7. *l. ex conducto,* 16. §. *ſed etſi tabes, in fine, l. ſi in lege,* 27. §. *colonus, in princip.* ibi: *Si ei frui non liceat, leg. habitatores,* 30. *l. qui inſulam,* 33. §. *ædilis, l. ſi fundus,* 36. *l. & hæc diſtinctio,* 38. *ff. locati,* Camill. de Medic. *conſ.* 141. *n.* 3. Reg. Capyc. Latr. *deciſ.* 162. *num.* 4. 5. 11. *&* 12. *&* *deciſ.* 194. *num.* 12. *tom.* 2. Reg. de Marin. *reſol. jur. cap.* 187. *num.* 2. *to.* 2. Reg. Conſ. Staiban. *reſol. forenſ.* 148. *num.* 23. *&* 24. Reg. Conſ. de Roſa *conſult. forenſ.* 36. *n.* 1. 2. 3. 4. 6. 7. *&* 15. De Luca ad Gratian. *cap.* 195. *tom.* 1. Menoch. *de præſumption. lib.* 3. *præſumpt.* 86. *num.* 1. Cacheran. *deciſ.* 51. *num.* 8. *&* 9. Gomez *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. ubi Ayllon *num.* 2. Peguera *infra laudandus* Caſtill. Sotomayor *controverſ. jur. cap.* 3. *num.* 4. *cum multis ſeqq. & num.* 65. *lib.* 3. D. Frãciſc. hieronym. Leo *dec. Valent.* 174. *nu.* 6. *&* 13. *lib.* 2. Ripoll. *d. cap.* 12. *à nu.* 299. Larrea *alleg. fiſcal.* 17. *num.* 2. *alleg.* 18. *n.* 1. *&* *alleg.* 20. *num.* 6. *tom.* 1. *&* *deciſ. Granat.*

Digitized by Google

*nat.*71.*num.*13.*tom.*2. Surd. *decis.*326.*n.* 17. Ægid. de Caſtejon *alphabet. jurid. lit. L. verb. locatio, n.*21.*verſ. Et quod*, & pro
6 toto tẽpore, in locatione cõvẽto, quoniã hæc locatoris patientia debet eſſe ſucceſſiva, & continua uſque ad ultimam horam, momentunque temporis affictus, ut ex locatoris parte, locationis contra-
7 ctus adimpleatur; aliter non habetur res locata pro tradita, ſicut requiritur, ut cõductor ad penſionem promiſſam intuitu re locata fruendi, teneatur, Reg. de Ponte *conſ.*137.*num.*61. *& conſ.*139.*num.*1. *circa princip. vol.*2. Reg. de Marin. *d. cap.* 187.*num.*10. Reg. Conſil. Marcian. *conſil.* 7.*num.*6 *tom.*2. Ricc. *collect. deciſ.*2915. Molfeſ. *ſuper Conſuetud. Neapol. par.*14. *queſt.*21.*num.*2.3.4.*&* 5.*tom.*3. Reg. Cõſil. Rocc. *reſp. deciſ.*87.*nu.*6.22.32. *&* 33. *tom.*... Reg. Conſil. Prat. *obſervat. forenſ.* 73. Reg. Conſil. de Roſa *in laudato loco à num.*13. Antonell. *de tempore legali, lib.* 1.*cap.*38.*num.*4. Larrea *d. deciſ. Granat.* 71.*num.*13.*tom.*2. Leo *d. deciſ.*174.*num.* 13. Peguera *deciſ. Cathal.*16.*num.*2. *par.* 2. Caſtill. Sotom. *ubi ſupra, à nu.*10. Caſtejon *in laudato loco*, Manſ. *conſult. forenſ.*26.*à num.*2.*& à num.*56. *tom.*1. ali-
8 ter pro rata temporis, quo conductor re conducta uſus fuerit, ſolvere debet, concurrente tamen juſta, ac rationabili cauſa, ob quam recedere coactus eſſet, & cõductionem haud continuare, *leg. ſi quis fundum*, 10. §. *Imperator Antoninus, l. ſed addes*, 21. §. *ſi quis cùm in annuum, l. ſi in lege*, 27. §. *colonus, l. ſi merces*, 28. §. *ſi vicino, l. quod ſi domus*, 31. ubi Gloſſ. *in verb. deducendum, l. qui inſulam*, 33. §. *ædilis, ff. locati*, Reg. Conſil. Paſchal. *de patr. poteſt. par.*4.*cap.*6.*num.*24. Reg. Capyc. latro *deciſ.*162.*num.*32. *&* 33. *tom.*2. Caſtill. *controverſ. jur. d. cap.*3.*num.*18. Cyriac. *controverſ. forenſ.*466. *nu.*13. *tom.*3. Giurb. *obſervat. deciſ.*24.*num.*21.*propè finem*, Papon. *arreſt. Franciæ in append. ad lib.*13.*tit.*9. *arreſt.*4. Mevius *commentar. in jus Lubecenſe, lib.*3. *tit.*8.*art.*1. *num.*1.
9 Sicuti in pluribus ædibus hujus Civitatis elapſo anno 1688. evenit cauſa terræmotus obventi die quinta menſis Iunii, vigilia Feſtivitatis Penthecoſtes hora, circiter, vigeſima prima; Sed quò calamus trãſcurrit? quid præ ore venit? Proh miſeria nunquam abundè commiſerabilis! Infandum renovare ſentio dolorem. Ni profluentes lacrimæ ſummergerent in ſummitate oris loquelam, & ni veritas falſo veſtiri cerneretur, excidia exprimerem. Ne tamen tam citò meus ſterileſcat ſermo, repenti calamo tam deplorabile opus inculcare conabor. Die ſupradicta repentinus exhalationum inſultus terrã adeo excuſſit, ut magnas conculcaverit moles, (quarum, per longum temporis ſpatium, veſtigia extabunt, ac tanti exitii ſpecies præ mortalium mentibus perdurabunt) magno mortalium interitu, quorum imagines conſepultæ fuerunt ſine abſque capulo, abſque juſtorum ſolutione, abſque cenotaphio, & quod deterrimum abſque Sacramentorum munimine. Hinc cernebatur (*Virgil. lib.* 2. *Æneid.)*

..... crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.
Tum verò tremefacta novus per pectora cunctis
Inſinuat pavor.

Vndique omnes utentes verbis à Pãthu in excidio Troiæ ad Æneam prolatis (*Virgil. d. lib.*2. *Æneid.*)

Venit ſumma dies, & ineluctabile tẽpus,

Fortunæ bona flocci pendentes, mortem præ oculis habentes, unicum tanti exitii medicamen, fugam ſcilicet arripere putabamus. Hic Parentes, complexu cingentes prolem, huc, illuc errare cernebantur; illic alii, non minùs periculoſum fugere, quàm morari agnoſcentes, neſciebant quid conſilii caperent: Alii tutiſſimum perfugium capientes ad Sãctuaria ſe recipiebant, ibique plangentes ſuorum ſcelerum veniam petebant: Feriebat undique clamor ſidera, & maximus gemitorum ſuſurrus timorem augebat: Audiebatur altiſſimis ſtridoribus undique confeſſionis, pietatis, ac miſericordiæ vox reſonari; hic pueri, innuptæque puellæ nudæ pedibus, ſpinis coronatæ, ſacra canentes inſontes preces pro aliorum culpis effundebant: illic cujuſcunque Religionis Patres, cinere conſparſi, ſtupeiſque vinculis avvincti, omnes ad pœnitentiam exhortabantur; ac inexprimibilis eſt tremor, qui currebat

per

Digitized by Google

68 *d.dec.*78.*num.*3.*in medio*; prout etiam almus Senatus noſter S.R.C. in favorem Io:joſephi Cicala, cujus jura tuebamur Nos contra Cajetanum Capycium Baronem Curſani,filium, & hæredem qu. Io: thomæ: cùm dictus Io: joſeph pro ſumma ducatorum tercentum quatraginta ſex, quam recepit ad gaudendum, dedit capitale ab eodem Io: thoma conſequendum ducatorum mille cum ejuſdem annualitate ducatorum quinquaginta, qui cedere deberent in locum intereſſe dictorum ducatorum 346. donec, & quouſque per dictum Io: joſeph reſtituerentur: quæ contrafruitio cùm duraverit per plures annos, & longè exceſſerit juſtam, legitimam, atque permiſſam quantitatem,in quam poterat aſcendere intereſſe dictorum ducatorum 346. motum fuit judicium læſionis enormiſſimæ adverſus illum contractum, & quatenus ſubſiſtere potuiſſet ad juſtam metam reduci; itaquod illud plus retentum in ſortis extinctionem cedere deberet, prout ex calculo facto liquebat; relata cauſa in S.R.C.per qu. Regium Conſiliarium Paulum Iannettaſium,Aulæ decanum,& cauſæ Commiſſarium,ſub die 5.Decembris 1678. poſt magnam diſcuſſionem emanata fuit ſententia videlicet *S.C. declarat, contractum eſſe reducendum ad juſtam metam, & proinde intereſſe ducatorũ tercentum quatraginta ſex,debitorum hæredibus Io: thomæ Capycii deberi ad rationem ducatorum decem pro centum, & proinde exequatur calculum pro ſumma ducatorum ſeptingentum triginta octo* (in qua ſumma ſortis cum intereſſe ad dictã rationem ducatorum decem pro centum excomputata,remanebat debitor) *& in futurum correſpondeant dicti hæredes Io: thomæ Capycii de annuis ducatis quinquaginta in beneficium Io: joſeph Cicala anno* 1664. *in antea*. in banca Lombardi.

69 Nam indubitati juris eſt, in contractibus magis valere contrahentium voluntatem, quàm ſcripturam, aut ipſius nomen attendendum, ut Impp. docuerunt *in l.*1. *Cod. plus valere quod agitur*, ubi Gloſſ. quæ multa concordantia jura laudat *in verb.in contractibus*, Duard.*de cẽ-*
70 *ſibus*,§.5. *quæſt.*63. *num.*3. *tom.* 2. quapropter, cùm Antichreſis, ſive pignoris contractus forma ſit, quod expreſsè in pactum deducatur poſt ſpecialem pactionem pignoris, & hypothecæ,cum facultate fructibus fruendi in recompenſationem intereſſe, & quod in debitoris facultate ſit, ſortis ſolutionem facer

Digitized by Google

quandocunque sibi placuerit, haud valet dici, contractum esse veri, & puri mutui, cujus petitio non nisi aliquo convento tempore elapso in creditoris residet arbitrio, attenta mutui natura, ejusque substantia; inde ad aliam contractus speciem suum habet reflexum, scilicet Antichresis, seu pignorationis, habentis effectus censualis annexos, eo quod potiùs habet requisita censualis contractus ex superiùs enarrata forma, quàm mutui, cùm sortis repetitio in mutuantis libito non resideat; aut emptionis, venditionisque cum pacto de retrovendendo: quia fundi pignorati dominium minimè creditori translatum est; qua de re, cùm haud sit mutui, neque emptionis, & ven-
71 ditionis contractus, meritò esse debet emptionis annui census consignativi à jure permissus, Cenc. *de censibus quæst.* 1. *à num.* 21. *quæst.* 2. *quæst.* 5. *& quæst.* 7. Duard. *de censibus in præam. quæst.* 24.
72 *&* 25. *tom.* 1. habito respectu ad fructus rei pignoratæ, ob quorum faciliorem exactionem juxta contrahentium voluntatem, & legem contractus, per ipsum creditorem percipiuntur, sive plus, sive minus reddant, modò non excedant justam, permissam, ac legitimam annualitatem, Duard. *de censib. in præam. d. quæst.* 24. *à n.* 18. *tom.* 1. *& in cap. omnis utriusq; sexus, disput.* 24. *sect.* 1. *num.* 25. 26. *& ex Roder. & aliis in laud. quæst.* 63. *tom.* 2. meritò igitur contractus ille reductus per S. C. fuit ad justam metam, & non fuit habitus pro nullo, & invalido, ut usurarius, Olea *de cession. jur. & action. tit.* 6. *quæst.* 10. *à num.* 30. *usque ad* 47.

73 His itaque peractis, ex justo impedimento, quod provenit ex causa locatoris, vel fortuito, & inopinato casu, propter quod conductori necesse fuit locatã rem relaxare, cùm ea ampliùs uti non posset, hujus ope contractus pro resoluto habetur: quoniam causa impedimenti
74 incontinenti removeri non poterat, ac nequaquam revivisce posse, tanquam semel extinctum, Paulus determinavit *in L. qui res suas*, 98. *§. aream, ff. de solution.*
75 ea de re in propriis locationis terminis concludit *in d. l. si in lege*, 27. *§. colonus,*
76 *ff. locati*, quod, si incontinenti impedimenti causa non cesset, aut post paucos dies, sed aliquo tempore elapso, nequaquam conductor cogi potest ad conducta re fruendum redire; quicquid alii in contrarium proferant: nam ista nedum communis, verùm etiam sanior, & verior sententia est, per ea, quæ habentur ex allegatis per Mutium Reccum *in jur. resp. impressa per Reg. Cons. Paschal. de patr. potest. p.* 4. *cap.* 6. *in fine*, ubi idem Paschal. hanc etiam sententiam sequitur *nu.* 44. *vers. sed hæc conclusio*, Reg. Cons. Rocc. *resp. decis.* 87. *num.* 35. *tom.* 1. Reg. Cons. Rosa *consult. forens. d. consult.* 39. *à nu.* 7. *tom.* 1. Francisc. hieronym. Leo *d. decis. Valent.* 174. *nu.* 13. *lib.* 2.

77 Verum est tamen, (ad limitationem desuper præmissorum in num. 31. & 32.) quod dum Iudici constat, arrendatores, affictatoresque esse in damno, verificandum est in termino, ad quam quantitatẽ damnum ascendat, & ex debito ratione extalei, vel affictus, pars aliqua, sive quantitas, solvenda suspenditur per modum provisionis, prout judicatum fuit per Reg. Cam. Summariæ *in d. arrest. gener.* 324. *inter recollect. per Reg. de Marin.* & penes Reg. Revert. *in laud. decis.* 509. *circa finem*, idem Reg. de Marin. *in d. dec.* 509. *num.* 4. & observari vidimus, cùm juris resistentiam non ha-
78 beat, ut videre est penes Larream *d. al. leg. fisc.* 18. *nu.* 11. cauti tamẽn debent esse judicantes in totalem fidem præstando libris Regiorum Credenzeriorum: quia ipsorum scriptura non est integra; quod etiam, sine illorum culpa, vel dolo, potest cõtingere, ex eo quia illi describere debẽt dirictus, qui à conductoribus, & arrẽdatoribus palã, nõ qui clã exigũtur; nec immissiones, aut extractiones rerum, quæ de ipsorum arrendatorum ordine fiunt gratis absq; solutione dirictuum, prout probatum fuit in causa excomputi, petiti per arrendatorem hordei, & avenæ (quam habes, amice lector, *in ob-*
79 *serv.* 21. *ad alleg. Io: Vinc. de Anna* unà cum aliis casibus, ad excomputa, & mer-
80 cedis remissionem reflectentibus) quia ultra hanc credenzeriorũ fidem, ex eorũ libris confectam, de veritate fructati cõstare debet, ut in propriis terminis scripserunt Reg. Rovert. *in d. dec.* 455. *vers. fuit etiam consideratum*, Reg. Galeota *in allegat. resp. fisc.* 17. *n.* 48. Reg. Capyc. latr. *in laud. consult.* 40. *n.* 49.

Cæsar-Nicolaus Pisanus.

RV-

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMAQUARTA

Iuratur in litem, & condemnatur ad arbitrium Officialis, negans ponere rationem, secus de hærede ejus.

RITVS I.

OFficiales debent ponere rationes: facere quaternos introitus, & exitus, ostendere, & solvere, quod restat apud eos, & hoc est in qualibet administratione, * Qui non reddit rationem, tenetur mandati, vel alia actione, sicut inducit conditio administrationis gestæ; dicũt Magistri Rationales, quod potest talis Officialis condemnari ad arbitrium Regis: & est ratio, quia eo ipso quod non computat, dolo facit; Ita quod juratur in litem per administrationem officii, * Procurator Fisci nõ jurat, sicut dicit Statutũ Friderici Imp. apud Romãd. * Quod generaliter loquitur in Vasallo, qui non debet à Domino suo sacramentum calumniæ exigere; & de facto videmus Procuratorem Fisci, in causis non jurare: quia remittitur parentibus, & patronis; sed hoc non est sacramentum calumniæ, unde si fieret hoc sacramentum, quod videtur, quia post illud Iudex taxat, & refrenat, * debet se certificare, qui jurat, Rex sit, vel Baro in quanto est damnificatus; sed in Rege non esset superior, qui taxaret, & ideo cõsueverunt componere tales Officiales, quod tutius est. Sed in hærede Officialis non haberet locum: quia de dolo defuncti non tenetur, nisi quantùm ad eum pervenerit, * in eo ergo, vel principali, locum habet Inquisitio, ut inquiratur, quantum percepit in officio, & ad tantum damnetur, nisi doceat se tradidisse, vel expendisse illud de mandato, vel in specialibus negotiis, & utilitatibus Curiæ; unde continetur in regesto Imperatoris Friderici, quod hæres condemnatur secundùm justitiam.

* ff. de tutel. & rat. dist. l. 1. §. officio, ff. de Condit. & demõstrat. l. cum servus, ff. de bon. auth. Iudic. poss. l. fin. ff. de verb. signific. l. cognoscere, §. primo. ff. de diver. & temper. præscript. l. in omnibus, §. 1. ff. de edendo. l. 1. §. rationes, & l. si quis ex arbitriis, §. rationem.

* ff. de administr. tutor. tutor qui repertorium non fecit, & notatur in d. §. officio

* in C. de cõsuet. regni fund., l. fin.

* Ut ff. de in litem jurand. l. vic. damus.

* ff. de dolo, l. in hæredem.

RVBRICA XXXIV.

Iuratur in litem, & condemnatur ad Arbitrium Officialis, negãs ponere rationem, secus de hærede ejus.

SUMMARIUM.

Author quare has Rubricas, cum aliis duabus sequentibus hoc ordine proposuit, licèt in Ritibus originalibus alio modo sint situatę? num. 1.
Juramentum, de quo in hac Rubrica, qualiter præstetur? num. 2.

Digitized by Google

Juramentum in litem datur contra negantem ponere rationem, qui condemnatur arbitrio judicis, secus ejus hares. num. 3.

Juramentum, de quo in hac Rubrica, non est juramentum calumnia. n. 4.

Procurator Fisci non jurat de calumnia, seeus de juramento, de quo in hac Rubrica. n. 5.

Rationes, seu computa non vitiantur per modicum defectum. num. 6. quod Judicis arbitrio remittitur. num. 7.

Officialis, ejusque heredes in tantũ tenentur, in quãtum inventum fuerit per inquisitionem, perceptum esse in officio. n. 8.

Officialis potest se defendere, declarare, & addere antequam fuerit adstrictus, accusatus, vel compositus per inquisitionem. num. 9. & quomodo intelligantur Ritus hujus, & sequentis Rubricæ. num. 10.

Clausula Quantum de jure poteritis, *in rescripto inserta, intelligitur, quod debeat precedere probationem. n. 11.*

Officialis debet dicere quod plus pro negotio Curiæ expendit, antequam per inquisitionem fuerit repertum. n. 12.

Officialis in redditione computorum debet dicere quicquid recepit; & si non posuit totum, & postea in exitu ponat ultra expendisse pro negotio Curiæ, evitabit pœnam, & non damnabitur, quantuncumque fuerit postea adstrictus. num. 13.

Pecuniam esse Curiæ, ipso tunc verificatur, quando Officialis fatetur pro illius servitio expendisse. num. 14. 22.

Officialis non debet expendere ultra quod sit redditus sibi assignatus per Curiam; verùm, si pro utilitate Curiæ de suo expendit, recuperat. nu. 15. 19. contra n. 18.

Tutor ultra redditum minoris expendere non debet. num. 16.

Respublica, & Pupillus equiparantur. n. 17.

Officialis si ponat plus in exitu, quàm posuit in introitu, & non dicat de propria sua pecunia, vel sibi mutuata, videtur fateri esse Curiæ. n. 20.

Matrimonium fateri videtur, qui dat libellum repudii, etsi nil dicat de matrimonio. nu. 21.

Officialis ponens in exitu ultra quod posuit in introitu, quando repetere valeat, & intelligatur pecuniam fuisse propriã, vel sibi mutuatam, & quando secus? & quid, ut evitat pœnam nonupli? num. 23.

Tutor conficere tenetur librum rationum, & reddere pupillo, aliàs tutelæ judicio obligatur. nu. 24. 31. 34.

Expensæ descriptæ per Tutorem in libro Rationum, quando ex eadem descriptione in libro verificentur? n. 25. 26.

Juramentum in litem, quando datur contra Tutorem, vel administratorem? num. 27. 33. 38. 39.

Præsumptio semper est contra illum, qui tenetur facere librum Rationum, vel inventarium, & non confecit. num. 28

Actiones competentes contra administratores, qui non confecerunt inventarium, vel quinternũ Rationum, quænam sint? n. 29.

Officium Judicis mercenarium bene convenit cum ordinaria actione, sed non officium Judicis nobile. n. 30.

Administratores adstricti ad redditionem computorum, tenentur librum rationum exhibere. nu. 32. 34.

Actio pro exhibitione libri rationum contra Tutores, vel administratores, quænam sit?, & quãdo intentari possit? n. 35.

Tutor, vel administrator librum rationum non exhibens, tenetur ad interesse. num. 36.

Actiones ordinaria nascuntur ex contractu, vel quasi. num. 37.

Index potest præfinire summam certam, usque ad quã juretur in litem contra Tutorem, vel administratorem. nu. 40.

Fiscus non jurat in litem contra suos administratores, & quare? num. 41. 43. Seeus num. 44. 46. Sed non est recedendum à Ritu. n. 50.

Baro, vel alius Dominus, superiorem recognoscẽs, jurat in litem contra suos administratores, vel bajulos. num. 42.

Rex, vel Imperator litigans cum privato, legibus, & sententiis Judicum minorum submittitur. nu. 45.

Reges, & Imperatores debent habere Judices, coram quibus eorum causæ agitentur. n. 47.

Camerarius est procurator Cæsaris, & cognoscit de omnibus. nu. 48.

Rationes reddendæ sunt à principio administrationis. 51.

Officialis si expendit de mandato Curiæ, vel in specialibus negotiis in utilitatem Curiæ, non condemnabitur, & quare? num. 52.

Officialis, decimas solvens absque mandato, non condemnabitur, & quare? n. 53.

Heres Officialis condemnatur, secundùm justitiam. num. 54 scilicet lite contestata, vel non, tam si civiliter, quàm si criminaliter agatur. n. 55.

Lis quando dicatur contestata in materia positionis rationum? num. 56. 58.

Contra contumacem ad reddendum rationes proceditur, usque ad diffinitivam, etiam lite non contestata, & hoc speciale in hac materia. num. 57.

Officialis defunctus post finitum officium, dicitur mortuus post litem contestatam, ac proinde heres insolidum tenetur. num. 59. & hoc de jure Civili, non Canonico. n. 60.

Contumaciam non afficere heredem, in quibus casibus currat? nu. 61.

In judiciis quasi contrahitur. n. 62.

Contra heredem moram purgare valentem, & non purgantem, jurari potest in litem. num. 63.

Judicium cum eisdem qualitatibus ad heredẽ transit. n. 64.

Heres, inventarium non conficiens, an teneatur in so-

Digitized by Google

solidum,de facto,& delicto defuncti, etiam ad usuras in foro conscientiæ? nu.65.73.
Lex humana obligat insolidum heredem non conficientem inventarium.num.66.præsumptione contra eum vigente.num.67. contra quam potest hæres judicialiter jurare. num.68.
Conscientia præfertur sententia.n.69.
Hæres de jure civili non tenetur propter delictum defuncti,nisi in quantum ad eum pervenit, nu. 70.secus de jure Canonico.n.72.73.
Hæres in restitutione usurarum tutus est,etiã absq; beneficio inventarii.n.71.
Hæres ne dum in foro conscientiæ, verùm etiam in judiciali,non debet insolidum propter defuncti delictum condemnari, sed solùm ex æquitate obligatur.n.74.
Lex Civilis an in foro conscientiæ sit attendenda? nu. 74.
Hæres,conficiens inventarium , de jure non tenetur de delicto,seu subtractione Officialis Fisci,quod etiam dicas de jure canonico. n. 76.
Hæredem teneri ultra vires hæreditatis, contra jus naturale est.n.77.
Fiscum locupletari cum aliena jactura peccatũ est , cujus peccati cognitio ad jus Canonicum spectat, num.78.
Hæres tenetur de residuis,quæ habuit defunctus. n. 79. dummodo non confecerit inventarium.nu. 81.& quæ sint hæc residua? n.80.
Hæres,conficiens inventarium non tenetur, nec etiã Fisco , nisi in quantum suppetunt hæreditatis vires.n.82.
Crimen peculatus est speciale,& transit contra heredem,qui tenetur de pecunia subtracta per defunctum.n.83.
Commissarii debent facere quaternos collectarum, & de ipsorum solutione, & perceptione non fiunt cedulæ,sed apodixæ.n.84.
Collecta in aliqua Universitate imponi nequeunt sine speciali mandato.n.85.
Forma tenenda in collectarum impositione.n.86.
Clerici, clericaliter viventes, sunt immunes à collectis.num.87.limita. n.99.
Clerici conjugati privilegio fori tantùm fruuntur.n. 88.
Collecta in quibus casibus imponi debeat? n.89.
Declaratio Martini Pontificis super impositione collectarum ad petitionem Caroli II. num. 90. cui declarationi stare debuit dictus Rex.n.91. & cæteris,quæ declaravit.n.92.
Ab Universitate nulla compositio exigi potest,nisi integrè recollectis functionibus fiscalibus. num. 93.
De recollectis residuis, pro singulis unciis decem solvitur una uncia.n.94.
Justitiari quoto anno de mense Maii debent mandare renovari appretium, itaut in fine Mensis Augusti sit integrè renovatum,& hoc sub pœna num.95.
Collecta solvitur ubi hurgensatica quis habet, licèt alibi incolatum faciat. n.96.
In collectarum fraudem quis affidatos tenere non debet.n.97.
Decima prædialis debet solvi Prælato,in cujus Parochia prædia sita sunt,num.98.
Res liberæ possunt donari,& obligari Ecclesiis. num. 100.
Res,Curiæ obligata,non possunt Ecclesiis dari,donari,aut obligari.n.101.
Res,privato obligata,potest Ecclesia dari, si talis obligatio donationem non impediat, & res transit cum onere suo.n.102.104.
Quæ obligatio impediat translationem rei in Ecclesiam? n.103.
Res,obligata ratione publicæ præstationis, aut publicæ administrationis, non potest Ecclesia obligari.num.104.& in hoc est correctum jus cõmune. nu.105.
Bona,de quibus debentur collectæ, possunt Ecclesiis obligari.nu.106. nec obstat cap. item statuimus,quod possessiones.*n.107.*
Collecta onus est mistum.nu.108.110.
Pro collectis non sunt obligata prædia, sed homines tenentur pro prædiis.n.109.
Res Ecclesiæ,in emphiteusim concessa, alteri Ecclesiæ donari non potest.n.111.
Res litigiosa Ecclesiæ donari, dari, aut obligari non potest.nu.112.& idem si fuerit publicis destituta usibus.n.113.
Collectæ non jure petuntur.n.115.
Collectæ fuerunt impositæ juxta voluntatem Papæ. nu.116.& sic justæ dicuntur.num.118.ratio. num.120.
Promissio,facta Prælato,extenditur ad successorem. n.117.
Decimæ si in aliqua regione non solverentur, nec exigerentur,videtur Romana Ecclesia in hoc dispensare.n.119.
Collectæ non deberi videntur secundùm tenorem cõcessionis Regni.n.121.secus.n.122.
In Collectarum exactione propter negligentiam sunt omissa ea,quæ deberent ad memoriam reduci. num.123.
Collectæ debentur ex omnibus vectigalibus,& datiis de voluntate Regis impositis. n.124.
Collectarum solutio est potissima causa,propter quam imponuntur vectigalia,& datia.n.125.
Universitates tantò minus solvunt in collectis, quãtò plus provenit ex gabellis.n.126.
Vectigalia,& datia hodie à certis personis exiguntur,& in proprios usus convertuntur; quæ si converterentur in collectarum solutione,superabundarent.n.127.
Civitas Neapolitana antiquitus tenebatur in collectis usque ad summam circa septingintarum unciarum.n.128.
Civitas Neapolitana habet datia,& vectigalia, quæ superabundant summam septingentarum unciarum pro collectis.n.129.
Civitas Neapolitana elapsis temporibus propter bella,& necessitates Curiæ donavit Regibus quantitates superabundantes in vectigalium,& datio-

tiorum exactione. num. 130.
Multa bona patrimonii Fisci per excadentiam sunt occupata à privatis. num. 131. *ad quod attendere debent Consiliarii. nu.* 132.
Possessores bonorum patrimonii Fisci præscriptionem quantunvis longævam allegare non possunt. n. 133. *ratio. num.* 134.
Princeps non potest confirmare castrum alienum homini, illud invadenti n. 135. 136.
Præscriptio, dato, quod prodesset occupantibus bona Fisci, debet tamen deduci tempus belli. num. 137.
Pœnę committentium crimen læsæ majestatis debent attendi in hoc Sicilia Regno. n. 138.
Regia Camera Summaria procedit contra Proditores ad bonorum confiscationem. n. 139.
Bona proditorum sine sententia Curiæ applicantur, nec citatio requiritur, quod secus est de jure communi. n. 140.
Rex Carolus I. multa capitula de proditoribus statuit. nu. 141.
Proditores debent citari. n. 142. *contrarium. n.* 143.

1 HÆc *Rubrica* in originali libro est ante *rubricam de Excõputis*; sed hic magis cohæret, ut ibi dixi; & dicas quòd istæ tres *Rubricæ*, ideſt ista cum duabus sequentibus potissimè pertinent ad exercitiũ
2 & officium Magistrorum Rationalium, & Præsidentium, ut videant rationes officialium exigentium jura fiscalia, qualiter, quando, & quomodo rationes, & computa ipsa ponere
3 debent, & ideo summamus *Rubricas* ipsas, & primò *Rubric. Iuratur in litem, & condemnatur ad arbitrium officialis* negans *ponere rationẽ*; *secus de hærede eius*; sequitur *nigrum*, & ibi
4 *sed hoc non est Sacramentum calumniæ*, quasi velit dicere, quo in casu nostro non remittitur
5 hoc juramentum Procuratori Fisci, quia illud, quod dicitur, quòd *remittitur juramentum Procuratori Fisci*, habet locum in juramento calumniæ, non in sacramento in litem.

6 Et ante omnia ponam unam notam *Dom. Bald. in Cod. si adverſ. sol. l.* 1. ubi dicit circa rationes ponendas, quod modicus defectus in rationibus reddendis non vitiat, *ff. de condit. & demonstr. l. quanvis*, quæ lex ad hoc est notabilis, facit *eod. tit. l. quæsub conditione, & l.*
7 *cùm servus*. Sed quia non declaratur quis sit hic modicus defectus, dic quod relinquitur arbitrio Judicis, cùm non exprimatur, secundùm regulam, quam habes in *l.* 1. *ff. de jur. deliber. & in cap. de causis extra de offic. deleg.*

8 Item adverte, & considera benè in hoc *Ritu circa fin.* dum dicit (*in eo ergo, vel principali locum habet inquisitio, ut inquiratur quantum percepit, in officio, & ad tantum damnetur* (*seù in tantum damnetur*), *nisi doceat se tradidisse, vel expediſſe illud de mandato, vel in specialibus negotiis, & utilitatibus Curiæ*, & primò dum dicit *in eo*, dic scilicet *hærede*, ut referatur ad proximũ, *vel principali*, ideſt officiali jam defũcto: quia cõtra istos fiet inquisitio de eo, quod perceptum est in officio, & sequitur, *& ad tantum damnetur*, ideſt quantum inventum fuerit
9 per inquisitionem. Sed est advertendum, quia hic *Ritus* videtur contrarius *Ritui Rubricæ sequentis*, quia ibi dicitur, quod potest officialis se defendere, & addere, & declarare antequam fuerit adstrictus, vel accusatus, vel compertus per inquisitionem, itaque postea non posset declarare, & dicere, quod habuit ultra quàm posuit, & quod illud expendit pro negotiis
10 Curiæ; sed hic *Ritus* videtur sentire contrariũ: quia dicit, quod primò fiat inquisitio, & sic cõdemnabitur in eo, quod inventum fuerit plus recepisse, nisi docuerit, se pro negotiis Curiæ expendisse; & sic videtur, quòd post inquisitionem possit se defendere, & corrigere; sed quia non est verisimile, ut contradicant isti *Ritus* ad invicem, & maximè statim, quandoquidẽ unus sequitur alium; dicendum est, quòd verba referuntur, & intelligi debent secundùm quod jus intelligit in *l. si cui, ff. de servit. & in l. unic.*
11 *Cod. de inoffic. dot.* sicut dicimus, quòd clausula *quantum de jure poteritis*, quæ in rescripto inserta est, intelligitur quod debeat præcedere receptionem probationum, ut in *cap. causam*,
12 *quæ, extra de rescript.* Ita, & in *Ritu* nostro debet intelligi, ut priùs officialis dicat illud, quod plus expẽdit pro negotiis Curiæ antequã per inquisitionem fuerit repertum: quia post inquisitionem non auditur, ut in *Rubr. seq.* &
13 est *text. in l. edicto. in princ. ff. de jur. fisc.* ità quod hic *Ritus* debet intelligi, quod officialis debet dicere quicquid habuit, & recepit, & si non posuit totum, & postea in exitu ponat ultra expendisse pro negotiis Curiæ, tunc evitabit pœnam, & non damnabitur in quantuncunque fuerit postea actinctus per inquisitionem, & sic
14 concordat cum *Ritu Rubricæ seq.* & sic habes ex hoc *Ritu juratur in litẽ*, quod eo ipso, quod officialis dicit, se expendisse pro negotiis Curiæ, satis videtur dicere pecuniam illam fuisse Curiæ: cùm hic *Ritus* non dicat, quòd expresè dicat, esse pecuniam Curiæ, sed solùm sufficit, quod dicat, se expendisse pro negotiis Curiæ: quia ex hoc solo confitetur, quod sit pecunia Curiæ, & sic concordat cum seq. Ritu; nec hoc
15 mirũ, immo in favorem officialium videtur esse inductum: cùm officialis non debeat expendere ultra quod sit redditus sibi assignatus per Curiam; & tamen, si expendit de suo pro utilitate Curiæ, recuperabit, ut apparet in *Ritu* sequenti: nàm hic *Ritus in princ.* æquiparat om-
16 nes administratores, etiam tutores, ut apparet ex legibus, quas allegat; sicut ergo tutor non debet expendere ultra redditum, ut in *l. jus alimẽtorum, in princ. ff. ubi pupill. educ. debeat*, sic nec
17 ta-

Digitized by Google

talis officialis Reipublicæ:cum Reſpub. & pupillus æquiparentur,ut in *l.Rempub.Cod.de jure*
18 *reipub.lib.* 11.& ſic ſecundùm jus commune talis officialis non poteſt repetere illud plus,
19 quod etiã de ſuo expẽdit;& ſic hic *Ritus* quãtum ad hoc eſt in favorem officialis contra jus cõmune, ut poſſit repetere quantũ expreſsè dixit,quod expendit de ſuo,& ſic non extenden-
20 dus ad alios caſus: ſi ergo ex iſto *Ritu* juncto *ſequenti* apparet, quòd, ſi officialis ponit plus in exitu, quàm poſuerit in introitu, & non dicit expreſsè quod ſit pecunia ſua, vel ſibi mutuata,ex hoc confiteretur, pecuniam illam eſſe Curiæ,& hoc magis in ſui favorem, ne dicatur, quòd ſubripuerit, & ne imputetur, quòd malè fecerit, probat etiam *Ritus ſequens*, dum dicit: *ſatis videtur ponere quod recepit, cùm dicat fuiſſe pecuniam Curiæ, dicendo quod illa quinque ſunt pecunia Curiæ, expendit pro Curia,ſicut qui petit*
21 *repudium, confitetur matrimonium*; quaſi velit dicere,quod,ſicut ille,qui dat libellum repudii, licèt nihil dicat de matrimonio,tamen videtur
22 confiteri matrimonium;ſic & ille officialis,qui ponit pecuniam expendiſſe pro negotiis Curiæ, videtur confiteri, quòd illa pecunia ſit Curiæ, aliàs ad quid diceret *Ritus* quòd confitetur matrimonium,qui dat libellum repudii? Et ſic etiã
23 ex alio probatur in *Ritu ſequenti*: ſi enim eſſet verum, quòd ſimpliciter ponendo in exitu ultra quod poſuit in introitu, intelligeretur, quòd pecunia ſit ſua, & ſic poſſet repetere; ad quid ergo *Ritus* ſequens diceret, quòd ad hoc ut officialis poſſit repetere id, quod ultra expendit,dicat, quòd pecunia ſit ſua,vel ſibi mutuata,cùm ſufficiebat ſibi ſimpliciter ponere? & ideo intellectus iſtorum Rituũ eſt, quòd ſi officialis ponit plus in exitu, quàm poſuit in introitu; aut dixit illud plus eſſe ſuum, vel ſibi mutuatum, & tunc poteſt illud plus repetere; verùm ſi aliquando reperiatur plus recepiſſe, quàm poſuerit in introitu,non evitabit pœnam nonupli; ſi verò dixerit expreſsè, quod illud plus fuerit pecunia Curiæ,vel etiam tacitè,illud plus ponendo quod expendit pro negotiis Curiæ,quia etiam ex hoc confiteretur,quòd fuerit Curiæ,ut dixi,& tunc non tenebitur ad aliquã pœnam quantuncunque poſtea per inquiſitionem fuerit repertum;ſed illud plus recipiet Curia tanquam ſuum, & hoc eſt, quod dicit *ritus ſequens*; & ſic *Ritus* iſti non diſcordant, & ut dixi, ponunt in favorem officialium, & maximè,non tantum Curiæ:nam,ſi officialis ponit plus in exitu expendiſſe pro negotiis curiæ, & poſtea per inquiſitionem appareat, illud plus recepiſſe,quod non poſuit;teneretur ad illud,& ad pœnam nonupli, etſi dixerit, quòd illud, quod expendit,fuit de ſua pecunia,aut ſibi mutuata, & ideo in favorem ſui eſt, quod quando ſimpliciter ponit,intelligatur,quod ſit pecunia Curiæ:quia cùm plus expendere non debuit per prędictam *l.jus alimentorum*, poſſet etiam Curia ſibi dicere:Tu malè expendiſti, & quia non poſuiſti in introitu, debes condemnari ad pœnam nonupli; Ideo *Ritus* iſti ad evitandum hoc damnum officialium volunt, quòd illa pecunia preſumatur Curiæ, & quòd officialis non teneatur ad aliquam pœnam, & quòd intelligatur,ac ſi poſuiſſet in introitu, itaquod etiam ſi poſtea quandocunque reperiatur per inquiſitionem illud plus recepiſſe,non propterea condemnetur ad pœnam:nam aliàs, ſi dixiſſet, eſſe pecuniam ſuam, condemnaretur ad pœnam, ſi poſtea appareret per inquiſitionem quod illud plus receperat, & non poſuerat. Et ſic caveant illi, qui dicere volunt quòd hoc ſit propter favorem fiſci,& ſic non ſumus in illo *Pſalm.* 114. *verſ.*9. *Placebo Domino in regione vivorum*. Omnia hæc potes ponere in *Ritu ſequenti*, ubi meliùs dicam,& junge cum iſtis,&c.

24 Item quia in hac *Rubrica* dicitur, quòd quilibet adminiſtrator debet ponere rationem, & quaternum componere introitus, & exitus, & ſolvere quod reſtat, id eſt reliqua; Videamus hæc qualiter de jure civili intelligantur? & primò videamus quæ notãtur *in l.* 1. *ff.de tutel. & rationib.diſtrah.in* §. *officio*, ubi dicitur, quòd tutor librum rationum conficere,& reddere pupillo tenetur,aliàs tutelæ judicio obligatur, & ad formam ipſius libri remittit ſe ad *ſpecul. de*
25 *inſtr.edit.*§. *edito*, *verb. porro*. item an ſit credendum dicto libro rationum de expenſis? Dic aut expenſæ ſunt magnæ,& tunc non creditur ſibi, aut modicæ, & tunc creditur, per ea,quæ notãtur in *ſpecul.in verſ.quod ſi executo*, & *in l.fin.* §. *in cõputatione*, *Cod.de jur. deliberandi*; Debebit tamen hoc caſu adhiberi ſacramentum tutori, argumento *ff.ſi cui pluſquam per leg.falcidiam*, *l. diuus*,& *Cod.de donat.dot.l.ſi quis pro redẽptione*, nec obſtat *l.Lucius*, §. *tutela*, *ff.de adminiſtr. tutor.* ubi videtur ſtari rationibus tutoris in omnibus: quia ibi contra tutores ſunt,ſecundùm *Rayn.* licèt *Petr.* videtur ſentire contrarium *Cod.de Epiſc.& cler.l.id quod pauperibus*, ubi de hoc per *Rayn.*ſecundùm *Bart.in alleg.* §. *officio*.

26 Item quod eſt jam dictum, quòd creditur in expenſis modicis,dic quod eſt verum, niſi multæ ſint expenſæ modicæ, quæ faciant magnam quantitatem,ſecũdùm quod habetur per *Bald. in d.l.id*,*quod pauperibus*;verùm dicit *Io: Andr.* quod opinio, quæ dicit per ſcripturam ſingula probanda nimis rigoroſa eſt, & ſumptuoſa, & intelligitur,quod ſcriptura ſpecificalis,& juramentum probet; ſpecificatio autem multùm valet, per quam veritas, & falſitas facilè poſſet haberi;& ſic è contra periculoſum eſt dicere ſecundùm ſpecificationem ſtari juramento ſicut magni Pappalardi,verbum eſt *Jac. de Aret.* qui dicit unum audiviſſe, de iis, qui de juratis triginta millibus expenſis duorum millium rationem dediſſet: quia non fuiſſet in tanta ſumma id facilè per ſcripturas ſpecificari, ut per *Joannem Andr.in addit.ſpecul.in tit. de fid. inſtrum.*

strum. in mat. exeq. in verb. sciendum est, & in vers. quod si executo.

27 Item quod hic dicitur, quod habet locum in qualibet administratione *ff. de liber. leg. l. fin. §. inter cætera, & l. si ita fuerit, §. quæstio hæc, vers. in reliquis, ff. de manum. testam.* & si hoc non facit, tenetur ad interesse declarandum per juramentum in litem, *arg. ff. de administr. tut. l. qui repertorium*, quod tenet etiã *Bald. in alleg. §. officio.*

28 Item quod dicitur hic, quod agitur contra non exhibentem rationem, & qua actione? dic quod præsumitur contra illum, qui non facit quinternum rationum, sicut contra illum, qui non facit inventarium, secundùm *Ray.* & facit

29 *ff. de fals. l. si quis cum falso*, §. 1. licèt actiones edantur, aliquando jure actionis, aliquando officio judicis, ut in *l. quædam, in princ. ff. de edendo*; ubi dicit *Glos.* quòd aut procedit contractus, vel quasi, qui est causa scribendarum rationum, & tunc agitur ex illo contractu; aut inter agẽtem, & eum, à quo petitur editio, non intervenit contractus, vel quasi, sed potiùs ille scripsit ex officio suo, & tunc habet locum officium judicis; & si officium judicis non operatur, habet locum actio in factum ad interesse, & ita dicit *Glos. in d. §. officio*, quod ista est vera editio; Quod tamen intelligitur, & approbatur quando petitur editio principaliter, sed quando incidenter, semper fit officio Judicis

30 mercenario: nam officium Judicis mercenariũ benè concurrit cum ordinaria actione, sed non officium Judicis nobile, secundùm *Bald. in alleg. §. officio.* Verùm id debet intelligi secundùm quod notatur *ff. de rei vend. l. 1. §. per hanc autem*, secundùm *Bald. in d. §. officio*; ubi etiã *Bart.* dicit,

31 quòd non solùm tenetur ad calculum ponendũ tutor, sed etiam ad reddendum ipsum volumen cartharum rationum, *ff. de admin. tutor. l. Lu-*

32 *cius*, 47. *§. tutela*, & sic in quolibet administratore, qui tenetur reddere rationes, ut debeat reddere ipsum librum rationum, *ff. de liber. legat. l. fin. §. inter cætera, & de manu. testam. l. si ita*

33 *fuerit*; ubi si quidem non reddit, tenebitur ad interesse, declarandum per juramentum in litẽ,

34 *& ff. de admin. tutor. l. tutor, qui repertorium*; & si petis rationem à tutore, vel procuratore tuo, ipse non tantùm tenetur rationem reddere, sed & ipsum librum rationum, id est volumen carcharum, alioquin juratur contra eum in litem, quod ut dicit *Bar.* tene menti, & hoc pro rationibus non factis, vel non exhibitis.

35 Item *Bart. in d. §. officio*, dicit *de actione, qua agitur ad istam rationem exhibendam*, dic clariùs *circa* istam materiam secundùm *Dyn.* quod aut rationes petuntur exhiberi secundariò, vel incidenter, gratia alicujus judicii incohati, & tunc sive præcesserit contractus, cujus ratione confectæ sunt rationes, & potest habere locum officium Judicis, quod locum habet, ubi & locum habet actio ordinaria, cùm non imploretur principaliter, sed incidenter, *ff. de rei vendic. l. non solùm, & de adil. edict. l. ædiles, §. itẽ sciendum, cum similibus*; aut petuntur rationes exhiberi principaliter, & tunc ex illo contractu, vel quasi, ex quo petuntur edi rationes, progreditur aliqua actio ordinaria, tunc agitur illa actione, quæ descendit ex illo contractu, vel quasi, *d. l. quædam, ff. de eden.* aut non præcessit contractus, & tunc imploratur officium

36 Judicis; & non exhibitis rationibus agitur ad interesse actione in factum, vel per officium Judicis poterit fieri condemnatio ad interesse, *l. si quis ex argentariis, § ex hoc edicto, ff. de edendo*: ex quolibet enim edicto oritur actio in factũ, *Instit. de interdict. §. fin. & de action. §. aliena*; & per hoc apparet responsum ad contrarium

37 *d. l. quædam, & d. §. officio*: quia in *d. §. officio*, ex contractu, vel quasi nascitur actio ordinaria; sed *d. l. quædam* loquitur in argentaria: quia licèt interveniat mandatum, tamen actio ordinaria non nascitur: quia mandatum non fuit gratuitum, prout esse debet, *ff. mandati, l. 1.* sed fit ratione publici officii; & sic in illo casu habet locum solùm officium Judicis, *ff. si mens. fals. mod. dixer. l. 1. §. 1. & de extraordin. cogn. l. 1. §. 1.* & hoc tenet *Bart.* secundùm *Guliel. in alleg.*

38 *§. officio*, ubi dicit: *teneas bene cordi*; ubi etiã dicit *Bart.* cum *Glos.* quod est notandum, quod juratur in litem contra tutorem, non edentem rationem; pro hoc facit *d. l. tutor, qui repertorium, in princ.* & respondetur ad *d. l. quædam*, quòd leges illæ loquuntur in inventario; sed in *ff. mãd. l. dolus, & l. si procuratorem, §. dolo*, æqui paratur inventarium cum libro rationum, & hanc dicit ipse quod tenet *Raymun.* & ita dicit consuluisse Florentiæ, & ita videtur tenere *Bald. in alleg. §. officio*: quia, si hoc non facit, tenetur ad interesse, declarandum per juramentum in litem, sive in tutore, sive in quolibet alio administratore.

39 Et prędicta sunt ad declarationem eorum, quæ dicuntur in præsenti *Rubrica*, & maximè quia *Rubrica* videtur concludere, quòd cùm loquimur de Rege, ita quod Rex, seu Procurator Fisci, petat rationem poni ab administratoribus, qui si non reddunt, tenentur ad interesse

40 per juramentum in litem; & quia dictum juramentum datur cum taxatione Judicis, & Judex potest præfinire certam summam usque ad quã

41 juretur, ut in *l. in actionibus, ff. de milit. jurãdo*, & Rex non habet superiorem Judicem in terris, & maximè in liberis Regnis; & sic cùm non habeat superiorem, non habebit, qui taxet, & sic juramentum in litem locum non habebit in isto Rege; & propterea dicit *Rubr.* ista, quod solet fieri compositio ita, quod secundùm hoc remanet dispositio juris in aliis administratoribus, qui ponere debent compotum dominis suis: nã secundùm quod habemus in ordinationibus Regum prędecessorum, & etiã Magistrorum Ra-

42 tionalium, quòd quilibet Dominus, vel Baro potest in Curia Summarię convenire suum Bajulum, sive administratorem, ut ponat rationẽ, & procedatur contra ipsum secundùm *Ritum* Summarię; & sic quantum ad istum Baronem,

seu

Digitized by Google

seu dominum habebunt locum regulæ juris supradictæ, quod jurabitur contra ipsum in litē,ex quo hoc casu reperitur superior qui possit taxare,quod non est in Rege,ut in *Rubr.* dici-
43 tur; sed in hoc,quod ine, Regaut Procuratore Fisci dicitur, videtur advertendum, quòd jura fiscalia, quæ tractantur cum privatis, debent eodem ordine,& jure tractari; sed adverte in eo,quod dicitur,ideò non videri dandum juramentum in litem quando agitur cum Rege:
44 quia Rex non habet superiorem qui taxet: nā hæc ratio non videtur sufficiens: quia quando Rex, seu Imperator causam habet cum aliquo privato, potest, & debet de honestate se submittere jurisdictioni minoris, & stare debet sē-
45 tentiæ ipsius,vel determinationi, & sic quantum ad hoc dicetur superiorem habere, casus est *in l.receptam,cum sua Glos. ff.de jurisd.omn.*
46 *judic.* & hoc casu esset superior, qui posset taxare ante juramentum in litem, pro hoc facit *l.*
47 *proximè.ff.de his, quæ in test. delent.* ubi Imperator,seu Rex habet Iudicem, coram quo causæ ejus vētilātur,*Cod.de advoc.fisc.l.2.& Cod.ubi caus.fisc.l.fin.*& est *Glos.notab.in cōstit.Regn.of-*
48 *ficiorum periculosa*, ubi dicit *Glos.*quòd Camerarius est Procurator Cæsaris, & cognoscit de omnibus,de quibus bajulus in defectu bajulorum, & cognoscit inter Gabellotos,ergo Mag. Camerarius in Regno potest dici Procurator Cæsaris,cùm de omnibus iis cognoscat: sic etiā Magistri Rationales,& Præsidētes qui hodie te-
49 nent locum Magistrorum Rationalium, & sic habet ipse Rex Judicem,ut in causis propriis nō cognoscat,de quo per *Bald.in l.rescripta,Cod.de precib.Imper.offer.*quod habetur in *d.l.proximè,*
50 *&* Cyn.*in l.2.Cod.de edendo*;&,ut dixi,honestè facit, ut causam committat; & ex his non videtur bona ratio posita in hac *Rubrica*, quia tamen *Rubrica* dicit, quòd consueverunt se componere, & est jus municipale, & consuetudinarium, non est recedendum à consuetudine, & isto *Ritu.*

51 Item debet fieri editio rationis à capite:nam nisi ratio à capite incipiatur, intelligi non potest.*ff.de eden.l.argentarius rationes*, §. *edi autem*.

52 Itē dicitur in hac *Rubrica* conclusivè, quòd si officiales expendit de mandato Curiæ, vel specialibus negotiis, vel utilitatibus Curiæ,nō condemnatur: quia videtur sibi mandatum; &
53 sic de decimis solvendis Ecclesiis, quæ debent solvi absque alio mandato,ut in *constitut.quanto cateris, lib.* 1. & habetur in *Capitulis Regis Caroli Secundi tunc Vicarii in Planitie Sancti Martini,quorū unū incipit volumus,& mandamus* (92.secundùm ordinem Nigri) *& in c. seq. quod incip. Item statuimus,quod* Comites,ibi:*Comites,Barones, & cæteri, qui tenentur ad decimas, & alia jura Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis,pro bonis,quę tenent, ea teneantur solvere suis temporibus, sicut hactenus extitit consuetum, Hæc omnia volumus, quod solvantur per Balios quoscunque,per quos bona pupillorum, terras,vel feuda tenentium,procurentur; sive Baliatus Curia teneant, sive aliis sint commissi; sive terræ,vel feudo aliquorum,occasione delicti, vel quacunque alia causa per Curiam teneantur.*

54 Item concludit secundùm regestum Imperatoris Friderici,quod hæres officialis condemnatur secundùm justitiam; sed videndum est, quid vult justitia? & de hoc habetur plenè in *l.unica,Cod.ne ex delict.defunctorū* ubi fit diffe-
55 rentia, quod aut lis fuit contestata, aut non; aut agitur civiliter,aut criminaliter;& sic posset dici,quod justitia hęc erit secundùm dictā, *l.unicam*,ibi: *Post litis contestationem eo,qui vim fecit, vel concussionem intulit, vel aliquid deliquit,defuncto: successores ejus insolidum, alioquin in quantum ad eos pervenit,conveniri, juris absolutissimi est: ne alieno scelere ditentur.*

56 Nunc ergo est videndum, quando in terminis nostris dicatur lis contestata,ut hæredes in-
57 solidum teneantur? & certè in materia positionis rationum habemus hoc singulariter, quod procederetur contra contumacem lite nō contestata,etiam ad diffinitivam, secundùm *l. non itaque*,§.*quod de frumentaria, ff. de admin. rer. ad Civit. pertin.* qui *textus*,ut ibi dicit Bartholus, debet scribi litteris aureis. Præterea etiam secundùm DD. hujus Regni Siciliæ Magistri Rationales procedunt nullo juris ordine servato,ut dixi in *Rubr.de jure fundici*,& habetur in *Constit.inter multas, & arduas, lib.*1. & per Dominum *Andr.de Isern.in proœm.constitutionum*;sic ergo regula juris est, quòd in summariis tunc dicitur facta litis contestatio,prout notat *Joannes Andr.in c.*1. *in glos.ord. de elect.*
58 *lib.6. & Bald.in l.nihil, Cod.de procuratoribus*; cū ergo habeamus in *Ritib.*istis,quod officiales finito tempore debent comparere infra decem dies ad ponendum computum, ut supra, & in *Rubr.* 38. *de termino præfigendo, &c.* & terminus communiter in causis datur post litem contestatam; cùm hic terminus sit datus à jure istorū *Rituum*, ergo nunc videtur facta litis cōtestatio, si comparet officialis, vel si non comparet,procedetur secundùm dictum *Ritum*, & secundùm *d.l.non itaque*,§.*quod de frumentaria*;
59 Undè, si officialis defunctus esset post finitum dictum officium,diceretur mortuus post litem contestatam,& sic hæres teneretur insolidum, & hoc posset esse, quod dicit hic *Ritus*, quòd
60 *condemnabitur secundùm justitiam*; & intelligas semper secūdùm jus civile,non facto invēventariq:nā secundū jus Canonicū sive fecerit inventariū, sive non,nunquam hæres tenetur, nisi in quantum sunt vires hæreditatis. Vide *Bart. & Bald.in l.*1.*ff.de acquir. hæreditate*, sed circa istam *Rubr.* ponas id, quod dicit *Bart. in l.ejus, qui delatorem, ff.de jur.fisci*, & post

Digitized by Google

61 eum *Bald.in cap.unic.§.Vaſallus, ſi de feud. defuncti cont.ſit* , dicens quòd contumacia non afficit hæredem ; verum eſt in caſu dictæ *l.ejus, qui delatorem*; ſed non eſt verum in caſibus,in quibus non obiicitur crimen,in quibus factum
62 defuncti præjudicat hæredi : quia in judiciis ,
63 quaſi contrahitur,*l.2.ff.de prator.ſtipul.* & ideò contra hæredes ex facto defuncti poſſet jurare in litem,ubi tale eſt,niſi hæres purget moram, cùm poſſit,aliàs de dolo defuncti non tenetur;
64 niſi dicas , quòd lis eſt conteſtata : quia non eſt dubium , quòd judicium tranſeat ad hæredē cum ſua qualitate,& interdum cum majori efficacia , ut *ff. de his,qui notant.in fam. l. ſervus*, ad quod videas *Bald.in d.§.Vaſallus* ; & etiam dicas , quòd in iſtis cauſis fiſcalibus ſit etiam quædam prærogativa , ut dicit *littera in d. l. ejus, qui delatorem*, & etiam in iſtis cauſis proceditur contra hæredem,ut proximè dico.

65 Sed,ut dixi, hæres, qui non facit inventariū, an teneatur inſolidum de facto , & delicto defuncti , & etiā ad uſuras in foro conſcientiæ? videtur,quòd ſic:quia lex humana facta ab eo, qui poteſt, ſi non nutrit pactum,legat ſecundùm *B. Thom.2.2.in foro cōſcientia,q.96.art.4.*ergo *l.fin. Cod.de jur.deliberādi*,edita ſuper obligatione ſolidi per habentē poteſtatē, aſtringere debet cōſcientiam : hoc determinatur per *Hoſtien. in ſum.de teſtam.verſ. quod ſi non ſufficit, & in cap. ſua nos,de teſtam.& in cap.litteris de reſtit.ſpoliat.* dicit, quòd debet intelligi in foro judiciali, ſicuti,& alibi;ſed in *d.cap.litteris,ext. de ſent. ex-*
66 *com.cap.inquiſitioni* lex humana obligat hæredē inſolidum, ſi non facit inventarium: quia præſumit bona fuiſſe ſufficientia ad ſolvendum totum æs alienum , poſtquàm hæres contempſit
67 legis beneficium,& ſic fundatur ſuper præſum-
68 ptione ; ſed ſi eſt certa veritas quod non ita ſit, poteſt hæres jurare judicialiter compulſionem,
69 & debet ſequi conſcientiam,quæ prefertur ſententiæ,*cap.à nobis 28.de ſent.excom.*

70 Ad hoc facit,quod notat *Innoc.in cap. quia plerique, de immun. Eccleſ. in novel.* ubi refert hanc partem temiſiſſe diſputando *Dom.Frider. de Senis* , hac ratione, de jure civili hæres non tenetur ex delicto defuncti , niſi in quantum ad eum pervenit,ut *d.l.unic.Cod.ne ex delict.de-*
71 *funct.* Ita quòd fruſtra de jure civili in caſu reſtitutionis uſurarum quærimus de beneficio inventarii : cùm abſque eo hæres etiam locuplex
72 tutus ſit, cum ex eis nihil pervenit ad ipſum;de jure verò canonico tenetur hęres ex delicto defuncti , etiam ſi ad eum nihil pervenit, dum tamen hæres ſit ſolvendo : quia ultra non tenetur
73 *d.cap.tua nos, & d.cap.litteris.*Cùm ergo jus canonicum iſtam obligationem deſcendentem ex delicto moderet uſque ad vires , ultra non tenetur,licèt non fecerit inventarium;ex quo cōcluditur,quòd in foro conſcientiæ non tenetur ultra, & ita tenet *Bart.* & poſt eum *Bald. in rubr. ff. de acquir. hared.* ubi vide , & maximè *Bald.*quod notabiliter ibi dicit,eſſe advertendū: quia prædicta deciſio domini *Friderici de*
74 *Sen.* infert quia nedum in foro conſcientiæ, ſed etiā in judiciali non debeat condemnari hęres ex delicto defuncti inſolidum , obligari ſolùm ex cauſa ęquitatis , niſi juxta vires facultatis, & ille rigor legis in hoc debitori contra legis diſpoſitionem æquitate canonica introducta ceſſet in hoc caſu:quod eſt mẹnti tenendum;&
75 Dominus *Bald.*etiā de hoc notat *l.1.Cod.de Sacroſan. Eccleſ.* ubi plenè tractat an in foro conſcientię ſit ſequēda lex civilis?de quo per *Dom. Petr.de Anchar.in repet.cap.ſi propter,de reſcript. lib.6.& in cap.quanquam,de uſuris lib.6.*

76 Sed quantùm ad præſentem *Ritum*, ut ſupra dixi,qualiter hæres teneatur de delicto,ſeu ſubtractione officialis Fiſci; ſemper in foro conſcientiæ dicas,quòd,ſi hæres fecit inventarium, non eſt dubium utique jure non teneri ; ſed ſi non fecit inventarium,dicas idem , cùm de jure canonico ut dixi,non teneatur, quod jus canonicum tanquam reſpiciens, & tollens peccatum deberet ſervari etiam in foro judiciali , ut Cæ-
77 ſaris:quia,ſi hæreditas non eſt ſufficiens,peccatum eſt, & contra jus naturale , quòd hæres te-
78 neatur ultra vires hæreditatis : quia ſic Fiſcus locupletaretur cū aliena jactura de rebus alienis,quod eſſe non debet, & ubicunque inducitur peccatum, cognitio pertinet ad jus canonicum,& tolli debet peccatum,ut in *cap.novit, de judiciis*,& ſic dicendum eſt in conſcientia,& in utroque foro,Cæſaris,& Canonico.

79 Sed omittamus longā materiam,& veniamus ad terminos noſtros fiſcales , de quibus *in l. ex judicierum,de accuſat.per text.Gloſſ.& Bart. & Butr.*adducamus caſum legis quantùm ad materiam noſtrā,in *l.fin.ff ad leg.Iul.peculatus*; ibi: *publica judicia peculatus, & de reſiduis repetundarum ſimiliter adverſus hæredes exercentur ; nec immeritò cùm in his quæſtio principalis ablata pecunia moveatur* ; & ſic videtur, quòd hæres teneatur de reſiduis , quæ habuit defunctus
80 ejus , & reſidua ſunt, quæ habentur in *l. 1. eod. tit.* ibi: *ne quis ex pecunia ſacra,religioſa , publicave, auferat,neve intercipiat,neve in rem ſuam vertat: neve faciat,quo quis auferat intercipiat, in rem ſuam vertat:niſi cui utique lege licebit:neve quis in aurum , argentum,as publicum , quid indat , neve immiſceat , neve quo quid indatur immiſceatur,faciat ſciens dolo malo, quo id pejus*
81 *fiat* . Et hoc ſemper intelligas non facto in-
82 ventario:quia facto inventario non teneretur hæres, etiam fiſco, niſi in quantùm ſuppetunt vires hæreditatis,per *l.fin.Cod.de jur.deliberādi.* Pro hoc etiā videtur *conſtit.Reg.officiales Reipub. lib.1.* ibi: *Officiales Reipub.vel Indices, qui tempore adminiſtrationis pecunias publicas ſubtraxerint , obnoxii ſint crimini peculatus capite, puniantur , niſi eis regia pietate indulgeatur* ; ubi *Gloſſ.* dicit : *Eſt enim pœna peculatus capitalis animadverſio contra judices, qui tempore ſua admi-*

Digitized by Google

miniſtrationis publicas ſubtraxerint pecunias,& contra eos,qui miniſterium eis ad hoc exibuerũt, vel qui ſubtractas pecunias ab his ſcienter ſuſceperunt, contra alios verò qui tenentur hac lege ſtatuitur pœna deportationis, & publica eſt hæc actio, & loquitur quinquennio, ut Inſt.de pub. jud.§.lex Iulia peculatus,ff.ad l.Iuliam peculatus

83 *l. peculatus crimen*, & ſubdit *Gloſſ.* quòd peculatus eſt crimen ſpeciale, quod incohatur contra hæredes, ut *ff.eodem,l.ultima*; & ſic habes *ex tex.& Gloſ.* quòd peculatus crimen tranſit contra hæredem: itaque teneatur de pecunia ſubtracta,per ipſorum defunctos, & dic, & declara etiam iſta,ut proximè dictum eſt.

84 Item videamus de collectis ex hoc, quia in hac *Rubrica* dicitur,quòd debent Commiſſarii facere quaternos; & ideò dic de quaternis collectarum, per quos fiant, & de ipſorum ſolutione, & perceptione, non fiant cædulæ,ſed apodixæ,pro quibus nihil recipiatur, providit *Carolus I. in capit. quod quaternis* (33. ſecundùm

85 ordinem de Nigris) quod autem collectæ in aliqua Univerſitate imponi non poſſint ſine ſpeciali mandato Regiæ Majeſtatis, habetur in *cap.ejuſdem Caroli Primi*,quod incipit *itẽ quod*

86 *Juſtitiarii, & Judices* (28. ſecundùm ordinẽ ejuſdem de Nigris) De forma, ac modo tenẽdo in compoſitione generali ſubventionum,& collectarum,habetur *in cap.item ſtatuimus,quod ab Univerſitatibus* (135. ſecundùm ordinem

87 prædictum, *& quatuor ſequentibus*; quòd autem Clerici clericaliter viventes ſint immunes à collectis, habetur in *cap.item ſtatuimus, quod Clerici, qui clericaliter* (ſecundùm prædictum ordinem 98.) Si ergò non vivunt clericaliter, non competit eis hoc beneficium, ut dicit ibi

88 *Gloſ. Neapol.* Conjugati autem Clerici nullo privilegio gaudent, niſi privilegio fori,ut in *cap.unic.de Cleric.conjugat. lib.6.* & ibi etiam per *Joannem Andr.* & notatur in *d. cap. item ſtatuimus,quod Clerici, qui clericaliter*, in qui-

89 bus autem caſibus ſit imponenda collecta, de-

90 clarat *Honorius Papa* in ſuis capitulis ex quo patet declaratio eorum, quæ habentur:In *cap. ſtatuimus,mandamus,& volumus* (115. ſecundùm ordinem de Nigris) ubi *Carolus II.* petit declarari per Martinum Summum Pontificem de impoſitione collectarum, & promittit ſtare declarationi prædictæ, & ibi remittit etiam omnia reſidua collectarum,prout habetur in *d. cap.* & in *capitulis Honorii poſt princip. in Rubr.*

91 *de Collectis*; Cui declarationi ſtare debuit dictus Rex Carolus II. quia videtur etiam,& ſucceſſoribus in Papatu ſe ſubmiſiſſe, cùm eadem

92 ſit Sedes Apoſtolica; & etiam habemus de non rogandis taxatoribus collectarum, ac de proceſſu habendo ſuper collectis, & quòd nihil recipiatur pro ſigillandis quaternis collectarum; & delatio taxatorum collectarum, & quòd pecunia collectæ recolligatur integrè per officiales ſuo tempore, *in cap.item ſtatuimus, quod ab Univerſitatibus* (135. ſecundùm ordinem de Nigris) *cum quatuor ſeqq.* quæ videntur quaſi ejuſdem tenoris, ſicut prædicta quatuor *capitula* proximè allegata.

93 Item quod nulla compoſitio de quavis cauſa poſſit fieri, vel exigi ab Univerſitate antequã ſint integrè recollectæ functiones fiſcales, provident cum pœna,*capit. Regis Roberti*,quod incipit *novis morbis* (ſecundùm prædictum ordinẽ

64 257.) Item ſtatuit idem *Rex*, quod de non recollectis reſiduis, pro ſingulis unciis decem ſolvatur una uncia, quod patet in alio *capitulo* ejuſdem, quod incipit, *ut Officialium Re-*

95 *gni noſtri*. Item ſciendum eſt, quod Juſtitiarii de Menſe Maii annis ſingulis debent mandare renovari appretium, ita quod in fine Menſis Auguſti ſit integrè renovatum sub pœna,prout patet in *capitulis Regis Caroli II.* ſcilicet in *cap.in ſingulis Civitatibus* (194. ſecundũ ordinem de Nigris) & *in cap. Kalendis Maii*

96 (167.ſecundùm ordinem prædictum) Item, quod ubi quis habet bona burgenſatica,ibi debet ſolvere collectam, licèt alibi habeat inco-

97 latum, *d. cap.in ſingulis Civitatibus*. Item, & quod in fraudem collectarum aliquis non te-

98 neat affidatos, ut *ibidem* cavetur; ſicut etiam decima prædialis debet ſolvi Prælato, in cujus Parrochia prædia ſita ſunt,*extra de decimis, c. 1.in fin.* & vide *Gloſſ.magnam in Cod.de agric.& cenſ.l.ſi coloni, lib.*11.

99 Item quod dictum eſt de clericis clericaliter viventibus non habet locum ſecundùm Regem Robertum, quando in fraudem munerum civilium, & publici Juris fiunt,ut ſi Hoſpitaliorum,& Templariorum,& aliarum Religionum aſſumunt, & portant habitum retentis in domibus uxoribus ſuis, licèt aliquid de bonis eorum conferant,vel certam partem offerant Religionibus memoratis, de quo plenè videas *in cap.1.Regis Roberti*,quod incipit *Robertus, &c. privilegia* ſecundum ordinem de Nigris 200.) Item ſtatuit Rex *Carolus II.in cap.item ſtatuimus,quod poſſeſſiones* (99.ſecundùm prædictum ordinem) quod capitulum habet tria edicta;

100 Primum loquitur in rebus nemini obligatis, & ſic in liberis rebus,& tunc poſſunt dari, donari,& obligari Eccleſiis.

101 Secundum *edictum* loquitur in rebus obligatis Curiæ, quæ non poſſunt dari,donari,vel obligari Eccleſiis:cujus edicti fortè ratio eſt,ne Curia inducatur ad litigandum cum Eccleſiis, in quarum favorem multa capitula promulga-

102 vit; Tertium *edictum* eſt, quod ſi res, quæ Eccleſiæ datur, eſt alicui privato obligata, & obligatio non impedit dationem, valet datio,

103 & res cũ onere ſuo tranſit;eſt modò videndũ, quænam obligatio eſt illa,quæ impedit tranſlationem rei in Eccleſiam?de quo plenè in *gloſ. Neapol. in allegato cap. item ſtatuimus, quod poſſeſſiones*, ubi dicit, quotieſcunque eſt obligata Curiæ; *in 2. edicto dicti cap.* ſive ſit obli-

104 gata ratione publicæ præſtationis, ut *ff. de publicanis,l.Imperatores, & ff.de hæred.vel act.*

Digitized by Google

vend. l. venditor hæreditatis, §. si quid publici, & Cod. si propter publicas pensitationes, per totũ; sive ratione publicæ administrationis *primipilaria, Cod. de privil. fisc. l.* 1. vel ex aliis causis, *l. in quib. caus. pign. vel hypot. tac. contr.* 1. *&* 2. *& l. satis*
105 *notum est*; & adverte, quòd in hoc corrigitur Ius cõmune, de quo in *Cod. de exact. tribut. l. fin. lib.* 10. ubi notatur, quod res, ex quibus debentur publicæ functiones, tributa, vel annonæ, possunt transferri Ecclesiis, & privatis, sed transeunt cum hujusmodi oneribus: cùm hæc Jura sint realia, ut ibi patet; & adeò sunt realia, ut non debeantur, nisi ab iis, qui possident, & fructus percipiunt, *ut de annonis, & tributis, l.* 1. *& l. indictiones Cod. eod. lib.* 10. & facit *d. l. Imperatores*;
106 Sed quid de rebus, de quibus debentur collectæ, an possint donari Ecclesiis? & videtur quod non, ut *in alleg.* cap. *item statuimus, quod possessiones*; sed certè hoc esset satis iniquum: sequeretur enim ex hoc, quòd nulla bona burgensatica privatorum possent donari Ecclesiis, cùm pro omnibus debeantur collectæ, & sic esset nimium restrictum beneficium charitatis; unde dicas, quod hujusmodi bona pos-
107 sunt donari Ecclesiis. Nec obstat *d. cap. item statuimus, quod possessiones*: quia loquitur quando ipsæ possessiones tenentur ipsi Curiæ, & sic quando est onus merè, & totaliter reale, puta tributum, indictio, pensitatio, vectigal, annona, vel aliud simile, de quibus modo dixi; Sed
108 collecta non est totaliter onus reale, sed mistum, *ff. de muner. & honor. l. rescripto, §. fin.* cùm imponatur civibus, vel incolis, ut ibi patet; &
109 sic non sunt ista bona, seu predia ad collectas obligata, sed ipsi homines tenentur pro prædiis secundùm quantitatem possessionum, & rerum, & æqualiter imponuntur divitibus, & pauperibus, secundùm quantitatem patrimonii, *Cod. de apoc. publ. lib.* 10. *l.* 1. *in fin. & gloss. super verb. inopes, & de discussoribus l. per singulas, & de muneribus patrim. l.* 1. *&* 2. *cum gloss. in rubr. predicta.*

110 Patet ergò, quòd collecta quantùm ad considerationem quantitatis bonorum est munus Reale; quantùm autem ad obligationes est personale: & quia personis imponuntur, & personæ sunt obligatæ pro rebus, & propterea dicitur mistum, ut in *d. l. rescripta, §. fin.* propterea impositio collectæ indicitur pro æquitate: quia æqualiter homines secundùm facultates tenentur, ut notatur *Cod. de advoc. diver. Jud. l. scimus.*

111 Item potest esse alia obligatio impediens talem donationem, puta si tenebatur ab alia Ecclesia in emphiteusim, quo casu posset illa Ecclesia hanc donationem revocare, ut in *Authen. de alien. & emphyt. §. si verò contingerit, col-*
112 *lat.* 9. Item si fueris res litigiosa, *Cod. de litigios.*
113 *Auth. litigiosa, & l. lite pendente.* Item si fuit usibus publicis dedicata, vel aliàs non habeatur ejus commercium in communi, *ff. de leg.* 1.

114 *l. apud Julianum*; Regula igitur est, quòd res obligata potest dari Ecclesiæ, sive sit obligatio illa servitutis realis, sive sit obligatio conventionalis pro debito: cùm semper transeat cùm onere suo, *Cod. de servit. & aqua, l. & in provinciali, & de distract. pignor. l. si debitor*, secundùm prædictum *Neap. in alleg. cap. item statuimus, quòd possessiones, &c.* Nec habemus aliud quærere in hoc Regno, & Curia Summariæ: cùm Doctores nostri Juris civilis, multa dicant circa hoc, & maximè *Bart.* qui loquitur de possessionibus Civitatis Perusiæ, & de consilio quòd fiant tributariæ possessiones; Verùm, Domini mei, hæc materia multùm aggravat, &
115 conscientias, & populos; ex quo dicitur, quòd collectæ non jure petuntur, per ea, quæ habentur per *D. Andr. de Isern. in tit. quæ sint regal.* ut posui *in præambulis, in rubr. de jur.*
116 *fund. in Rit.* Sed in uno est advertendum, quia videntur positæ collectæ secundùm voluntatem Papæ, ut apparet *in d. cap. statuimus, mãdamus, & volumus*, ubi *Carolus II.* voluit hanc declarationi *Papæ Martini*; & licèt illam declarationem non habeamus, habemus tamen declarationem *Honorii Papæ*, in qua mandat certo modo collectas imponi; & sic videtur, quod dictus *Papa Honorius* secutus fuit permissionem dicti *Caroli II.* quam fecit *Papæ Martino* prædecessori, tanquam Papæ, quod extenditur ad Successores, per ea, quæ habentur in *cap. quoniam Abbas, extr. de offic. delegati.*
117 quia ubicunque scribitur Prælato sub nomine appellativo, semper porrigitur ad successorem, licèt expressum fuit nomen primi, ex quo conjunctum fuit cum appellativo, ut plenè habetur in *d. cap. quoniam Abbas, per litteram, &*
118 *per Doctores*; Præterea posset dici, quòd collectæ justæ sint: cùm omnes prædecessores Sedis Apostolicæ sciant dictas collectas imponi, & exigi, & non contradicant pro hoc facit, quod habetur in *cap. à nobis, de decimis*, ubi DD.
119 ponunt quæstionem de non solventibus decimas in aliqua Regione, in qua non præstantur, nec exiguntur dicentes, quod Romana Ecclesia in hoc videtur dispensare, ne totam multitudinem contingat damnari; sic in proposito
120 nostro, ut cùm Romana Ecclesia, & Papa sciant collectas in Regno imponi, & exigi, videatur concessisse, per ea etiam, quæ hic dixi; verùm nõ vidi alias cõfirmationes, & in vestitura Regni factas à Summis Pontificibus quia illarum tenorem attenderem, *cap. porrò, de privileg.*
121 & maximè tenorem concessionis Regni, ubi dicitur, quod tenere debeat Regnum secundùm statum, & ordinationem boni Regis Guilielmi, de quo tempore non erant dictæ collectæ, secundùm eundem Dominum *Andr. de Isern. in*
122 *tit. quæ sint regalia*; tamen, quicquid sit, habemus solemnem ordinationem *Regis Roberti*, quæ si observaretur, prout observari debet, quia
123 ut video, per ignorantiam, & negligentiam

sunt

sunt omissa ea,quæ deberent reduci ad memoriam, cùm satis alleviant populos, qui nihil, aut parum solverent, & Dominus Rex haberet suam intentionem,& fortè in pluri,& cum majori gratia Dei,& laudatione populorum: nam vult idem *Rex in uno suo capit.* quòd Stratigatus Salerni &c. *scire nos fecimus*, &c. in quo
124 edicto expresè mandat,quòd ex omnibus vectigalibus, & datijs, quæ imponuntur per universitates, & loca Regni de voluntate, & conscientia Regis, ex redditibus, & proventibus, debeant ante omnia solvi collectæ Regiæ
125 Curiæ: cùm declaret, quod potissima causa impositionis prædictarum est, ut solutioni collectarum primò proficiant,& subsequenter aliis commodis communis utilitatis attendant;
126 cùm ergo hoc sanctissimè in favorem pauperum fecerit prędictus Rex,ut tantò minus universitates solvant in collectis,quantò plus provenit ex istis gabellis, & quasi omnes Universitates, & loca hujus Regni habent sive ex concessione tacita,vel expressa,sive ex consuetudi-
127 ne,ista vectigalia,& datia, quæ hodie quasi per certas speciales personas exiguntur,quæ in suos proprios usus privatos convertunt, quæ si converterentur primò ad solutionem collectarum superabundarent,vel aliter modicum sol-
128 verent universitates: nam hoc fit maximè in Civitate Neap.quæ tenetur in bona summa, & antiquitus tenebatur in collectis usque ad summam circa septingentarum unciarum, aut parũ
129 minus ;& quia dicta Civitas habet datia, & vectigalia, quæ multum superabundant dictã
130 quantitatem, licèt multis temporibus retroactis,nostris exigẽtibus peccatis,propter guerras, & necessitates Curiæ,donatæ fuerunt Regibus omnes illæ quantitates, quæ superabundabant, satis tamen est, quòd de illis solvan-
131 tur prædictæ collectæ, sed advertant Reges, & eorum Consiliarii : quam multa bona patrimonii Fisci per excadentiam occupata sunt per homines, & Dominos, & Universitates, quæ si reducerentur ad manus Curiæ, non minus ascẽ-
132 derent,quàm collectæ; ad quod attendere debent Consiliarii : quia si conservabunt patrimonium non extender Rex manus suas ad iniquitatem auferendo bona subditorum tyramnizando : auferenda enim est talis occasio, secũdùm Dominum *Andr. de Isern. in tit. de prohib. feud. alien. per Frideric.* §. *preterea*, *circa*
133 *medium*; nec possunt possessores allegare, quod præscripserunt, ut quia tenuerunt tanto tempore, cujus non est memoria,& ultra centũ annos, etiam contra Fiscum, & etiam in Regno Siciliæ per *Constit. quatragenaria*, dicendo quòd talis præscriptio æquiparatur privilegio, ut in *cap. super quibusdam*, §. *preterea*, *de verb.*
134 *signif. l. hoc jure*, §. *aquæductus*, *ff. de aquæduct.* quia hæc allegatio in terminis nostris nõ procederet maximè in Regno per *cap. Caroli II.* quòd incip. *Item statuimus*, *quò si Procuratores Fisci* (120. secundùm ordinem de Nigris) ubi habetur, quòd talibus tenentibus, & occupantibus bona, & jura fiscalia ; non prosit etiam concessio Regis, nec privilegium indè factum, ergo nec concessio, quæ etiam habetur secũdùm jus commune,per ea, quæ notat *Bald.*
135 *in tit. de nat. success. feud.* ubi dicit,quod Princeps homini invadenti Castrum alienum non potest Castrum illud confirmare, maximè per rationẽ, *Cod. unde vi, l. authoritatem*; pro hoc inducit *l. si quæ loca*, *Cod. de fũd. & saltib. rei dominicæ*, *lib.* 11. ubi & *Glos.* dicit arguendo contra eos, qui occupaverunt terras Comitis Gulini, & impetraverunt rescripta per Principes, notat *Bart.* qui idem dicit de eo, qui occupavit rem emphyteuticam; & postea Ecclesia sibi
136 concessit,quod dic,ut ibi;tamen quantùm ad nostrum propositum satis est,quod expresè dicitur in *d. cap. item statuimus*, *quod si procuratores Fisci*, propterea ad majorem declarationẽ,
137 posito quòd procederet præscriptio (quod verùm non est) nihilominus debet deduci tempus guerræ, in quo prædecessores Reges non potuerunt jus suum prosequi, ut notat *Innoc. in cap. auditis*, *de præscript.* & quicquid sit non recedatur à *d. c. item statuimus*, *quod si Procuratores Fisci*; ita quòd possidentes non possunt allegare cõtra Fiscum,nec præscriptionem,nec cõcessionem,seu privilegium, quod nota benè,
138 Item, quia dixi de crimine peculatus,& læsæ Majestatis,per ea, quæ habentur in allegata *l. cùm ex judiciorum*; videamus de istis condẽnationibus, & pœnis committentium crimen læsę Majestatis,per notata *in capitulis Regni* quæ maximè attendi debent in hoc Regno Si-
139 ciliæ contra proditores Regis, cùm tractatur de bonis ipsorum proditorum in Camera Sũmariæ: nam habemus primò in *cap. Regis Caroli I.* quod incipit *ad vim dictam* (13. secundũ ordinem de Nigris) de bonis proditorum confiscandis,vel de receptatoribus eorum, vel de iis, qui potuerunt capere proditores, & non cæperunt: nam dicit, *non obstante eorum absen-*
140 *tia*, ideſt *proditorum*; & breviter dic,quod ibi statuitur jus novũ,ut sine sententia bona proditorum Curiæ applicentur, quod secus est de jure veteri.Itẽ aliud jus novũ ibi statuitur,quia
141 ibi non requirit citationem,quod est contra *C. de quadrag. præscr. l. bene à Zenone*;& adverte, quod Rex *Carolus primus*, de proditoribus multa *capitula* statuit: nam Regni ejus anno 2. fecit *cap. misericordiam* (secundùm ordinem de Nigris 12.) *de proditoribus reconciliatis*, deinde fecit *capitulum de proditoribus capiendis*, ut in *d. cap. ad vindictam*; deinde Regni anno 7. fecit *de filiis proditorum cap. satis constat* (28. secundũ prædictum ordinem) ; deinde Regni anno 9. fecit *de capiend. proditoribus*, *bannitis*, *& forjudicatis cap. dudum*, quod non reperitur; deinde eodem anno die mercurii 19. Martii apud Brundusium fuit factum *cap.* quòd incipit *Previ-*

visum est (58. secundùm ordinem prædictum) & loquitur *de bonis proditorum*; deinde Regni anno 10. fuit factum *cap. & si frequenter sub tit. de his, qui prætendunt habere jus in bonis proditorum* (secundùm ordinem prædictum, item adverte, quod per dictum *capitulum dudum, de capiendis proditoribus, bannitis, & forjudicatis*, datur intelligi, quòd debeant citari; & sic videtur, quòd per illud corrigatur *d. cap. ad vindictam*; sed certè non corrigitur; sed in alio casu loquitur secundùm *Neap. alleg. cap. ad vindictam, num. 22. in medio*, & ibi videas.

142 | 143

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Iuramentum arctissimum vinculum est, quo ligamur, ad promissorum observantiam, n. 1.

Iuramentum, ut liget, comites habere debet, & qui nam sint? n. 2.

Iuramento non observato, divina laditur Majestas, n. 3.

Iuramentum non obligat, si sit præstitum super re contra bonos mores, n. 4.

Iuramento probari possunt, quæ in animo cõsistunt, nec aliunde probari valent, num. 5.

Iuramentum inter probationum species adnumeratur, num. 6. sed priscis temporibus, & quare? n. 7.

Iuramenti probatio pro irregulari, in artificiali, ac privilegiata habetur, & proinde pro subsidiaria, n. 8.

Iuramenti suppletorii delatio à judice an, & quando possit deferri? n. 9.

Iuramentum suppletorium, sive necessarium, quid? & quando deferatur? n. 10.

Iuramentũ suppletoriũ deferri potest ad partis postulationem altera contradicente, ac judicis officio, n. 11.

Iuramentum suppletorium deferri debet cũ causæ cognitione, & concurrentibus debitis requisitis, n. 12. 14.

Iuramentum suppletorium hæredi haud deferendum est nisi sit informatus, & scientiam habeat de negotio, sed in litem datur contra hæredem lite contestata cum defuncto, n. 13.

Iuramentum suppletorium deferri potest, si plusquam semiplenè fuerit probatum, etiansi causa sit magna, num. 45. & in causa matrimonii, n. 16.

Iuramentum suppletorium mulieri deferri potest si plusquam semiplenè suam probaverit intentionem, n. 17.

Iuramentum suppletorium ad quantitatem verificandam, & liquidandam præstari potest, substantia crediti probata, nu. 18.

Iuramentum suppletorium an possit peti, & deferri à judice post concluſum in causa? num. 19.

Iuramentũ suppletorium si in prima instantia non fuerit petitum, nec à judice delatum, an in secunda peti, vel deferri possit? n. 20.

Iuramentum suppletorium peti, & deferri potest tam actori, quàm reo, n. 21.

Iuramentum suppletorium, cui nam deferri debeat actori ne, an reo, si æqualiter uterque semiplenè suam probaverit intentionem? n. 22.

Iuramentum suppletorium non præstatur, etsi petens semiplenè probaverit, si contra eum urgeret præsumptio licèt minima, n. 23.

Iuramentum in litem ab actore tantùm defertur, n. 24.

Iuramentum in litem contra conventum datur, si de dolo, non præsumpto, & lata culpa convincatur, n. 25.

Administratores, ac omnes alii, munera, & officia suscipientes, sive voluntariè, sive ab homine, vel à lege, tenentur ad omnia, quæ ex natura officiorum veniunt, num. 26.

Administratores ad rationum redditionem tenentur, n. 27. 30. ac libros introitus, & exitus conficere, num. 28. ut valeant suis temporibus computa reddere lucidè, & clarè, n. 29.

Dolus, & fraus præsumitur, libris ab administratore non exhibitis, aut non confectis, n. 31.

Iuramentum in litem datur contra Tutorem, administratorem, vel officialem, libro, & inventario non confecto; vel exibentem, sed non legitimè, & legaliter confectum, n. 32.

Iuramentum in litem datur præcedente tamen judicjs taxatione, & quare? num. 33.

De juramentorum speciebus, & ex concernentibus ad prædicta plura, per authorē dicta sunt alibi, n. 34.

Iu-

Digitized by Google

Iuramentum quòad ſpiritualia pro perſonali habetur, ſecus quò ad temporalia, num.35.

Iuramentum præſtitum à defuncto ſuper contractu, obligat hæredes, ad quos tranſit, num.36.

Iuramentum obligat ad præciſum factum, ſuper quo præſtitum eſt, n.37.

Iuramentum obligat minorem, num.38.& 39.

Minore conſtituente procuratorem cum juramento in judicio, tenet conſtitutio, & acta ſubſiſtunt, n.40.

Primum,& ſecundum beneficium minori debentur, etſi ſit in judicio cum procuratore à ſe cum juramento conſtituto, num. 41.

Minores,& pupilli in judicio eſſe non poſſunt abſque tutore, vel curatore, n.42.

Minor, curatorem habens, pro pubere non habetur, inde nec contrahere, nec in judicio eſſe poteſt abſque Curatoris præſentia,& conſenſu, num.43. & omnia geſta per eum nulla, & invalida ſunt, n.44.

Teſtes jurare debent, ut fidem faciant, licèt ſint religioſi, vel probatæ vitæ, etiam in judiciis ſummariis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, nu.45. ac etiam in ipſorum repetitione? n.46.

Iuramentum in die feriali, an præſtari poſſit? num.47.

Iuramenti præſtatio à teſtibus, actus judiciarius eſt, num. 48. etianſi cauſa ſit ſummaria, n.49.& ita deciſum etiam in diebus feriatis vigore Regiæ Pragmaticæ, n.50.

1 ARctiſſimo quidem vinculo ligantur, qui, juramento mediante, ad aliquid in beneficium illius, ad cujus favorem promiſſum tendit, ſe ligant: quoniã habent in teſtem Deum, recipientem promiſſionem ex vi juramenti, ut à promiſſorum obſervantia recedi non valeat, Sigiſmund. Loffred. *conſ.* 12. *num.* 28. 29. Gallup. *prax. S.R.C. num.* 2. *cap.* 12. *nu.* 1. Tranchedin. *conſult. for.* 7. *nu.* 11. quoties
2 jusjurandum præſtitum tria ſimul habeat eſſentialia requiſita, veritatis ſcilicèt, judicii, & juſtitiæ, attenta ejus dignitate, & magna, quam habet præeminentia, ne divina lædatur Majeſtas, ob reverentiam Deo debitam, qui ſumma veritas eſt, & in teſtem vocatus; in cujus invocationis nomine humanæ linguæ proclives haud eſſe debent, juxta Hieremiæ Prophætæ dictum, de quo in *cap.& jurabant*, 22. *quæſt.* 1. *cap. animadvertendum*, 22. *quæſt.* 2. *cap. etſi Chriſtus* . . . . §. . . Iacobus *de jur. jur.* Anton. Corn. *de abſolut. juram. prælud.* 4. *& p.* 4. *caſu* 6. *num.* 1. *& caſ.* 7. *num.* 20. Reg. de Marin. *reſol. jur. cap.* 136. *num.* 15. *to.* 2. ex Seraphin. Altograd. Menoch. Pancirol. Baron. & Balthaſ. Tranchedin. *conſult. for.* 37. *num.* 40. *& conſult.* 100. *n.* 19. præter alios laudatos per Nos *in obſerv.*
4 . . . *ad allegat. Io: vinc. de Anna*; aliter uti contra bonos mores iniquitatem ſaperet, & haud eſſet obſervandum, quia non aptum ad obligandum, *cap. ſi verò*, 8. *de jur. jur. cap. non eſt obligatorium*, 58. *de regul. jur.* Maranta *in ſua praxi aur. p.* 6. *de juram. ejus diff.& uſu, à num.* 47. Molfeſ. *ſuper conſuet. Neapol. in tit. de renunciat. q.* 9. *num.* 11. 12. *tom.* 1. Hieronym. de Roſis *ſelectar. jur. obſerv.* 6. *nu.* 37. *obſ.* 19. *num.* 19. *p.* 1. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv. deciſ. illuſtr.* 101. *n.* 24.
5 *p.* 2. qua de re quæcunque in animo cõſiſtũt, propter quod aliter verificari non poſsũ, tam ſi affirmativa, quám ſi negativa ſint, hoc juris jurandi remedio probari valent, Gloſſ. *in cap. ſignificaſti*, 16. *verb. ſi ita eſt, de homicid. voluns. vel caſual.* Barthol. *in l. Celſus num.* 6. *ff. de uſucap. & in l. inter omnes*, §. *rectè, num.* 2. *verſ. hac gloſſa ff. de furt.* Calà *de modo artic.& proband. gloſſ. un.* §. 2. *num.* 1571. Ricc. *collect.* 1357. *&* 2995. Pareja *de inſtrum. edit. tit.* 6. *reſol.* 3. *n.* 39. 40. *to.* 2. Fulvius Pacian. *de probat. concluſ.* 905. *n.* 5. *vol.* 2. cũ aliis laudatis ab Ægid.
6 de Caſtejon *alphab. jur. tit. I. verb. juramentum, num.* 25. *verſ. quæ in animo*, & inter probationum ſpecies adnumeratur ab Vlpiano *in l. ſed etſi poſſeſſori*, 11. §. *ſi cum de hereditate, ff. de jur. jurand.* Gloſ. *in cap. ſtatutum*, 11. §. *cùm verò, verb. per*
7 *proprium juramentũ, de reſcript. in* 6. Sed hoc antiquis temporibus, quando juramentorum religio ſervabatur intacta, ut ſer-

servari debet, quæ demum, quia non ita colitur, ut par est, cùm faciliter perjuretur, pro non tuta, & reali probatione dejudicatur; ex cumulatis per Scopp. *ad Gratian. dec.* 166. *n.* 8. itaque pro inartificiali, sive irregulari, & privilegiata habetur, ut scilicet ei præstetur locus in subsidium, & defectum probationis, in cujus relevamine admitti, determinavit Alexand. III. Pontifex *in cap. sicut consuetudo*, 2. *de probation.* & Bonifac. VIII. *in d. cap. statutum*, 11. §. *cùm verò, prope finem*, ex dictione illa *saltem*, ubi Gloss. in *d. verb. saltem*, Cajus in *l. admonendum*, 31. ibi: *solent enim sæpe judices in dubiis causis exacto jure jurando secundùm eum judicare, ff. de jur. jurand.* cum Gloss. *in verb. exacto juramento*, & Diocletian. & Maximian. in *l. in bonæ fidei*, 3. *Cod. eodem*, ubi Gloss. *in verb. decidi oportet*, Mascardus *de probation. d. conclus.* 905. *num.* 4. Pacian. *de probat. d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *cap.* 37. *num.* 16. *& lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 101. 8 *& cap.* 47. *num.* 42. Cevall. *commun. contr. commun. quæst.* 7. *tom.* 1. Pareja *de univers. instrum. editione, tit.* 9. *resol.* 4. *nu.* 19. *in fine*, Ægid. de Castejon *alphab. jurid. lit. I. verb. juramentum, n.* 14. ita quod actore semiplenè probante suam actionem, & intentionem in judicio contra reum ex testium depositionibus, aut præsumptionibus, & conjecturis, ex quibus non valeret obtinere, quod conventus adstringatur per judicem ad actoris petitioni parendum, vel à reo, ut ab ea absolvatur, si deficiens probatio non 9 suppleatur, ad juramenti præstationem advenitur, quod ad complendam probationem necessariò requiritur, & *necessarium* nuncupatur, sive *suppletorium*, quia defertur, ut probationes suppleantur, & ad causæ determinationem juxta delatum sacramentum, judice jubente, adveniri oportet, sicuti Impp. mandarũt *in laud. imper. constit. in d. l. in bonæ fidei*, ibi: *inopia probationum per judicem jure jurando causa cognita res decidi oportet*, cũ concordantibus, allatis per Gloss. *in d. verb. decidi oportet*, & Pontifices in *cap. juramentum*, 36. §. *sanè, de jur. jur. & in laud. cap. sicut*, 2. §. *nos cùm tunc, de probat.* d. Gloss. *in d. l. admonendi*, 31. *verb. exacto jure jurand. ff. de jure jur.* Afflict. *dec.* 36. ubi addẽtes Marãta *in sua prax. aur. p.* 6. *actu de juram., ejus differentia, & usu, num.* 2. *& seqq.* Gallupp. *prax. S. R.C. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 9. Muscatell, *prax. S.R.C. p.* 1. *glos. conclusio, num.* 16. Calà *de modo articol. & prob. d. gloss. unica*, §. 2. *num.* 935. Thor. *compend. decis. verb. juramentum suppletorium an sit dandum, to.* 1. Ricc. *collect. decis.* 380. *in princ.* Antistes Vici Equẽsis D. Franciscus Verde *ad Gallup. loco cit. num.* 37. *vers. juramentum*, Sarn. *prax. civil.* §. 21. *num.* 1. ubi Scoppa *num.* 6. 8. & priùs *ad Gratian. decis.* 36. *à num.* 1. *usq; ad* 5. Pacian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 34. Mascard. *de probat. conclus.* 1458. *à num.* 1. *&* 2. Burat. *dec. Rot. Rom.* 173. *num.* 8. *& dec.* 722. *num.* 7. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 4. *tit. de jure jurando, def.* 4. *& tit.* 15. *de testibus, def.* 60. *in alleg. num.* 15. Cãcer. *var.* 11 *resol. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. Conciol. *super Statuto Civitatis Eugubii, lib.* 2. *rub.* 13. *num.* 1. & deferri potest etiam ad partis postulationem, etiam altera parte invita, Maranta *ubi supra, num.* 2. *in fine*, Scoppa *ad Gratian. d. decis.* 36. *num.* 2. cum aliis, *in suis locis desuper laudatis*, vel à Iudice ex officio ad veritatem indagandam; etsi aliqui in hoc dissentiant: quia in contrarium est magis commune DD. placitum, ex dispositis per Pontifices, & Impp. *in constitut. proximè laudatis*, in quibus de petitione partium nullus habetur sermo, sed judicibus mandatur, ut in causis dubiis ex defectu plenarum probationum illas determinare valeant, ad hujus genus supplenti priùs adveniant; & concludunt Maranta *in d. actu de juram. ejus different. & usu, num.* 19. ubi Foller. qui *in num.* 3. hoc etiam esse menti tenendum tradit, ex clausulis salutaribus, quæ in libello apponuntur, & etiam, quia per ipsum jus jurandum nil de novo est verificandum, sed quod est deductũ, & actitatum, probandum, ac declarandũ, Capyc. *dec.* 10. *num.* 23. Muscatell. *d. gloss. conclusio num.* 34. Masull. *ad Capyc. dec.* 35. *n.* 1. *vers. limita in uno casu*, Ricc. *ad Afflict. dec.* 36. *vers. & hinc sequitur, in medio*, Mascard. *de probat. d. conclus.* 1458. *à num.* 46. Valasc. *consult. for.* 43. *n.* 29. Cancer. *ubi supra, num.* 5. 10. & decidisse Senatum, refert *n.* 6. & Cameram

Im-

Digitized by Google

Imperialem, Gaill. *pract. observat.* 108. *post num.* 4. *lib.* 1. & M.C. V. Nos *in d. observat... n. . ad Io:vincent.de Anna;*

12 Sed delatio tunc mandari debet cum magna causæ cognitione, licèt concurrāt omnia suprapositā, quæ intervenire debent, ut judicis animus acquiescere valeat partis petitioni, vel sui officii ministerio; ut scilicet de semiplena probatione haud disceptari possit, & quod causa non sit ardua, magnique valoris, inspecta litigantium qualitate : itaque ille, per quem jus jurandum præstatur, certam scientiam habere debet de quo agitur per sensum corporeum, non autem aliū-

13 de; ob quam rationem hæredi haud defertur, Maranta *in laud.loco, num.* 5. Masull. *ad Capyc. dec.* 35. *num.* 1. *vers. nota, quod juramentum*, Scoppa *ad Gratian. d. dec.* 36. *num.* 25. Conciol. *super Statut.*

14 *Civit. Eugub. lib.* 2. *rub.* 13. *n.* 17. nisi de negotio possit esse informatus, & plenā scientiam haberet, *n.* 18. sed in litem juramentum contra hæredem deferri potest, lite tamen cum defuncto contestata, Sardarinus *respons. jur.* 30. *nu.* 135. Demum, quod non deducatur in discrimen de jurantis idoneitate, quod scilicet sit honestæ vitæ, & famæ ; & in concursu probationum aliquid plus probaverit ad dilucidandam suam actionem deductam, quàm altera pars, per ejus probationem in aliquo non lædatur semiplena probatio, à jurante facta, Maranta *in laud. loco à num.* 4. *usque ad* 10. Muscatell. *in d. gloss. conclusio, à nu.* 17. *cum multis seqq.* Viv. *dec.* 108. *p.* 1. Calà *de modo articul. in allata glos. un.* §. 2. *num.* 936. 937. 938. 939. Prosper Petra *in annot. ad Capyc. in d. dec.* 35. *num.* 1. Gallup. *d. cap.* 20. *à nu.* 9. ubi Episc. Verde *à num.* 38. *usque ad* 44. Ricc. *collect. dec.* 2169. Sarn. *in d.* §. 21. *nu.* 2. ubi Scoppa *num.* 6. & idem Scoppa *ad Gratian. d. dec.* 36. *num.* 6. 9. 24. 26. 27. 30. *&* 33. De Luca *prax. judic. civil. cap.* 66. *num.* 13. D. Io: Francisc. Ferentill. *ad Buratt. dec.* 266. *num.* 11. 12. Cancer. *in allato cap.* 8. *num.* 4. *vers. quæ requirantur*, Sperell. *dec.* 28. *num.* 70. *p.* 1. quo in loco,

15 & in *dec.* 75. *à num.* 58. Conciol. *in d. rubr.* 13. *num.* 8. 13. habetur, quod, si probationes plusquam semiplenè verificant probantis intentionem, nil obstat, quod causa sit magni momenti, & ardua, & deveniri potest ad delationem juramenti suppletivi, De Luca *ad Gratian. discept. forens. cap.* 144. *num.* 3. *tom.* 1. Merlin. *dec. Rot. Rom.* 606. *num.* 29. *tom.* 2. Se-

16 raphin. *dec.* 566. *tom.* 1. Conciol. *ubi sup.*

17 *num.* 14. aut matrimonialis sit causa, & juramentum á muliere sit præstandum, *Sperell. d. dec.* 75. *num.* 78. Boer. *dec.* 85. Pacian. *de probat. d. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 19. Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 8. *de juram. n.* 22. *tom.* 1. qui decisum refert per Cathal.

18 Senat. *in d. cap.* 8. *num.* 7. Romaguera *ad Conciol. in laudato loco. nu.* 27. aut si actor in probatis esset, quò ad crediti substantiam, non quò ad certam quantitatem, ad ipsam probandam deveniri potest ad hunc suppletoriæ probationis actum, Viv. *d. dec.* 108. *num.* 1. Maranta *in sua prax. d. p.* 6. *actu de juram. num.* 21. Episcopus Verde *ad Gallup. ubi supra, num.* 42. Ricc. *collect. decis.* 211. *vers. sed pone*, Scoppa *ad Gratian. d. dec.* 36. *nu.* 32. De Luca *ad Gratian. in allato cap.* 144. *n.*

19 1. 2. Cancer. *ubi supra, n.* 19. Franciscus Sardarinus *resp. jur.* 30. *nu.* 155. sed peti debet ante actum conclusionis in causa, ut post eam deferri per judicem possit, Capyc. *dec.* 35. Verùm in Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta, & omnes causæ habentur pro summariis, contrarium observatur : nam & peti, & per judicē ex officio deferri potest postquam in causa concluſum est, & usque ad calculum ferendæ sententiæ, ex deductis per Io:vinc. de Anna *Singul.* 283. Marant. *in sua prax. aur. p.* 4. *distinct.* 9. *num.* 29. *d. p.* 6. *actu de juramento, & ejus differentia, n.* 10. *&* 12. Muscatell. *d. p.* 7. *gloss. conclusio, nu.* 16. Scoppa *ad Gratian. d. dec.* 36. *num.* 34. *&* *ad Sarn. d.* §. 21. *nu.* 10. De Luca *in sua praxi, allato cap.* 66. *à num.* 12. Mascard. *de probat. d. conclus.* 958. *num.* 52. 53. Hermann. Vlteus *de judic. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 18. Cancer. *in laud. cap.* 8. *à num.* 11. & decidisse Regium Collaterale Consilium, refert Reg. Sanfel. *in sua prax. judic. sect.* 58. *num.* 31. 32. & per Almum Senatum S. R. C., Regius Consiliarius Petra post multos, quos laudat cōcordātes, DD. in *Ritu M.C.V.* 239.

02 *nu.* 4. *tom.* 2; immo non petito, neque delato in prima instantia, in qua succu-

Digitized by Google

buit, in secunda appellationis ab ipsi us petitione non excluditur; & licèt non petatur a parte, per Iudicem ex officio deferri valet, ea itidem, inter alias, ratione: quia in appellationis judicio omnes errores, & probationes non factæ ad causam concernẽtes purgari possunt; & ob id novus impartitur terminus, cum declaratione ad non posita ponendum, & non probata probandum, Maranta, ubi Foller. *in d. prax. p. 6. actu de juram. & ejus differentia, n.* 20. Scoppa *ad Gratian. in d. dec. 36. nu.* 48. *& ad Sarn. d. §. 21. num. 9.* Anton. Fab. *in suo Cod. lib. 4. tit. 1. de jure jur. def. 27.* Cancer.

21 *d. cap. 8. nu. 36.* Sed quia ut diximus, hujus juramenti delatio deferri, & peti potest tam ab Actore, quàm à Reo, quãdo aliquis eorum semiplenas confecerit probationes, cùm ad imparia non sint judicandi, Scoppa *ad Gratian. d. dec. 36.*

22 *num. 37.* Cancer. *cap. 8. num.* 27. evenire in discrimen potest, quod uterque, actor scilicèt, & reus semiplenè æquali modo suam respectivè probaverit intentionem, & quæritur, uter admitti debeat ad supplendam ejus probationem? & per omnes resolutivo modo cõcluditur, in hac dubietate, magis reo favendum, quàm actori, juxta Ariani sententiam, à Paulo amplexam, quod promptiores esse debemus ad liberandum, quàm ad adstringendũ, *in l. Arianus, 46. ff. de action. & obligat.* & Pontificis per ea, quæ desumuntur à *Can. veniam, 35. quæst. 9.* cum aliis consimilibus, cumulatis à Nicolao-vincentio Scoppa *menexeno, de Reipubl. regim. §. 1. n. 6. 7.* itaque reo potiùs, quàm actori deferendum est juramentum hoc suppletorium, Muscatell. *d. gloss. conclusio, n.* 28. Episc. Verde *in laud. loco nu.* 43. *vers. quod, si pro reo*, Cyn. *super Cod. in d. l. in bona fidei, 3. de jure jur. num. 9. in medio*, ubi Põp. Battaglin. *in fine*, Scoppa *ad Gratian. in d. decis. 36. num. 38. 39. & ad Sarn. in cit. loco, nu. 7.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. cent. 2. cas.* 190. *nu.* 19. 20. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 71. n. 26.* Facchin. *controv. jur. lib. 1. cap.* 18. ubi *in fine* ait: *si pares hinc inde sint probationes, & reus aliquid præstiterit, quo causa dubia redditur; non dubito, quin reo potiùs, quàm actori deferendum sit*, Cancer. *in laud. cap. 8. num. 37.* à qua discedit Cynus *in laud. loco*; quoniam actori concurrere videtur verisimilitudo de veritate dicenda; reo autem de se eximendo ab actione contra ipsum deducta, Facchin. *d. cap. 18. vers. ego hac in re*; nos tamen à prima sententia non recedendum putamus: nam inter cætera requisita, quæ concurrere copulativè debent, & examinanda sunt plenè per Iudicem, ut devenire valeat ad hanc juramenti delationem, illud est qualitatis, & idoneitatis personæ; ita quod si æqualiter judici videbitur concurrere bonitas vitæ, conscientiæ, & qualitatis, tam in actore, quã in reo, de quo dubitari non possit de per

23 jurio, ipsi, & non actori deferendum esse extimamus: excluditur enim ab hac suppletoria probatione, etsi quovis modo semiplenè suam probaverit intentionem si contra eum urgeat præsumptio, licèt minima, Maranta *d. actu de juram. & ejus diff. n.* 10. *vers. alios casus, circa finem*, Pacian. *de probat. lib. 2. cap.* 46. *nu.* 105. Anton. Fab. *in suo Cod. lib. 4. tit. 1. de jure jur. def. 9.* Camer. *ubi sup. n. 29.*

24 Est inter cæteras alias jurisjurãdi species, quæ *in litem* nuncupatur, & ab actore tantùm defertur: nam quod sua interest agendum, & verificandum est in conventi contumaciam, dolo dilatantis id, ad quod in actoris beneficium tenetur, *l. sive nostrum, 2. l. videamus, 4. §. deferre, ff. de in litem iurando*, Maranta *in laud. loco*, *num.* 27. Olea *de cess. jur. & act. tit. 6. miscellan. à num. 1. 2. 3. post* 11. *quæstionẽ* 25. de quo expresso dolo, nõ autem præsumpto conventus convincendus est, aut de lata culpa, si per judicem concurrere non extimatur, prout de expressa, ut deveniri valeat ad mandandã hanc in litem juramenti delationem, ex Martiani placito *in l. in actionibus, 5. §. sed in his omnibus, ff. de in lit. jur.* Præs. Merlin. *controv. for. cap. 25. num.* 13. *tom. 2.* Scoppa *ad Gratian. dec. 90. nu.* 14. Olea *de cessione jur. & act. tit. 5. quæst. 6. n. 35.*

26 *in fine*, sed quia omnes, qui funguntur muneribus, & officiis, ipsorum susceptionis ope tenentur ad omnia, quæ ex

27 natura officiorum veniunt, pro illorum recta administratione, gubernio, & rationum redditione, sive voluntariè, sive ne-

Digitized by Google

neceſſariò ab homine,judice,vel ex legis diſpoſitione,præfata acceperit munera, prout Vlpian. *in l.ſi remunerandi,6.* §.1. ibi: *ſi cui fuit mandatum, ut negotia adminiſtraret,hac actione erit conveniẽdus, nec rectè negotiorum geſtorum cum eo agetur,nec enim ideo eſt obligatus, quòd negotia geſſit, verùm idcirco quòd mandatũ ſuſcepit,deniqne teneretur, ſi non geſſiſſet, ff. mandati,* & Impp. *in l.ſi maritus,* 5. *& l.procuratorem,*11. ibi:*non tantùm pro iis, quæ gerenda ſuſcepit, Cod.eod.* Reg.Cõſ. D. Io: chriſoſtom. Vargas Macchuca *dec. Aragon.*37. *num.*62. Anton. Fab.*in Ration.in d. l.ſi remunerandi,*§.*ſi cui, to.*
28 5. & inter cætera libros introitus, & exitus, ac inventaria conficere, ex juriũ expreſſis diſpoſitionibus penes Afflict. *dec.*360. *num.*1.2. ubi Vrſill.*num.*1. Nicol. Loſcũ *de jur. univerſ. p.*3.*cap.*19.*final. à num.*1.*uſque ad* 15. Garziam *de expenſis,cap.*20.*num.*22. Avendan. *de exequ.mandat.p.*2.*cap.*10. *num.* 29. 30. Bovadill.*polyt.d.cap.*4.*num.*71.Eſcobar.
29 *de ratiocin. cap.*10. ut valeant ſuis temporibus lucidè, clarè, & convenienter
30 rationes reddere, prout tenentur, juxta Evangelicum Divi Lucæ dictum *cap.* 16. *verſ.*2. ibi: *redde rationem villicationis tuæ;* de quo etiam verbum facit Innocentius III. *in cap.qualiter,& quãdo,*24.*de accuſationibus,*& faciunt determinata in Concilio Cartha. *cap. un. de obligatis ad raticinia,l.*1.§.*officio,ff.de tutelis,& ration. diſtrah. Auth. de Sanctis Epiſcop.* §. *Oeconomus*, Bovadill. *polyt. lib.*5.*cap.*4.*num.*71.*tom.*2.Nicolaus Loſcus *d.cap. ultimo, à num.* 14. Roland. à Valle *conſ.*49. *vol.*1. Avendan. *de exeq. mand.p.*2. *cap.*10. *num.*30. Oter. *de Official.Reipubl.cap.*10. *à num.*36. non autem abſque ulla dilucidatione,claritate, ac legalitate, *l.non utique,*2. §.*quod de frumentaria,*ibi:*ratio tamen adminiſtrationis ſecundùm fidem acceptorum, & datorum,ponatur,ff.de adminiſtr. rer. ad Civit. pertin.l.*1.*Cod. de apoc. public. lib.*10. *l.comperimus,*2.*Cod. de navicul. lib.* 11. *l. excellentia, Cod. de erogat. milit. lib.*12. Reg. Conſ. Vargas *d. dec.*37. *n.* 64.Hieronymus de Roſis Celeberrimus Advocatus, & Celator Cauſarum in hoc Rev. Fabricæ Tribunali, ac ejuſdem anno 1653.in æconomũ, & à Secretis pro interim electus motu proprio à Sacra Cõgregatione,*ſelectar.jur. obſer.cap.*72.*n.*1.
31 Eſcobar *ubi ſupra,n.*47.quibus non confectis,aut exhibitis,dolus,& fraus præſumitur,*l.ſumma,*22.*ff.de pecul.*& *DD.mox*
32 *laudandi;*& ſi exhibeantur, ſed non legitimè, & legaliter, confecti, quia non prout de jure requiritur, & prout hi libri confici debent, contra eos juratur in litem,*d.l.*1.§.*officio,*ubi Gloſſ.*in verb.tenebitur, l.*1. §. *quod,ſi dolo, l.alio jure,*4. *Cod. de in lit.jur.*Afflict. *d.dec.*360. Vargas *d.dec.*37.*n.*64.65.*l.tutor,qui repertorium, ff. de adminiſtr. Tutorum*; Calà *de modo artic. gloſſ.un.* §.2. *n.* 552. 555. Gallupp. *prax. S.R. C.d. cap.*20. *à n.* 14. Ricc. *collectan.* 1349. *&* 2383. Thor. *compend.deciſ. verb. juramentum in litem an ſit dandum, tom.*1. Garzia *de expenſ. in cit. loco verſ. contra hunc*, Eſcobar *d. cap.*10. *n.*45. *cum multis ſeqq.* Roland. à Valle *d. conſ.*49. *à n.* 24. Nicolaus Loſcus *d. cap. ultimo, n.*18. Scoppa *ad Gratian.dec.*90.*à n.* 15. Anton. Fab. *in ſuo Cod.lib.*3.*tit.*28.*de exhibend.def.*1. *in alleg.n.* 5. Aloyſius Manſ. *conſult. jur. d. cap.*470.*n.*10.*&* 471.*n.*3.*tom.*5. Barboſ. *in prælud.ad l.ſi mora,* 10. *ff. ſoluto matrim.n.*34. *tom.* 2. Pareja *de inſtrum. edit.*
33 *tit.*8.*reſol.*1.*n.*2324. *tom.*2. *Conciol. ſuper ſtatutis Civit.Eugubii,lib.*2.*rub.*111.*n.*12. *ubi Romaguera n.*15. præcedente tamen judicis taxatione quò ad quantitatem, pro qua contra adminiſtratorem, officialem, Tutorem, & ſimiles in litem jurandum ſit:non autem ſubſequi poteſt, ne jurans incidat in perjurium, de quo redargui poſſet,*l.videamus,*4.§.*jurare, l.de perjurio,* 11. *ff. de in lit.jur. Auth. poſt jus jurandum Cod. de judicÿs,* & deciſum per S.R.C. refert Afflict.*d.dec.*360.*n.*9. Ricc. *collect.*1399.Gallupp.*d.praxi.S.C.d. cap.* 20. *n.* 16. Anton. Fab. *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.*23. *de in lit. jurand. def.*1.
34 De quibus quidẽ juramentorum ſpeciebus, dum multa alia adnotata ſunt *in d. obſervat. . . ad Io. vincent.de Anna,* illùc,ſtudioſe lector,oculos converte.

Sed quia hic de juramento agitur, adver-
35 tendum eſt,quod illud, quò ad ſpiritualitatem,& ſpiritualitati concernentia, ne in perjurii reatum incidatur, pro perſo-

Digitized by Google

nali habetur, & cum jurantis persona extinguitur, ac ad hæredes non transit; sed
36 quò ad temporalia circa contractum, super quo interponitur, pro ipsius observantia, transit ad hæredes, per quos à defuncto jurata servanda sunt, Andr. de Isernia *in constit. regn. eos, qui scienter* ..... Afflict. *dec.* 381. *n.* 8. 9. ubi Polverinus, Præs. de Franch. *dec.* 83. *n.* 6. ex multis Reg. Cons. Hodierna *ad Surd. dec.* 30. *n.* 37. Reg. Cons. Staiban. *resol. for.* 63. *n.* 15. *& in observ. n.* 7. *tom.* 1. Reg. Cons. Petra *in comment. ad Rit. M. C. V.* 182.
37 *n.* 5. *tom.* 2. quoniam obligat ad præcisum factum, super quo præstitum est, Reg. Cons. Pascal. *de patr. potest. p.* 2. *ca.* 9. *n.* 78. Reg. Cons. Hodierna *in allato loco, n.* 36. Scoppa *ad Gratian. dec.* 141. *n.* 33. Francisc. anton. Tranchedin. *consult. jur.*
38 20. *n.* 8. Etiansi minor juraverit: quoniam jurisjurandi religionis ope, omni fraude, metu, ac dolo cessante, pro majori dejudicatur, & ob dictam jurisjurandi spiritualitatem ætatis venia concedi-
39 tur, à jure introducta, itaut ad observantiam juratæ rei teneatur, omni retractatione remota, sicuti ex nova Imperiali Friderici constitutione declaratum est *in Auth. sacramenta puberum, Cod. si adversus venditio.* Accurs. *in l.* 2. *verb.* judicis, *vers. secus dico in minore, Cod. de rescind. vendit.* & declaravit S. R.C. penes Afflict. *dec.* 322. Gram. *dec.* 101. *n.* 77. *in princip.* Præs. de Franch. *dec.* 448. *num.* 1. Reg. Sanfelic. *dec.* 246. *n.* 5. *lib.* 2. Reg. de Marin. *d. cap.* 136. *n.* 6. 7. *& seqq. tom.* 2. *& ad Reg. Revert. dec.* 348. *n.* 6. *tom.* 2. Reg. Rovit. *in pragmat.* 1. *de minor. n.* 15. Reg. Consil. Staiban. *resol. forens.* 167. *nu.* 28. *& in observ. n.* 18. *tom.* 2. Reg. Cons. Rocc. *resp. dec.* 57. *à n.* 1. *usque ad* 7. *& respons.* 66. *n.* 21. *tom.* 2. Calà *de restit. in integr. minor. quandoq. deneg. cap.* 8. *n.* 6. Scoppa *ad Gratian. dec.* 102. *n.* 42. Hieron. de Rosis *pract. observ.* 20. *n.* 64. 65. Gaill. *pract. observat.* 41. *&* 65. *lib.* 2. Seraphin. *de privil. juram. privileg.* 83. *n.* 2. 59. *& privileg.* 96. Anton. Corn. *de absolut. juram. p.* 1. *quæst.* 5. *n.* 2. 3. Herman. Vlteus *de judic. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 22. *vers. juramentum enim.* Andreol. *contr. for.* 202. *num.* 6. 9. Tranchedin. *consult. forens.* 100. *nu.* 14. &
40 observatur etiam in omnibus illis actibus, in quibus quasi contrahitur, prout in judicijs, penes quæ comparente minore constituendo suum procuratorem, juramento mediante, judicium, & omnia acta gesta cum d. procuratore subsistunt, & valida sunt, ac si constituens major, & sui juris fuisset, Præs. de Franch. *dec.* 448. *d. n.* 1. *& per totam*, Reg. Revert. *dec.* 476. De Luca *ad Franch. d. dec.* 448. *n.* 1. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 2. *tit.* 17. *si adver-*
41 *sus rem judicatam, def.* 1. licèt petere valeat restitutionem ad pinguiùs probandum, scilicet primum, & secundum beneficium: quia per ipsorum petitionem juramento, in procurationis mandato cum obligatione, promissioneque habendi ratum quicquid à procuratore ageretur, adjecto non adversatur: nam per ipsam in integrum restitutionem suppletur id, quod à procuratore defectum est, & probari omissum, Præsid. de Franch. & Reg. Revert. *in laud. loc.* Vrsill. *ad Afflict. dec.* 114. *n.* 1. Reg. Tapia *super jure Regni, in constit. minorum jura, n. ..... tom. .....* Reg. Rovit. *in pragm.* 12. *de ordine judic. n.* 34. Thor. *compend. decis. verb. beneficium primum, vel secundum, tom.* 1. Reg. de Marin. *ad Reg. Revert. in d. dec.* 476. *n.* 1. Addentes *ad Præsid. de Franch. d. dec.* 448. ubi etiam de Luca *n.* 4. & concordantur cum Senatus Sabaudiæ determinatione, penes Anton. Fabr. *in suo Cod. d. li.* 2. *tit.* 17.
42 *si adversus rem judicatam, def.* 1. quibus non obstant dispositapen Impp. *in l.* 2. *& 3. Cod. qui legitim. person.* ubi mandatur pupillis, atque adultis esse haud posse in judicio absque Tutore, vel Curatore, respectivè, prout etiam *in l. neque tutores*, 11. *§. pupillus, Cod. de procurat.* Nam primò intelligenda sunt quò ad illa, quæ conficiuntur à minoribus absque jure-
43 jurando, secundò quia minores habebant curatores, quo in casu non habentur pro puberibus; ut si impuberes essent, aut prodigi, quibus est interdicta bonorum
44 administratio, & obligatio; ita quod omnia gesta à prædictis, ipso jure sunt nulla, & invalida, cujus nullitatis causa, convalidari per jusjurandum non possunt, etiam ob dolum, qui præsumitur adesse in contrahendo absque illa persona, quæ legitimat minorem: inutilis enim, & frustatorius esset actus dationis

Cu-

Digitized by Google

Curatoris, ſi abſque illius præſentia, & conſenſu minor contrahere, & ſe gerere in adminiſtratione bonorum poſſet; & ſic expreſsè ſtatutum colligitur per Impp. Diocletian. & Maximian. *in l. ſi curatorem habens*, 3. *Cod. de in integr. reſtitut.* Reg.de Marin. *reſol. jur. cap.* 137. *à n.* 3. *tom.*2.Reg.Sanfel. *d. dec.* 246. *præcisè à num.*3. Reg.Capyc. latr. *conſult. for.* 4.*à n.*40.*tom.*2.Laganar. *ad Reg. Rovit. in d. pragm.* 1. *de minor. à litt. B.* Subſtinens hanc eſſe veriorem,& juri conſonam ſententiam; etſi Reg. Rovit. in alteram inclinaret partem *in d. prag.* 1. *nu.* 15. *& à n.*34.quod Reg. Rovit.placitum ſequitur Reg.Conſ.Staiban.*in obſer.ad reſol.* 167. *à n.*8. *uſque ad* 17. *tom.* 2. Andreol. *controv-forens.*201. de Roſis *d.obſerv.* 20. *à n.*70.

Eſſentiale eſſe dicitur in teſtibus, ipſorum juramenta, quæ nuncupantur veritatis, apponere,cùm jurare debeant veritatem deponere;aliter nullam probationem faciunt deficiendo in hoc principali requiſito, cujuſcunque numeri ſint: quoniam numerus hunc defectum haud ſupplere valet, etſi religioſi eſſent, & probatæ vitæ,etianſi cauſa eſſet ſummaria, & in ea procederetur ſola facti veritate inſpecta, & ſine figura judicij, præterquam ſi remiſſæ ſint juris tantùm ſolemnitates, *l. jurisjurandi*,9. *l. teſtium*, 17. *verſ. hique cum ſacramenti*, *Cod.de teſtibus*, *cap. tuis*, *de teſtibus*,*cap. hortamur*, 3. *queſt.* 14. *& cap.item jurisjurandi*,4.*qu.*3. Alex.Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 5. Vivius *commun.opin.*96.*n.*8.*vol.*1. *&* 931. *nu.*4. *vol.*3.Maranta *in praxi iudic.p.*6.*actu de juram.& ejus diff.num.* 25. Sarn.*in praxi crim. cap.*24. *n.*6.ubi Nicolaus-vincent. Scoppa *n.*15. Altimar.*de nullit. rub.* 13. *quæſt.*9.de Luca *ad Gratian.cap.*60. *n.*1. 2.*tom.*1.Maſcard.*de probat. Concl.* 1369. Iul.Clar. *lib.*5 *ſentent. quæſt.*21. *n.*12. *& quæſt.*53.Bajard. *ad eundem in* §. *falſum*, *n.*58.Mattheu *de regim. Regni Valentiæ*, *cap.*10.§.2.*n.*250. Sebaſtianus Guazzin. *ad defenſ.reor.defen.*14.*cap.*3.*tom.*1.Romaguer. *ad Conciol.ſuper ſtatutis Civit. Eugub.lib.*2.*rub.*8.*n.*21. ac etiam in ipſorum repetitione, Scoppa *ubi proximè*, *n.*16. Guazzin. *ubi ſupra*, *cap.*4. meritò in feriali die præſtari jure valido haud poſſunt,*cap.* 1.*de feriis*,*DD. mox laudandi.*Romaguer. *ubi ſup. n.* 22. quia eorum præſtatio eſt actus judiciarius,qui in contradictorio cum altera parte fit, dum audiri debet, & intervenire poteſt, ſi vult, ad juramenta videnda,*cap. conqueſtus*, 5. *de feriis*; etianſi cauſa ſit ſummaria, & abſq; figura judicii,Antiſt.Iſclan.D.Hieronym.Rocca *diſp.jur.ſelect.cap.*39. *n.*2. Hieronym.de Roſis *obſerv.jur.*32.*n.*100. Olea *de ceſſione jur. & act. tit.*2. *quæſt.*4. *n.*54. in quibus terminis in cauſa Univerſitatis Caſalis Sanctæ Anaſtaſiæ Terræ Summæ, & Dominici Caſtinelli cum Carolo Avigliano ſuper nullitate electionis gubernij dictæ Vniverſitatis,propoſita per dictum Carolum(de quo etiam mentionem fecimus *in Rub.* 23. *nu.* 21.) dum teſtes ad inſtantiam dicti Caroli in termino ſummario,impartito per Spectabilem Regentem D.Lucam de Iacca, y niño cauſæ commiſſarium, recepti erant in die feriato 29. Iulij feſtivitatis Divæ Martæ,de numeratis *in Regia Pragmatica* 2.*de feriis*,cùm ibi: *oſſervare*,*& guardare* mandantur,per quod verbum *guardare* nil aliud videtur ſtatui, quàm prohiberi,ne actus judiciarij fiant; & ita determinatum fuit per dictum ſpectabilem Regentem,qui decrevit,nullitates (inter quas hæc erat tertia in ordine) obſtare, ut diximus *ſupr.in d. rubr. nu.*22.*in fine*: nam habentur ad inſtar feriarum admiſſarum ad Dei honorem prædictæ, quæ determinatæ ſunt in honorem Sanctorum,Conciol.*ſuper ſtatutis*,*Civitatis Eugubii*,*lib.*2.*rub.*8.*n.*1.

Ceſar-nicolaus Piſanus.

R.V-

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMAQUINTA

De Gabellotis, qui plus exigunt, qualiter puniantur.

RITVS I.

SI prorsus novum insolitum, & inconsuetum dolo, sciens, aut scire debens exigit gabellotus contra justitiam, quod in statutis maximè non continetur, tanquam imponens novum vectigal, restituat cum pœna dupli, & si per vim cum tiplo civiliter, & criminaliter puniatur perpetuo exilio; sed si plusquam statutum est, ut si pro dohana exigit tarenum unum, & sic de singulis, similiter id plus cum dicta pœna restituet, & punitur extraordinariè criminaliter.*

P C. nov vectig. l. 3. in fine, ff. eodem l. licitatio, §. quod illicitè

RVBRICA XXXV.

De Gabellotis, qui plus exigunt, qualiter puniantur.

Exigens tributum injustum qua pœna puniatur? n. 1.
Exigens pedagium indebitè, capite punitur. num. 2.
sed quomodo hæc intelligatur pœna? n. 3.
Sepultura quando denegatur? nu. 4.
Exigens plus qualiter privetur communione. num. 5.
& quod ter in anno per Pontificem excommunicantur. nu. 6.
Exigens illicitè, publicè, vel privatè, quomodo puniatur? num. 7. & ad quid teneatur si vi, aut sine vi, exegerit? nu. 9.
Pœnæ legales impositæ contra plus, vel illicitè exigentes, per Rituum dispositionem sublatæ haud sunt. num. 8.

1 CIrca prædictam Rubricã, dũ dicit quod punitur pœna exilii dic secundum legem hæc pœna imponitur exactori tributi injusti, ut *l. vectigalia nova, l. penult.* & est *Glossa vlt. in cap. ignoramus, de cens.* ubi etiam dicit *Glossa*, quod etiam est pœna privationis à cõmunione, & hęc est pœna canonica; sed dum Glos. ibi dicit de pœna exilii, *Loffred.* quòd deportatur, vel capite punitur: nam incidit in legẽ de vi publica, *ff. ad leg. jul. de vi publ. l. ultima, Hostiens.* verò dicit, quod si sine armis vis committitur tertia bonorum tantùm publicatur; si cum armis, deportatur, *Instit. de publ. judic. §. item lex Iulia. de vi*, nisi alienas ædes quis impugnet, vel frangat: quia tunc est pœna capitalis, *ff. ad leg. jul. de vi publ. l. penult.* sed exactor pedagii indebiti punitur capite, *Cod. de vectigal. l. universi.*

3 Sed dicas standum esse *Glossæ*, idest de pœna exilii; & quod dicit *l. universi* de pœna capitali, dic idest exilii perpetui, per *l. ultimam, Cod. eod. tit.* quam dicta Glos. allegat, ad hoc, ut jura juribus concordentur, *de elect. cap. cùm expediat,*

4 *lib. 6.* potest etiam dici, quod cùm in *d. cap. innotamus* littera dicat, quod privatur conjũctione Christiana, idem imponunt idest sepultura; & ex hac habetur unus casus, in quo sepultura denegatur, sunt & alii, de quibus *de sepultur.*

5 *cap. ex parte, il secondo*; Potest etiam dici, quod privabitur communione per excommunicationem, 24. *quæst. 3. cap. si quis Romipetas, & cap. paternarum*, & secundùm *Hostiens.* in Curia Romana per Papã excommunicantur ter in anno diebus solemnibus, qui notantur *de judiciis. Clemen. dudum, in gloss. solemnes*, idest die jovis Septimanæ Sanctæ, die Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, & dedicationum Basylicarum Petri, & Pauli, sed hodie lata est excõmunicatio ipso jure, in *cap. quanquam, & clem. præsenti, tit. eod. de cens. lib. 6.* similiter leges puniũt publicanos, exigentes pedagia à personis ecclesiasticis,

7 si illicitè publicè, vel privatè exigant, cum altero tanto passis injuriam obligantur, & extra ordinem puniuntur, *l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public. & eod. tit. l. 1. in princ. & l. ult. in fin. & l. vectig. nova, l. fin.* Nec dicas, pœnas illas legales tolli per pœnas impositas per *d. cap. quanquam, & clemen. præsenti.* nec etiam per istũ

Ri-

Digitized by Google

Ritum,ut *in l.1.§.dixerit aliquis, Cod.de public. & l.qui ſepulchra, Cod.de ſepulcr. viol. & l. quoties de act. & oblig.* quod tenet D. *Petr. de Anchar.in allato cap.quanquam*; & ſic,ut dixi, per hunc *Ritùm*, non tollentur aliæ pœnæ legales;
9 unde ſi illicitè, publicè, vel privatim exactũ eſt cum altero tanto paſſis injuriam exolvatur;per vim verò extortum cum pœna tripli reſtituatur , & amplius extra ordinem, ideſt extraordinaria pœna punitur:alterum enim utilitas privatorum alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat, ſcilicet ut pœna tripli fiſco, ut dicit ibi *Gloſſ.* & corporaliter,ne maleficia tranſeant impunita;de quo in *d.§.quod illicitè*, & ſic criminaliter,& civiliter,ut in eo,qui extorſit illicitè, civiliter parti teneatur, & ad pœnam applicandam fiſco criminaliter.

ADDITIO

SVMMARIVM.

Rubrica hæc, & in ea diſpoſita multum conferunt publicæ utilitati,& quarè? n.1.
Gabelloti delinquentes in exactionibus dirictuum,graviter puniendi.n.2.
Pœnæ,in quas incidant Gabelloti, ultra dirictum exigentes.n.3.

1 UTilis ſanè eſt,ac multũ conferre dignoſcitur Reipublicæ utilitati præſens Rubrica agẽdo de pœnis infligendis gabellotis, ultra dirictum exigentibus:
2 Cùm enim in horum adminiſtratione populi quies atque pax conſiſtat, eorum delicta, ad differentiam privatorum, magis gravant, cùm ex illis publicum oriatur damnum,meritò acrioribus ſunt plec-
3 tendi pœnis. Quæ autem ſint iſtæ pœnæ ? , cùm per nos ſatis prolixè de hac materia in *Rubr.* 2. *de jure fundici* fuerit actum, ne inutilem peragamus ſermonẽ, alibi dicta repetendo, illuc ideo te, ſtudioſe lector,remittimus,ubi *à num.* 289. omnia invenies;tantummodo *ad n.* 292. addas expreſſum *text.in l.etiam*,8.*Cod.de furt.*adductum à Franciſc.Marc. *in deciſ. Delphin.*421.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMASESTA

Pronunciatio facta per Magiſtros Rationales ſuper infraſcriptis membris.

RITVS I.

Die 26. menſis Iulii ſextæ inditionis Neap. in Auditorio Rationũ Curiæ præſentibus pluribus dohaneriis Civitatis ipſius, qui fuerunt pro tempore; habita inde priùs informatione per ipſos Dohanerios, Magiſtri Rationales ,A, determinando pronunciaverunt, quod de nucellis, lino, & hujuſmodi talibus, de quibus non debetur jus exituræ, ſed debentur jura Dohanæ, & fundici, quod ſi hujuſmodi nucellæ emantur, & immittantur in magazenis patronorum, ſeu emptorum, & non extrahantur incontinenti, ſed fuerint in magazenis ipſis per duos, tres, aut quatuor mẽſes, vel plus, & poſtea extrahantur, quod quantum ad jus dohanæ inſpicitur tempus extractionis, non habito reſpectu ad pretium datum pro nucellis ipſis tempore emptionis, ſed ad valorem tempore extractionis earũ, ſic quod ſi plus valerent de pluri tenentur ſolvere jus dohanæ, ſic de minori illi gabelloto, ſeu dohanerio, ſub cujus tempore nucellæ, & hujuſmodi extrahantur.

,A, Dicebantur olim Magiſtri Rationales à dictione *magis*: quia magis præerant rationibus, *l. quibus præcipua, ff. de verb. ſignif.* & dicũtur hodie *Rationales à rationibus*, quibus præſunt, *l. fin. Cod. ſi propter publicas perſitationes.*

Et nota hic quod tribunal Summariæ dicebatur *Auditorium rationum*, poſtea ſub 15. Januarii fuit vocatum *ſummaria audientia rationum*, & poſtmodum ſemper fuit dictum *Camera Summaria.*

RITVS II.

SI verò ille, qui impothecavit hujuſmodi nucellas non extraheret, ſeu extrahere faceret ipſas de Regno, ſed alii venderet; venditor ipſe ſolveret jus dohanæ, & dictus emptor nihil ſolvet tunc, ſed ſolvet tempore dictæ extractionis, ut ſupra dictum eſt. Secus, ſi emantur nucellæ hujuſmodi, & non impothechentur, ſed invaſſellentur, ut portentur, & extrahantur, dicti emptor, & extractor coguntur ſolvere eodem tempore dicta jura.

RV-

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMASEPTIMA

De non poſitis, ac ſubtractis in quaternis rationum officialium qualiter teneantur.

RITVS I.

DIe 18. Maii, A, 3. Inditionis Neap. coram Magiſtris Rationalibus, & antiquis, & novis Auditoribus recordatum eſt, ſic fuiſſe ſervatum, & debere ſervari, quod ſi officialis ponat ſe recepiſſe in introitu ſuo certã pecuniam, putà decem, & poſt inveniatur, ultra recepiſſe, putà quinque, quæ non poſuit in introitu, hoc tanquam ſubtractum reddatur Curiæ per eum cum pœna nonupli; ſed officialis ipſe antequam attingatur, vel comperiatur per inquiſitionem, vel alio modo contra eum, poteſt dicere: oblitus fui ponere talem pecuniam, quam recepi à tali, in introitu meo, volo ponere, permittitur in introitu addere quicquid vult antequam comperiatur, * maximè ſi fuerit proteſtatus, quando intravit ad compotũ, poſtquam verò compertus eſt, denunciatus, vel accuſatus, inde non recipitur, ſi vellet addere in introitu, quantuncunque fuerit proteſtatus, ex quo interceptus, vel denunciatus eſt, * niſi tunc allegetur error, qui eſſet manifeſtus, ſicut accidit de officiali, qui mandaverat Notario Cameræ ſuæ, componenti rationem ſuam, ut poneret in introitu totum illud, quod continebatur in quodam manuali ſuo quaterniolo, ubi ſcribebat, & ſcribi faciebat totum id, quod recipiebat; Notarius Cameræ non poſuit aliqua de quaterniolo illo, per hoc probatur error Notarii ſui componentis: quia Domino mandanti contrarium non debet nocere. Idem, ſi aliis ſimilibus modis, de errore poſſet conſtare; ſi verò officialis ponat decem per introitum ſuum recepiſſe de pecunia Curiæ, & per exitum appareat expendiſſe de pecunia Curiæ quindecim, illa quinque, quia dicit eſſe de pecunia Curiæ, non repetet; ſecus ſi dixiſſet, fuiſſe de ſuo, vel de mutuo recepto; nec tunc dicto caſu quando non repetet, erit alia pœna, niſi quia perdet illa quinque; nec eſt ſibi perdere, cùm dixerit, fuiſſe de pecunia Curiæ; nec debet tunc aſtringi, addere, vel ponere in introitu, vel dicere

* *ff. de jure fiſci, l. ſi filius. & ibi gloſſa.*

* *ff. eod. tit. l. 5. & ibi gloſſa.*

Digitized by Google

à quo, vel quibus, vel unde illa habuit: quia, & si per inquisitionem faciendam constaret, quod habuit illa quinque, nõ esset puniendus, ex quo in exitu ea dedit: nam potuisset, se defẽdere, & addere ad introitum suum, si per exitum non dedisset ea Curiæ, dummodo non esset attinctus, denunciatus, vel accusatus, ut dictum est; Satis videtur ponere quod recepit, cùm dicit, fuisse pecuniam Curiæ, dicendo, quod illa quinque sunt pecunia Curiæ, & expendit pro Curia; sicut qui petit repudium, confitetur matrimonium; quando autem addit ad introitum, debet poni dies, quando addit, non autem fieri repetita die, quasi in principio sic posuisset: quia esset falsitas, & tunc etiam si addatur quandocunque, etiam sine protestatione, potest: quia non interest Curiæ, immo est utilitas Curiæ addere; eadem ratione addet in exitu, quod omisit; & propterea consueverunt protestari rationes ponentes; & protestando, protestatio conservat jus in futurum: quia sic fuit citatus, vel comparere debuit, scilicet cum omnibus cautelis, & munimentis; verius est, ut & sine protestatione possit addere, quæ omisit, donec examinetur, & dispungatur ratio: quia, si potest addere ad introitum, non est ratio, quare nõ ad exitum, propter æqualitatem, quam judicia exigunt, & ita utimur, nisi Magistri Rationales præfixerint terminum ad addendum quicquid vellet addere, quod consueverunt facere, quando diffugeret rationẽ componere, & moram faceret, aut suspicaretur, vel timeretur aliquid falsò componi ex persona, vel facti qualitate; tunc post terminum nihil daret, vel adderet, nisi quæ juraret de novo ad ejus notitiam pervenisse; * & si non erat de hoc attinctus, quod esset, si quæstio sibi facta fuisset per Curiam, vel alium, quod recepit tantum, quod non posuit in introitu, vel citatus inde fuisset per Curiam, vel denunciatus tantùm, * posset ponere; & valeret ei: quia ponit eo tempore, quando Curia hoc nescit. Item, si sciret Curia, etiam si non constaret, Curiæ sufficit esse denunciatum, ut dictum est; tunc si ponat, recipitur, non ut evitet pœnam, sed Curia recipit tanquam suum; si postea nil probetur, sufficit sola positio, & confessio sua: quia convincitur de furto, quod noluit ponere, donec fuit Curiæ denunciatus; ut evitet pœnam debet ponere ante quam inde deferatur.*

* cap. Pastoralis, extra de except.

* d. l. addito.

* d. l. addito in prin.

a. Vide Matthæum *in conflit. Regn. officiales.*

RV-

Digitized by Google

RVBRICA XXXVII.

De non positis, ac subtractis in quaternis rationum officialium qualiter teneantur ipsi Officiales

SVMMARIVM.

Pœna nonupli plectuntur subripientes à Fisco, quadrupli à privato. num. 1.

Recipiens indebitam pecuniam à privato, fisco nonupli pœna tenetur. n. 2. aliàs de jure communi. n. 3.

Officialis, subripiens ex publico, quadrupli pœna tenetur. n. 4. sed distinguas, ut in nu. 5. 6.

Officialis, subripiens, ut mutuet alii, asserendo se habere mandatum, propter falsitatem, omnibus bonis spoliatur, & perpetuo damnatur exilio. num. 7. sed distingue. n. 8.

Nonupli pœna tenetur qui fiscalem pecuniam sumpserit, licèt non sit officialis. num. 9. aut ministerium præstitit, vel scienter pecuniam fiscalem ab alio subreptam receperit. n. 12.

Jura adaptantur ad ea, quæ frequentiùs accidunt. n. 10.

Exempla non debent restringere legem. n. 11.

Pœna quadrupli, quæ exigitur à subripientibus pecuniam privatorum, applicatur pro medietate Curiæ, pro medietate parti. n. 13. contra. n. 14.

Officialis non subripiens, sed exigere omittens; per negligentiam tenetur ad simplum, per corruptionem ad quadruplum. n. 15.

In pœna nonupli continetur simplum, n. 16.

Fiscus in contractibus præfertur aliis creditoribus, si ad creditorem pervenit pecunia publica. num. 17.

Fiscus, creditor ex delicto, non præfertur creditoribus ex contractu. n. 18.

Potiorem tempore non præferri habet locum in personali actione. num. 19. secus in hypothecaria. num. 20.

Fiscus non habet tacitam hypothecam in bonis. num. 21.

Contra Fisci debitores an ordinariè, vel summariè agatur? n. 22.

Pœna nonupli an teneatur quicunque subripiens tam officialis, quàm privatus? n. 23.

Lex alius legis correctoria debet intelligi secundùm terminos legis correctæ. n. 24.

Pœna nonupli an teneatur Officialis, sive ipse subripuit, sive ejus substituti? num. 25. num. 28. sed distinguas. n. 29. concludas quod sic. num. 35. 36.

Error Notarii non obest Officiali. n. 26.

Procuratores Reipublicæ tenentur ad pecuniam, quæ remansit apud eos, & etiam ad usuras. nn. 27. secus redemptores, quibus Curator dedit opera facienda, qui tenentur tantùm ad sortem, ibidem.

Usura, ac pœna, quæ ratione doli venit, æquiparantur. n. 30. secus. nu. 31.

Volens servire per substitutum, debet servire per hominẽ æquè bona conditionis. nu. 32. & ipse tenetur ad defectus substituti, n. 33.

Officiales Regis tenentur ad defectus substituti, aut familiaris qui debet esse æquè bonæ cõditionis; num. 34. non obstante dispositione, text. in l. Imperatores, ff. de administrat. rer. ad Civit. pertin. nu. 35.

Exactoribus, vel apparitoribus vagantibus Provinciã, ac molestiam inferentibus subditis, periculum gestorũ nõ ad eos, sed ad illos spectat, quorum sunt apparitores, vel exactores. n. 37.

Officialis jubens Notario, quod componat quaternũ rationis ex manuali, seu quaterniolo suo, præsumitur mandare, quod ponat totum exitũ, ac introitũ, quod cõtinetur in quaterniolo. n. 38.

Chirographo legato, veniunt omnia in illo cõtenta, num. 39.

Notarii Cameræ debent rationes, & computa in libro rationis ponere, & non alii procuratores, & interim non possunt aliud exercere officiũ. num. 40.

Officialis non ponens in introitu totum id, quod recepit de pecunia Curiæ, tenetur pœna nonupli, nu. 41. & an sit verum sive in introitu, sive in exitu subtraxit? num. 42. concludas, quod sic. num. 44. 47. 48.

Ritus sunt stricti juris, & tanquam statuta debent intelligi in terminis, in quibus loquuntur, nn. 43.

Curia dicitur læsa, sive in exitu, sive in introitu ab officiali fraudetur. n. 45.

Verbum, subtrahere, præsupponit quencunque modum frandis. n. 46.

Eadem ratione dicitur subtrahere in introitu, ac in exitu. nu. 48.

Officialis non ponens totum, & justum errorẽ allegans, excusatur. n. 49. 52.

Ignorantia excludit dolum. n. 50.

Regula non restringitur per exemplum, gratia exẽpli adductum. n. 51.

Confitens, potest probare se per errorem confessum. num. 53.

Confessus non habetur pro judicato, quando confessio est erronea. n. 54.

Confessus non potest revocare confessionem tanquam erroneam post præceptum Judicis. n. 55.

Officialis non admittitur ad probandum errorem post datum terminum. num. 56. intellige, ut n. 158.

Ad hoc ut Officialis, non ponens totum in introitu, teneatur ad pœnam nonupli, an sufficiat lata culpa? n. 57. 60.

Lata culpa quando æquiparetur dolo, & quæ verba statuti denotent requiri latam culpam, & quæ dolum, ut incurratur pœna? nu. 58.

In turbatione possessionis, quæ verba statuti denotent latam culpam, & quæ dolum? n. 59.

Digitized by Google

Error calculi an possit iterum videri, & quando? nu. 61.
Ex errore calculi, tanquam debitam, cùm esset indebita, quantitatem aliquam solvens, habet conditionem liberationis etiam post triginta annos. n. 62.
Rationes gratiosè expuncta non retractantur. num. 63.
Error calculi, de quo in l. un. Cod. de errore calculi, & l. calculi, ff. de administr. rer. ad Civit. pertin. *est diversus ab illo, de quo in* Ritu hujus Rubricæ. *nu. 64.*
Officiali ponente simpliciter in exitu tantam pecuniã expendisse, illa pecunia præsumitur Curiæ. nu. 65. 75. 86. 89. 111.
Repudium petens, matrimonium confitetur. num. 66.
Tutor non debet expendere ultra redditus patrimonii Pupilli. n. 67.
De juribus dohanæ non debet solvi ultra illius reditus. num. 68. Quid de annis præteritis, vel futuris? n. 69.
Species taxatæ pecuniæ debet solvi. num. 70.
Pecunia, quæ debet ire ad Cameram aliquam, non potest in aliam converti. num. 71. intellige, nisi esset modica quantitas. n. 72.
Officialis non debet expendere ultra fructus administrationis. n. 73.
Officialis recipiens viginti, & introitans decem, si postea exitet alia decem tanquam pecuniam Curiæ, evitabit pœnam nonupli, & explicantur verba Ritus, & quomodo sit legendus? num. 74.
Officialis, ultra redditum expendens, non actione mandati, sed negotiorum gestorum illud plus à Curia repetet, si appareat, pro necessitate, ac utilitate Curiæ expendisse. n. 76. 81.
Nemo debet cum aliena jactura locupletari. num. 77. 145.
Solvens pro ignorante, eum liberat. n. 78.
Civilis, ac naturalis rationis dictamen est, quenlibet conditionem ignorantis, & invjti meliorem, non deteriorem reddere. n. 79.
Officialis damnatur in quantum percepit, nisi doceat, illud expendisse de mandato Curiæ, aut pro specialibus negotiis, vel utilitatibus ejusdẽ. num. 80. tunc enim excomputatur. num. 84.
Executor, aliquid de suo expendens, illud recuperat. n. 82.
Executor testamentarius potest de suo expendere, ne defuncti anima in pœnis detineatur, ad explicationem text. in l. qui aliena, §. libertas, ff. de negot. gest. *n. 83.*
Compensatio quando opponi possit ab officiali? num. 85.
Officialis ponendo rationes, sub nomine officii facit. num. 87.
De Tutoribus, ac administratoribus eodem modo discurritur. num. 88. 136.
Verisimile in dubio est præsumendum. n. 90.
Officialis, quod recipit post finitum officium, de administratione officii habere videtur. nu. 91.
Officialis quicquid acquirit, de bonis Fisci acquirere præsumitur. num. 92. quod speciale in Fisci administratoribus dicit Bald. *nu. 100. nisi tamen liquidè probetur contrarium. num. 93 103. 137.*
Prælatus Ecclesiæ, an præsumatur de bonis Ecclesiæ acquisivisse, si aliquid acquisivit? n. 94.
Thesaurarius alicujus domini quicquid acquirit, Domino subtraxisse præsumitur. num. 95. 101. contrarium. num. 96. 102. non obstat Authent. licentia, Cod. de Episcop. & Cleric. *num. 97.*
Officialis Fisci post redditam rationem, non præsumitur, quod sit fisci illud, quod habet finito officio. n. 98.
Hospitalerii debent quolibet anno rationem reddere. n. 99.
Officialis privatus non præsumitur ex officio acquisivisse, si quid acquisivit. n. 101.
Officialis, exercens officium, assiduitatem requirens, non præsumitur potuisse alii ministerio vacare, & sic quicquid habet, ex officio dicitur habere, num. 104. 138.
In Prælato, vel Clerico procedit d. Auth. licentia, Cod. de Episc. & Cleric. *n. 105.*
Clerici non debent negotiari. n. 106. 139.
Prælatus quando, & de quibus bonis testari possit? num. 107.
In dubio contra fiscum judicandum. n. 108. etiam in odiosis. nu. 110.
In causis fiscalibus servatur jus, quo utuntur subditi, secus in privilegiis in jure expressis. n. 109
Officialis, ponens, quod pecunia sit sua, illam repetit; non per hoc pœnam evitat, si minus posuerit in introitu, quàm receperit, vel plus in exitu, quàm expenderit. n. 112.
Officialis quando possit repetere, quod de suo expendit? nu. 113.
Officialis, ponens in exitu, pecuniam ultra introitũ expendisse pro negotiis Curiæ, habetur, ac si posuisset in introitu. num. 114. & evitat pœnam, non autem repetere potest. n. 115.
Casus in Ritu *expressi. num. 116. 146.*
Officialis casu, quo ponat, expendisse pro negotiis Curiæ simpliciter, non dicendo, quod pecunia sit sua, vel Curiæ, recurrendum est ad jus commune. n. 117.
Casus omissi censentur relicti dispositioni juris communis. n. 118. 120.
Statuta, contra rationem imposita, debent in suis finibus conservari. n. 119.
Officialẽ non posse expendere plus, quàm recepit, certum est de jure communi. n. 121.
Officialis si est ditatus, præsumitur quod sit ex bonis fisci. nu. 122.
Tyranni solent recipere ab officialibus suis, & extorquere pecuniam, & dicere: quicquid habetis, præsumitur, quod sit de meo. n. 123.
Negotiorum gestor, sive sit mater, sive pater, semper intelligitur fecisse de bonis filii, cujus negotia ge-

Digitized by Google

gerit.n.124. etiam ad exclusionem officii pietatis,quo præsumitur mater,& pater facere de bonis suis,num.126.quod limita, n.127.

Negotiorum gestor,sive administrator, præsumitur facere expensas de bonis,cujus negotia gerit. n.125.

Officialis,expendens pro negotiis Curiæ, dicitur expendisse de pecunia sua, & non Curiæ. num. 128.

Officiali dicenti,non posse intelligi expendisse de pecunia Curiæ,cùm tantum,& non ultra receperit,non creditur,sed oppositum præsumitur.nu. 129.

Officialis,redditis computis,quietatur,nec ulla amplius contra eum urget præsumptio; sed onus Curiæ est probare illud plus essede ipsius pecunia.n.130.

Ratio dum dispungitur, non dicitur posita ratio, & redditum computum.n.131.

Officialis, dum dispungitur ratio, potest addere, & minuere.n.132.

Quæ dicta sunt de Officialibus, tenenda sunt de illis officialibus, qui communiter in Regno vocantur eAerarii n.133.

Thesaurarius generalis an possit repetere illud, quod expendit ultra introitum? n. 134.

Tutor in alimentis pupilli debet moderare expensas juxta patrimonii vires, secus pro utilitatibus pupilli,quibus melior ejusdem redderetur cõditio.n.135.

Officialis tunc dicitur de propriè expendere,quando bona Domini non superstint, n.140.

Officialis, de suo expendens ultra quantitatẽ quam recepit potest repetere à Curia.n.141.

Officialis assertioni standum, quousq; contrarium non probetur.n.142.

Affirmanti,non neganti probandi onus incumbit. num.143.

Dominus necessariò tenetur approbare negotium utiliter ab officiali gestum.n.144.

Thesaurarius,habens mandatum a Rege, quod recipiat certam quantitatem à tali, & recepta assignet Petro, si alteri assignaverit, ipsi imputabitur, & debebit illam pecuniam Regi restituere, num. 147.secus si in utilitatem domini expendit. num.148 150.155.156. Cui autem hæc actio competat, domino mandanti, an accepturo? num.149.

Officialis potest,etiam invita, & ignorante Curia, eam liberare. n.151.

Thesaurarius non potest pecuniam,uni usui applicatam, in alium convertere.n.152.

Pecunia,ad aliquem usum destinata,videtur aliam naturam sumpsisse,non ex dispositione vocis vivæ,sed ex ordinatione legis.n.153.& non potest in aliam speciem commutari. n. 154.

Officialis debet retinere salarium in fine cujuslibet anni: quia unum est officium, & unus quasi contractus.n.157.

Officialis potest etiam post terminum datum addere, si juret,de novo aliquid ad eum pervenisse.n.158.161.

Officialis debet venire instructus ad reddenda computa,& sic post terminum datum,non auditur. num.163.etiam si juret,de novo aliquid ad eũ pervenisse. n.159.distinguas.n.160.

Omissio dilatoriarum est parvi prejudicii,secus preparatoriarum.n.162.

Officialis auditur,etiam post datum terminum, si suum substitutum habuit,à quo postea notitiã habuisset.n.164.

Certus,non debet certiorari.n.165.

Officialis, ut evitet pœnam,debet ponere priùs, quã Curia denuncietur.n.166.

Fiscus aufert relictum incapaci, testamento impugnato.n.167.

Officialis ponendo confitetur.n.168.

Officialis convincitur de furto,si pecuniam alii debitam in suos usus convertit. n.169.

Quod est dictum de Officiali,ponenti plus in exitu, quàm in introitu,an procedat in omnibus officialibus? nu.170. de Thesaurario concludas negativè.n.171.secus de Aerario.n.173. contrarium placet.n.174. 175.

Verisimile non est (in dubio) quod quis jactet suum. n.172.

Inter Aerarium, & Thesaurarium adest tantùm differentia quò ad potestatem, & ministrationem.n.175.177.

Quod Ritus *non distinguit, nec nos distinguere debemus.n.176.*

Inter quoscunque Officiales nulla est differentia, & proinde quod dictum est de uno, intelligitur de omnibus,etiam quò ad pœnam.n.178.



1 Via *Ritus* hic facit mentionem nonupli pœna, ideſt, quod qui ſubripit pecuniã Fiſco tenetur ad nonuplũ, ſecundùm iſtum *Ritum*, & *Capitula Regni Sicilia*; ſi verò ſubripit à privatis, eſt pœna quadrupli, etiam ſecundùm *Cap. Regni* ut in *cap. Carol. II.* anno ejus Regni 6. quod incipit *ad hoc volentes* (186. ſecundùm ordinem de Nigris) & de jure civili habetur in *Authẽt.* 2 *ut Indices ſine quoque ſuffragio*, §. *ſicut*, & etiam in alio caſu, cùm recipit pecuniam indebitã, à privato,illo caſu tenetur Fiſco ad nonuplũ, ut in *Conſtitutione Regni ſi quis Caſtellanorum.* 3 & aliàs de jure communi vide *ff. ad leg. Iul. repetund.l.1.& 2. in fin.* & videtur teneri in duplo,*Cod.de jur.Fiſc.l.facultas*, & *de ſuperexact. l.quicquid*, *lib.*10. & vide *ff.ad l. Iul.repetund.l.* 4 1. & 6. ſi verò ſubripit ex publico, eſt pœna quadrupli,ut *Cod.de iis,qui pecun.ex public.ration.l.1.l.10.& de cenſ.l.qui grana*, & *l. per æquatores lib.*11.& *in d. Authen. ut Judices ſine* 5 *quoque ſuffragio*, *d.* §. *ſicut* vel cùm ſubripit ex publico videturdiſtinguendum, quod aut ſubripit, quod eſt Fiſco acquiſitum, & eſt pœna quadrupli, aut quod eſt acquirendum, & eſt pœna dupli, ut notatur in *d.l.facultas*.

Sed

Digitized by Google

6 Sed in *d.l.quicquid* distinguitur aut loquimur de rigore, & tunc est pœna quadrupli; aut de æquitate, & tunc dupli, vel veriùs aut per vim, & tunc est pœna quadrupli; aut sine vi, & tune
7 est pœna dupli. Si verò subripit, ut mutuat alii, asserens se habere mandatum, & tunc propter hoc falsum exutus omnibus bonis perpetuò damnatur exilio, ut in *d.tit.de iis, qui ex publicis rationibus*; sed de hoc dic, ut pleniùs, & meliùs habetur in *cap. Regis Roberti*, ubi distinguitur, quando officialis sumit pecuniam fiscalem, quod teneatur ad nonuplum; si verò à privatis, aut cum concussione, & vi, in quadruplũ, aut sine vi, & ad duplum, & omnino videas *dictum cap.* ubi tractatur de probationibus, & prę-
9 sumptionibus contra officiales: & idem dici potest, si non fuit officialis ille, qui sumpsit pecuniam fiscalem, quòd teneatur ad pœnam nonupli: quia ideo hæc jura faciunt mentionem de officiali: quia frequentiùs hoc accidit in officialibus, qui materiam habent hoc faciendi,
10 quod non ita cadit in privatis, & jura adaptãtur ad ea, quę frequentius accidunt, ut *l. nam*
11 *ad ea, ff. de leg.* & quia exempla non debent restringere legem, *l. damni infecti*, 43. *ff. de damn.*
12 *infect.* & quod habetur in *constit. Regni*..... ubi *Gloss.* addit non solùm de officiali, sed de alio, qui ministerium præstitit ad prædicta, & de eo, qui scienter recepit pecuniam fiscalem, ab alio
13 subreptam, sed cui applicabitur hęc pœna quadrupli, quando subripitur pecunia privatorum? videtur media Curiæ, & media parti, *ff. ad leg.*
14 *jul. repetund. l.* 1. sed *Neap.* dicit, quòd sibi videtur, quòd tota applicatur fisco, ut in *d.l.* 1. vide-
15 tur apparere; sed si non subripuit, sed omisit exigere, vel imponere, aut per negligentiam, & tenetur ad simplum, aut per corruptionem, & tenetur ad quadruplum, *Cod. de annon. & tribut. l. inditiones*, & vide *d.l. perequatores, lib.* 11.
16 Item an in hac pœna nonupli contineatur simplum? & breviter dico, quòd sic, per *l.* 1. *Cod. de pœn. fisc. lib.* 10. ubi habetur, quòd in pœna quadrupli fisco applicanda semper continetur simplum, secundùm *Bart. in alleg. l.* ubi plures le-
17 ges allegat, ubi etiã dicitur, quòd in contractibus fiscus præfertur aliis creditoribus, quando
18 ad creditorem pervenit pecunia publica; sed si est debitor fisci ex delicto, certè creditoribus
19 ex contractu fiscus non pręfertur; & illud, quod dicitur, quòd qui tempore est potior, non prę-feratur, locũ habet quãdo agitur personali actione, in qua inspicitur causa, quæ facit locum privilegio, & non tempus, ut *l. privilegia, ff. de*
20 *privileg. creditorum*; sed quando agitur hypothecaria, tunc videtur, quod præferatur, qui potior est in tempore, per *Dyn. in cap. qui prior, de*
21 *regul. jur. in* 6. & *in allegata l.* 1. dicitur, quòd fiscus non habet tacitam hypothecam in bonis, de quo per *Bart. in l. post contractum. ff. de donat.* & meliùs in *l. anfertur*, §. *fiscus autem, ff. de jur. fisci.*

22 Sed qualiter agatur contra fisci debitores an ordinariè, & summariè? breviter dic, quòd, si agitur contra debitores, qui jam redacti sunt in numero debitorum fisci, & tunc summariè; si verò agitur de illis, de quibus dubitatur, an sint debitores, vel ne, & tunc ordinariè, secundùm *Bart. in d.l. facultas*, & meliùs in *l.* 1. *Cod. de conveniend. fisci debitor. lib.* 10.
23 Sed an hæc pœna nonupli secundùm hujus Regni *capitula*, habeat locum contra quencunque subripiẽtem, sive officialem, sive privatum? & licèt aliqui dubitaverint, tamen expresè dici potest per *allegata Regni capitula*, quòd ha-
24 bet locum in omni subripiente: nam lex, corrigens, seu supplens aliquam legem, debet intelligi in terminis, in quibus lex suppleta, & correcta loquitur, ut apparet in omnibus *Authẽticis, in corpore* positis quæ loquuntur secundùm *leges*, quas corrigunt, & maximè in *Authen. sed jam necesse, Cod. de secund. nuptiis*; si ergo *leges*, quæ loquuntur de subripientibus pecuniam fisci, loquuntur etiam in privato, per hoc, quod notatur in *l. sacrilegii*, §. *fin. ff. ad leg. jul. peculatus*, facit *text. in d.l. anfertur*, §. *qui aliquid, ff. de jur. fisci*, ubi dicitur, *qui aliquid sciens in fraudẽ fisci suscepit*; & sic loquitur generaliter, sive sit officialis, sive non, & sic intelligantur hęc in *cap. Regni*, ubi augetur pœna ad nonuplum, facit etiam *l.* 1. & 2. *Cod. de his, qui ex publicis rationibus, lib.* 10. & ad hoc jungi potest illud, quod dixi supra proximè, ubi agitur de pœna nonupli *in verb. quia hæc jura faciunt mentionem de officiali.*
25 Item est videndum an ad hanc pœnam nonupli teneatur officialis, sive ipse subripuit, sive sui officiales, ut sui substituti, & alii familiares? & videtur secundùm hunc *Ritum*, quod
26 non: ex quo dicit, quod error Notarii non nocet ipsi officiali, cui Notario fuit mandatum, seu videbatur mandatum, quod poneret totam pecuniam, cõtentam in quaterniolo, facit singulariter *l. Imperatores, in princ. ff. de ad-*
27 *min. rer. ad Civit. pertinentiũ*, ubi dicitur, quod procuratores Reip. tenẽtur ad pecuniam, quæ remansit apud eos, & etiam ad usuras; sed de redemptoribus, quibus Curator dederat opera
28 facienda, non tenetur, nisi ad sortem tantùm; sic, & in casu nostro de eo, quod subtraxit officialis, tenetur ad pœnam, & non de eo, quòd sui officiales subtraxerunt: quia non tenetur,
29 nisi ad sortem tantùm; quod intellige, nisi dolo, & culpa lata intervenerit officialis, per ea, quæ habentur in *l.* 2. *cum sua glos. Cod. de*
30 *vectigal.* cùm sit etiam bona æquiparatio de usura ad pœnam, quæ ratione doli commissi venit, per ea, quæ dixi *supra in rubr. de fide jus-*
31 *sor.* inducendo *Bald. Cod. de fide juss. l. novationem*; sed in contrarium videntur facere duæ leges, quæ volunt expresè, quod quis teneatur
32 defectum supplere; nam volens servire per substitutum in casibus, in quibus potest, debet ser-

vi-

Digitized by Google

33 vire per hominem æquæ conditionis, & nihilominus sub suo remanet periculo, casus est *in*
34 *l.ad similitudinẽ,Cod.de Episc.& Clericis*,& meliùs in terminis nostris de officialibus Regis, seu Imperatoris, & de agentibus ipsorum onerum, ut ex casu *l. agentes,Cod.de præpositagen. in reb.lib.*12. & sic etiam dicimus de facto suorum familiarium, quorum ministerio ad prædicta officialis usus est, ut *ff.nautæ, caupon. & stabularii,l.debet*,& clariùs in *l.*1.*ff.de furt. adverſ.nautas caupones*;& nõ obstat *d.l.Imperato-*
35 *res*: quia in alio casu loquitur, & in aliis per-
36 sonis,ut patet ex *tex.* illius legis, & sic remanet, quod officialis tenetur ad pœnam nonupli de eo, quod ipse subtraxit, & etiam de eo, quod subtraxerunt sui substituti, & sui famuli, in domo existentes, cujus opera, & ministerio fuisset usus ad administrandum pecuniam fiscalem, facit singulariter *l.*1. *Cod. de executor,*
37 *& exact. lib.*12. ubi apparitores, vel Palatini exactores per Provinciam vagando, si inferunt Provincialibus molestiam, periculum gestorũ per eos pertinet ad eos, quorum sunt apparitores,vel exactores, ubi dicit *Bartholus*: *Nota contra Capitaneum, & Potestatem Perusii,quia si eorum officiales, quos per Comitatum Perusii mittunt,aliquid illicitum faciant, puta furtum, barratteriam,vel concussionem, tenentur ipsi de omnibus factis, & gestis per eos.*

38 Item quod dicitur hic in *Ritu*, quod officialis mandavit suo Notario componẽti rationẽ, quod poneret totum,quod in quaterniolo continebatur,dicas,quod semper præsumitur mandatum, eo ipso, quòd officialis dicit Notario suo: *Ecce quaternum, seu mannale meum, componas in quaternum rationis:quia volo ponere cõpotum*: nam videtur mandare, quod ponat totũ introitum,& exitum,secundùm quod continetur in dicto quaterniolo, seu manuali, pro hoc
39 facit *l.qui chirographum, ff.de leg.* 3. ubi legato chyrographo, veniunt omnia contenta, idest actiones,& nomina,quæ in dicto chyrographo
40 continentur; & per eundem Notarium Cameræ debent rationes, & computa poni, & non per alios procuratores; & quod interim dicti Notarii Cameræ non possunt aliud officium exercere, & vide de hoc meliùs, & pleniùs per *edictum Regis Roberti*, quòd officiales qui debent computare, non possint computare per eorum procuratores, sed per eorum magistros Camere, & est sub datum anno Domini 1304. die 18.Julii 2.inditionis regnorum anno 26.

41 Item de eo, quod dicitur de pœna nonupli eorũ,quæ subtraxit officialis, nõ ponendo in introitu totum id, quod recepit de pecunia Cu-
42 riæ, videndum est, an sit hoc verum sive in introitu, sive in exitu subtraxit, ut quia expendit decem, & posuit in exitu,viginti expendisse; an scilicet pro illis decem, quæ non expendit, teneatur ad pœnam nonupli? & aliquibus videbatur, quod non:ex quo verba *Ritus* dictant quando non posuit in introitu tantum, quantum receperat,sed minus, ut quia recepit quindecim,& posuit,quòd recepit decem, & sic minus possit, quàm id, quod receperat; dicebant ipsi, quod propterea non teneantur ad pœnam quando hic defectus fuit in exitu in exemplo
43 jam dicto; moveri possunt cùm *Ritus* sint stricti juris, & solùm habeant locum verba in terminis,in quibus loquuntur,ut habetur *supra,de jure exitura*, & in multis aliis locis dictum est; & tanquam statuta debent intelligi in terminis, in quibus loquuntur,ut in *l. constitutionibus, ff.*
44 *ad municipalem*; sed dicas, quod etiam verba hujus *Ritus* ad exitum se extendunt:dum dicit, (ut dictum est *supra*) *quod potest addere ad introitum*;eadem ratione,& in exitu: cùm eadem ratio sit in exitu,ut dicit littera *Ritus*, dum dicit:*eadẽ ratione addat in exitu, quod omisit*, pro hoc etiã videtur *cap.Regis Caroli I. factum anno* 7.quod incipit *item cures attẽtè*, & sequitur, *quod omnem pecuniam,& res alias ad te pro parte Curiæ perventuras in quaterno introitus tui in numero quantitatis, & qualitatis, quæ fuerunt, debeas annotare,& nihil prorsus ad opus vestrum in fraudem Curiæ subtrahere præsumendo;de quibus quicquid contra præsentis edicti seriem subtrahere temeraria præsumptione tentaveris,propter pœnam perjurii tibi propterea infligendam, totum id,quod inde subtraxeris Curiæ, componas in nonuplum,secundùm veteres dictorum Principum Sanctiones*, & hoc ut ibi Rex Carolus justitiariis,qui tunc temporis collectas,& jura fiscalia recipiebant;ergo ex illo *cap.*apparet,quòd quicquid subtraxerit officialis de pecunia Curiæ,tenetur ad pœnam nonupli, sive subtraxerit in introitu,sive in exitu,cùm eadem ratione dicatur subtrahere; & cùm *cap.* prædictum *in prine.* loquatur, quod pecuniam perventam in quaterno introitus ponere debeat,non propterea sequitur, quòd voluerit Rex notare tantùm fraudem, quæ in introitu committi poterat: quia illud dixit, ut sciatur, in quo Curia posset esse læsa: quia si non retulit, seu non posuit in introitu, non posset sciri fraus in exitu commissa;& ideo dixit: *Ponat introitum totius quãtitatis recepta,&c.*& postea subdit: *nihil prorsus*
45 *in fraudẽ Curię subtrahere præsumendo*:& dubiũ non est,quòd Curia dicitur læsa, sive in introi-
46 tu,sive in exitu fraudata fuerit; & nota verbum *subtrahere*, quod præsupponit omnem modum, per quem Curia fraudata fuerit; pro quo facit littera *cap. sæpe contingit, de restit. spoliatorum*, ubi idem est injustè detinere, ac invadere alie-
47 na; quicquid sit, videtur hoc determinatum per *Regem Carolum Secundum Regni ejus anno 6.in* cap.*quod incipit ad hoc volentes*(*cap.*186. secundùm ordinem *de Nigris*)ubi expresè dicit: *si qui eorum in receptione, vel exactione predicta, pecuniæ Curiæ subtractione deliquerint, pro his, quæ fisco subtraxerint, nonupli, pro iis verò, quæ illicitè susceperint à privatis, quadrupli*

pœ-

Digitized by Google

pœna mulctentur, præter corporales pœnas eis pro nostro arbitrio infligendas; & loquitur etiam justitiariis Judicibus, &c. Ecce quòd ibi declaratur simpliciter dicendo, quod de pecunia subtracta fisco sit pœna nonupli, & sic non est differentia sive subtraxerit in introitu, sive in exitu: nam sufficit, quod pecunia Curiæ sit subtracta, ut pœna sit commissa: quis enim dubitat, quòd si expendi decem, & pono expendisse viginti, decem Curiæ subtraxi: cùm debeam recuperare decem à Curia, quæ verè expendi, recuperem viginti? nonne subtraxi decem, quæ sunt ultra?

48 Sed clariùs ponatur: ecce quod habuit de pecunia Curiæ viginti, quæ omnia viginti deberet reddere Curiæ; si ponit expendisse illa viginti, de quibus in rei veritate non expendit, nisi decem, retinet pro se alia decem, quę non expendit, & quæ Curiæ restituere deberet, non ne clarè subtraxit decem de pecunia Curiæ, sicut dicimus in introitu, si recepit viginti, & ponit, se recepisse decem, quæ decem pro se retinuit, & sic subtraxit in introitu? eadem ratione in exitu, ut in exemplis prædictis; itaquod negari non potest, quod saltem vigore dictorum *capitulorũ* teneatur ad pœnam nonupli qualitercunque fuerit pecunia Curiæ subtracta, & ut dicit satis hic *Ritus*, dum dicit quod eadem ratio est in exitu, quàm in introitu; & facit etiam *d. cap. sepe contingit*, ubi idem est injustè detinere ac invadere aliena, quod declara, ut dixi.

49 Item quia in littera hujus *Ritus* dicitur, quod, si allegaret errorem, qui esset manifestus, excusaretur, si non poneret totum introitum; & ponitur exemplum de officiali, qui mandavit suo Notario, ut poneret totum id, quod est in quaterniolo, &c. & sequitur: *idem si aliis similibus modis de errore posset constare, &c.* nam per hæc verba videtur, velle quòd ubicunque apparet de justo errore officialis non ponentis totum, excusaretur; & videtur verum non solùm in exemplo modò posito, sed ubicunque de errore posset constare: nam hic in *Ritu* pu-
50 nitur fraus, quæ dolum præsupponit, quem dolum excludit ignorantia; pro hoc facit *l. 2. C. de vectig. & commiss.* ubi præsupponit dolum in fraudando jus fisci, & *Gloss.* ibi supplet: *& lata culpa, quæ dolo æquiparatur*; pro hoc facit *Constit. Regni*, quæ incipit *Magistros, lib. 1.* ubi *in fin.* dicit: *modo quolibet jus fundaci fraudare*, itaquod semper de fraude loquitur; pro hoc etiam faciunt isti *Ritus* nostri, qui semper in pœnis denotant fraudem, ut in jure *dohana, flagelli cambii*, in quibus utuntur his verbis *fraudaverint, &c.* pro hoc etiam in terminis nostris facit titulus *ad leg. jul. peculat.* ubi de residuis subtractis loquitur, qui locum habet, cùm scienter, & dolosè subtraxerit; & quod habetur in hoc *Ritu*, habetur in *l. hac lege, ff. ad leg. jul. peculatus*, ubi dicitur: *hac lege tenetur, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid venierit, aut locatum fuerit, sumpserit, aliudve quid simile cõ-*
51 *miserit*; nec restringit regulam exemplum positum in *Ritu*, quod exempli gratia ponitur, & non debet restringere regulam, ut in *d. l. damni infecti*, 43. *ff. de damn. infect.* & probat hic *Ritus*,
52 dum dicit: *si aliis similibus modis*, unde probando justum errorem, ut dixi, excusaretur à pœna; & sic, licèt per positionem videatur confiteri non plus recepisse, tamen potest errorem pro-
53 bare; sic dicimus de confessione ubi quis probare potest, per errorem fuisse confessum, de quo
54 per *Bart. in l. non fatetur, ff. de confess.* & sic illud, quod dicitur, quòd confessus habetur pro judicato, verum est de confessione non erronea; secus si esset erronea, quam potest revocare, pro hoc facit *l. penul. ff. de confessis, Bart. in d. l. non*
55 *fatetur*, ubi similiter, dicit, an possit revocare istam post præceptum factum à judice de solvendo secundùm formam *l. si debitor, ff. de judiciis*, ubi dicit: *videtur quòd non: quia illud sententiæ est*: ego dico, quòd talis jussus nõ est sententia diffinitiva, sed tendit ad executionẽ cõfessionis: unde potest probari error, nisi fortè antequã fieret dictum præceptũ, esset datus terminus ad ostendendũ, quare nõ debeat fieri id præceptũ, & confessio non debeat exequi, tunc esset idem,
56 quod in sẽtẽtia, ut in *l. pen. ff. de confess.* & sic ad nostrum propositum posset inferri, quod, si officialis posuit minus, quàm debuit, & factum est illi præceptum, vel terminus datus. Quęritur num debeat condemnari, quia post terminum, seu præceptum non audiretur volens probare errorem, quod videtur sentire *Ritus circa fin.* & ibi etiam dicq.

57 Item quia hic Ritus sentire videtur, etiam secundùm quod proximè dixi, quòd ille officialis, qui non posuit totum introitum, tenetur ad pœnam nonupli; an hoc habeat locum sive per dolũ fecerit, sive per latam culpam, ex quo lata culpa dolo æquiparatur, per ea, quę *sup.* dixi, & habẽtur in *l. 2. Cod. de vectig.* sed circa hoc vidẽda est singularis nota D. *Bart. in l. 1. §. 1. ff. qui te-*
58 *stam.* ubi ipse etiam ponit, quando culpa lata æquiparatur dolo, & ponit in terminis quando pro aliquo facto per statutum pœna imponitur, utrum pro illo facto requiratur dolus, vel sufficiat lata culpa? dicens, quod, si statutum facit expressè mentionem de dolo, non sufficeret lata culpa; idem si tractaretur de pœna corporali. Sed si loquitur simpliciter, advertendum est: nam quædam sunt vocabula, quę important dolum, ut puta si dicatur: *si quis fecerit furtum, falsitatem, &c.* quæ habent in se dolum; tunc lata culpa non sufficeret; quædam sunt verba, quæ non important dolum in se, & tunc, aut statutũ ponit actum, qui infertur principaliter in personam, ut si dicatur: *si quis percusserit aliquem*, requiratur dolus: quia talis injuria non posset inferri in personam sine affectu facientis; si verò ponit actum, qui infertur in rem, tunc putat,
59 quod lata culpa æquiparetur dolo, & pro hoc di-

Digitized by Google

dicit in accusatione, & turbata possessione inducta est forma statutorum, an debeat quis absolvi, si dicat se ingressum esse aliqua ratione, ita quod dolus malus absit, assessores communiter dicunt: *sive justis, sive non justis rationibus est absolvendus*: quia cessat dolus; sed ipse *Bart.* dicit: *Putarem advertendo verba statuti, nam si dicunt, si quis turbaverit aliquem in possessione sua, vel molestaverit aliquem, vel similia verba, quæ denotant illatum actum in personam, cum molestia, vel turbatione illata in aliquẽ, tũc requiritur dolus, & tunc veniat absolvendus, nisi probetur dolus; sed si ponit actum illatum in rem, ut puta si quis ingressus fuerit possessionem alterius, vel si quis occupaverit possessionem alterius, & sufficeret lata culpa*; & videas clariùs, & pleniùs
60 *Bart. in alleg. loc.* Nunc ergo reducendo ad *Ritum* nostrum, ex quo *Ritus* non dicit: *si quis subtraxerit*, quia tunc videretur, quod requireretur dolus, & non sufficeret lata culpa, ut dixi proximè secundùm *Bartholum*; nec expresè mentionem facit de dolo, sed simpliciter dicit: *quod, si officialis ponat se recepisse in introitu suo certam pecuniam, puta decem, & post inveniatur ultra recepisse, puta quinque, quæ non posuit in introitu, hoc, tanquam subtractum, reddatur Curia per eũ cum pœna nonupli*; & nota, quod dicit *tanquam subtractum*, quasi velit dicere: *sive verè sit subtractum, sive non, habeatur tanquam subtractum*; & licèt hoc verbum *subtractum* includat dolum, per ea, quæ *sup.* dixi, verum est quando statutũ, seu lex municipalis diceret: *si quis subtraxerit*, vel expresè mentionem fecerit de dolo; sed *Ritus* simpliciter dicit: *si officialis ponat minus, &c.* non dicit *dolo*; nec *subtraxit*; tunc dicendum est, quòd sufficeret solùm lata culpa ad hoc ut officialis ipse puniretur prædicta pœna, licèt non fuerit probatum, quòd dolosè fecerit, nisi ipse officialis probaret de errore justo, & manifesto, non dato sibi termino, ut in *Ritu*, quod *supra* declaravi, & *infra* etiam dicetur; quæ autẽ lata culpa sit communiter dicitur, quod lata culpa est si non intelligitur, quòd omnes intelligunt ejusdem conditionis, & professionis, de quo plenè per *Bart. in l. quod Nerva, ff. depositi*, & per *Canonist. in cap. 1. de commod.*

61 De errore verò calculi an possit iterum videri, & quando? habes in *l. unica, Cod. de error. calculi*, ubi habetur, quod rationes sæpè computatæ possunt de novo retractari, & res judicatæ
62 non sunt, vel transactio non intervenit; immo si per errorem calculi tanquam debitam quantitatem, cùm esset indebita, promisisti, condidictio liberationis tibi competit, & dicit lex calculi errore retracto; & post decẽ, & viginti, ac
63 triginta annos ipsa admittitur; sed si rationes gratiosè expunctæ dicantur, non retractabuntur, ut in *l. calculi erroris, ff. de administr. rer.*
64 *ad Civit. pertin.* Sed si intelligatur rectè, non videtur contradicere *Ritui* nostro, ubi dicitur de errore probando: quia secundùm illam legẽ calculi error potest retractari etiã post tempus decemnii, & etiam usque ad triginta annos, quando per errorem, sed quando per gratiam, quam facit Curator Reipub. alicui administratori, tunc non retractabitur ultra decem, vel viginti annos, secundùm *Gloss. in d. l. calculi*; sed de alio errore calculi loquitur *Ritus* noster; illæ enim leges loquuntur quando est error calculando, ut quia secundùm compotum faciunt partes aliquod dubium, quod non est; vel secundùm calculum factum Judex erravit, & tunc dicitur aut est expressum in sententia, aut non, de quo in *l. unica, ff. quando non est appellandum*; at in materia *Ritus* nostri non loquimur de errore calculi propriè, pro ut est calculando, sed quia officialis ponendo rationem, & compotum, nõ ponit totum, quod recepit, & postea vult probare, quòd hoc, quod omisit, per errorem fecit; & de isto errore calculi loquitur *Ritus* noster, non de errore calculandi benè, vel malè faciendi debitum, vel indebitum; & sic alia est materia *d. l. unica, & d. l. calculi*; & ideò est servandus hic *Ritus* in suis terminis, & etiam dictæ *leges* in suis casibus, quæ non corriguntur per istum *Ritum*.

65 Item ex hoc *Ritu* habes, quod si officialis ponit simpliciter in exitu tantam pecuniam expendisse: quia præsumitur, quod pecunia illa sit Curiæ ex eo, quod non dixit, quod sit sua, vel sibi mutuata; hoc sentiunt verba *Ritus*,
66 ubi dicit: *sicut qui petit repudium, confitetur matrimonium*, quasi velit dicere: *si ego do libellum repudii uxori meæ, videor confiteri matrimonium esse; sic, & ille officialis, qui expendit pro Curia, videtur confiteri pecuniam esse Curiæ, & maximè cùm non potest expendere ultra quàm recepit*;
67 sic & tutor non debet expendere ultra redditus patrimonii pupilli, ut dixi *supra in rubr. juratur in litem, &c. & ff. ubi pupillus educari debeat, l. jus alimentorum*, & probatur *in tit. de*
68 *notis feudorum*. ubi dicitur, quod non debet solvi ultra quod sit redditus Cameræ, seu dohanæ. Hinc est, quod si Rex mandat solvi centum de juribus dohanæ, & non est redditus in tantum, non solvitur, nisi secundùm reddi-
69 tum, ut ibi; quid de annis sequentibus, & præteritis? videas quod Dom. *Andr. de Isern. & Bald. in alleg. tit. denot. feudor.* pro hoc facit *capitulum* Dom. *Joannæ Primæ*, quod est finale in *capitulis dictæ Reginæ*, & incipit *item quod dicti justitiarii, & Capitanei* (287. secundùm ordinem
70 *de Nigris*) in quo mandatur, quod de specie pecunię taxatæ, non de alia debet solvi, pro quo etiam facit *l. ult. Cod. de canon. largit. titul. lib.* 10.
71 ubi notat *Bart.* quod pecunia, quæ debet ire ad aliquam Cameram, non debet converti in aliam, ita quod potestas non potest jubere, quod pecunia solvatur alteri, quàm Camerario Cõmunis, ubi erat dicta pecunia deputata, & si se-
72 cus facit, punitur; quod intellige verũ, nisi sit in pecunia modica, quam potest convertere ad suũ

Digitized by Google

placitum in neceſſitates publicas, quod dic, ut
73 ibi per *Bartholum*, & ſic apparet, quod non debet officialis excedere fructus adminiſtrationis, & hoc nos habemus in practica, quod officialis non debet expendere ultra quàm exegit, ſed de hoc *in fin. hujus quæſtionis* ſtatim dicam,
74 ſed quantum ad propoſitum eſt advertendum, quia verba hujus *Ritus* dicunt: *ſecus ſi dixiſſet fuiſſe de ſuo, vel mutuo recepto*, quaſi velint dicere, quod *tunc repetet*; tamen ſi rectè dicta verba intelligantur, videntur dicere totum contrarium; & ut rectè intelligatur *Ritus*, exponetur, ſic, Quod ſi in introitu officialis poſuit minus, quàm recepit, tunc tenebitur ad pœnam nonupli, niſi de errore probaret; & poſtea *Ritus* ſubdit: *quod ſi officialis ponat decem per introitum ſuum recepiſſe de pecunia Curiæ, & per exitum appareat expendiſſe de pecunia Curiæ quindecim, illa quinque, quia dicit eſſe de pecunia Curiæ non repetet; ſecus ſi dixiſſet fuiſſe de ſuo, vel mutuo recepto*; & ſequitur *nec tunc dicto caſu*, quando non repetet, *erit alia pœna, niſi quia perdet illa quinq; , nec eſt ſibi perdere, cũ dixerit fuiſſe de pecunia Curiæ, nec debet tunc aſtringi addere, vel ponere in introitu*; & ſequitur poſtea, *vel dicere à quo, vel à quibus, vel unde pecuniam illam habuit: quia etſi per inquiſitionem faciendã conſtaret, quod habuit illa quinque, non erit puniendus, ex quo in exitu eam dedit: nam poterit ſe defendere, & addere ad introitum ſuum, ſi per exitum non dediſſet eam Curiæ, dummodo non eſſet denunciatus, &c.* & ſic illud, quod dicit, *ſecus ſi dixiſſet fuiſſe de ſuo, vel mutuo recepto*, quia tunc intelligas eo caſu non evadere pœnam ejus, quod non poſuit; unde ut intelligatur hic *Ritus*, exponatur ſic, quod ſi officialis recepit viginti, & poſuit in introitu decem, tenetur ad pœnam nonupli aliorum decem, niſi in exitu poſuiſſet alia decem tanquam pecuniam Curiæ, quia tũc evitabit pœnam, & Curia recipiet illa alia decẽ tanquam ſuum; ſi autem dixiſſet in exitu, quod illa alia decem erant ſua, vel ſibi mutuata, tunc non evitaret pœnam: nam etiam remanet peccatum, quia debuit ponere viginti, quæ recepit, & poſuit decem, & poſtea in exitu illa alia decem non tanquam de pecunia Curiæ, ſed de ſua, & ſibi mutuata; & ſic non tollitur, quod nec in introitu, vel in exitu poſuit illa decem tanquam recepta, ut pecuniam Curiæ: quia, ſi in exitu poſuit, non poſuit tanquam pecuniam Curiæ, ſed tanquam ſuam; & ſic remanet etiam defectus, quod non poſuit quod debuit, & non evitabit pœnam; & ideo ſubtiliter intelliga *Ritum*, qui debet intelligi, & legi ſic, dimiſſa illa particula, *ſecus ſi dixiſſet, &c.* & legatur ſic à principio uſq; ad verſ. *ſi verò officialis*, legatur rectè, ſed ab illo verſ. *ſi verò officialis* legatur ſic. v3. *ſi verò officialis ponat decem per introitum ſuũ recepiſſe de pecunia Curiæ, & per exitum apparent expendiſſe de pecunia Curiæ quindecim, illa quinque, quia dixit eſſe de pecunia Curiæ, non repetet*; & tunc dimittas *verſum*, qui ſequitur in *Ritu*, ideſt *ſecus, &c.* & capiatur in *Ritu*, ibi: *nec tunc dicto caſu quãdo non repetet*, ſupple (*ut quia in exitu poſuit tanquam pecuniam Curiæ*) ſequitur *littera Ritus* ſic: *nec tunc dicto caſu quando non repetet, erit alia pœna, niſi quia perdet illa quinque, nec eſt ſibi perdere, cùm dixerit fuiſſe de pecunia Curiæ, nec debet tunc aſtringi addere, vel ponere in introitu, vel dicere à quo, vel à quibus, vel unde illam habuit: quia etſi per inquiſitionem faciendam conſtaret, quòd habuit illa quinque, nõ erit propterea puniendus, ex quo in exitu eam dedit: nam poterit ſe defendere, & addere ad introitum ſi per exitum non dediſſet eam Curiæ, dummodo non eſſet denunciatus, &c.* & poſtea revertatur ad dictum *verſ. ſecus*, & legatur ſic v3. *ſecus ſi dixiſſet fuiſſe de ſuo, vel mutuo recepto* quaſi velit dicere, ſi in exitu ponat illa quinque
75 non dicendo, quod ſit pecunia Curiæ, quod tamen in dubio, præſumitur ut *ſup.* dixi; ſed ſi dixit, quod eſt ſua, vel ſibi mutuata, tunc non evi-
76 tabit pœnam, ut ſupra declaratum eſt; Sed remanet, an illa quinque poſita in exitu quæ dixit eſſe ſua, vel ſibi mutuata repetet à Curia? & ego dixi *ſup.* primò quòd non: quia non debuit expendere ultra quàm recepiſſet; verùm ad bonam, & rectam conſcientiam etiam de juris rigore dico, quòd ſi expendit pro neceſſitate, & utilitate Curiæ, poteſt repetere, non actione mandati, ex quo nullum habuit mandatum, immo potius contrarium videtur mandatum, ideſt, quòd non expẽdat ultra redditum, ut dixi, ſed repetet quaſi per *tot. tit. de negot geſt.* cùm fecerit, & procuraverit utilitatem Curiæ, vel etiam conditionis *l. ſi me, & Titium. ff. ſi certum petatur* v3. quia pecunia mea ad te pervenit, &
77 mihi à te reddi bonum, & æquum eſt; cùm quis non debeat cum aliena jactura lucrari, ut in *l. nam hoc natura, & l. hæc condictio, ff. de condit. indeb.* de quo videas in *d. l. ſi me, & Titium*, facit *l.*
78 *ſolvendo, ff. de negot. geſt.* ubi habetur, quòd quis poteſt pro alio ignorante ſolvere, & liberat eũ:
79 quia naturalis, & civilis ratio ſuadet alienam conditionem meliorem, & ignoranti, & invito quenlibet facere poſſe non deteriorem; hoc etiam videtur ſentire *Ritus ſupra in rubr.*
80 *juratur in litem.* ubi damnatur officialis in quantum percepit, niſi doceat ſe tradidiſſe, & expendiſſe illud de mandato, vel pro ſpecialibus negotiis, vel utilitatibus Curiæ; & ſic cùm primò dicat *de mandato*, & poſtea *pro uti-*
81 *litatibus Curiæ*; videtur velle, quòd, etiam ſine mandato, poſſit expendere pro utilitate Curiæ; & ſi expendit, non eſt dubium, quòd repetere poteſt quod utiliter geſtum eſt, & neceſſe eſt apud Judicem pro rato haberi, ut in *l. Pomponius ſcribit, ff. de negot. geſtis*; Pro hoc facit, quod dicit *Bald. in addit. Specul. in tit. de fid.*
82 *inſtrum.* quòd ſcilicet ſi executor aliquid ex-
83 pendit de ſuo, recuperat; ſed videtur ſentire contrarium *l. qui aliena, §. libertos*, ubi non poteſt

Digitized by Google

test plus expendi; sed dicas, quod in *d. §. libertos*, prohibitum fuit ne ultra expenderetur; & declara, ut ibi, & magna est differentia in exequendo testamentum, quod est in favorem animæ; & ne animæ detineantur in pœnis, permissum est, quòd executor potest de suo expendere, & repetere, ne pereat in periculo animarum. Item non dicitur ibi, quòd fuerit ultra quàm in hæreditate reperiatur, ut in *d. §. libertos* fuit expresè prohibitum, cùm voluntas
84 testatoris finem erogationis fecerit; & in casu nostro non solùm non est prohibitum, sed immo permissum per *Constitut. Regn.* quæ incipit *ut officialibus procuratoribus nostris, lib. 1.* ibi: *Castellani, vel Procuratores ipsi pecuniam de proventibus administrationis suæ, vel de suo proprio, in necessitates, vel utilitates nostras confidenter expendant; ne occasione mandati nostri, quod super hoc à nobis non habent, aut dispendia vereantur, quia expensam (scilicet pecuniam) ipsis de ærario nostro restitui faciamus, vel in ratiocinio suo,*
85 *per Rationales nostros excõputentur eisdem*; quod verbum *excomputentur* singulariter nota: quia per hoc apparet, quòd possunt excomputare, & compensationem opponere, & sic facit ad ea, quæ habentur *in l. 3. Cod. de compens.* ubi habetur materia, quando possit per officialem opponi de compensatione; & dicitur quòd quãdo debitum est ex eadem actione, potest; sed in casu nostro per prædictam *Constitutionẽ* nõ solũ potest repeti, sed etiã excõputari, & cõpẽsari.
86 Item ad litteram nostram hujus *Ritus*, ubi dicit: *quia etiam dixit de pecunia Curiæ*, supple quòd in dubio præsumitur, quòd sit pecunia Curię, *l. meritò, ff. pro socio*: cũ præsumatur potiùs jure feciſſe, & jure suo usum, quàm furti consilium injuisse, ut *d. l. meritò*; pro hoc facit, quod habetur in *tit. de officio guardiæ, §. si verò, 10. collat.* ubi habetur, quòd illud, quod fit inter dignos sub nomine officii, præsumitur factum sub nomine officii, ut videtur sẽtire, ibi *textus*,
87 secundùm *Bald.* ibi sic ergo ponendo rationes officialis, sub nomine officii, facit: quoniam positio rationis de officio est, & ad illud ratione officii tenetur, *l. 1. § officio, ff. de rationibus*
88 *distrahen.* & licèt ibi loquatur de tutore, tamen idẽ est in quolibet administratore, ut volunt isti *Ritus, ut in rubr. juratur in litem* sup. & infra *in rubr. de termino præfigendo*, ubi æquiparantur
89 isti administratores; sic ergo ponendo compotum, quia facit, quod ratione officii facere debebet, ponendo pecuniam simpliciter receptã, vel expensam, intelligitur de pecunia Curiæ, cùm sit ratione officii per ea, quæ dicta sunt, & in *d. tit. de officio guardiæ, §. si verò*, ubi *Bald.* alle-
90 gat multa jura in eo, quod dicitur in dubio præsumendum est id, quod est verisimile, *ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quintus, & Cod. de Episc.*
91 *& Cler. Authen. licentia*; & secundùm prædicta jura videtur sentire, quòd illud, quod habet officialis post finitum officium, videtur habere de administratione officii; & ideo videamus, qualiter intelligatur, cùm maximè faciat ad materiam nostram fiscalem; unde *in alleg. l. facultas, Cod. de jur. fisci, lib. 10. in fin.* dicit *Gloss.*
92 quod quicquid officialis acquisierit, præsumi-
93 tur acquisivisse de bonis domini, sive fisci, & dicit *Bart.* quod, si esset verum, esset notabile tamen dicit ipse, quòd sibi non videtur verum per *l. qui defunctus, Cod. arbitrium tutelæ, & ff. de jur. fisci, l. 3. §. multa*, ubi notatur, quòd non præsumitur de bonis fisci, nisi hoc liquidè pro-
94 betur. In Prælato autem Ecclesiæ ipse remittit ad *d. authen. licentia*; sed *Bald. in d. authen.* ponit
95 hoc dubium dicens de officio publico, puta quia erat thesaurarius alicujus domini temporalis, quod tunc præsumitur subtraxisse domi-
96 no, secundùm *Gloss. in d. l. facultas*; sed *Guliel. de Cuneo* dicit contrarium: quia, ex quo talis officialis tenetur reddere rationem administrationis, & tunc aut reddit rationem benè, & constat pro eo; aut malè, & tunc condemnabitur hoc prętextu, ideſt, quia non posuit bonam rationem; non autem alia præsumptio sit contra
97 eum, videlicet quòd ipse subtraxerit, & sic non obstat *d. authen. licentia*: quia illa loquitur in illis, qui non consueverunt reddere rationem administrationis, cùm sint administratores
98 perpetui; sic in officiali fisci, qui debet ponere rationem, ut in dictis *Ritibus*, & in *d. l. 1. §. officio*, quod non præsumitur, quòd sit fisci illud, quod habet post finitum officium, & post ra-
99 tionem redditam; tamen dicit *Bald.* advertendum esse, quòd Hospitalerii debent rationem reddere quolibet anno, ut in *Clemen. quæ contingit, de religios. domib.* & nihilominus in eis habet locum *authen. licentia*; unde ratio *Guliel-*
100 *mi* non videtur bona; sed *Bald.* servando *Gloss.* quæ est in *d. l. facultas*, dicit quòd speciale est in administratore fisci, quòd scilicet idem sit in eis; quod est notandum, & facit contra thesaurarios, de quo dic per *Canonistas in cap. cùm in*
101 *officiis, de testamentis*, ubi distinguitur, quòd si est officialis privatus, non præsumitur pro officio, puta si est tutor, *Cod. arbitr. tutel. l. si defunctus*; si autem est publicus, ut thesaurarius fisci, dicit *Gloss. in alleg. l. facultas*, quod præsumitur
102 subtraxisse; sed *Guliel. de Cun. & Petr. de Anchar. in alleg. authen. licentia* tenent contrarium per rationem, quam dixi, cùm teneantur reddere rationem administrationis; sed, ut dixi, *Bald.* hanc rationem redarguit exemplo hospitale-
103 riorum; sed *Bart. in d. l. facultas, & l. si defunctus, & l. 3. §. multa*, tenet contrarium ut dixi; & habetur in *d. §. multa*, cum ibi notatis, quòd cõstare debet liquidè, quòd sit acquisitum in mi-
104 nisterio fisci, quod videtur verius, ubi constaret, quòd tempore habiti officii nihil habebat, & quòd officium requirebat assiduitatem; itaquod non poterat officialis mercaturæ va-
105 care, vel alii exercitio, unde acquireret; de Prælato, vel alio clerico procedere videtur *d.*

Digitized by Google

auth. licentia: quia in his cessat hæc ratio, ideſt,
106 quòd poterant negotiari: quia clerici non debent negotiari, *ne clerici, vel monachi in rubro, & nigro in cap.* 1. *&* 2. quòd etiã tenet Dom.
107 *Cardin. Florent. in d. cap. cùm in officii*, & ibi etiam videas de Prælato, quando, & de quibus bonis poſſit teſtari; maximè hoc videtur verũ: quia ſi de privato officio non præſumitur, quod acquiſitum ſit domini, multò minus præſumi
108 debet de officiali fiſci: cùm in dubio potiùs judicare debeamus cõtra fiſcum, ut in *l. non pu-*
109 *to, ff. de jur. fiſci*: cùm etiam in cauſis fiſcalibus ſervetur jus, quo utuntur ſubditi, niſi in privilegiis in jure expreſſis, ſecundùm *Andr. de Iſern.*
110 *in tit. de conſuet. rect. feud. ſuper rubr.* & quòd in dubiis contra fiſcum debeat facilè reſponderi, maximè quando ſunt odioſa, per eundem *Andr. in tit. per quos fiat inveſt.* §. *ſed, & res*, & hoc, ut dixi, quoniam hoc dubium fieret finito
111 officio, & reddita ratione; ſi autem ponendo compotum ſimpliciter poneret pecuniam, vel receptã, vel expensã, non dicendo quod ſit ſua, tunc præſumitur, quòd ſit Curiæ, ſecundùm
112 quod ſupra dixi; ſi autem poneret, quod pecunia eſſet ſua, tunc procederet, quòd etiam *ſupra* dixi, ideſt, quòd poſſet repetere; non autẽ quòd propterea evitet pœnam, ſi minus poſuerit in introitu, quàm receperit, vel plus in exitu expendiſſe, quàm expenderit, quod etiam ſentit
113 Ritus *ſub rubr. de non poſitis*, *&c.* & ibi dixi quando poteſt repetere, quod de ſuo expendit, & iſta junge cum iis, quæ dicta ſunt *ſup. in rubr.*
114 *juratur in litem, circa principium*; licèt aliqui ex officialibus dictæ Cameræ Summariæ dicere nolunt, quod *Ritus* iſte *de non poſitis*, *&c.* intelligatur aliter, & dicunt, quòd ibi *Ritus* dicit: *ſatis videtur ponere, quod recepit, cùm dicat fuiſſe pecuniam Curiæ, dicendo, quod illa quinque ſunt pecunia Curiæ, & expendit pro Curia, ſicut qui petit repudium confitetur matrimonium*; quaſi dicat, ſecundùm eos, quod ponendo in exitu pecuniam ultra introitum expendiſſe pro negotiis Curiæ, habetur, ac ſi poſuiſſet in introitu; & ad hoc vadit illud, quòd qui petit repudium, confitetur matrimonium; ſed ego dico, quòd benè dicunt, nec contrarium dixi: nam
115 verum eſt, quòd habetur, ac ſi in introitu poſuiſſet, & ſic evitabit pœnam; non autem, quòd poſſit repetere: quia, ſi in introitu poſuiſſet, etiã repetere non poſſet: cùm ponendo in introitu, confitetur pecuniam eſſe Curiæ, ſive dicat, quòd ſit Curiæ, ſive non: nam, ut videmus officiales ponendo compotum in introitu, dicunt recepiſſe tantum à tali, & tantum à tali, & ſic idem dicunt, quòd dixi.
116 Sed ponamus, & excludamus omne dubium, quòd habemus tres caſus ex hoc *Ritu*, ut cùm officialis expreſsè dicat expendiſſe pecuniam Curiæ, vel dicat expendiſſe de ſua pecunia, vel
117 ſibi mutuata; & iſti caſus ſunt in *Ritu*; quid ergò dicemus in tertio, quando ponit expendiſſe pro negotiis Curiæ ſimpliciter, & non dicit, quod ſit pecunia Curię, vel ſua? recurramus, opor-
118 tet, ad jus commune, cùm caſus omiſſus cenſeatur relictus diſpoſitioni juris communis, ut in *l. ſi extraneus, ff. de condit. ob cauſ. & in l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matrim.* pro hoc faciunt *Ritus* noſtri *ſup. de jur. tinctoria*: quia *Ritus* non extenduntur, niſi in caſu, in quo loquuntur; facit etiam *Ritus de jure exitura, circa finem*, ubi di-
119 cit, quòd ſtatuta contra rationem impoſita debent in ſuis finibus, & limitibus conſervari, & non extendi; meliùs habetur in *rubr. de jure*
120 *dohanæ*, ubi dicitur, quòd, ſi non apparet, quid ſit determinatum, ſcilicet per hos *Ritus*, recur-
121 rendum eſt ad jus commune; Nunc certum eſt de jure communi, quòd officialis non debet expendere plus, quàm recepit, ut *d. l. jus alimentorum*, & ſi expendit, præſumitur, quod ſit Curiæ, per ea, quę habentur in *Gloſ. in d. l. facultas*, licèt ibi *Bart.* ſentiat cõtrarium; ſed *Bald. in d. authen. licentia*, tenet cum ſua *Gloſſa*, & idem tenet in
122 *l. 1. Cod. de hæred. vel act. vẽdit.* ubi dicit, quòd, ſi officialis eſt ditatus, præſumitur, quòd ſit ex bonis fiſci, & quod hoc benè cuſtodiant tyranni, cum ideo officiales recedant ab eis cum pe-
123 cuniis, quaſi velit dicere, hoc cuſtodiant benè tyranni, qui communiter ſolent recipere ab officialibus ſuis, & extorquere omnem pecuniã; advertant ad hoc, quod facere poſſunt de jure, & dicere officialibus ſuis adminiſtrantibus redditus: *quicquid habetis, præſumitur, quòd ſit de meo*, & hoc vult dicere *Bald.* ibi: nam dicere, quòd hoc faciunt tyranni, tanquam injuſtitiã exercentes, eſſet contra ſemetipſum: quia primò dixit, quòd ſit præſumptio quod ſint ditati de bonis fiſci, & ſic non videtur velle poſtea dicere, quòd tyranni hoc faciunt contra juſti-
124 tiam; tamen pro deciſione quæſtionis facit caſus in *l. Neſennius, ff. de negot. geſtis*, ubi dicit, quòd ille, qui geſſit negotia, ſive ſit mater, ſive pater, ſemper intelligitur feciſſe de bonis filii, cujus negotia geſſit, & ex illa lege deducit
125 *Bart.* regulam generalem, quòd adminiſtrator, ſeu negotiorum geſtor præſumitur facere expenſas de bonis ejus, cujus negotia geſſit; di-
126 cens, quòd adeo eſt vera hæc præſumptio, quòd etiam excludit officium pietatis, de quo in *l. fin. Cod. de dot. promiſſ.* ubi ratione pietatis præſumitur pater, & mater facere de bonis ſuis:
127 nam illud eſt verum, niſi pater, & mater aſſumpſerit officium negotiorum geſtorum: quia tunc præſumitur de bonis filii; & ſic junctis iis, quæ ſupra dicta ſunt, & quæ habentur in *d. authen. licentia*, *& in d. l. facultas*, dicendum eſt,
128 quòd, ſi officialis expendit pro negotiis Curiæ, dicatur expendiſſe de pecunia Curię, & non de ſua, maximè per *l. cùm de indebito, ff. de probat.* cùm non præſumatur de ſuo per dictam re-
129 gulam *Bart. in d. l. Neſennius*, & ſi diceret officialis: *quomodo poteſt intelligi, quòd expenderim de pecunia Curiæ cùm non receperim, niſi tantum,*

& non

Digitized by Google

& non ultra? Respondetur, quòd non creditur sibi, nec præsumitur, quod non habuit ultra, immo totum habuit de rationibus Curiæ secun-
130 dùm quòd jus præsumit, ut dixi; & si dicatur, quod illud non præsumitur in officiali, qui posuit rationem, illud verum est quando rationē posuit, & quietatus est: nam tunc incumberet onus Curiæ, quæ probare deberet illud esse de
131 pecunia Curiæ; sed dum discutitur compotū, & ratio, non dicitur posuisse rationem: quia dū discutitur, & dispungitur ratio, non dicitur factam esse rationem, & completam, sed esse in fieri, ut etiam sentiunt *Ritus* nostri, & iste *Ritus*
132 *de non positis*, in quo dicitur, quòd potest addi, & diminui dum discutitur ratio.

133 Et hæc, quæ dicta sunt, tenenda sunt simpliciter de officialibus, qui communiter in Regno vocantur Ærarii, quibus datur cædulare de eo, quod recolligere debent, licèt in fine cædularii ponantur certæ clausulæ, quòd recolligant etiā quæ invenerint esse jura Curiæ: licèt in cædulario non sint expressa, pro ut etiam *infra* tan-
134 getur; sed videndum est, quid dicendum sit de thesaurario generali an possit repetere illud, quod expendit ultra introitum? sed certè alia jura, & rationes faciūt pro ipso, ideſt, quòd possit repetere, & fortiùs in ipso, quàm in alio officiali: nam incerta est recollectio istius, & aliquando sperat plus recolligere in futurum, quàm habeat in manibus, & tantum est dicere, quòd non possit repetere, quantum non facere expensas: quia ipse sciens se non posse repetere non faciet, & posset evenire in magnum detrimentum Regis; pro hoc videtur casus novus factus in *Constitut. Regni*, quæ incipit, *ut officialibus procuratoribus nostris*, & sequitur *quibuslibet propter expensarum defectum, negligendi res nostras non sit occasio, vel meliorandi causa non desit; volumus, & mandamus, ut ad requisitionem ipsorum omnes proventuum nostrorum actores pro reparandis Castris, & domibus nostris, plantandis, & colendis vineis, seu quibuslibet aliis possessionibus nostræ Curiæ procurandis, sufficientem pecuniam subministrent; cæterùm si ad requisitionem ipsorum actores nostri eis pecuniam petitam subministrare noluerint; mandato celsitudinis nostræ nullatenus expectato, volumus, ut Castellani, vel procuratores ipsi, pecuniam de proventibus administrationis suæ, vel de suo proprio in necessitates, vel utilitates nostras confidenter expendant; ne occasione mandati nostri, quod super hoc à nobis non habent, aut dispendia, vereantur quin expensam ipsis de Ærario nostro restitui faciamus, vel in ratiocinio suo per Rationales nostros excomputentur eisdem*, per quam *Constitutionem* clarè patet, quod thesaurarius, vel quilibet procurator Regis habet potestatem expendendi pro necessitatibus, & utilitatibus Curiæ, tam de pecunia Curiæ, quàm de pecunia ipsorum; & si expenderint de pecunia ipsorum, possunt repetere, & si de pecunia Curiæ acceptari debent in computis ipsorum; & rationem assignat: quia posset evenire in magnum detrimentum Curię, & sic videtur justè fundata, & etiam de jure communi procedit; nec obstat *l. jus alimentorū*: quia illa non prohi-
135 bet, quòd non possit tutor pro necessitate, & utilitate pupilli expendere; sed tantùm vult, quod in alimentis pupilli moderentur expensæ circa quas modus patrimonii spectetur, ne universum redditum patrimonii in alimenta decernat, sed semper faciat, quòd aliquid ex redditu superſit, &c. Sed dicere, quòd pro aliis necessitatibus, & utilitatibus pupilli non posset expendere, esset non facere meliorem conditionem pupilli, quam meliorem facere debet, de quo plenè in *l. si pupilli, in princ. ff. de negot. gest. & in l. pupilli, ff. de solutionib. & in l. contra impuberes, Cod. de negot. gest. & in l. alimenta, eod. tit.*

136 Et sic idem jus dicitur in administratore Reipublicæ: cùm æquiparentur, ut *Cod. de jur. Reipub. l. Rempub. lib.* 11.

137 Item respondetur ad id, quod dicitur, scilicet quicquid habet officialis secularis præsumitur esse fisci: quia possunt dicere non esse veram opinionem *Baldi in d. authen. licentia*, & etiam quod dicit *Gloss. in d. l. facultas*: nam *Gloss.* non ita clarè hoc concludit, quia dum ponit, quòd officiali volenti defendere bona contra fiscum, non detur ei facultas, dicens, quòd omnia, quæ habet, præsumantur fisci, ut in Prælato; sed postea *Gloss. in fin.* subdit, *sed prima verior est, ideſt, ut comprehendamus eos sub hac lege*, ideſt sub *d. l. facultas*; & sic non simpliciter tenet illā opinionem; sed teneat, vel non teneat, videtur, quòd sit verum in officiali secularis Domini, cū etiam *Bart. in d. l. facultas* reprobet istam *Glossam*, per *d. l. si defunctus, Cod. arbitr. tutel. & ff. de jur. fisc. l.* 3. §. *multa*; ubi dicitur, quòd debet liquidè constare, quòd sit acquisitum intuitu fi-
138 sci, quod videtur verius, nisi constaret, quod tempore habiti officii nihil aliud habuit, & quod officium requirebat assiduitatem, itaquod non poterat officialis mercaturæ vacare, vel alii exercitio, unde acquireret: nec obstat, quod dicitur de Prælato, vel alio clerico: quia in his
139 cessat hæc ratio, cùm clerici non debeant negotiari, ut in *tit. ne clerici, vel monachi, in rubr. & nigro, in cap.* 1. & 2.

140 Item nec obstat alia ratio, quòd administrator expendendo, videtur expendere de bonis Domini, per ea, quæ habentur in *d. l. Nesennius, ff. de negot. gest.* ubi *Bart.* notat, quod illud est verum, quando supererant bona ipsius Domini, ita etiam ponit *Bart. in alleg. l. Nesennius*, dicens, quòd ibi erant duo patrimonia; unum neptis, & aliud Aviæ; si ergo Avia tanquam negotiorum gestrix expendit, benè posset dici, quòd intelligatur de patrimonio neptis; sic etiam dicitur in *l. fin. Cod. de dot. promiss.* sic ergo cùm neptis nihil haberet, tunc clarum est, quòd avia de suo proprio expendit, & illud repetere posset, per dictam *l. Nesennius*, cum aliis *legibus sup.* allegatis.

Digitized by Google

141 tis, Sic ergo in casu nostro cùm thesaurarius expendit de suo, quod eo ipso apparet, cùm ipse ponit in introitu certam quantitatem, puta centum, & expendit biscentũ in necessitatibus, & utilitatibus Curiæ, apparet, quòd centum
142 sunt sua: quia statur suę assertioni quousque probetur contrarium, vel per inquisitionem inveniatur, ut expressè sentit *Rit. in rubr. de non positis, in princ.* ubi dicit, quòd si posuit decem in introitu, & postea apparet plus recepisse per inquisitionem; ergo vult, ut stetur assertioni officialis quousque probetur contrarium; pro
143 hoc facit *ff. de probationibus*; & incumbit probatio ei, qui dicit, non ei qui negat; & sic si expendit plusquàm ipse officialis posuit in introi-
144 tu, potest multum benè repetere cùm utiliter gessit negotium, quod necessariò tenetur approbare Dominus, ut in *l. Pomponius, ff. de negot.*
145 *gestis*: nam absurdum esset, & contra naturam, ut cum detrimento alieno locupletatio fieret, ut in *l. nam hoc natura*; nam æquum est neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem; facit quod habetur in *l. si me, & Titium, ff. si certũ*
146 *petat*. Sed quicquid sit, habemus casum in *alleg. Constit. Regni*, & hoc intelligendo *Ritum*, quòd hic casus non includatur in *Ritu*, sed tantùm tres casus, videlicet quando officialis posuit in introitu decem recepisse, vel quando in exitu posuit plus expendisse de pecunia Curiæ, quàm in negotiis Curiæ expendit, tunc habetur, ac si in principio introitus posuisset, & sic evitabit pœnam, & non repetet, ut in primo; & tertius est quando plus expendit, & dicit de suo expendisse, & tunc determinatur, ut in *Ritu*. Est et alius casus quando simpliciter expẽdit, non dicendo, quòd sit pecunia Curiæ, vel sua; tunc dic, quòd præsumatur sua, ut prædixi quousque non constet de contrario.

147 Item ad secundùm dubium, quòd Rex mandavit thesaurario, quòd reciperet certam pecuniam à tali, & illa recepta assignaret Petro: & thesaurarius recepit pecuniam, & assignavit alteri, an imputetur thesaurario, itaquòd debeat restituere illam pecuniam Regi? & allegatæ sũt plures leges contra thesaurarium, quòd pecuniam assignatam in unam causam, non debet in aliã convertere, ut *l. 1. & 2. Cod. de iis, qui public. ratiocin lib. 10. & in tit. de susceptorib. l. duos stabularios, & in tit. de iis, qui ex publicis ration. mutuam pecun. acceper. l. sciant omnes.*

148 Sed in contrarium videtur, si thesaurarius ipse in utilitatem, & necessitatem Domini expendit, vel aliàs expensa versa est in Domini utilitatem: pro hoc induco multa jura, & hæc materia habetur in *l. si pupilli, §. si quis pecuniam, ff. denegot. gestis ibi: si quis pecuniam, vel aliã quandam rem ad me perferendam acceperit, quia meum negotium gessit, negotiorum gestorum mihi actio adversus eum competit*, & dicit ibi *Bart.* quod hoc sit intelligendum secundùm materiam *l. si is, cui, C. de furtis*, ibi: *si is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam dedisse proponis, parva quantitate numerata, reliquam in usus suos convertit, furtum fecit*; Sed cui com-
149 petat hæc actio, Domino mandanti, an autem accepturo? post *Gloss.* & alios *Bald.* concludit, quòd aut fuit Nũtius mittentis tantùm, aut accepturi: quia, si mittentis, ut in casu nostro, tunc competit ipsi mittenti, & sic competeret Regi; verùm jungas *text.* cum sua *Gloss. & DD.* & dicas, quòd tunc est verum, quando nuncius in suos usus convertit, ut sentit ibi littera; secus *Gloss.* quando in utilitatem Domini est versum, ut ponit *Bald. in alleg. §. si quis pecu-*
150 *niam*, puta dedi tibi decem, ut dares Titio, ut Titius emat librum; tu verò non dedisti pecuniã Titio, sed emisti librũ, dicitur, quòd non teneberis, quia satis est, quod fecisti, quod prosit Domino. Dic ergo, si Thesaurarius solvisset pecuniã de suo proprio illis, quibus Curia tenebatur, & sic liberavit Curiam, nonne repetet
151 à Curia? Certe sic, cùm etiam invita, & ignorante Curia posset ipsam liberare, ut in *l. solvendo, ff. de negot. gestis.* Si ergo Thesaurarius solvit aliis debentibus habere à Curia, cùm cautelis debitis, & sufficientibus, dicetur, quòd Curia non possit repetere ab eo, ex eo quia non solvit, solvendo illi, cui Rex non mandavit; tunc enim ex alio capite dicet Thesaurarius: *& tu restituas mihi pecuniam, quam tuis creditoribus assignavi, & propterea te liberavi*, per dictam *l. solvendo*; & sic idem traderet, & ut dixi, probatur à contrario in *d. l. si is, cui*; verùm illud procedit, quando in suos usus convertit Mandatarius; secus si in rem Domini est versum maximè per *l. primam, & secundam*, & quasi per *tot. tit. ff. de in rem vers.*

152 Restat respondere ad *leges* in contrarium allegatas, & dicas, quòd *leges* illæ intelliguntur, quando pecunia est specialiter deputata, & in publicam rationem redacta in arca publica reposita, & scripta in rationibus, & libris, quæ semper debet esse parata ad usum, & utilitatem publicam, ut quoties necesse est, & quacunque hora expedit, possit ad usum deputatum expendi, ut in dictis *legibus* apparet, sic intelliguntur dictæ *leges*, & ita exponit *Goffred. in dictis legibus*, itaquòd magna est differentia, quando pecunia, aurum, vel argentum deputata sunt ad certum usum specialiter, ita-
153 quod videtur pecunia illa aliam naturam habere, non ex dispositione vocis vivæ, sed ex ordinatione legis, tunc verum sit, quod dicitur, quòd talis pecunia non potest ad alium usum converti; sic etiam quando per statutum esset ordinatum, quòd talis pecunia non detur aliis, sed talibus, de quo in *alleg. l. qui duos*; sic & in *d. l. sciant omnes*; itaquod propriè est dicere naturam unam in aliam mutare, &
154 pecunia illa, quæ assumpsit naturam illam per legem impositam, & de sui natura habet aliam speciem; tunc verum est, quòd non po-

test

test in aliâ speciẽ commutari:secus ergo quãdo pecunia est uniformis, & generaliter ad omnia
155 deputata, licèt mandetur per vivam vocem Domini, quòd illa pecunia assignetur Titio, & mandatarius assignaverit alteri creditori, non propterea mutavit speciem, & conditionẽ pecuniæ,sed tantùm non explevit mandatũ Domini, nec propterea vertit in damnũ ipsius Domini,cùm mandatarius nõ in suos usus,sed ad utilitatem ipsius Domini convertit: & sic rectè intelligantur dictæ *leges* in contrarium
156 allegatæ, unde concluditur in proposito, quòd licèt Thesaurarius non assignaverit, cui disposuit Rex, sufficit,quòd in alias utilitates, & necessitates expenderit:quia aliàs posset dicere mandatarius. *Si tu Rex, non acceptas,restituas mihi quòd pro te aliis solvi in tui utilitatem, & ego tibi illud restituam.*

157 Quantum ad aliud de salariis, quis debuit retinuisse in singulis annis, & non expectare ultimum annum, per ea, quæ habentur in *l.si pupilli,§. videamus, de negot.gestis*;ubi dicitur, quod sibi est imputandum, si potuit exigere à se,& non exegit: nam illud fortè esset verum, quando plura, & diversa essent officia:quia tunc deberet in fine cujuslibet officii retinere salarium. At in casu nostro unum est officium, & unus quasicontractus, ita quòd lex dicit, quòd tota administratio unus dicitur quasi contractus, ut in *l.sed an ultrò,§.1.ff. de negot. gestis.*

158 Item in *littera Ritus* nostri ibi dum dicit, quòd juret ad ejus notitiam pervenisse,ex quo videtur, quod etiam post terminum datum ad producendum suas cautelas, nihilominus potest addere ad introitum, & exitum, quando jurasset,quòd de novo ad eum pervenisset;& sic videtur contra illud,quod *supra* dixi,ubi dixi, quòd licèt fuerit confessus, idest ponendo minus,quòd non potest revocare suam confessionem post præceptum,& terminum datum à Judice, secundùm *Bart.in d.l.non fatetur*; & sic videtur dicendum,quod ea,quæ supra dixi, intelligantur secundùm istam determinationem, idest si juraverit, quòd denovo ad eum perve-
159 nisset; sed certè in terminis nostris sumus in aliis casibus:sumus enim in eo,qui debet comparere, & venire instructus cum omnibus suis juribus, ut in hoc *Ritu* habetur, & *in sequent. Rubrica*:nam,ut dicit Innoc. *in alleg.cap.pastoralis,de except.* quando debet quis venire instructus à se ipso in facto proprio, tunc non auditur volens etiam jurare, ubi distinguunt
160 DD. an post datum terminum ad omnia jura producenda, audiatur volens post terminũ producere? & tunc, aut res est integra,& audiatur,aut non integra,& non audiatur,quod etiam ponitur in *clem. sæpe,de verb.signific.* & notant *DD. in cap.cùm dilectus, de fid.instru-*
161 *ment.*Sed *Bart.*tenet indistinctè, quòd debet audiri,in *l.mancipia, ff.de opt.vel elect.legata*; & sic *cap. pastoralis* non obstaret: quia loqui-
162 tur,prout patet,in dilatoriis, quarum omissio est parvi præjudicii,secus in præparatoriis; & sic etiam dicimus in termino sine hominis ministerio, ut est etiam in casibus nostris, ubi officiales habent terminum datum à jure istorum *Rituum*, ut in *seq.rubr.* apparet; & ideò
163 elapso illo termino,non videretur audiendus ex quo debuit venire instructus, & paratus, & maximè quia secundùm quod dixi etiam post quàm venit, & posuit in suo quaterno, datur alius terminus ad producendum,& dicendum &c. & mandatur etiam ei, & præcipitur, ut producat,ut in practica habemus, & sentiunt *littera antiquorum Regum*, secundùm quas Magistri Rationales dant terminum, postquàm comparuit: tunc enim satis esset contumax,& ideo non audiretur volens postea ad-
164 dere, ut in hoc *Ritu* apparet; verùm ad puram, & bonam conscientiam dicerem, quod si officialis habuisset suum substitutum,per quem postea,certis rationabilibus causis, arbitrio boni Judicis relinquendis,non potuit habere notitiam illorum,quæ ille substitutus fecerat, nisi post terminum datum,tunc admitterem correctionem erroris, idest quòd posset addere, vel minuere,secundùm notitiam, quam postea habuit à substituto,semper intelligendo sine dolo, & lata culpa ipsius officialis,aliàs sumus
165 in regula, quòd certus non debet certiorari, ut in *l.1.ff.de action.empti*, & non tantùm qui est in culpa,sed qui scire debuit,ut in *l.quod te, ff.si certum petatur*, & sic conclude secundùm illud,quod *supra* dixi,prout *Bart.in d.l.non fatetur*,& sic videtur sentire hic *Ritus*, quòd *cap. pastoralis* procedat, si non erat attinctus, & aliàs,ut proximè dixi.

166 Item nota, quod dicit *Ritus in fin.* quod sufficit, quòd Curię sit denunciatum, quia tunc si ponat recipitur, non ut evitet pœnam, sed Curia recipit tanquam suum, & si postea nihil probetur per Curiam, sufficit certè sola positio, & confessio officialis: quia si primò ponit quinque, & postea addit alia quinque, quãdo Curia incipit scire,tunc convincitur de furto:quia noluit ponere, antequam hoc fuisset Curiæ denunciatum:quia ut evitet pœnam, debet ponere,antequam deferatur *d.l. edicto,ff. de jur.fisci*: quæ lex sic inducitur:nam relictum
167 non capaci testamento impugnato, auferturà fisco,ponamus quòd is, cui est relictum, antequàm accusetur, vel antequàm sit fisco relatum, ipse confiteatur fisco sua propria & libera voluntate, tunc partitur ei, & habebit partem dimidiam, ecce quomodo potest se corrigere, & deferre antequàm sit fisco delatum.

168 Item nota in eo, quod dicit *Ritus*, quòd positio est confessio, per ea, quæ *supra* dixi, quasi velit dicere, quòd ponendo confitetur, quod est verùm,*l.cùm pretium*, C.*delib.causa.*

169 Item

Digitized by Google

169 Item dicitur in fine istius Ritus, quòd convincitur etiam de furto; dic, quòd ad hoc facit *l. si is, cui, C. de furt.* ubi si quis debebat alteri pecuniam assignare, & ipse convertit in suos usus, furtum fecit; quam legem declara, ut plenè dixi *supr. in quæstione illa de Thesaurario, an possit repetere? num.* 134.

170 Item circa prædicta de eo, quod est dictum de officiali, qui ponit plus in exitu, quàm in introitu, an procedat in omni officiali, qui ministrat pecuniam Curiæ? & aliqui aliquando dicebant in Summaria, quod non, maximè de
171 Thesaurario Generali: quia in illo verum est, quod potest repetere, si expendit de suo, cùm possit habere justam ignorantiæ causam, cùm scire non possit, quantum recipere debebat, cùm habebat omnem pecuniam ordinariam, & extraordinariam recipere, ità quod uno mense potest recipere plusquàm receperit toto anno; & sic cum isto colore credens recipere in futuro tempore expendit de suo, volens recuperare in futuro tempore, nimirum si potest repetere, quod plus expendit, & eadem ratione, etiam si Curia habet justam causam dicendi, quòd pecunia est sua, scilicet Curiæ, si Thesaurarius non expressè dixit, quòd sit sua, idest Thesaurarii, cùm Curia non posset esse certa, an plus, vel minus recepisset Thesaurarius; si ergo ponit in Introitu, non dicendo clarè, quòd sit sua, iustè præsumitur, quòd sit Curiæ, cùm non possit Curia esse certa quan-
172 tum recepit, nec est Verisimile indubio, quòd quis jactet suum, *l. cùm de indebito, ff. de probationibus*; sed quando declaravit, quòd erat sua, tunc dic, ut supra dixi, & hoc de Thesaurario, sed de alio officiali, quē vulgariter nos vo-
173 camus Ærarium, seu Commissarium, nō videtur sic procedere *Ritus*: cùm talis Ærarius debeat recolligere certam, & specificatam quantitatem, secundùm formam cædularii, sibi dati; pro quo facit practica, & probatur in *l. 1. C. de apoc. publ. lib.* 10. & ideò si dicat in introitu totam illam pecuniam recepisse, & in exitu ponat ultra expendisse pro negotiis Curiæ, quod in dubio videbatur illud ultra esse de suo, & sic posset dici, quòd ipse non repetat: quia ipse non debuit expendere ultra quàm recepit, per *d. l. jus alimentorum, ff. ubi pupill. educ. debeat.*

174 Sed certè qui eßet practicus in Summaria non faceret hoc dubium. Primò quia idem est in Ærario, quàm in Thesaurario: quia etiam Ærarius non omninò habet certam quantitatem limitatam: nam si benè advertitur, datur illi cædularium, ubi certificantur loca, à quibus recipere debet, & quæ tenentur solvere, sed tamen in fine cædularii ponuntur certæ clausulæ, quod si inveniat aliqua non posita, nihilominus recolligat, & etiam omnia alia jura fiscalia quæcunque sint in Provincia; ita
175 quòd non est differentia inter ipsum Ærarium, & Thesaurarium, nisi in majori potestate, & ministratione: quia Thesaurarius in toto Regno, Ærarius in una Provincia, & ideò dicas idem in utroque, & in quocunque alio simili
176 officiali procedit hic *Ritus*, cùm dicat simpliciter sine distinctione: *si verò officialis*, & sic non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut in *l. cùm de pretio, ff. de public.* & ibi *Glos.* ma-
177 ximè cùm in Jure non reperiatur, nec in istis *Ritibus* esse differentiā inter tales officiales, & propterea stari debet huic *Ritui*, secundùm quod *supra* dictum est, quòd si officialis quicunque posuit plus in exitu, quàm in introitu, aut dixit pecuniam esse Curiæ, aut dixit pecuniam esse suam, aut simpliciter posuit, quod declara, ut *supra* dixi, & illa, quæ *supra* dixi, teneas, maximè per *Constitut. Regni*, quam ibi allegavi, declarando, & faciendo tres casus, & ad illos me remitto, *num.* 116. *&* 146. & quod di-
178 ctum est de officiali intelligitur, de quocunque, & quantum ad pœnam habemus *cap. Regis Roberti*, quod incip. *vulgaris famę proloquium* (260. secundùm ordinem de Nigris.)

ADDITIO

SVMMARIVM.

Administratores, & officiales à rationum redditione non excusantur. num. 1. *& illam debent reddere claram absque ambiguitate, aut obscuritate. num.* 2. *aliàs contra illos de dolo, & fraude præsumitur. num.* 3.

Dolus, & fraus sunt difficillimæ probationis. num. 4. *probantur per actus extrinsecos. num.* 5. *& per indicia & conjecturas. num.* 6. *per allegantem probari debent. num.* 7. *Pro verificantis habentur contra administratores, & officiales statim ac ostenditur omissum in rationibus quod debebant apponere. num.* 8.

Officiales, & administratores fraudantes incidunt in pœnas, secundùm casuum diversitatem à jure determinatam. nu. 9.

Pœna nonupli major pœnis à jure Civili statutis, de qua in hac rubrica *contra officiales fraudantes Curiam in redditione computorum, potiùs dici debet cōventionalis, quàm legalis. num.* 10. *Determinatur & convenitur hæc pœna, ne officiales à recta administratione, & computorum redditione recedant. num.* 11.

Ritus Regiæ Cameræ in Regno vim habent legis. num. 12.

Fraus

Digitized by Google

Fraus in redditione computorum, per officiales facienda, annexum habent perjurium: quia ex Rituum dispositione cùm producunt computa, jurare debent illa esse vera, & legalia. num. 13.

Pœna officialium fraudantium de jure Romano non excedebat duplum. n. 14. *de justinianeo est manus amputatio. n.* 15.

Pœna nonupli, de qua in hac rubrica, *locum habet quando civiliter agitur d. n.* 14. *Sed quando agitur criminaliter ad corporalem devenitur. num.* 16. *&* 20. *cùm per pœnam nonupli corporalis non sit sublata. num.* 21.

Subripiens pecuniam fiscalem, vel publicam, subjacet pœnæ leg. juliæ peculatus. *num.* 17. *&* 18.

Pœna legis juliæ peculatus *non habet locum contra illos, quibus commissa est pecuniarum exactio, seu conservatio, sed pœna residui. num.* 18.

Pœna residui in Regno ad pœnam peculatus adaucta est. num. 19.

Pœna nonupli non cadit sub nomine fiscalis debiti, sed pœnæ. num. 22. *& proinde non deberi de ea interesse determinavit* R.C.S. *num.* 23.

Pœna nonupli non habet locum contra officiales pro partita in exitu duplicata, aut in introitu omissa, ex errore. num. 24.

Officiales pro partita in exitu duplicata, aut in introitu omissa ex errore, verificato errore post terminos statutos in Ritibus, pœna simpli cum interesse tenentur. num. 25.

Perceptores provinciales non tenentur de periculo pecuniæ fiscalis infra tempus illam introitandi, & solvendi Arcæ militari, absque eorum dolo, vel culpa, ut pluries decisum per R.C.S. *num.* 26.

Fiscus pro pœnali credito non habet tacitam hypothecam ante sententiam. num. 27. *& ratio. num.* 28. *nec potioritatem cum privilegio prælationis. num.* 29.

Agere de lucro captando, ac de damno vitando non sunt paria. num. 30.

Culpa aliena nemini debet nocere. num. 31.

Fiscus non habet potioritatem cum privilegio prælationis pro credito pœnali, nec etiam si creditum privati ab eodem delicto dependeat. num. 32. *Sed æqualiter in tali casu debent concurrere. num.* 33. *magis tamen communis est fiscum in pari casu præferri. num.* 34.

Decisio R.C.S. *relata à Reg. Constantio Marchione Corleti* in l. un. C. de pœnis fiscal. credit. præferend. num. 108. *explicatur. num.* 35. *& seq.*

Officia intelliguntur concessa cum clausula donec, & prousque concessionarius benè se gesserit. num. 36.

Auctor creatur Auditor in Regia Aquilana Audientia; ideoque in duabus præcedentibus rubricis, *prout in præsenti, & sequenti, plurima omittit. num.* 37.

1 FVndavimus *in rubr.* 34. nullum administratorem, vel officialem excusandum à rationum redditione, ad quam officij, & administrationis oneris accepti ope tenetur, itaut ab ea nunquam eximi possit; 2 immo illam nedum cum realitate, & veritate, verùm etiam clarè, & cum explicatione omnium partitarum tam introitus, quàm exitus, debet reddere, omni ambiguitate, vel obscuritate remota, *l. si cui libertas*, 49. *l. cùm servus*, 81. §. *nam non utique, & l. qui sub conditione*, 110. *ff. de condit. & demonstrat. l. si statu libera*, 6. §. *si quis non dare, vers. hæ enim personæ, ff. de statu lib. l. Thais ancilla mea*, 41. §. *Stichus, & dama, ff. de fideicomm. libertat. l. si ita fuerit*, 13. §. *quæstio hæc, & l. qui filium*, 22. §. *item quæsitum est, ff. de manumiss. testam.* Larrea *alleg. fisc.* 38. *n.* 7. *tom.* 1. nam secus, 3 fraudis, & doli præsumptio evitari non potest, licèt 4 sint difficillimæ probationis, cùm in animo 5 consistant: quia per esteriores intrinseci actus verificantur, ac explicantur, *l. quod ait lex*, 11. §. *illud rectissimè*, ubi Gloss. *in verb. in uxorem, ff. de divortiis*, Gloss. *in l. his qui*, 12. *in verb. ex sermonibus, ff. de tutor. & curator. & in Institut. de rer. divis.* §. *pavonum, in verb. desierint*, Mascard. *de probat. conclus.* 531. *vol.* 2. 6 Larrea *d. alleg.* 38. *n.* 12. prout etiam per indicia, & conjecturas, quibus dolus, ac fraus probatur, Impp. *in l. dolum*, 6. *Cod. de dolo malo*, & Summus Pontifex Bonifacius VIII. *in cap.* 2. *de renunciat. in* 6. ibi: *dummodo de præmissa fraude appareat, saltim per aliquas probabiles conjectu-*

cturas, ubi Gloss. *in d. verb. conjecturas*, Aflict. *in constit. Regn. dolosè, n. 6. vers. ex qualitate enim facti*, Calà *de modo articul. & prob. gloss. un.* §. *2. nu.* 264. Cardin. Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 10. *tit. 4. post n.* 9. *vers. item subjungit Salicetus*, Mascard. *de probat. concluf.* 816. *n.* 1. Menoch. *de præsumption. lib.* 5. *præ-*
7 *sumpt.* 3. *n.* 42. 43. 44. ita quod, etsi ab allegante sint probandæ, uti actore in exceptione, ex I. C. declaratione *in l. quoties*, 18. §. *qui dolo, ff. de probation.* cum aliis concordantibus juribus, laudatis ibi per Gloss. *in verb. licet, & in d. cap.* 2. *de renunciat. in 6. in allato verb. conjecturas,*
8 *in fine*; sufficienter tamen pro verificatis habentur, ipso tunc, quod ostenditur, omissum esse in rationibus, quod apponi debebat, ut si non totum descripserit officialis introitum factum, aut plus exitaverit, quàm revera expenderit, vel solverit, aut similia egerit, ad officium, & administrationem concernentia, ad quæ tenetur, aliàs promissa, in officii, & administrationis acceptione non servaret, *l. si procuratorem*, 8. §. *dolo autem, & l. dolus est*, 44. *ff. mandat.* Additio *ad Gloss. in d. l. dolum*, 6. *post verb. convenit*, Calà *in adducto loco, à u.* 460. Mascard. *de probat. concluf.* 532. *n.* 84. *vol.* 2. Menoch. *de præsumption. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *à n.* 63. *usque*
9 *ad* 68. *tom.* 2. ita quod tales officiales inciderent in pœnas à juribus juxta casuum diversitatẽ determinatas, quæ tamen etsi rei peremptoriæ, & pœnales sint, non autem excedunt ultra quatruplum: quoniam à legislatoribus in his pœnalibus certus modus statutus fuit, ne uti legales ultra, & in immensum crescerent, ex justinianea determinatione *in* §. *omnes autem actiones cum tribus sequent. Instit. de action.* Francisc. Anton. Coppula *in alleg.* 36. *inter recollectas per Reg. d. Marin. in* 3. *tom. suarum resolution. n.* 15. Harprett. *in d.* §. *omnes autem actiones*,
10 ubi etiã Bacchov. & Pichard. Et pœna hæc nonupli nunquam à juribus determinata invenitur; sed quia præfigitur in *Ritu*, potiùs conventionalis, quàm legalis, dici potest: ex eo quia officiales (ut diximus) ob officii administrationis acceptionem fiscalibus juribus se submittunt: cùm magni interfit, quod officia rectè administrentur, & in pecuniæ fiscalis exactione fraus nón committatur; igitur ultra quatruplum conventionali pœnæ subiiciuntur, Vlpian. *in l. stipulatio ista*, 38. §. *alteri* ibi: *planè, si velim hoc facere pœnam stipulare convenerit, ut si ita factum non sit, ut comprehensum est, committatur stipulatio etiam ei, cujus nihil interest: pœnam enim cùm stipulatur quis, non illud inspicitur, quid interfit ejus, sed quæ sit quantitas, quæque conditio stipulationis, ff. de verb. obligat.* & ex dispositis per Innocentium III. *in cap. sunm*, 9. *de pœnis*, Gloss. *in l. un. verb. proferũtur, Cod. de sentent. quæ pro eo, quod inter. profer.* Pacius *in* §. *alteri stipulari*, *Instit. de inutilib. stipulat.* ubi etiam Harprett. *à nu.* 8. *& in d.* §. *omnes autem actiones*, *à n.* 5. Pichard. *in eod.* §. *omnes autem actio-*
11 *nes, à n.* 12. & Bacchov. *utrobique*; ut metu illius determinatæ, & conventæ pœnæ non recedant officiales, & administratores ab eorum recta administratione, & computorum redditione, Iustinian. *in d. l. un.* ibi: *Cùm sciamus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ statuuntur, Cod. de sent. quæ pro eo, quod inter. profer.* Coppula *in laud. loco, nu.* 14. *in fine, & n.* 15. Menoch. *ubi supra, nu.* 38.
12 ut sunt isti *Ritus*, qui pro lege observantur, ac legis vim habent, ut diximus *in*
13 *proæmio, nu.* 48. etiam quia cum allata fraude perjurium conjungitur: dum officiales vigore *Rituum* dispositionis *in sequenti rubrica* 38. quando producunt computa, jurare debent illa esse vera, & legalia, itaquod si aliter essent, perjurii dicerentur, quarè hac puniuntur pœna, Larrea *d. alleg.* 38. *n.* 9. 10. scilicet nonupli, dum fiscalem pecuniam exactam penes se retinuere, non dando rationem factæ exactionis ex Regis Roberti determinatione *in cap. vulgaris famæ proloquium*, 160. *vers. si officialis*, cum quo uniformatur horum *Rituum* dispositio, Reg. Revert. *dec.* 226. *vers. pro cujus dubii*,
14 Reg. Conf. Prat. *resp. crim.* 2. *n.* 5. si contra officialem civiliter ageretur; licèt ex dispositione Romani juris non nisi ad duplum adstringeretur, attentis Imperialibus dispositionibus, Arcad. & Honor. *in l. mi-*

Digitized by Google

*l.miſti opinatores,7. Cod. de exactor. tribut.lib.*10.*& l.excellentia tua,9. Cod. de erogat.milit.annon.lib.*12.& per Imperatorem Iuſtinianum manus amputationis pœna fuerit ſtatuta *in Auth. de mandat.Princip.§.coges autem, & in auth. ut nulli judicum, §. ſi verò criminis*, unam manum amputari mandavit in omnibus illis criminibus, in quibus ad hanc pœnam deveniri oportet, Reg.Revert. *dec.* 260.*verſ.quodque,ſi introitum*, ubi Reg. de Marin. *n.* 7. Sed ſi criminali actione fuerit utendum,ab hac nonupli pœna ad corporalem adveniri valet,prout determinavit R.C.S. penes Reg. Revert. *dec.* 14.Reg Moles *deciſ.R.C.S.§.16.quæſt.2.* Reg.Sanfelic.*dec.*166.nam hæc fiſcalis, vel publicæ, ut communitatis, pecuniæ ſuſceptio,ac interceptio, pœnæ legis juliæ peculatus ſubjacet, *ex l.* 1. *ff. ad leg. jul. pecul.* quæ cùm ſit ſubrogata in locum pœnæ aquæ, & ignis, deportationi reos ſubiicere debet, ex diſpoſitis per Vlpian.*in l.peculatus*, 3.*ff.eod.& Inſtit. de public. judic. §. item lex Iulia peculatus*;Sed hoc,ſi interceperit, & fiſcalem, vel publicam pecuniam ſubripuerit, nam contra illos, quibus commiſſa eſt pecuniarum exactio, vel conſervatio, non peculatus, ſed reſidui pœna erogatur, & hi diſtinguuntur à primis, qui in commiſſis prædicta non habent, ut Paulus declaravit *in lege Iulia*,2. & Martianus *in l.lege julia*,4. §.*lege julia*, *de reſiduis*,*& §.ſed & qui*, ubi Gloſſ. *in verb. lege*, *ff. eod.* quæ non alia eſt,niſi tripli, *d. §.ſed & qui, verſ. quæ lege*; verumenimvero per conſtitutionem Regni à Rogerio emanatam, hæc reſidui pœna ad illam peculatus adaucta eſt, ut *in conſtit.officiales Reipublicæ*;itaquod contra præfatos etiam criminaliter proceditur, & corporali pœna plectuntur, dum ab illa furti non eximuntur,ob interventum ſubreptionis fiſcalis,vel alterius publicæ pecuniæ, dominis invitis, Reg.Revert. *d.dec.*14.112.*&* 226.*to.*1. Reg.Moles *dec.R.C.d.§.16.quæſt.*1.Reg. Sanfel. *d. dec.*166.*& dec.* 285. *quæ eſt reſp. fiſcal. Reg. Galeotæ* 22. cum aliis, laudatis à Reg.de Marin.*ad Reg.Revert. in allatis dec.& in lib.*1.*reſolut. cap.*291. Quæ pœnæ per *hujus*, *& ſequentis rubricæ*. Ritus non ſunt ſublatæ : dum per eos nonniſi illa pecuniaria ad nonuplum aucta reperitur, & proinde non aliter ſub nomine fiſcalis debiti,ſed pœnç, venit,& taliter ab omnibus nuncupatur, ne dum à juribus, verumetiam ab his Ritibus, & ſubſtinent Coppula *in laud. alleg.*36.*n.*13.17.Reg.de Marin.*ad Reg. Revert.d.dec.*260. *nu.*8. & determinavit R.C.S. *in arreſt.* 178. *inter recollect.per Reg.de Marin.* dum ob præmiſſam rationem declaravit ex hac nonupli quantitate non deberi intereſſe in beneficium Regii fiſci, ne duplici pœna plectentur, ut ibi in fine:*cùm non ſit juſtum quod duplici pœna puniatur.*

Ab hac tamen nunupli pœna exactores,adminiſtratores, & fiſcalis pecuniæ conſervatores eximuntur pro partita duplicata in exitu appoſita, quouſque appareat de errore,quo verificato elapſis temporibus,in Ritibus ſtatutis,de corrigendo errores partitarum bis deſcriptarum, aut non deſcriptarum, quæ deſcribenda erant, Reg.de Marin. *ad Reg. Revert.d.dec.*260. *n.*8. ad ſimplum cum intereſſe tenentur, dum ceſſat dolus, & fraus, in quorum pœnam hæc infligitur pœna,prout fundat,& pluries R. C. decidiſſe refert Coppula *in d.alleg.*36.*præciſe n.* 3.

Perceptores tamen provinciarum, uti officiales deputati ad pecuniam fiſcalem exigendam,pro illius conſervatione cuſtodes haud eſſe dicuntur,itaquod ſi infra illud tempus, in quo introitare, & perſolvere tenentur exactam pecuniam in beneficium Regii fiſci, Arcæque militaris, aliquod abſque eorum dolo, & culpa,damnum evenerit, de dictæ pecuniæ periculo minimè tenentur,ut pluries decidiſſe R.C.S.refert Reg.Revert.*in d. dec.*226.*verſ. unde ſubdit.*

Ex qua quidem pœna contra officialem,ac adminiſtratorem pro pœnali credito ultra ſortem debito in beneficium Regii fiſci,attẽto communiori DD.placito, antequam,ſententia mediante,in pœnam incidiſſe, declaretur, tacita hypotheca non adeſt : oritur enim ipſa ex illo quaſicontractu, dependente ex rei judicatæ effectibus, & patrati criminis, & pœnæ incurſus declarationis ſequutæ,

Digitized by Google

tæ, Reg. Conſ. Carleval *de judic. lib.* 1.
28 *tit.* 2. *diſp.* 1. *n.* 10. *tom.* 2. nam antea pro ſimplici privato habebatur; cùm in jure fiſcus non reperiatur in hoc ſpecialiter privilegiatus, & præter caſus à juribus proviſos, hoc tacitæ hypothecæ privilegio non gaudet, Reg. Conſ. Carleval *in allata diſp.* 1. *à n.* 16. & 23. Iulius Clar. *lib.* 5. *ſententiar.* §. *fin. quæſt.* 78. *n.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 304. *à n.* 9. Giurba *conſ. crim.* 75. *n.* 8. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *p.* 9. *n.* 63. *tom.* 2. Garſia Toletan. *in rubr. l. unicæ, Cod. de pœnis fiſcal. credit. præfer. lib.* 10. *n.* 3. Amaya *ſuper Cod. in d. l. un. n.* 14. 15. Flores diez de Mena *var. quæſt.* 6. *art.* 3. *num.* 3. *lib.* 9. Defaria *ad Covarr. var. reſol. lib.* 1. *ca.* 16. *n.* 48. Sebaſtian. Guazzin. *de confiſcat. bo-*
29 *nor. concluſ.* 22. & alii *mox laudandi*, nec potioritas cum privilegio prælationis, cùm in hac re fiſcus ob pœnæ perſecutionem agens de lucro captando, nequaquam præferri poteſt creditoribus, ex cauſis, tam lucrativis, quàm oneroſis, & tam ſi ſint proviſi de tacita, vel expreſſa hypotheca, quàm ſi mera perſonali actione, dum agunt de effugiendo damnum, ad quorum excluſionem creditum fiſci pœnale minimè prælatione gaudere poteſt; immo contrarium jura, & im-
30 periales conſtitutiones ſtatuere: cùm agere de lucro captando, ac de damno
31 evitando non ſint paria, præterquam quod aliena culpa nemini debet nocere, ex Iaboleno *in l. non poſſunt*, 11. Modeſtino *in l. in ſumma*, 17. Marcello *in l. res quæ*, 22. §. *res autem*, Papiniano *in l. quod placuit*, 37. *ff. de pœnis*, Martiano *in l. poſt contractum*, 15. *ff. de donation.* Vlpian. *in l. ſi aliquis*, 7. *ff. de donat. cauſa mort.* & imperatore Antonin. *in laud. l. un. Cod. de pœn. fiſcal. credit. præfer.* Reg. Conſtant. Marchio Corleti *in d. l. un. cit. tit. n.* 106. 107. Reg. Conſ. Carleval *in laud. loco, n.* 26. Gait. *de credito, cap.* 4. *quæſit.* 11. *à n.* 1305. Novar. *in ſchol. ad leg. triũ libr. Cod. in d. l. un. Cod. de pœn. fiſcal. credit. præfer. n.* 1. De Luca *ad Gratian. diſcept. for. cap.* 304. *n.* 18. *tom.* 2. Neguſant. *de pignor. & hypoth.* 4. *membr.* 2. *part. nu.* 115. *verſ. ſed quando ex delicto*, Iul. Clar. *in laud. quæſt.* 78. *n.* 31. Covarr. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 8. *in fine*, Gomez *var. reſol. lib.* 3. *ca.* 14. *n.* 4. *verſ. ſi verò talis reus*, Fontanell. *de pact. d. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *p.* 9. *n.* 64. Garſia Toletan. *in allato loco, n.* 7. D. Chriſtoph. de paz *ad ll. ſtili* 105. *ſchol.* 2. *n.* 3. *circa princip.* Acoſta *de privileg. credit. regul.* 2. *ampliat.* 7. *à n.* 170. *cum multis ſeqq. & à n.* 215. Rodriquez *de privileg. & concurſ. credit. p.* 1. *art.* 2. *à n.* 45. *cum ſeqq.* Amaya *ſuper Cod. in d. l. un. n.* 1. 2. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 88. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap.* 8. *à n.* 82. Sebaſtian. Guazzin. *de confiſcat. bonor. conſ.* 22. *n.* 15. & *concluſ.* 23. *à n.* 13. Conciol. *reſol. crim. verb. fiſcus, re-*
32 *ſol.* 2. *nu.* 1. etianſi privati creditum ab eodem patrato crimine dependet, & in ſententia condemnatoria ſit declaratum, ut pro intereſſe ipſius privati refectione, & ſimilibus: dum ſemper tractaret privatus de cauſa magis dura, quàm fiſcus, & determinavit Franciæ Senatus apud Papon. *in arreſt. lib.* 24. *tit.* 16. *de..... arreſt.* 1. quem ſequitur Clar. *in d. quæſt.* 78. *n.* 31. *in fine*, Bovadill. *polyt. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 8. *tom.* 2. Anton. Maria Bartol. *ad Rodriquez de concurſu, & prælat. credit. d. art.* 2. *n.* 70. Guazzin. *d. concluſ.* 22. *nu.* 13.
33 14. Conciol. *d. reſol.* 2. *nu.* 19. Sed ſi ob idem delictum, unica ſententia damnatus ſit reus in mulctis, cedentibus in beneficium fiſci, & privati, licèt in his caſibus æquitas amplecti debeat, quod ſcilicet concurrant æqualiter quouſque omnibus ſolvendis pœnis damnatus idoneus non ſit, ut dicunt Gaitus *in d. tract. de credit. cap.* 4. *quæſit.* 11. *n.* 1311. Reg. Conſ. Carleval *de judic. in allata diſp.* 1. *n.* 33. Caball. *reſol. crim. caſ.* 202. *nu.* 11.
34 Conciol. *ubi ſupra, n.* 18. attamen magis communis in contrarium eſt: nam ſemper in pari caſu fiſcus præferendus eſt, & in jure privilegiatus invenitur, Iul. Clar. *d. quæſt.* 78. *n.* 31. Neguſant. *ubi ſupra*, Covarr. *in laud. loco, nu.* 8. ubi de Faria *n.* 47. Anton. Maria Bartol. *ubi ſupra ad Rodriquez nu.* 69. Sebaſtian. Guazzin. *d. concluſ.* 22. *n.* 15. & *concluſ.* 22. *nu.* 13. 14. Conciol. *in allata reſol.* 2. *n.* 17.
35 Quibus quidem præmiſſis non officit deciſio Regii Collateralis, & Regiæ Cameræ Summariæ, relata per Regentem Conſtantium Corleti Marchionem *loco nuper laudato, num.* 108. quoniam du-

ca-

Digitized by Google

cati decem mille, in quibus fuit officialis condemnatus,ut Regiæ Curiæ ſolveret,ſolvendi erant de pretio officii, pro ſolvendis oneribus, ſuper eodem exiſtentibus venditi; qua de re ſuper dicto pretio Regia Curia non erat potior in dicta quantitate pro mulcta;ſed quia jus validius ſuper eodem habebat, quàm alii officialis creditores aſſenſu carentes, qui quidem aſſenſus non requirebatur in Regiæ Curiæ credito; proinde Curiæ priùs ſatifienti debebat, deinde creditoribus, qui jure valido non habebant officium obligatum,ut diximus in concur-

36 ſu ſuper pretio feudi *in rub.* . . . . & officia ſemper cõceſſa dicuntur cum clauſula,& conditiõne, ſuum debere habere effectum, donec, & quouſque conceſſionarius benè,& fideliter ſe geſſerit; & ſic ſi deliquerit,officium deperditur;& cùm retrotrahatur ad tempus conceſſionis,& ope dictæ clauſulæ reſolutivæ, reſolvatur; etianſi creditores officium validè obligatum habeant,eorum etiam reſolvuntur hypothecæ,& obligationes;inde tranſactis defectibus per Regiam Curiam pro dicta ſumma ducat.decemmille,dici non valet, hoc feciſſe pro pœna, ſed ut ab officii devolutione recederet; itaque omnibus præferri debebat, & ſignanter prædictis creditoribus, qui aliter ipſum officium non haberent in patrimonio debitoris.

37 Hic benevoli lectoris clementia exoranda eſt, ut me excuſatione reputet dignum,ſi tam in duabus præcedentibus *Rubricis*,quàm in hac,& ſequenti,plurima,quæ materiæ, in ipſis tractatæ, vaſtitas exigit,non enucleo;nam per tempus mihi non licet, cùm ab hac alma urbe ſim proximè profecturus,exercendi gratia Regii Auditoris in Aquilana Provincia munus, ex mente excellentiſs. Domini Proregis ſub die 28. Menſis Octobris Sanctis Apoſtolis Simoni, & Judæ Sacro hujus anni 1688. mihi collatum.

Cæſar-nicolaus Piſanus.

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMAOCTAVA

De Termino præfigendo Officiali ingredienti ad ponendum rationem, & de Sacramento, quod præstat.

RITVS I.

OFficialis, ingrediens ad Computandum, præstat Sacramentum in forma, videlicet, ut dicat totum residuum, quod habet secundùm suam conscientiam; & quod rationem, quam ponet, per se, aut per alium, fideliter, & legaliter ponat; non utendo, nec producendo in ea falsum instrumentum, vel apodixam, aut quancunque scripturam; & quod dicat veritatem quando, & quoties interrogabitur de iis, quæ ad rationem, quam ponet, pertinent. In subscripta verò forma debet recipi Sacramentum illius, qui ratiocinium ponit, videlicet: *Tu juras in anima tua ad Sancta Dei Evangelia, quod in præsenti Cõputo, quod pones de tuo officio tali, non occultabis mandatum aliquod tibi factum in scriptis, quod tãgat officium tuum; nec produces aliquod mandatum, aut instrumenta falsò cõfecta; totum residuum cujusque pecuniæ, vel rei, quod de tuo officio habes, juxta tuam conscientiam fideliter dices; & assignabis rationem de quocunque; & quotiescunque fueris interrogatus ex iis, quæ pertinent ad rationem, quam pones; dices veritatẽ, rationem quã pones per te, vel per aliũ, fideliter, & legaliter pones, & omnia, quæ possunt evenire de jure in processu totius rationis tui prædicti officii intelligantur per te jurata, sicut si expressa sint, sic Deus te adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

RITVS II.

IDcirco interrogatus, etiam sine juramento, de residuo, quod habet, si dicat non habere, vel tantum habere, & deinde plus inveniatur per examen rationis esse apud eum; tenetur de hoc cum pœna dupli, & carceri ponitur donec solvat. Idem si noluit solvere, donec fuit inde compulsus per Curiam, etiansi non negasset, quia non fuit inde interrogatus, ut dicit declaratio Imperatoris Friderici, quæ est in regestis, pro quibus est

tex.

Digitized by Google

tex. * Detur quoque ei, & præfigatur terminus peremptorius ad producendum omnes cautelas, & munimenta quæcunque, quibus voluerit uti in positione rationis suæ usque dũ, seu donec sua ratio fuerit dispũcta, & examinata per Auditorem: ulteriùs enim non audietur volens producere cautelam, vel scriptum, quodcunque; Immo Auditor, dispunctione, & examinatione finita, statim faciat summam in quaterno positæ rationis, & ex tunc habeatur pro concluso, non obstante quacunque protestatione in contrarium data, vel danda, facta, vel facienda per eum: totum enim hoc est ex superabundanti, quia sic debet comparere, vel citatus est ad rationem ponendam, & sic debet ingredi rationem positurus, videlicet cum apodixis, scriptis, & munimini-bus quibuscunque, quibus uti voluerit in positione rationis ejusdem.

* *ff. de ad-min. rer. ad civ. il. pertin. l. fin. in fin.*

RVBRICA XXXVIII.

De Termino Præfigendo Officiali ad ponendam rationem, &c.

SUMMARIUM.

Officialis, finito officio, infra decem dies debet comparere ad ponendam rationem. num. 1. 28.
Elapso termino dierum decem, debet fieri significatoria Thesaurario, licèt dictus terminus non esset datus. num. 2. 4.
Ritus mandat, quod sine aliqua expressione, Officiali currat terminus dierum decem, finito officio, ad rationem ponendam. num. 3.
Datio illius termini est magis declaratio juris. num. 5.
Officialis, finito officio, debet comparere, etiam non citatus. num. 6.
Terminus dierum decem, concessus officiali ad ponendam rationem, incipit currere à die finiti officii, sive fuerit, sive non fuerit citatus. num. 7.
Officialis, finito anno, infra quem durat ejus officium, reddere rationem debet. num. 8.
Officialis donec à vinculo rationis se liberaverit, & fisco satisfecerit, non est ad officium eligendus. num. 9. quod in fisci favorem statutum videtur. num. 10.
Quando quis possit pro debito pecuniario, aut pro crimine capi, aut non? num. 11.
Mulier quando possit pro debito capi, aut non? num. 12.
Creditor, non valens facere capi suum debitorem, quia de domo non exit, illum faciet condemnari de contemptu præcepti Judicis, & poterit tunc capi etiam domi, quia criminaliter fisco tenetur. num. 13.
Cessio bonorum an habeat locum in causis fiscalibus? num. 14.
Debitor fisci contumax in solvendo, non admittitur ad cedendum bonis. num. 15.
Qui debitor fisci possit carcerari? num. 21. 22. 23. 24. 25. 26. distingue. num. 16. secus in debitore privati. num. 17.
Debitor ex delicto luit in corpore, etiam in privato. num. 18.
Pecunia, debita fisco, differt à debita privato. num. 19.
Publica utilitas præfertur privatæ. num. 20.
In Judicis electione est, aut capere pignus, aut mulctam inducere, aut corpus retinere, qualitate personarum considerata. num. 27.
Ritus *loqui videtur priùs de termino præfigendo ab homine, postea à jure. num. 29.*
Terminus, datus à jure, an possit prorogari? nu. 30.
Officialis non debet statim finito anno infra decem dies cõputare, sed die primo, quo capit computare, debet ei præfigi terminus ad producendum omnes cautelas. num. 31.
Officialis, elapso termino, amplius non auditur. num. 32.

1 IN hac rubrica habes, quòd, finito officio, infra decem dies debet officialis comparere cum omnibus suis cautelis ad finiendum suam rationem, & compotũ; 2 & adverte, quia primò dicit, quòd præfigatur ipsi terminus peremptorius decem dierum, finito officio; & postea *circa finem* dicit, quòd, elapso dicto termino, habetur

Digitized by Google

tur pro concluſo; & ſic elapſo termino prædicto debet fieri ſignificatoria Theſaurario, etianſi datus non fuiſſet prædictus terminus:
3 quia dictus terminus datur ex ſuperabundanti, cùm velit *Ritus* iſte, quòd ſine aliqua expreſſione termini, currat ſibi terminus ſupradictus; itaque, ſi infra dictum ſpatium decem dierum non
4 fuerint cõputa examinata finaliter, fiat nihilominus ſignificatoria, ut habeatur pro concluſo,
5 ita quòd illa datio termini eſt magis declaratio Juris, ut apparet ex ipſa littera, quæ dicit, *totum enim hoc eſt ex ſuperabundanti: quia ſic*
6 *debet comparere*, ſupple etiam non citatus; ut ſentit hęc *littera*, dum dicit: *quia ſic debet comparere, vel citatus eſt, ad rationem ponendam*, quaſi velit dicere, quòd finito officio, habet terminum juris hujus *Ritus*, ut infra decem dies cõparere debeat, poſito quòd non fuit citatus, vel
7 ſi fuit citatus, etiam ſic comparere debeat ab ipſo die, quo primùm cœpit computare, quaſi velit dicere, quòd ab ipſo die videlicet finiti officii quo computare debet, habet terminum prædictum, etianſi non fuit citatus, cùm ab ipſo Jure citetur, vel ſi ex ſuperabundanti citetur. Idem pro hoc habetur in *capitulo* Domini *Regis Roberti*, quod incipit *novis morbis* (257.*nu.* 12. ſecundùm ordinem de Nigris) ibi: *Poſt depoſitum autem officium, debitam rationem, cum pecunia, rebuſque aliis reſiduis penes eum, quaternis pradictis, & aliis ſcripturis, & cautelis debitis infra dies quindecim, à die ingreſſus, ſucceſſoris, vel finiti temporis numerandos, non expectata fine temporis ſyndicationis eorum, coram nobis per procuratores idoneos ſub ſigillo eorum in archivis preſentatis, de ratione ipſa ponenda legaliter, ut eſt moris finito ſuæ ſyndicationis tempore perſonaliter compareãt in Archivo jam dicto ad præſtandum in forma debita conſuetum ſacramentum de ratione ipſa ponenda legaliter, ut eſt moris, aut per procuratorem ſufficienter inſtructum, ſi fuerint juſto impedimento detenti, inter alia poteſtatem habentem in animam eorũ ſacramentum præſtandi, & computandi, primò in Camera noſtra, & deinde finaliter coram nobis, ac ſatisfaciendi de omnibus, in quibus per poſitionem ipſius rationis debitor apparebit; & quòd officialis, ſeu procurator miſſus hujuſmodi, aut ordinatus, & factus integram ſatisfactionem de liquido inveniendo per rationem ipſam in Camera noſtra faciat, & ante rationem ipſam completam, diſpunctam, & poſitam, abſque ſpeciali ipſius Curiæ licentia non recedat, &c.* ut ibi pleniùs; hæc etiam videntur confirmari per *Conſtitut. Regni*, quæ incip. *Occupatis nobis*, ubi vult *littera*, junc-
8 ta *Gloſſa*, quòd officialis debet, finito anno, infra quem durat ejus officium, reddere rationem, ut faciliùs, ſi quis in furto fuerit deprehenſus,
9 retentus queat reintegrare jacturam, & ſic interim donec ſe liberaverit à vinculo rationis, ac ſatisfecerit fiſco, non eſt ad officium eligendus, *C.de ſuſcept.l.neminem, lib.* 10. de quo ibi plenè
10 & hoc videtur ſtatutum non in favorem, vel honorem officialis, ſed in favorem fiſci, ut dicit *Gloſ.in alleg.conſtitutione.* Item dum in iſto *Ritu* dicitur: *tenetur de hoc cum pœna dupli, & carce-*
11 *ri ponitur, donec ſolvat*, dicendum eſt, quòd pro debito pecuniario, quis poteſt incarcerari, de quo dicit plenè *Bart.ad leg.Jul. pecul. l.fin.* ubi diſtinguit, quod aut quæris, an poſſit capi à privato pro debito pecuniario, & regulariter non poteſt, *l.non in ſingulis, ff.de reg.Jur.* fallit in caſu *l.ait Prætor, §.ſi debitorem, ff.quæ in fraudem creditorum*; pro crimine verò in ipſo actu criminis, ubicunque crimen capitale committitur, vel crimen, quod ingerat pœnam ſanguinis, ſive corporalem, poteſt quis perſonaliter capi à quocunque privato, dum tamen ducatur ad judicem infra tempus ſtatutum, *l.capite quinto, ff.de adult.* à Judice autem, ſeu ejus authoritate, poteſt capi in cauſa criminali indiſtinctè,
12 & etiã de domo extrahi, quod fallit in muliere; pro cauſa verò pecuniaria, & tunc aut eſt debitum fiſcale, & poteſt perſonaliter capi, non tamen in carceribus ponitur, niſi perſiſtat in contumacia; pro debito verò privato, ſi aliquo tempore fuit in Judicio, & de ſiſtendo in Jure promiſit, & non ſtetit, debet capi; ſi verò in Judicio nunquam fuit, & cautionem non dedit, tunc Judex non cogitur eum facere capi, niſi priùs eum condemnaverit; poteſt tamen, ſi vult, facere eum capi, ut coram ipſo veniat, non ut in carcerem eum ponat, dum tamen de domo eum non extrahat; ponere verò in carceribus non poteſt pro debito Judex, niſi eum, qui condemnatus eſt; & ab ipſis carceribus li-
13 beratur cedendo bonis ſuis; & ideo eſt conſilium, quando debitorem tuum tu non potes facere capi, quia nunquam exit de domo; tu facies eum condemnari de contemptu, præcepti Judicis, & ſic criminaliter fiſco tenetur, & poterit tunc capi, etiam in domo: quia pro criminali cauſa capietur, & cùm fuerit captus, & in carcere poſitus, poterit recommendari ibidem ſecundùm naturam *l. 2. in fin. ff.de cuſtod.reo-*
14 *rum.* Circa prędicta an in cauſis fiſcalibus habeat locum ceſſio bonorum? tangit *Cyn. Cod.qui bonis ceder.poſſ.l.* 1. ubi dicit ſiquidem
15 debitor fiſci fuit contumax in ſolvendo, tunc non admittitur ceſſio bonorum: aliàs ſic, ut in *l.nemo carcerem, C.de evictor.trib.lib.* 10. ſecundùm *Bart.in alleg.l.fin.* Sed *Dom.Andr.de Iſer. in tit.quæ ſint Regal.ſuper verb.condemnatorum,*
16 *& proſcriptorum*, circa debitorem fiſci, an poſſit incarcerari: diſtinguit aut eſt debitor ſortis, aut id, quod debet fiſco, ſit ſors, aut ſit pœna, aut lucrum. Primo caſu incarcerabitur; ſi autem non erat fiſci, ſed fiſco debita, quæ ad Ærarium mittebatur, & videtur idem ſentire, ſed ſecus
17 in privato debitore ex contractu, ſecus ſi eſſet
18 debitor ex delicto, puta fuerat Nuncius privati, ne dum fiſci ad perferendam pecuniam, quo caſu furtum commiſit, tunc debitor ex delicto

luit

Digitized by Google

19 luit in corpore, etiam in privatò: debet enim esse differentia inter pecuniam debitam fisco, & privato, propter utilitatem communem, quæ consideratur pro fisco: omnia
20 enim refert Princeps ad communem utilitatem, & utilitas publica præfertur privato; si ve-
21 rò illud, quod debebat debitor, recipiebat fiscus sicut sortem, licèt esset mera pœna ex parte solvẽtis, & dicit quòd, si debebat pensionẽ propter rem, quam tenebat à fisco, consumptis fructibus rei fiscalis, tunc non solùm pensio, sed
22 etiam pœna venit, sicut interesse, secus si in principio anni peteretur debitum de re, de qua fructus non percepisset, ut fiscus de fructibus posset sibi satisfacere debitor non incarcerabi-
23 tur; secus si pluribus annis percepisset fructus, & uno anno sterili non solveret: quia tenetur pro illo sterili. *ff. de publ. l. Cæsar, in fine*, sed si in
24 sterilitate non fuit in culpa, non tenetur, secus si ex negligenti cultura fundus esset deterioratus, *ff. de jur. fisci, l.* 3. §. *duo fratres*. Si verò non
25 ut sortem recipiebat fiscus, sed ut lucrum, aut pœnam, & tunc aut ex facto proprio tenebatur debitor, aut ex alieno, si ex proprio, aut ex deli-
26 cto, & tunc incarcerabitur, idem in privato, si delinqueretur contrahendo in contractu prohibito, aut ex alieno debito, quando promiserat pro alio delinquente accusato pœnam; vel erat lucrum fisco, ut sunt collectæ, & tributa, quæ non debentur propter rem, quę teneatur fisco, & tunc non incarcerabitur, si non potest solvere, licèt malè servetur in Regno, & pro eo cedet bonis, & sic debet intelligi, *l.* 2. *Cod. de exact. trib.* & in hoc est manifesta ratio: quia differentia est perdere debita, & lucra nõ cape-
27 re, immo capere pignus, retinere corpus, & mulctam inducere erit in potestate Judicis eligere, quod istorum faciat, ex qualitate personæ: nam aliter coercebit, non multum divitem, aliter manifestè locupletem, aliter baractatorem, aliter gabellotum, vel debitorem, cùm ex fide nedum ex facultatibus quis judicetur idoneus, ut *ff. qui satisdare cog. l.* 2. & vide Dominum *Andr. de Isern. in alleg. loco.*

28 Item adverte ad istum *Ritum*, quia communiter dixi, & audivi in Regia Camera Summariæ, quòd statuitur terminus decem dierum habentibus computare, & rationes ponere, ita quòd, finito officio, debeant comparere infra dictum terminum, cum cautelis, & muniminibus suis; sed benè pro amore Dei advertatur ad
29 istum *Ritum*: quia dicit, quòd *detur, & præfigatur ipso die, quo primitus cœpit computare, terminus peremptorius ad producendum omnes cautelas*, itaque iste *Ritus* non probat, quòd statim finito officio, infra decem dies comparere debeat, & sic malè hucusque intellectus fuit hic *Ritus*, etsi diceretur nõne *Ritus* dicit, quòd *transacto ipso termino, &c.* ita quod videtur velle, quòd infra decem dies debeat computare; sed advertas benè, quia hic *Ritus* esset sibi contrarius, nam dicere, quòd præfigatur terminus primo die, quo cœpit computare, & sic dicit de termino hominis, potest dicere, quòd infra decem dies debeat producere, &c. & sic de termino Juris, itaque primò dicat de termino præfigendo ab homine, & postea dicat, quòd ha-
30 beat decem dies, & sic à Jure, & tunc essemus in materia illa, an terminus datus à Jure possit prorogari, vel minui? de quo pleniùs in *cap. cùm sit Romana, de appellationibus*, & ideo ve-
31 rius est dicendum, quod hic *Ritus* non dicit, quod statim finito anno infra decem dies debeat computare, sed quod die primo, quo cœpit computare, debeant officiales præfigere terminum ad producendum omnes cautelas; & illud, quod dicit hic *Rit. transacto dicto termino*, dicas quòd fortè corruptè loquitur, vel melius, quia, ut dicit *transacto dicto termino*, supple, quia *dictus terminus* datus fuit in termino, ut puta, quia officiales statuerunt terminum decem dierum ad producendum caute-
32 las, tunc sequitur in littera *transacto d. termino*, qui fuit terminus datus, &c. *non audietur* ultra, hoc expresè probatur per litteras *Domine Regine Joanne prime*, ubi primò narrat edictum factum, & postea subdit: *Præsidentes in officio Summaria audientia rationum officialium Regni nostri, omnibus, & singulis officialibus, gabellotis, & personis, & aliis memoratis habentibus in nostra Curia dicte Audientie computare, seu ad computandum in illa vocatis, vel quomodolibet vocandis, aut procuratoribus eorundem, & etiam in eorundem contumaciam, si vocati non comparuerint forsitan, debeant peremptorios terminos juxta exigentiam agendorum prefigere in quacunque parte computi; infra quos quaternos, mandata, apodixas, cautelas, & jura omnia eis competentia, super ponendis dictis computis coram Rationalibus dicte Curie nostre producere teneantur, quibus elapsis terminis, non audiantur de cetero, nec ad producendum aliquid admittantur; sed statim Rationales ipsi in processibus assumendis per eos exinde, cum conscientia ipsorũ Præsidẽtiũ concludẽter, & rectè assumant liquidas, cũ eadẽ conscientia significent exigẽdas: deinde pro parte dicte nostre Curie, prout ex eorum officii debito sunt astricti. Dat. litterarũ in eadẽ Camera anno Dom. Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo die 4. mensis Februarii 15. indictionis Regnorum nostrorum anno quinto.*

Joanna Dei gratia Regina Hierusalem, & Sicilie, Ducatus e Apulee, & Principatus Capue Provincia, ac Falcaqueti, & Pedemontis Comitissa, Gabellotis, seu Credenzeriis Terre nostre Summe presentibus, & futuris fidelibus nostris gratiam, & bonam voluntatem. Pro parte Raymundelli de Campanis familiaris, & fidelis, fuit Excellentia nostra nuper devotiùs supplicatum, & cùm ipse, ut asserit, habeat, teneat, & possideat in territorio dicte Terre Summe à nostra Curia certa bona fendalia suis finibus limitata, sub cer-

Digitized by Google

to feudali servitio nostræ Curiæ exhibendo; vosque præsentes Gabelloti, seu Credenzerii supplicantem ipsum, & alios pro eodem facientes devehi vinum græcum, atque latinum, fructusque alios, ex bonis hujusmodi provenientes, eidem pro pro parte sua de ipsa terra ad Civitatem Neap. compellere nitamini ad solvendum vobis Jus dictæ gabellæ, pro eisdem vino, & græco partis suæ in Juris injuriam, & ejusdem supplicantis, & non minus nostræ Curiæ præjudicium manifestum, dignaremur super hoc de opportuno remedio providere. Nos verò attendentes sicut etiam habita de mandato nostro consulta deliberatio habuit, quòd ex bonis feudalibus, & fructibus provenientibus ex eisdem, inquantum scilicet pertinet ad tenentes bona ipsa, & parte contingente eosdem, quia pro illis servire nostræ Curiæ sunt astricti, Jus talis plateatici, seu passagii, non deberet, nisi fortè habentes bona ipsa dictos fructus pertinentes ad eos, & partem eorum inibi venderent, vel etiam fructus pertinentes ad laboratores, seu colonos dictorum bonorum emerent, vel aliter quomodocunque reciperent, in quibus casibus pro ipsis taliter venditis, vel à partiariis emptis, vel quomodolibet receptis Jus hujusmodi deberetur; quo circa volumus, ac vobis, & vestrum cuilibet expressè mandamus, quatenus supplicantem ipsum hæredes, & successores suos, & alios pro eisdem facientes fructus suos perventuros, ex dictis bonis quantum scilicet ad eum, & suam partem pertinet, tantummodo portari pro se ipso de ipsa terra ad dictam Civitatem Neap. ad solvendum dictum Jus minimè compellatis, nec propterea indebitè molestetis, quinimò revocetis in irritum, quicquid esset in contrarium contra Justitiam attentatum & præsentes nostras litteras, quo ad præmissa alia contenta in eis teneamini servare; præsentibus, post opportunam inspectionem earum, remanentibus præsentanti. Datum Neapoli per Magistros Rationales Magnæ Nostræ Curiæ anno Domini 1347. die 7. Maii 15. indictionis Regnorum nostrorum anno quinto.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

Terminus dierum decem præfigitur in Ritibus hujus rubricæ officialibus, qui tenentur ad computorum reddditionem absque alia interpellatione n. 1. & currere incipit anno administrationis completo. num. 2. & est continuus, currit-que de momento ad momentum. nu. 3. itaquod elapsis decem diebus officialis non audiatur. num. 4. Sed hic rigor non servatur, & dicti dies decem computantur à die, quo officialis peracta administratione comparet ad computandum, & tunc præfigitur talis terminus ad producendas omnes cautelas. nu. 6. ac etiam elapso prædicto termino dummodo litteræ significatoriales non sint expeditæ, cautelæ, ac documenta recipiuntur. num. 7.

Officiales omnes, finito tempore officii, licèt non citati, comparere debent ad reddendam administrationis rationem num. 5.

Declaratio nihil ponit de novo. num. 8.

Scripturæ productæ in actu liquidationis instrumenti, Curia pro Tribunali sedente, possunt post actum prædictum explicari per alias, & istæ possunt produci. num. 9.

Cessio bonorum beneficium miserabile nuncupatur. num. 10. licèt non inducat infamiam. numer. 11. Non competit debitoribus nisi in carceres sint detrusi. num. 12. ac multis in casibus debitori hoc miserabile beneficium denegatur. num. 13. prout in debito in favorem fisci. num. 14. modo debitum ex delicto procedat. num. 15. etiam quoad partem privato debitam pro emendatione damni, & similium num. 16. tamen dissentiēte parte offēsa cōmutationi pœnæ, S.R.C. cōsentit n. 17. verùm reluctante offenso, constito quod reus revera effectus sit non solvendo, Author arbitrarium judici existimat ipsum relaxare. num. 18. Si verò debitum non debeatur fisco ex delicto, sed alia causa debitor tali beneficio non est privandus. nu. 19. Author alios labores pollicetur. nu. 20.

1 Præfigitur per Ritus hujus rubricæ officialibus, qui rationem reddere tenentur completo anno administrationis, terminus dierum decem, infra quem computa producere debent, absque ul-
2 la alia interpellatione, & currere incipit, uti terminus præfixus cum determinatione temporis, à quo incipere habeat, scilicet anno terminato, qui, ut vulgare est, componitur ex duodecim mensibus decursis á die, quo officialis suam admi-
3 nistrationem incœpit, est continuus, & cur-

Digitized by Google

currit de momento in momentum, ut per Goffred. noſtrum *hic nu.* 3.7. & Nos
4 *in rub.* 1. *num.* 44. Itaque ipſis decem diebus elapſis, ampliùs officialis non eſt audiendus, Goffred. Noſter *hic n.* 2.4. & 32. & magna cum ratione fundat *in num.* 5. 6. ad hujus termini præfixionem per *Ritus* fuiſſe adventum ad majorem
5 juris communis declarationem: cùm omnis officialis, & adminiſtrator, completo tempore officii, etſi non citatus, comparere debeat ad dandam rationem
6 ſuæ adminiſtrationis, qui tamen rigor non ita obſervari videtur ex dictis per eundem Goffred. noſtrum *hic num.* 31. Sed ipſi decem dies ſunt computandi ab illo primo, quo officialis ſua terminata adminiſtratione comparet ad computandum, in quo actu eidem terminus prædictus præfigitur ad producendas omnes cautelas pro dilucidatione ſuæ
7 adminiſtrationis. Verùm per ea, quæ vidimus practicari, etiam termino prædicto elapſo, dummodo non reperiatur cõtra officialem expeditæ litteræ ſignificatoriales, ſi produxerit documenta, & ea, quæ debebat per antea, & in termino præſentare; ex æquitate recipiuntur, & in computorum redditione de eis ratio habetur, dum non ſtatur rigori, ſed veritati: quia cùm tendant ad juſtificationem explicationemque partitarum in computo deductarum, retrotrahuntur ad tempus præfixi termini, etianſi extrema haud eſſe habilia demonſtretur: ex eo quod dicta fictio non aliter eſt aliquid inductiva, ſed præcedentis actus declarativa, quæ in illo tempore fieri poteſt,
8 etſi actus confectio prohibita ſit: quoniam declarando nihil de novo facere, ac ponere videtur, *l. hæredes palàm*, 21. §. *ſed ſi quid*, *ff. de teſtam.* cùm ſemper fieri deſumatur in executionem, & pro obſervantia præcedentis actus, *l. quadam ſunt*, 16. *ff. de reb. dub. l. proponebatur*, 9. *ff. de caſtr. peculio*, *l. donationes*, *quas*, 25. *Cod. de donat. inter vir. & uxor.* Præſ. Merlin. *controv. for.* 9. *num.* 3. 4. *tom.* 2. Præſ. Anell. de Amato *conſ.* 86. *num.* 15. Epiſcop. de Affliɛto *controv. jur. reſol. cap.* 19. *à num.* 34. *& in addit. ad cap. prædictum*, Gratian. *diſcept. for. ca.* 464. *n.* 18. *lib.* 3. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4.

9 *gloſſ.* 5. *à num.* 16. *to*..... quapropter ad explicationem ſcripturarum productarum in actu liquidationis inſtrumenti, Curia pro tribunali ſedente, etſi poſt hunc actum factum, ſcripturæ præſentari nequeant, ipſas quoque ad productarum explicationem produci, ac præſentari permiſſum eſt, juribus, ac præmiſſis rationibus determinavit S. R. C. penes Reg. Sanfel. *dec.* 313. *lib.* 2. & Reg. Conſ. Rocc. *reſp. deciſ.* 16. *num.* 6. 7. *&* 12. *to.* 2. & eſſe menti tenendum docuerunt Epiſcop. de Affliɛto *in d. cap.* 22. *nu.* 37. Reg. Conſ. Petra *in Rit. M. C. V.* 167. *num.* 13. *tom.* 2.

Ad num. 14.

10 MIſerabile appellatur ceſſionis bonorum remedium, quod à juribus tam Cæſareis, quàm municipalibus, debitori conceditur, dum ob infortunia, vel temporum calamitates, non ſolvendo effectus ne ob inopiam perpetuò carceribus mancipetur ſe ipſum in fortiis obligando opprobriosè bona, ſi quæ
11 habet, ſuis creditoribus cedere valet, licèt nullam hic actus inducat infamiam, dum calamitate captus eſt, ex diſpoſitis *in l.* 1. *ff. de ceſſion. bonor. l.* 1. *Cod. qui bon. ced. poſſ. &* in Regiis Pragm. *ſub d. tit. de ceſſ. bonor. collocatis*, *& præcisè in pragm.* 3. Reg. Rovit. *in rubr. pragm. de ceſſion. bonor. n.* 2. Reg. Tapia *in jur. Regni*, *ſuper d. pragm.* 3. *de ceſſ. bonor. n.* 1. Hevia Bolaños *Curia Philipp. p.* 2. §. 25. *de ceſſion. de bienes*, *num.* 1. Velaſc. *de privileg. par.* 1.
12 *in ſpecial. poſt quæſt.* 55. *num.* 1. Inde eſt, quod prætendi haud poteſt à debitoribus hoc miſerabile remedium, niſi in carceres ſint detruſi, Covarr. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *circa princip.* ubi de Faria *n.* 36. attamen etſi attenta ejus conceſſionis cauſa, tam pium eſſe colli-
13 gitur in multis caſibus hi debitores etſi ad inopiam verſi, & in carceres detruſi, ab iſto tamen ſubſidiario remedio excluduntur, juxta enumerationem caſuum, recollectorum per Papar. *in ſua prax. civil. tit.* 1. *de ceſſ. bon. à num.* 15. *uſque ad* 26. *& à num.* 31. *uſque ad* 37. Apicell. *de tutam. pauper. d. tit.* 3. *de ceſſion. bonor.* Reg. Rovit. *in pragm.* 2. 3. *de*

Digitized by Google

cession. bonor. Castill. *decis. Sicil.* 135. *to.* 2.
14 inter quos ille adesse colligitur de debito in fisci favorem, contra quem minimè debitor admitti valet ad hoc subsidiarum beneficium ex particulari fisci privilegio, per ea, quæ habẽtur *in* Gloss. *in §. solvitur Institut. de societate, verb. debita*; & in hoc est magis communis DD. sentẽtia ex recollectis per Andr. de Isern. *in cap. un. §. condemnatorum, n.* 50. *vers. nunquid autem, sub tit. quæ sint regal.* Goffred. noſtr. *hic à num.* 14. Reg. Tapia *in jure Regni lib.* 4. *de cession. bonor. super dicta pragm.* 3. *num.* 6. Reg. de Ponte *de pot. est. Proreg. tit.* 4. *de regalib. compositione. §.* 8. *num.* 17. Reg. Rovit. *super dicta pragm.* 3. *num.* 4. *& dec.* 86. *num.* 1. Hevia Bolaños *Cur. Philipp. p.* 2. *§.* 25. *de cession de bienes, num.* 2. Salgad. *labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. de Faria *ad Covarr. ubi supra num.* 44. Graff. *de except. except.* 17.
15 *num.* 33. modò debitum ex delicto dependeat: nam cùm delicta sint punienda, à pœnis eximi haud possunt, ita quod si non habet in ære, luere debet in corpo-
16 re ut pœnis subiiciatur, & hoc etiam quò ad partem, ad privatum spectantem, ad cujus solutionem damnatus sit pro damnorum, vel similium emendatione, *l.* 1. *§. generaliter placet, ff. de pœnis. l. si sine venia,* 25. *ff. de in jus vocand. l. si quis,* 7. *§. in servos autem, circa princip. ff. de jurisdict. omn. judic.* & decisum per S.C. Reg. Rovit. *in d. pragm.* 3. *num.* 2. *& d. dec.* 86. *à num.* 5. & esse menti tenendum, docent Goffred. noster *hic num.* 18. Præsid. de Franch. *dec.* 358. ubi de Luca *num.* 1. 2. Reg. Tapia *in prag.* 2. *de cess. bon. d. lib.* 4. *jur. Regni, nu.* 60. Apicella *in allato loco, num.* 46. Papar. *prax. judic. tit.* 1. *de cess. bon. num.* 26. Peguera *dec. Cathal.* 6. *p.* 1. Grivell. *dec. Dolan.* 78. Cevall. *comm. contra comm. quæst.* 701. *num.* 6. Hevia Bolaños *d. §.* 25. *num.* 3.
17 Si pars offensa, huic pœnæ commutationi dissentiat, scilicet pecuniariæ in corporalem, qua de ratione ad commutationem hanc S.R.C. devenit penes Præsid. de Franch. *d. dec.* 358.
18 Sed reluctante offenso, constito de paupertate rei, itaquod verè esset non solvendo, veriorem, & æquiorem amplectendo sententiam, judicamus esse in judicis arbitrio ad hanc pœnæ commutationem devenire, & ne maceretur reus in carceribus, ipsum relaxare, habendo fidem de credito offensi solvendo quãdo ad pinguiorem reus pervenerit fortunam, prout S.C. visum fuit apud Præsid. de Franch. *d. dec.* 358. *num.* 4. ubi de Luca *num.* 3. Muscatell. *prax. S. C. lib.* 2. *p.* 3. *gloss. detinebitur, num.* 97. *Si* verò si-
19 scale creditum ex contractu deberetur, etsi ex affictu gabellarum, arrendamentorum, & similium patrimonii fiscalis, in quo casu fiscus non nisi pro privato habetur, ab hoc miserabili remedio bonorum cessionis debitor haud excluditur, Salgad. *d. cap.* 7. *num.* 9. & cæteri *desuper laudati*.

Ægro animo, cariſſime lector, calamum hic suspendimus, videntes, quàm lata est materia, quæ *in num.* 19. *&* 30. tractari posset; sed per tempus non licet ex notatis in antecedenti *rubr. num.* 37.
20 Sed sub Sanctissimæ Triadis tutela in spem ducimur, vel hic, vel alibi, te labores nostros fore experturum.

Cæsar-nicolaus Pisanus.

RV-

Digitized by Google

RUBRICA TRIGESIMANONA

De jure Falangæ, seu Falangagii.

RITVS I.

IVS Falangagii, A, est membrum Dohanæ, & venditur per Dohanerios, & cõsistit, ut ecce subsequitur, videlicet.

Quòd de qualibet Barca veniente ap Portum Neapolis, onerata quibuscunque fructibus, & herbis, solvitur per Mercatores exteros integrum jus Decini, quod est decima pars, & pro barca jus Falangagii, sive ingrediatur, sive non, videlicet.

Pro qualib. barca Surrenti.	gr. 3.
Pro qualib. barca Vici.	gr. 5.
Pro qual. barca Castrimaris.	gr. 3.
Pro qualib. barca Cajetæ.	gr. 13.
Pro qualib. barca Salerni.	gr. 13.
Pro qualibet barca Castri Abbatis.	gr. 13.

Positani libera.

Per mercatores verò cives solvitur medietas dicti juris.

Si verò sit onerata aliis mercibus, quàm fructibus, & herbis, solvit jus Dohanæ, & non decinum; solvit tamen Gabellotis Falangæ Falangagium.

Si autem sit onerata triis, & victualibus, delatis de partibus Principatus, solvet Gabelloto Falangę gran. 18. pro uncia, & jus Falangæ; ubi verò aliunde portentur, quàm de partibus Principatus, solvitur jus Dohanæ.

Barcæ

Conchæ.	Capri.
Majori.	
Minori.	
Atrani	Amalphiæ.

Solvitur illis de genere de Torella, qui ab antiquo tempore perceperunt jus Falangę ab ipsis Terris ad rationem de gr. 5. pro qualibet barca.

Item, si aliqua barca Castrimaris, Surrẽti, & Vici recedat de Portu Neap. & navigando transeat ultra Caput Sancti Martini, vel Minervæ, solvitur pro qualibet barca tar. 1. gr. 6. den. 2.

Item, si barca oneretur Neap. & exeat Portum cum onere suo, solvit jus Falangæ; & si redeat ad eũdem Portum cum eodem onere tantùm, vel parte ipsius oneris, non addito, vel mutato one-

onere, vel naulo, non ſolvit iterum jus Falangæ; & ſi iterum exeat cum eodem onere tantùm, vel parte, & ſine alio naulo, ſimiliter non ſolvet; Si verò in ipſo iterato reditu, ſeu exitu, habeat aliquod aliud onus, & novum naulum, tunc iterũ ſolvet.

,A, Vide capitula novæ Gabellæ, quæ ſpectant ad jus falangagii. videlicet.

Capitula novæ ,A, Gabellæ granorum ſex per unciam facta in anno Domini 1385. die 7. Menſis Martii 15. Inditionis, Regnante Sereniſſimo D. Carolo de Duratio, dicto Carolo Tertio.

QVia à Civitate Neap. & Civitate Cajeta, uſque ad Civitatem Rhegii, ,B, inclusivè pro omnibus Terris maritimis, infra ipſa confinia exiſtentibus, ex deliberatione, & conſenſu Regis pro ſolutione. .. galearum imponitur, & recolligitur nova gabella, ſive datium, per quod ſolvitur pro quolibet centenario ad rationem de uncia auri una, & granorum ſex, ut in infraſcriptis capitulis.

In primis pro qualibet mercantia, qua intrat in quantunque dictarum Terrarum per mare, exonerando ibidem in terra, delator, ſive patronus ipſius teneatur, & debeat ſolvere incontinenti ad rationem de uncia una per centenarium.

Item pro qualibet mercantia, qua exiret, & extraheretur de dictis Terris per mare, portanda infra, vel extra Regnum, ſolvat delator, ſive portator, vel patronus ad rationem de dicta uncia una per centenarium.

Item pro ipſa mercantia, de qua ſolutum fuerit ad rationem de ſupradicta uncia una per centenarium ſemel, non teneatur patronus ipſius, ſeu aliqua alia perſona pro eo, ſolvere ratione dicti datii aliquod aliud plus, quoties emeretur, vel venderetur alibi ubicunque, dummodo oſtendatur apodixa hujuſmodi ſolutionis, & ſic poterit illã portare, vel mittere quò voluerit pro ſuo libito voluntatis, niſi eſſet alia perſona extrahens, C, ipſam mercantiam, quàm qui ſolverit jus prædictum.

Item pro quolibet navigio ,D, coperto portata vegetum tricentorum ſolvatur auri uncia una.

Item pro quolibet navigio portata infra vegetum tricentorum, uſque ad centum ſolvantur tareni quindecim, E,

Item pro quolibet navigio ,F, coperto portatà vegetum 100. & infra ſolvantur tareni decem.

Item pro qualibet barca portata à triginta Salmis ultra, accedente apud Calabriam, ſeu inſulam Sicilia, vel aliò extra Regnum, onerata, ſeu veniente ab inde onerata, vel aliunde, ſolvantur tareni ſeptem cum dimidio.

Item pro qualibet fragata, vel ligno ſubtili remorum Cajeta, Caſtrimaris, Vici, vel Surrenti, vel aliunde accedente ad partes Calabria, ſeu quaſcunque partes, videlicet ultra Terracenam, ſolvantur tareni novem, G,

Item pro qualibet barca portata ultrà vegetes decem, recedente de portu Neap. ſeu alio portu, vel ſplagia Ducatus Amalphiæ, ſive portu Salerni, aut Caſtrimaris, vel Vici, vel Surrenti, vel aliunde infra, accedente Cajetam, vel veniente de portu Cajetæ, ſeu partibus Caſtelli Sueſſa, vel Molæ, aut Rochæ uſque Salernum, ſolvatur tarenus unus.

Item pro qualibet fragata ſubtili veniente de dicto Ducatu Neap. ſeu de Surrento, vel Vico, vel de Caſtromaris, aut de Cajeta, ſive aliunde infra, ſolvantur grana 10.

Item pro qualibet barca Surrenti, Vici, Maſſe, Caſtrimaris, vel aliunde utpote barca ſubtili veniente ab inde Neap. vel exeunte de Neap. vel aliò infra, ſolvantur grana quinque.

Si verò barca fuerit groſſa ultra vegetes decem, ſolvantur caroleni duo.

Item pro qualibet barca piſcatoria vocata Yſciabica, ſolvantur menſe quolibet, ſi infra dictum menſem piſcata fuerit, tareni tres.

Item pro qualibet barca piſcatoria accedente ad piſcandum cum alia rete, vel ſine rete, ſolvantur menſe quolibet caroleni duo.

Item pro qualibet barca groſſa portata ultra vegetes decem exeunte Policaſtrum, ſeu veniente de Policaſtro onerata, ſolvantur tareni quinque.

Item pro qualibet barca groſſa portata ut ſupra veniente de Piſciotta, ſeu eunte uſque Piſciottam onerata, ſolvantur tareni quatuor.

Item pro qualibet barca groſſa portata, ut ſupra, veniente de Caſtro Abbatis, ſeu eunte Caſtrum Abbatis, ſeu Agropolum onerata, ſolvantur tar. 3.

Item pro qualibet barca portata à decem vegetibus infra, accedente apud Calabriam, ſeu inſulam Sicilia, vel aliò extra Regnum onerata, vel veniente ab inde onerata, vel aliunde, ſolvantur pro qualibet vegete gran. 5.

